RECENTISSIMÆ S. ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
Ad Tractatum
DE PACTIS FVTVRÆ SVCCESSIONIS
IOANNIS TORRE I. C.
ET NOBILIS LVCENSIS.

Reuerendiſsimo Albergato Decano.

Bononien. Bonorum.

Veneris 10. *Martij* 1662.

A R G V M E N T V M.

Clauſula Conſtituti, cuius vigore, datur aſſociatio, quomodo operetur, in contractu nullo. Onus renunciandi, poſitum in teſtamento, ad quæ bona, & iura extendatur.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſociatio datur, vigore clauſula conſtituti.*
2 *Bona litigioſa non poſſunt ſubijci primogenituræ.*
3 *Conſtituti clauſula ſequitur naturam actus, cui adijcitur.*
4 *Vitium litigioſi non cadit in actione perſonali.*
5 *Ad inducendum vitium litigioſi, attenditur, quid primario, & qua actione petatur.*
6 *Poſſeſſio ſola dici non poteſt litigioſa.*
7 *Præcipuè ſi ad ea nulla daretur actio.*
8 *Conſtitutum, vt reddatur inefficax, ratione nullitatis contractus ſuper quo eſt, nullitas debet eſſe clara.*
9 *Acceptatio diſpoſitionis intelligitur cum ſuis qualitatibus.*
10 *Habens onus faciendi multiplicum, dicitur potiùs administrator, quam Dominus.*
11 *Quod ſuum non eſt, nemo cedere, & renunciare poteſt.*
12 *Nomine hæreditatis venit id, quod reperitur apud teſtatorem de tempore eius obitus.*
13 *Verba generalia referuntur, & reſtringuntur ad antecedenter diſpoſita.*
14 *Onus renunciandi impoſitum à teſtatore, non extenditur vltrà eius voluntatem.*
15 *Renunciatio ſtrictè interpretatur.*
16 *Vocatus, cum onere faciendi multiplicum, plurium annorum curſu, finiendum, nullum vtile percipere poteſt.*
17 *Per mortem patris, onus alendi filium expirat.*
18 *Decretum prouiſionale alendi, ceſſat, ceſſante cauſa dandi alimenta.*
19 *Cautela Soccini quomodo concipiatur.*

D E C I S I O P R I M A.

IN bonis, per quondam Marchionem Io: Mariam, aggregatis Primogenituræ ab olim Ludouico Seniore de Lonzanis conſtitutæ, dandam eſſe, DD. cenſuerunt, aſſociationem Marchioni Ludouico, tamquã Primo- 1
genito, in ea vocato, in vim clauſulæ conſtituti, & precarij, in Inſtrumento aggregationis inſerti *Bart. in l 3 q. 4. princ C. de pign. Grat. conſ. 42. n. 12. & ſeqq. lib. 2. Menoch. de adipiſc. remed. 5. n. 140. Gratian. cap. 855. n. 1. 2. Magon. dec. Luc. 87. n. 15.* plenè *Rot poſt Merl. de pign. dec. 105. nu. 3. & ſeqq. Rom. Cenſus 26. Iunij 1644. in princ. cor. Bichio, & in Bononien. quinta 5. Iulij 1660. cor. R. P. D. Taya, §. fin. in fin.*
Nec releuat, quòd Inſtrumentum aggregationis, fuerit
nullum, ex quo bona hæc, nuncupata, *della Canonara*,
erant litigioſa, vnde in præiudicium March. Claudij, nõ 2
poterant ſubijci primogenituræ, & conſequenter, conſtitutum remanet inefficax, cum ſequatur naturam actus,
cui adijcitur, *Rot. cor Pen. dec. 812. n. 8.* placuit enim DD. 3
reſponſio, quod lis, inter March. Claudiũ, & patrem, pendebat ſuper alimentis, quæ à filio, extra domum paternam, prætendebantur, & ſuper illis emanauit decretum prouiſionale, aſſignationis huiuſmodi bonorum ad fauorem D. March. Claudij, cum clauſula: *Pro bono pacis ad tollenda ſcandala per modum prouiſionis, & ſine præiudicio Iurium partium, vt habetur in dec. edita cor. Reuerendiſs. Papien. 10. Maij 1656.* & ſic, actum fuit ab initio actione perſonali contra patrem, vt alimenta ſubminiſtraret, nõ autem rei vindicatione, ſuper iſtis bonis; vnde penitus
ceſſat vitium litigioſi. *Roman. conſ. 270. nu. 2.* plenè *Hon* 4
ded. conſ. 20. n. 31. lib. 1. Lancell. de attent. par. 1. cap. 3. n 148. *Rot. cor. Merl. dec. 799. nu. 3. & seqq.* & quod, ad effectum litigioſi inſpicitur quid primariò petatur, & qua actione
gerit actor, *in rec. dec. 103. n 7. part. 3. & poſt Merl. de pign* 5
dec. 118. nu. 7. 8. & in Bonon. prædij ſeu Manutentionis. 6. Iunij 1658. cor. R P. D. Taya, §. etenim: Prout, nec ſola poſſeſſio dici poteſt litigioſa. & ſic, non transferibilis in aliũ
iuxta terminos deciſionum *in Rom. hæreditatis de Gratia-* 6
nis poſt Moder. in Labyr. cred. dec. 70. n. 2. & dec. 76. nu. 1. 2. quia cum filius, nullam penitus haberet actionem, nec etiam in poſſeſſorio, ad bona patris, nec ullum interdictum competeret, ſed ſolum Iudicis officium, pro conſecutione alimentorum in fructibus bonorum, vel in pecunia, poſſeſſio non poteſt dici litigioſa, vt per *Rot. poſt*
Zacch. de oblig camer. dec. 4. n. 23. vbi agebatur de annua 7
præſtatione, in deciſionibus verò prædictis actor habebat Ius in bonis controuerſis, & ideo ibi, fuit reſolutum, non potuiſſe transferri poſſeſsionem ad effectum, vt ip-

ſa poſ-

ſa poſſet,finita lite,recta via agere,contra emptorem,quę
non concurrunt in caſu noſtro,& tamen ad effectum, vt
ex nullitate contractus, conſtitutum reddatur inefficax,
requiritur nullitas clara,& quæ altiorem indaginem non
8 quærat, ex relatis per *Poſt.de Manut obſer.20.nu.47. Rot.
poſt ipſum dec.300. num.1.& in Rom. hæreditatis 29. Iunij
1645.cor.Reuerendiſs.Papien.§ ceſſat pariter*.

Non aduerſatur pariter, præceptum, à Ludouico Se-
niore,Primogenitis iniunctum, renunciandi alijs fratri-
bus hæreditatem ſuam,(quod tamen verbum,non repe-
riri in Protocollo acriter contendit March Ludouicus)
paternam,& maternam, ac Ius ſuccedendi parentibus ab
inteſtato etiam ratione legitimæ Iure naturæ debitæ, vel
alia quauis ratione, vel cauſa, quia ſi conſiderentur in
ordine ad d. Io.Mariam,qui fuit primus Succeſſor in Pri-
mogenitura non tenebatur ipſe ad huiuſmodi renuncia-
tionem, quia per teſtatorem, fuit liberaliter ab hoc onere
exemptus,ibi, *ac etiam vocati poſt d.Io.Mariam,&, eo ex-
cepte debeatur*, à qua exemptione non remanet excluſus
per conſenſum præſtitum acceptationi factæ, à March.
Ludouico eius filio,de teſtamento Ludouici Senioris eum
d. onere; quia acceptatio, reſpectu Io.Mariæ, inde reſul-
tans,non extendit diſpoſitionem Teſtatoris,ſed intelligi-
9 tur, facta, cum ſuis qualitatibus, *l. Aurelius 29. §.teſta-
mento, ff.de liber leg Surd.conſ.412.num.26 Rot.dec.627.
num.9 par.2.rec.*

Quò verò,ad Marchionem Ludouicum, ipſe renun-
ciauit,ad formam Teſtamenti Lodouici Senioris & tamē
præceptum non compræhendebat bona de quibus agi-
tur, ſiue quia, non fuerunt donata eidem March.Ludo-
uico,nec ei liberè aſſignata,ſed ad fauorem primogenitu-
ræ,& ſucceſſiuè vocatorum,facta donatio,cum onere fa-
10 ciendi multiplicom ex fructibus, ad effectum dotandi fi-
lias vocatorum & ſic March.Ludouicus eſt potius admi-
niſtrator, quam Dominus,qui id, quod ſuum non eſt,nec
11 cedere,nec renunciare tenetur, ſiue quia præceptum, in-
telligi debet de bonis prouenientibus ex ſucceſsionibus
ab inteſtato,non autem,de donationibus,& contractibus
Inter viuos, quia bona, hoc modo alienata,in hæreditate
donantis amplius non includuntur, cum ſub eius nomi-
ne, id ſolum veniat quod à defuncto de tempore mortis
12 poſsidetur, *Oldrad.conſ.139.nu 9 & ſeqq. Signorol conſil.
189.n.2.Surd.conſ.263.n.7 Rot cor Merl.dec.126.n.13.&
ſeqq cor. Eminentiſs.Ottob.dec.95.nu. 12. & in Camerinen
redditionis rationis 10.Iunij 1661.cor.R.P.D.Veroſpio §.nec
aduerſatur*.

Nec conſtitutum deduci poteſt,ex verbis,*vel alia qua-
uis ratione, vel cauſa*, quia ex contextu,& complicatione
verborum,conſtat,quod Lodouicus Senior,voluit ſolum
ampliare modos excludendi primogenitos ab hæredita-
tibus ſuorum parentum, ac immediatè poſtquam iuſſit
illos renunciare hæreditatem paternam, maternam, ac
ius ſuccedendi parentibus ab inteſtato,etiam ratione le-
gitimæ ſubiunxit, *vel alia quauis ratione vel cauſa*, quæ
comprehendunt alios modos, quibus primogeniti ab in-
13 teſtato Iura parentum conſequi potuiſſent, & reſpectiuè
excluſionem à legitima & ab hæreditatibus,quibus pro-
ximè adiecta fuerunt,*Oldrad.conſ.297.in 5 dub* quem ſe-
quitur *Rum.conſ.68.nu.11 lib.4.Natt.conſ.546.nu.18.Rot.
cor. Eminentiſs Ottob.dec.254.nu.14 & in Roma Fideic.
de Maximis 1659.cor.R.P.D.Beuilaqua,§.fin.verſic. tum
quia*; Vnde ex illis ſolum inferri poteſt, quod primogeni-
ti, renunciare quidem debent ſucceſsionibus, Iure fidei-
commiſsi, legati,donationis cauſa mortis, & alijs ex vlti-
ma volontate competentibus, qui ſunt diuerſi modi ſuc-
cedendi parentibus,ſed non debet extendi renonciatio ad
bona inter viuos ex contracto quæſita, de quibus à Lu-
douico ſeniore nulla fuit habita mentio,vt in puncto per
14 *Afflict.dec.350.num.1.*vbi quod renunciatio de bonis pa-
ternis, & maternis ex teſtamento, vel ab inteſtato non
compræhendit donationem inter viuos illi factā à Patre,
& comprobant relati per *Vrſill in adnot num.1. Cancer.
var reſ.lib.3.c.15.n.240.*ea ratione,quia in renunciationi-
bus ſtrictè proceditur & non expreſſa ſub illis,non com-
præhenduntur, *Bald.conſ 457.n.2.lib.1.Paris conſ. 110.n.* 15
*96.lib.1.Surd.conſ.431.nu.20.& 32.Rot dec.543. num. 10.
& ſeqq part.5.rec tom.2 & in Bonon,de Dulphis 13.Mar-
tij 1650. cor.Mo §.viſa tamen*.

Multò minus, opponi poteſt in fraudem Marchionis
Claudij,ex colluſione actum fuiſſe,inter patrem,& Mar-
chionem Ludouicum; tum quia, donatio huiuſmodi bo-
norum,nullum penitus inferebat præiudicium d.March.
Claudio,cui pro alimentis, ex officio Iudicis ſibi decer-
nendis,non ideò minus concedi poterat,per modum pro-
uiſionis, tenuta dd. bonorum (prout in effectu eam ha-
buit) eo, quia d. Io. Maria, eius vita durante, poſſeſſio-
nem, & fructuū perceptionem ſibi reſeruauit; Tum,quia
March.Ludouicus nullum,ex actione prædicta,commo-
dum ſperare poteſt ob onus illi iniunctum faciendi mul- 16
tiplicom,quod ſine longo annorum curſu,compleri non
poteſt *Grat.conſ.59.nu.6.lib.1.Gabr.conſ.169 nu 22.verſ.
quoties verò lib.1.Menoch præſ.3.nu.78.lib.5 Rot. in Rom.
locorum Montium 15.Febr.1641.cor Dunozett. §. de Iure
namque & in Rom renunciationis 23.Martij 1650.cor.Re-
uerendiſs. Decano. § ſecundum penitùs in fine*.

Non vrget denique, quod bona detineantur à Mar-
chione Claudio,pro ſuis alimentis,qui, ſi illis priuaretur,
nihil ex bonis paternis haberet, quia cum decretum eſſet
prouiſionale, & ſine præiudicio Iurium partium, per
mortem Io.Mariæ onus alendi filium expirauit, *Surd.de
alim.priuil.23.nu.1.2.*& per conſequens, decretum illorū 17
occaſione factum, euanuit,*Tiraquell tract.ceſſ.cauſ.part.* 18
*1.nu.224.Rot dec.428 n 4 part.1.rec Rom.diuiſionis 22.Iu-
nij 1661.cor.Me.§.creditum*. Non ſubſiſtit autem in fa-
cto quod Marchio Claudius alia bona patris non poſsi-
deat,quia vltra bona *della Canonica*, quæ ſunt contro-
uerſa,poſsidet etiam bona Medicinæ Ganzanigli, & Ca-
ſtri Ghelphi,vt in eius Summario, quę licet, ab ipſa di-
cantur eſſe exigui redditus, poterit tamen, vel hęredita-
tem ei à patre relictam,teſtamentum approbandi, acce-
ptare, vel, quatenus nollet teſtamentum approbare,legi-
timam petere, cum à patre inſtitutus fuerit cum hoc ex-
preſſo onere, infra certum tempus approbandi eius teſta-
mentum,aliàs in ſola legitima cenſetur inſtitutus, iuxtà
cautelam, *Soccin. Iun.conſ.122.num.8 & ſeqq.lib.1.* quam
omnes approbant *Cyriac contr.148.n.9.Rot.dec.641.nu.5.* 19
*cor.Merl.plenè in Reatina fideic.8.Iun.1657.cor.Emin.Celſo,
§.legitima verò, & Nouarien. hæreditatis 1. Iulij proximè
præteriti cor. Eminentiſs.Cerre fin. &c.*

Reuerendiſsimo Albergato Decano.

Bononien Bonorum.

Vener. 23. Iunij 1662.

A R G V M E N T V M.

Renunciatio Fideicommiſſi eſt valida, quando eſt
conformis voluntati fideicommittentis.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſociatio conceditur vigore clauſulæ conſtituti.*
2 *In actione perſonali non datur vitium litigioſi.*
3 *Renunciatio relatiua ad teſtamentum dicitur confor-
mis d. teſtamento.*
4 *Relatio ad aliquam ſcripturam habetur; ac ſi eſſet de ea
ſcriptura facta ſpecifica mentio*
5 *Renunciatio, quantumuis ampla, nunquam compræ-
hendit bona ex poſt prouenientia, vigore donationis in-
ter viuos.*
6 *Onus alendi filium expirat per mortem patris.*
7 *Sublata cauſa crediti, ceſſat ius retentionis.*
8 *Legitima relinqui poteſt cum onere approbandi teſta-
mentum.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO II.

PRopoſui dubium,ſuper reſolutis, 10.Martij proximi
præteriti, & placuit DD. perſiſtere iu deciſis, pro
Marchione Ludouico informante;quia ad eius fauorem,
in Inſtrumentu aggregationis bonorum, de quibus agi-
tur,factæ primogenituræ Luduuici Seniuris de Fontanis,
adeſt clauſula conſtituti ad fauorem eiuſdem Marchio-
nis Luduuici, virtute cuius conceditur aſſociatio, vt in
1 principiu deciſionis & probat *Nouizan. conſ.*82. *num*.10.
& ſeqq. Menoch.de adipiſc.remed 5.*num*.140.*Grat.d*.954.
nu.5.*Rota apud Duran.dec*.364.*num*.5.*Rom. Donationum*
25.*Maij* 1655. *cor. R. P. D. Veroſpio § aſſociationis,& in
Romana,ſeu Peruſina Donationis* 10. *Martij proximi præ-
teriti cor. R.P.D.Ninot*.

Tres autem exceptiones litigioſas, factæ renunciatio-
nis, & retentionis pro alimentis, quæ in præterita uppo-
nebantur, pro parte Marchionis Claudij, ſatis ſublata
fuerunt; Lis enim ab initio introducta fuit ſuper præſta-
tione alimentorum, quæ extra domum paternam ſibi
ſubminiſtranda eſſe prætendebat Marchio Claudius, &
in actione perſonali ad effectum cogendi Marchiunem
Io: Mariam patrem ad hanc preſtationem, quam hic di-
uerſimodè differret Eminentiſs. D. Cardinalis Legatus
pro faciliori ſolutiune bona coutrouerſa aſsignauit filio
per modum prouiſionis, & ſine præiudicio Iurium par-
tium ad effectum ex illorum fructibus percipiendi ali-
menta,in actione autem merè perſonali non dari vitium
2 litigioſi dictum fuit *in § nec relenas*, & tradunt *Crauett.
conſ*.279.*nu*.1.*Ferrett.conſ*.192.*nu*.7. *Add. ad Burats. dec*.
133.*lit.B, Rota cor.Seraph. dec*.1134. *num*.4. *in fine, & in
Vrbeuetana Bonorum* 3.*Martij* 1646. *coram Reuerendiſs.
Molsio*.

Impugnari autem nequit renunciatio Marchionis
Ludouici,ſub prætextu, quod non ſit conformis volun-
tati Ludouici Senioris: Tum quia vt in præterita dictum
fuit, cum renunciatiu facta ſit ad formam teſtamenti
eiuſdem Ludouici, cum clauſula in omnibus,& per om-
nia prout in teſtamẽto Luduuici Senioris continetur,ne-
3 gari non poteſt,quod ſit ſufficiens, *Rot. cor. Eminentiſs.
Ottob.dec*.100. *nu* 7. 8. cum virtute relationis idem ſit ac
ſpecialis & indiuidua renunciatio facta fuiſſet, *l. au præ-
4 tor* §.1.*ff.de re iudic. Alex. conſ*.101. *num*.20. *in fine*, *lib*.6.
Surd.conſ.200.*nu*.12.*Menoch.conſ*.287. *num*.35. *Gratian.
cap*.751.*nu*.3.*Rot.dec*.504.*nu*.5.*par*.3.*rec. Rom. Domus* 27.
Februarij 1645.§.*& licet,& in Viterbien Tranſactionis* 18.
Iunij 1657. *cor. Eminen Celſo* § *& eſt certum*.

Tum etiam quia,quod vocati cenſeantur renunciare
hæreditatem paternam,& maternam, & ius ſuccedendi
parentibus ab inteſtato etiam ratione legitimæ Iure na-
turæ debitæ, vel alia quauis ratione, vel cauſa, non com-
præhendit acquiſitiones faciendas ex donationibus, aut
5 alijs contractibus inter viuos; vt per *Afflict.dec*.350.*nu*.1.
vbi notat *Vrſill & refert Cancer. var. reſol.cap*.15. *nu*.40.
lib. 3.& verba alia quauis ratiune, vel cauſa implicant di-
uerſos modos, quibus filij petere poſſunt bona Patris ab
inteſtatu.

Retentio denique pro alimentis Marchioni Claudio
non competit; expirauit enim per mortem patris onus
6 alendi filium,& regulariter ſublata cauſa Crediti, ceſſat
7 etiam Ius retentionis *Pacific de Salu.inſp*.4 *cap*.1.*nu*.216.
& ſeqq. & dum idem Marchio Claudius ex bonis Patris,
vel hęreditate cum onere approbandi infra certum tem-
pus teſtamentum paternum, vel liberè ſulam legitimam
conſequi poteſt, fruſtra in alijs bonis alimenta petit;pri-
8 mo cautela inſtituendi hoc modo filios quã tradit *Socin.*
paſſim à DD.approbatus. quos recenſent relati *in* §.*fin.
& Rot.dec*.100.*nu*.1. *cor Eminentiſs. Ottob. & in Roatina
Fideicommiſſorum* 8. *Iunij* 1657. *cor. Eminen.Celſo* §. *legi-
tima*.

Et ita informante tantum Marchione Ludouico, &
cauſa bis propoſita &c.

Reuerendiſſimu Albergato Decano.

Bononien. Bonorum.

Vener. 20. *Aprilis* 1663.

ARGVMENTVM.

Præceptum teſtatoris, renunciandi, omnibus hæredi-
tatibus &c. iuribus &c. non compræhendit acqui-
ſita ab hærede,ex contractibus inter viuos, nec ex-
tenditur ad acquiſita aliunde, quam à defuncto
præcipiente.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator,mandans omnia renunciari debere, non com-
prahendit acquiſita,ex contractu inter viuos.*
2 *Deciſiones Rotæ ſupponi debent.*
3 *Pater,in rebus in quibus ſucceditur ex propria perſona
non præiudicat filijs.*
4 *Iura primogenituræ non confunduntur cũ alijs iuribus.*
5 *Subrogatus aſſumit naturam eius, in cuius locum fit
ſubrogatio.*
6 *Ius incorporale renunciari poteſt per ceſſionẽ verbalem.*
7 *In iuribus incorporalibus, ceſſio verbalis operatur, ac
traditio.*
8 *Renunciatio relatiua ad teſtamentum, eſt, ad formam
teſtamenti.*
9 *Renunciationis materia eſt ſtricti iuris.*
10 *Non extenditur vltra expreſſa.*
11 *Dictio,ſua,poſita à teſtatore, an referatur ad eum, vel
ad hæredem.*
12 *Viuentis non datur hæreditas.*
13 *Reſcriptum ſignaturæ Iuſtitiæ,intelligitur prout de iure.*

DECISIO III.

RElaxatum fuerat Mandatum de aſſociando,pręuijs
duabus deciſionibus, coram Me, editis,ad fauorem
Marchionis Ludouici Fontanæ, in Bonis, nuncupatis,
della Canonica,tamquam ſubiectis Primogenituræ; di-
miſſis Bonis,ad formam Primogenituræ, in qua ordina-
tum fuit,quod Primogeniti renunciare debeant alijs fra-
tribus hæreditatem ſuam, (quod verbum,in Protocollis
reperiri negat Marchiu Luduuicus) paternam,& mater-
nam ac Ius ſuccedendi Parentibus ab inteſtato,etiam ra-
tione legitimæ Iure naturæ debitæ, vel alia quauis ratiu-
ne,vel cauſa: propoſui dubium: An,& quæ Bona eſſent
dimittenda, & DD. ordinatim reſpondendo, dixerunt,
Primò,non eſſe dimittendum,Marchionatum,in Sabau-
dia.nec feudum Materiæ ad vſum Regni, quia, illa non
poſſidentur à Marchiune Luduuico, vti Patris hærede,
ſed vigore Contractuũ inter viuos,qua ratiune,ſub præ-
cepto remiſſionis, nec ſub lege reuunciationis compræ-
henduntur,vt per *Alex.conſ*.20 *nu*.9.*lib* 3. *Pariſ.conſ*.33. 1
nu.76.*lib*.3.in terminis *Gabr.conſ*.60 *nu*.2. *Afflict.dec*.350.
nu.1.& dictum fuit in prima *deciſ huius cauſa* 10.*Martij*
1662.§.*quo vero,& ſeqq & 23.Iunij eiuſdem* §. *impugnari*,
quæ in propoſitione præſentis dubij ſupponendæ ve-
niunt,iuxta notorium ſtylum huius Sacri Tribunalis,&
alijs omiſſis dictum fuit *in Caſenaten. Bonor*. 28. *Aprilis* 2
1657.*cor. Me* §.*eſto quod*.

Eoque magis,cum prædicta Feuda ob liberalitatem,
Sereniſs. Ducum Sabaudiæ,& Mutinæ,proueniant,& ſic,
non cadunt ſub præceptu renunciandi, quamuis de illo
idem Marchio Io:Maria in teſtamento diſpoſuerit;Quia
præiudicare non potuit, Marchioni Ludouicu eius Fi-
lio, ex propria perſona vocato, quique illa recognouit,
non ex perſona Patris,ſed ex dictorum Sereniſs.magnifi-
centia,& liberalitate, *Peregr.conſ*.8.*num*.23.25 *lib* 1. *Me-
noch. conſ*.1153. *nu*.3. *Gratian. cap*.247.*n*.5. *Giurb. obſeru.*

Digitized by Google

28.num.19.Rot.dec.404.num.7 cor. Merl. & in Rom. Donationis 3.Iuny 1658.cor.Reuerendiſſ. Decano §. nihilominus, in Romana Apothecarum 17.May 1656. cor.R P.D. Celſo §. vnde, & 9.Marty 1659. cor. Me §. & licet.

Prout, dimitiendam non eſſe, dixerunt DD. appartamentum Domus paternæ, qui vigore tranſactionis, inter patrem, & filios, de anno 1642. celebratæ, ſpectare debuit ad Marchionem Claudium, eius vita durante, & poſt illius mortem incorporari debuiſſet Primogenituræ; Vnde, illo defuncto, non cadit, ſub renunciatione, tamquam, recepta, ex contractu, & tamquam membrum Primogenituræ, quæ licet in perſona Marchionis Ludouici hodiè reſideat, non confunduntur tamen Iura Primogenitu-
4 ræ, cum Iuribus, Ipſi, ex perſona propria, ſpectantibus *Surd.conſ.250.num.13.& ſeqq.lib.2.*

Idem reſponſum fuit, reſpectu mobilium, non enim dimitti debent, quia à quondam Marchione Claudio, tunc recepta fuerunt, in tot alijs mobilibus, ſubrogatis à Petro vice illorum, quæ debebantur, in vim concordiæ celebratæ, ab anno 1642. & proinde ceſſat prætenſio dimiſſionis, cùm ſubrogatus aſſumat naturam illius, in cu-
5 Ius locum ſubrogatur, *l. Pomponius 13.§.cum quis ff. de acquir poſſ. Oldrad.conſ.224.nu.25. Gratian. cap.719. num.9. Rot.dec.44. nu.16. par.8 rec & in Cæſaraugustana Portionum 11.Febr.1661.coram Me § quaratione*; Præſertim, quia idem Marchio Io: Maria, pariter in teſtamento, dictum Claudium, & totam eius deſcendentiam, priuauit hæreditate, ac Trebellianica, & Falcidia, quatenus non acquieſcat dictæ diſpoſitioni.

E conuerſo autem, cenſuerunt DD. Marchionem Ludouicum teneri renunciare Iuri exigendi Marchionatuſ, in bonis Ferrariæ, quod tamquam de hæreditate Patris, literaliter continetur, ſub præcepto renunciandi hæreditatem paternam, & maternam; Nec non cedere legitimã; Cumque verſemur in Iure incorporali, renunciatio fieri
6 poterit per ceſſionem, ſeu dimiſſionem verbalẽ, in actis, quæ in huiuſmodi Iuribus, idem operatur, ac traditio in
7 corporalibus, *Add.ad Buratt.dec.17 nu.8. Rot dec.168. n. 3 poſt Cenc.de cenſib dec.299.nu.3 par 2.rec & in Rom. Pecuniaria 24 Marty 1656.cor.R.P.D Bendaqua §. non obſtat ſi dicatur*, Quæ quidem ceſſio, an debeat eſſe abdicatiua ſimpliciter, vel potiùs translatiua, DD non determinarunt, illud ſufficere exiſtimantes, quod fiat verbis relatiuis ad teſtamentum, virtute quorum, proindè erit, ac ſi iuxtà præciſam Teſtatoris voluntatem facta fuiſſet, &
8 de verbo ad verbum ineſſet *Roman. conſ. 301. num.14. Gurb obſeru.85.nu.20. Rot.in rec.dec.187.nu 7.par.1.& in Rom.Caſal s Veteris 5.Maij 1653. cor. Me §. minus obſtat.*

Quoad bona paterna, pro Dote Matris, retenta, non eſſe ſimiliter reſtituenda, viſum eſt DD. nec prælegatum libr.2000. Marchioni Ludouico à matre relictum: Quoniam, cum eadem Mater filios, nempè, Ludouicum, & Claudium æqualiter inſtituiſſet, licet gemmas, quas habuerat Claudius, nec vnquam reſtituerat, reliquerat dictum prælegatum Marchioni Ludouico, cum ſubſtitutione ad eius fauorem, cum quo Marchio Claudius eius voluntati contraueniret, & cum declaratione quod caſu quo, tamquam Primogenitus, vigore teſtamenti Ludouici Senioris, eſſet incapax fruendi dictis ſubſtitutionibus, eius filios ſubſtituebat; Vndè, cum reſpectu Bonorum Matris, ſit ſimplex adminiſtrator, non tenetur illa dimittere, quia præceptum, in Primogenitura, contentum, non loquitur de Bonis ad filios Primogeniti ſpectantibus, &
9 renunciationis materia, tamquam ſtricti Iuris, non extenditur, nec comprehendit, niſi expreſſa, *Surd. conſ.*
10 *431.num.32. Rot.in Beneuentana Hæreditatis 17. Marty 1653.cor Reuerendiſſ. Papien. §. denique, & dictum fuit in vtraque deciſ huius cauſa.*

Multò minùs, deniquè viſum eſt DD. Marchionem Ludouicum teneri bona propria renunciare, nam, licet prætendatur, inter onera renunciationis adeſſe, quod Primogenitus teneatur renunciare hæreditatem ſuã &c. (quod à Marchione Ludouico conſtanter negatur) quatenus tamen, (ſine veri præiudicio) verbum hoc. *ſuam*,
intelligi debeat, de hæreditate paterna, & materna, poſt- 11
quam per mortem parentum peruenit, non autem de
propria, quia viuentis non datur hæreditas *l in ſuis 11. ff.* 12
de lib & poſth Caſtren.conſ.453 num.1. lib.1. Rot. cor Buratt.dec.639.num.11. in rec.dec.262.num.1 par.5. & in Interamnen. Benor.15.May 1656. cor. Reuerendiſſ. Decano, § quod certius.

Nec reſiſtit reſcriptum ſignaturæ, dimiſſis bonis &c, quia debet intelligi de ijs, quæ Marchio Ludouicus tenetur dimittere, & ex hæreditate patris, & matris proue-
niunt, non autem, de alijs, de quibus ſuprà, cum reſcri- 13
ptum ſignaturæ Iuſtitiæ intelligatur, prout de Iure *Rom. conſ.334 per tot. Seraph.dec 1031.num.5. Rot dec. 218. nu. 13.& ſeqq par.8.rec.& in Amerina fideic. 25. Iunij 1632. cor. Veroſp.*

Et ita vtraque, &c.

Reuerendiſs. Albergato Decano,

Rauennaten. Hæreditatis,

24. *Ian.* 1661.

ARGVMENTVM,

Firmato, quod Præteritio nepotis ex filia annullat teſtamentum aui, & alijs, circa ſtatutum Rauennæ, de ſucceſſione; magiſtraliter reſoluitur, quod, Renunciatio matris præmortuæ patri, nunquam præiudicat filio, etiam hæredi, qui ſuccedit auo ex propria perſona, & reſpondetur quibuſcumque contrarium tenentibus.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes præferuntur tranſuerſalibus, quoad ſucceſſionem.*
2 *Nepos, mortua matre dicitur filius.*
3 *Præteritio Nepotis annullat teſtamentum.*
4 *Teſtamentum nullum reducit ſucceſſionem ad terminos iuris.*
5 *Nepos ex filia debet ab auo inſtitui.*
6 *Statutum non habet locum in perſonis non ſubiectis.*
7 *Statutum, vt operetur requirit ſubiectionem perſonarum, & bonorum.*
8 *Nepos facit ceſſare conditionem*, deficientibus deſcendentibus.
9 *Statutum vetus tollitur per nouum.*
10 *Limita, quando in vtroque eſt eadem ratio.*
11 *Ratio conſeruandi agnationem, non extendit ſtatutum de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum.*
12 *Qualitas à ſtatuto omiſſa, cenſetur conſulto omiſſa.*
13 *Non purificata conditione, non habet locum ſtatutum.*
14 *In conditionibus voluntarijs, attenditur ſolum factum, etiam ſi iuris non ſortiatur effectum.*
15 *Renunciatio hæreditatis cenſetur, ſub conditione ſi hæreditas deferatur.*
16 *Super hæreditate viuentis nemo ius habet.*
17 *Mater præmortua ei, cuius ſucceſſioni renunciauit, non nocet filijs, venientibus ex propria perſona.*
18 *Limita, quando mater renunciat, recepta dote.*
19 *Contra limitationem eſt veritas,*
20 *Dos æſtimatur ſucceſſio dotata, quam tranſmittit filio.*
21 *Hoc caſu dotata debet ſuperuiuere patri.*
22 *Concluſio poſita à Rota ex abundanti, non debet citari.*
23 *Renunciatio matris nocet filijs venientibus ex perſona matris.*
24 *Inuentarium præſeruat hæredem beneficiatum ab omni onere.*
25 *Nepos, veniens ex propria perſona, non repræſentat matrem, ſed gradum matris.*
26 *Nepos, etiam ſi concurrat cum matertera, præfertur.*

27 *Aliud*

27 *Aliud eſt, in ius alterius ſuccedere, aliud, in alterius gradum.*
28 *Renunciatio facta à matre, pro ſe, & hæredibus, nocet filio hæredi.*
29 *Contra, quando renunciatio eſt perſonalis.*
30 *Hæres non impugnat factum defuncti, dum dicit, renunciationem aliquid non comprahendere.*
31 *Hæres tenetur ſeruare factum defuncti.*
32 *Filius hæres poteſt dicere, renunciationem matris non comprahendere ius ſuum.*
33 *Sed non poteſt impugnare renunciationem matris, comprahendentem tale ſuum ius.*

DECISIO IV.

REuocatis in dubium viribus deciſionis, cor. Me ædi-
tæ, die 20. Iulij 1659. in qua, reſolutū fuerat Fran-
ciſco, & Auguſtino de Maiolis, dandam eſſe immiſſionē
in bonis Ioſephi; ordinatum fuit, quod videretur de bono
iure, de quo, ad fauorem Alberti Luccatelli, hodie Domini
conſtare cenſuerunt; Nam cum ipſe ſit nepos ex Catha-
rina filia, quæ turbato mortalitatis ordine, Ioſepho patri
prædeceſſit, eidem tanquam deſcendenti, debetur hære-
ditas aui, excluſis Franciſco, & Auguſtino tranſuerſalibus
1 *auth. ſi defunct. C. de ſuis & legit. Marc. Anton. Eugen.
conſ. 62. n. 20. li. 2. Gabriel. cōſ. 1. n. 32. li. 2. Sur. dec. 167. n. 89.
Rot. in Rom. de Mazzatoſtis 31 Ian. 1622. cor. Manzanedo.*

Quod procedit, etiam ſi Iuſeph in teſtamento, præfa-
tos Franciſcum & Auguſtinum hæredes inſtituerit, quia,
ob præteritionē nepotis, quo matre de medio ſublata, ad
conditionem filij redactus fuerat *vt in l ſed, & conditione
2 6. §. nepotes ff. de hær. inſtit. Honded. conſ. 90. n. 31. & ſeqq lib.
1. Rot. in Bononien. ſucceſſionis 5. Maij 1653 cor. Reuerēdiſs.
Papien §. quo verò*, nullum fuit teſtamentum, & ſucceſſio,
3 ad terminos iuris cōmunis reducta fuit, proinde ac ſi, con-
4 ditum non fuiſſet *l fin ff. de liber. & poſth. § aliud quoq; Ca
pitulum, Auth. & cum de appell. cognit. Tob. Non. conſ. 19. n.
5 27. & per tot.* & in terminis nepotis ex filia, *Capyc. Latro
conſult. 86. nu. 12. & ſeqq. lib. 2. Rot poſt Merlin. de legit. dec
160 nu 3. & ſeqq* cum alijs copioſè relatis per *Gurb. ad
conſuet. Meſſan. cap. 8. gloſſ 7 par. 1. & trib ſeqq.*

Neque vigore ſtatuti Rauennæ, excluſiui fęminarum
poteſt nepos ex filia præteriri; quia non habet locum ſta-
6 tutum, cum agatur de perſonis non ſubiectis (erat quip-
pè Ioſeph ciuis Fauentinus) ac de bonis, extra territoriū
ſtatuentium poſitis, in agro ſcilicet Fauentino; Et tamen
receptum eſt, quod ad hoc, vt ſtatutum poſſit ſuum ope-
rari effectum, vtraque ſubiectio iuriſdictionis ſtatuentiū
copulatiuè requiritur, perſonarum videlicet, & rerum,
7 *Becc conſ. 141. n. 12. & per tot lib. 2 Purp conſ. 220. li. 1. Gra
tian. cap. 431. n. 6. & per tot.* eſtque plena *d. Rot cor. Merl.
373 per tot dec. 130. n 9. & 144. nu. 10. & 11. par 8 rec Ro-
mana reſtitutionis dotis 30 Maij 1653. §. Nec huiuſmodi.*

Vlteriùs non intrat ſtatutum Rauennæ, quia in Rub.
11. lib. 3. excluduntur ſolum ſorores, & aliæ fęminæ re-
motiores, & vocatio agnatorum tranſuerſalium. non eſt
pura, & ſimplex, ſed conditionalis *deficientibus aſcenden-
tibus & deſcendentib.* quæ conditio, hic adimpleta dici ne-
quit, ob exiſtentiam Ioannę. & Alberti nepotis, *Surd conſ.
8 55. n. 9. verſ in tantum autem, Rot. dec 151. n. 1 & ſeqq. part.
3. rec.* & in terminis huius ſtatuti *Pariſ conſ. 59. nu. 29. &
seqq lib 3. Rot in Rauennaten. hæreditatis 21. Iunij 1649. §.
tum quia dictum ſtatutum & 28 Martij 1650. cor. Reue
rendiſs. Tarraconen. §. ceſſat itaque, & ſeqq.*

Cui fundamento non aduerſatur reſponſio, quod Pa-
9 riſ. & Rot. loquuntur de ſtatuto veteri iam abrogato per
nouum ſtatutum, quod cum rationē conſeruandæ agna-
tionis præſeferat, intelligendum eſſe videbatur, deficien-
tibus aſcendentibus, & deſcendentibus maſculis. Aduerte-
bant enim Domini, quod cum ſtatutum vtrúmque, ijſdē
prorſus verbis ſit conceptum, in vtroque æquè militant
10 rationes à Pariſ. & Rot. conſideratæ, prout in terminis
ſtatuti antiqui, & noui, *Rot. in Romana ſupplemento legiti-
ma 15. Aprilis 1644. cor. Reuerendiſs. Decano §. quia verò.*
Ratio autem conſeruandæ agnationis, non extendit ſta-
tutum iuris communis correctorium de perſona, ad per-
ſona, nec de caſu, ad caſum ſed procedere ſolum debet,
adueniente caſu à ſtatuentibus conſiderato quando
aſcendentes, & deſcendentes deficerent, *Dec. conſ. 451 nu.* 11
*9. Rimmald Iun. conſ 497. à n. 19. vſque ad 32 Gionagn. conſ.
66 nu 19. lib. 1. Honded. conſ. 8. nu 58. lib. 1 Cyriac. controu.
281 nu. 47. & ſeqq Rot dec. 183. num. 25. part. 8. rec.* Et ea-
dem ratione, conſeruandæ agnationis, à teſtatore conſi-
derata firmat, *Menoch conſ. 85 nu 102. Rot dec. 195 nu 7.
11. par. 5. rec. & in Florentina, ſeu Bononien. de Barbadoris
25. Iunij 1630. cor. Coccino, §. hinc non obſtat.*

Alias ad ſenſum partis, ſequeretur abſurdum, quod ſo-
rores defuncti excluderentur tantum ab Agnatis exiſtē-
tibus in quarto gradu, vt expreſsè diſponitur in d. Rub.
Ibi *præterquam in ſororibus prædictis, quas agnati non ex-
cludant, niſi ſint in quarto gradu agnationis.* Filiæ autem
ab omnibus vſque ad decimum gradum, ratione cuius
abſurdi euitandi, dicēdum eſt, quod ſicut quando de ma-
ſculis intelligere voluerunt ſtatuentes, id expreſſerunt, vt
paulò poſt in Rub. 12. ita, quando de huiuſmodi quali-
tate non eſt facta mentio, conſultò, cenſetur omiſſa *l. vni-* 12
*ca §. ſin autem al quid C de cad. toll. Surd conſ. 426. nu. 13.
Altog conſ. 60. nu. 41 & ſeqq lib. 2 Cyriac. d controu. 281. n.
78 Rot. cor. Pen. dec. 1213. n. 6. & dec. 484. n. 14. part. 4 rec.
tom. 2.*

Non eſt enim qualitas aſcendentis, vel deſcendētis, quæ
obſtet admiſſioni agnatorum, ſed defectus conditionis,
ſub qua ſunt vocati, vt benè explicat *Mant. de coniect. lib.* 13
*11 tit. 6 n. 15. verſ verum his obiectis, Gratian. c. 659. nu. 27.
verſ cum præſertim.* & in terminis *Rot. in d. Rauennaten.
28. Martij 1650. §. quoniam ad hoc*, vbi, quòd licet mater
non poſſet ſuccedere filio, ex alio ſtatuto Rauennæ *rubr.
13. n. 3.* adhuc erant excluſi agnati, non ob exiſtentiam
matris, ſed propter defectum conditionis. eo quod, in cō-
ditionibus voluntarijs attenditur merum factum, licet
iuris non ſortiatur effectum, *l. qui hæredi 44. ff. de cond. &* 14
*demonſt Soccin. Iun. conſ. 38. & ſeqq. lib. 1. Rot. d. dec. 151 nu.
2 par. 3. rec. Romana fideic. de Sornijs 22. Maij 1643. cor.
Reuerendiſs. Carillo, §. fin. Mediolanen. bonorum 18. Martij
1648 cor. Bichio § fideicommiſſi, & in Imolen. ſucceſſionis
14. Martij 1659. cor. R. P. D. Beuilaqua, §. 1. in fin.*

Prout, præteritio ſaluari nequit. ex eo quod Catheri-
na, Alberti mater, renunciauerit hæreditati patris; Quia
cùm talis renunciatio ſemper intelligatur facta, ſub cōdi-
tione ſi hæreditas illi deferatur, cùm non poſſit, ſuper ea,
aliquod ius habere illo viuente. ſi mater decedit viuo pa- 15
tre, renunciatio euaneſcit, cum tūc hæreditas illi non de- 16
feratur, nec deferri poſſit, & ipſa potiùs cenſetur à morte
priuata ſucceſſione patris, quam ex propria renunciatio-
ne, eiuſque filij ſuccedunt auo, ex propria perſona, tam-
quam poſiti à lege in locum matris prædefunctæ, ideò
factum matris illi nocere non poteſt, vti venientibus ex
propria perſona, independenter à iure matris, iuxtà re-
ceptam opinionem *Bart. in l. qui ſuperſtites 93. nu 2. ff de* 17
acq hæred quam poſt antiquiores, ſequuntur *Moros conſ.
22 Surd. conſ. 332. n. 10 Roland conſ. 11. nu. 7. lib. 1. Galuan.
conſ. 1 nu. 64. & ſeqq.* qui *ſub nu. 101.* teſtatur de magis cō-
muni plures refert *add ad Merlin. de primog. Hiſpan. lib. 2.
c 3 num 47. verſ. 2. vero*, vbi de receptioni. & articulo di-
ſcuſſo. reſolutum fuit *in Fulginaten, hæreditatis 31 Maij
1638. cor. Veroſpio. in rec. dec. 29. nu. 14. & ſeqq. part. 8. & in
Interamnen. fideic. 11. Martij 1654. cor R. P. D. Celſo, §. id-
que facilius.*

Nec vrget replicatio, quod ſupraſcripta concluſio ceſ-
ſet, quando mater renunciauit, recepta competenti do- 18
te, cum iuramento quam opinionem tenuit *Roman in d.
l. qui ſuperſtites 93. num. 7. verſ. quod limita.* Quia opinio
Roman. eſt communiter ab omnibus reiecta, cum ſemper
vigeat eadem ratio, quod mater non poteſt præiudicare
filijs ex propria perſona venientibus, & proinde non
eſt in eius poteſtate, recipiendo dotem, tollere illi ius

Digitized by Google

competens ex beneficio legis, prout contra Romanum
aduertunt auctores, & ſignanter, Surd.d.conſ 332.n. 11.
12.& conſ.133.n.19.Morot d conſ.22.n.3.Cephal.conſ.33.
nu.68.& conſ.335.nu.11.23.Purpur.conſ.307.nu.10.lib. 1.
Goz.adm.conſ.75.nu.21.ante fin.Cranett.conſ.84.nu.5.verſ.
contrariam tamen Parad. de renunciat.cap.3.num. 22.&
ſeqq. Theſaur.qu.for.90.num.3.lib.1.Molpheſ.ad conſuet.
Neapol. de renunc. quæſt. 5. numer. 12. Franch. deciſ.
67.numer. 7. verſic. &. ſtantibus prædictis, & num. 9.
Licet enim dos exiſtimetur ſucceſſio, quam mater dece-
20 dens tranſmittit ad filios, qoa ratione motus fuit Roma-
nus, intelligenda tamen hæc ſunt io ſuo caſu, qoando fi-
lia ſuperſtes fuerit patri, vt declarat Alex in l.pactum nu.
.. ff.de collat. aduertens Bald. (cuius auctoritate mouetur
21 Romanus) loqui lo caſu, quo pater deceſſerat ante filiam,
quod etiam ootat Surd.cit.conſ.332.num.12.& Rot. in d.
dec.29.num.19 part.5.rec.

Non obſtat Rota in Aſculana hæreditatis 7.Iunij 1649.
cor.Reuerendiſſ.Terraconen.§.fin. quia io caſu illius deci-
ſioois articulus noo fuit diſcuſſus, prooi factum in dec.
Fulginaten. hæreditatis, & conclofio ibi poſita fuit, ex
abundanti, nec ex ea capta fuit reſolutio, ſed præcipuè ex
capite ſtatuti, & proinde in ea parte attendi non debet, vt
22 dictum fuit in Camerinen. regreſſus 19. Iunij 1647. cor.
Peutingerio, Ferrarien.penſionis 18 Iunij 1659.cor. Duno-
zetto, §.neque obſtat, & priùs in dec.45.num.19.30. part. 8.
rec. Nec pariter deciſio Caſenaten. bonorum 17. Martij
1656.cor.Me. Quia ibi agebatur de fideicommiſſo in per-
ſona matris renunciantis, purificato, ad quod filij non
erant ex perſona propria vocati, ſed ex perſona matris
aſpirare facile poteraot, & ſic renuotiato matris nocebat
filijs noo habentibus ius proprium, quæ fuit præciſa cau-
23 ſa illius reſolotiooìs, ſed in præſenti Albertus, tanquam
poſitus à lege in locum filiæ, & obtinens io ſucceſſione
aui primom locũ, vt ſupra, deſumit ius ex propria perſo-
na, & vlterius eſt hæres cũ beneficio l.& inuentarij, quod
operatur, vt hæreditas habeatur pro iacente, & ab omni
24 damno hæredem præſeruat, vt, in ſubiecta materia, con-
ſiderat poſt alios, Surd.d conſ.332.num.13.

Nec dicatur, quod opinio ſopradicta oon procedit,
quando nepos concurrit cum matertera, quia tenentes
hanc opioionem ſe fundaot io errooeo ſuppoſito, quod
nepos repræſentet perſonam matris, & tamen, hoc non
ſubſiſtit, nepos enim, tanquam veniens ex iure proprio,
25 repræſentat tantom gradum, ooo perſonam, & diſtin-
guitur locus, quem, tanquam vacantem, occupare debet
filios, ab eiuſdem matris iure Bart in l.1.§. ſi ſit nepos ante
nu.1.verſ.vnde prima ſolutio, ff.de collat.dot. & in d.l. qui
26 ſuperſtitis 93.num.2.verſ. aduerte ſiquidem; Qua ratione
talis limitatio reprobatur Becc.conſ.17.nu.16.verſ. licet fi-
lius lib.1.Tob.Non.conſ.19.nu.20.Surd.d.conſ.332.nu. 12.
verſ.& propter hoc, & d conſ.133.nu.25.Gabriel.conſ. 154.
num.21.verſ.etenim ſuccedunt lib.1.Faber de error.pragm.
decad.38.error.6 num.16. qui ſub nu.19. longe aliud eſſe,
27 inquit, io ius alterius ſuccedere, aliud verò, in alterius lo-
cum, & gradum, Molfeſ.in d qu.5.nu.10.11.Cancer. var.
reſol par.3.cap.15.num.46 cum alijs apud Moder in Laby-
rint.creditorum par 2.cap.25.nu.9.18.Rot.dec.463.nu. 14.
& ſeqq.par.1.& d.dec.29.nu.16 & 17 par.8.rec.

Rurſus alia limitatio, quod Catharina renunciauerit,
pro ſe & hæredibus, & Albertus ſit eius hæres, quo caſu
28 oon procedere opinionem Bart, cenſoit Surd conſil. 355.
nu.38.& ſeqq noo applicatur io facto, quia conſtat ex in-
ſtrumento renunciationis, in authentica forma, exhibito,
quod Catharina renunciaoit, & refutauit ad fauorem d.
Ioſephi ſui dilectiſſimi patris, ac pro ſe, ſuiſque hæredibus
& ſucceſſoribus quiboſcumque, ac rebus, & bonis, in qui-
bus ipſa Catharina, per mortem d.ſui Patris, &c. quomo-
documque, ratione ſupplemeoti dotis, & ſupplementi le-
gitimæ, iure naturæ debitę, & alio quocumque capite,
ſuccedere poſſet, & valeret, quæ renunciatio, reſpectu
Catharinę, eſt perſonaliſſima, nec alios, quam ipſam com-
præhendit, ideoque non præiudicat Alberto in ſuis iuri-
bus, licet matris hæredi, ex relatis per Pereg.conſ. 8. n. 53. 29
lib.1. quia non impugnat ipſe factum matris, ſed, dicit,
non compræhendere caſũ, quod ipſa prædecederet auo,
& patri reſpectiuè, nec ius filijs ex propria perſona com-
petens, quodque iuramentom, & omnes promiſſiones
pendeot ab illa conditione, de qua ſuperius, ſi deferatur
hæreditas, vt per Natt.conſ.470.nu.12. Surd. d.conſ.133. 30
num.27.verſ.ſecundo reſpondeo plenè Pereg.conſ 83.nu.10.
lib.5.Theſaur.d.q.1.nu.11.verſ & hoc ſtante lib.2. Cancer.
d.c.15.num.63.Rot.in d. Interamnen.fideic.§.nec tali caſu
impugnat.

Verum, quatenos etiam renunciaſſet pro hæredibus,
aduertendum eſſet; an mater renunciauerit non ſolum
ius proprium, ſed in renunciatione deduxerit etiam ius
filijs competeos, ex propria perſona, tunc enim ſequens
obligatio, pro hæredibus, obligaret etiam filios hæredes,
ad ſeruandum factum matris, quæ ipſorum quoque ius 31
renuociauerat, ſed, qoando mater renuociat dumtaxat
ius ſibi ſoli competens, & in renunciatione non deducit
ius filiorum, d. clauſula, pro ſe, & hæredibus, afficit qui-
dem, filios hæredes, ne poſſint aſpirare ad iura competen-
tia matri, ſed non prohibet, quin poſſint agere, pro iure
ſibi ipſis competenti, ex propria perſona, cum tunc, non
poſſit dici, quod veniaot contra factum matris, quę ipſo-
rum ius in renuociatione non dedoxit, ioxta originalem
diſtioctionem, Bald.in l.qui ſe patris num.32.verſ. aut re- 32
nunciat & promittit, C.vnde liberi, quem ſequuti ſunt Pe-
reg.conſ.19.num.13 lib.4.Moros.d.conſ.22 num.6.verſ ter-
tio hac opinio, & verſ.5.contra, Rimnald.Iun.conſ. 751.nu.
51.Faber in ſuo C.lib.2.tit.3.de pact.defin.14.Surd d.conſil.
133.nu.20.& 26.de Ponte conſ.40.n.6.cum alijs relatis per
Ruin.conſ.23 nu.25.& add.ad Molin.d.c.3.nu.4 verſ am-
pliatur 1.& verſ. ampliatur 5. Theſaur d.qu 90 nu.11. &
ſeqq.lib.2.Pereg.dec.Patau.150.num 8.Franc.d.dec.67.nu.
7.Rot.in Bononien de Dulphis 2.Decembris 1644.cor. Re-
uerendiſſ.Terracinen.§ nam reſpectu renunciationis, & in
Melevitana Tenuta 26.Iunij 1647.cor.Peutingerio.§. non
obſtat.

Hinc noo applicatoe deciſio in Ariminen. bonorum 24.
Maij præteriti cor. R.P.D.Beuilaqua, quæ pro Maiolis
allegabator, ibi enim mater expreſsè iuri filiorum renun-
ciauerat, verbis ampliſſimis, & geminatis compræhen-
dentibus omoe, & totum id, quod ipſa eiuſque filij hæ-
redes & ſucceſſores prætendere, & conſequi poſſent, ex-
preſsè voleos, quod eius hæredes & ab ea cauſam haben-
tes, eſſeot penitus omni ſpe deſtitutí, quicquam aliud 33
conſequendi, ex bonis renunciatis, vt dicitor in princi-
pio & §.quib non viſa.

Et ita vtraque parte &c.

Reuerendiſſimo Albergato Decano.

Romana Fideicommiſſi de Marianis.

11. Ianuarij 1660.

ARGVMENTVM.

Portio legitimæ debitæ fœminis, excluſis, vel à ſtatuto, vel ob renunciationem, computatur ad augendam legitimam maſculorum, & d. portio auget hæreditatem patris, ita tamen, vt idem pater non poſſit de ea diſponere ad fauorem extraneorum, ſed tantum ad fauorem deſcendentium.

SVMMARIVM.

1 Cenſus imponi poteſt ſuper fideicommiſſo, ratione detractionum competentium grauato.
2 Fœmina, excluſa a ſtatuto facit, & non facit partem in legitima prout expedit maſculis.
3 Legitima portio, ex ſtatuto Vrbis, quomodo computetur.

4 Por-

4 *Portio fœminarum, à ſtatuto excluſarum, non vadit ad fauorem maſculorum, ſed auget hæreditatem parentum.*
5 *Sed pater eam tenetur relinquere filijs, ſine vllo grauamine.*
6 *Pater dictam portionem, poteſt totam vni filio relinquere, in præiudicium aliorum.*
7 *Sed non poteſt relinquere extraneis in præiudicium filiorum.*
8 *Statutum Vrbis, excluſiuum fœminarum, eſt propter maſculos.*
9 *Bona hæreditatis paternæ nõ attribuuntur doti maternæ.*
10 *Alienationes factæ à grauato, computantur in eius legitimam.*
11 *Legitima detrahitur, ad formam, l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.*

D E C I S I O V.

COntrà Papinos, olim poſſeſſores bonorum, de quibus agitur, prima emanauit ſententia b. m. Dunozetti, concedens immiſſionem Corneliæ, tamquam ceſſionariæ vocatorum ad fideicommiſſum, à Mariano, & Clara, coniugibus ordinatum; altera verò, primæ reuocatoria, prolata fuit à Reuerendiſs. Tarraconen. concedendo reintegrationem Papinis, quam eſſe infirmandã, in gradu appellationis, cor. Me reſolutum fuerat, ſub die 5. Maij 1655. ſed hodie, diſputato iterum dubio, à deciſis receſſerunt DD. quia ratione detractionum, Antonio filio competentium, in bonis maternis, ſubſtineri poteſt impoſitio cenſuum, ab ipſo facta; ad fauorem eorum de Papinis *Rot. dec. 53. nu. 5. poſt Cenc. de cenſibus*, *Merl. dec. 546. nu. 24. & in Rom. Salmanu 24. Ianuarij 1650. cor. Pen-*
1 *tingerio §. pariter nec exceptio.*

Reſponſio autem, quod legitima Antonij, habentis duas Sorores, in bonis maternis, conſiſtentibus in ſumma ſcut. 8500. eſſet tertia; & ſic ſcut. 933. non viſa eſt DD. ſubſiſtere; quia, cum prædictæ eius Sorores eſſent exclu-
2 ſæ à ſtatuto vrbis *cap. 141. lib. 1.* faciunt, vel non, partem, prout magis expedit maſculis, proinde, cum, tamquam duæ, non augerent legitimam de triente in ſemiſſẽ integrum; triens eſt legitima Antonij, *Soc. Iun. conſil. 25. nu. 14. in fine lib. 1. Decian. conſ. 46. num. 36. li. 3. Honded. conſ. 1. n. 105. Gratian. cap. 676. nu. 12. Rot. cor. Penn. dec. 1248. num. 3. poſt Moder. de legit. dec. 74. nu. 1. dec. 87. per tot. vbi agebatur* de legitima in bonis maternis, *dec. 127. nu. 13. & 160. nu.*
3 *12. par. 6. rec. in Rom. de Mareſc. 18. Iunij 1646. cor. R.P.D. Veroſpio §. hoc autem iniuſtitia, & in Interamnen. hæreditatis 17. Martij 1653. cor. Peutingero §. quamuis enim.*

Cui Fundamento non aduerſatur, quod, portio fœminarum, quæ illis aufertur à Statuto, non accreſcit maſculis ſimpliciter, ſed impinguet hæreditatem parentum,
4 à quibus potuit fideicommiſſo ſupponi, vt *per Mareſc. reſol. 28. n. 11. & ſeqq. lib. 1.* & alij in præterita relati. Nam aduertendum eſſe cenſuerunt DD. hanc concluſionem, habere locum quando agitur de fideicommiſſo, vel grauamine, ad fauorem eorumdem maſculorum, impoſito, in quibus terminis ex aduerſo adducti loquuntur, ſecus, quando fideicommiſſum compræhendit, vt in præſenti, fęminas etiam, & alios extraneos, qui non ſunt de agnatione, hoc, enim caſu in illa portione legitimæ grauamen imponi non potuit, ex quo, prædicta patris poteſtas gra-
5 uandi, non eſt libera, & ſimplex, ſed reſtricta ad cõmodum filiorum maſculorum, & hæredum, vt in ſpecie *Gabriel. conſil. 10. nu. 5. & ſeqq lib. 7. Brun. ad Stat. quod ſtat. maſc. art. 12. nu. 204. Rot. dec. 425. num. 1. part. 1. diuerſ. & poſt Fenzon. ad Stat. Vrb. dec. 99. § non obſtat, dec. 100. §. ſed dato*, in quibus optima diſtinctione, firmatur, quod portio, quæ à Statuto fęminis aufertur, conſiderata, reſpectu filiorum maſculorum, eſt hæreditaria, & à voluntate patris dependens, qui poſſet totam vni, in præiudicium
6 aliorum, relinquere, ſed, reſpectu extraneorum, retinet naturam legitimæ, quia *in d. cap. 141.* non excludit Statutum ſimpliciter fęminas, ſed cauſatiuè, ad fauorem ſcillicet, agnationis, vt *per Rot. dec. 77. nu. 4. & ſeqq par. 2. rec. Rom. ſupplementi legitimæ poſt Pacif. de Salu. dec. 160. n. 6.* 8
Rom. ſupplementi legitimæ 26. Ianuarij 1646. cor. Reuerendiſs. Decano §. quia cum huiuſmodi, & in Rom. tranſactionis 2. Maij 1659. cor. R.P.D. Celſo §. prout etiam.

Hinc firmata quantitate legitimæ Antonij, in tertia parte dotis maternæ, ceſſat fundamentum, conſumptionis ex pręcedẽtibus alienationibus; Cenſus enim *ſcut. 500.* impoſitus anno 1593. legitimam conſumpſit, ex quo fundus cenſitus in hęreditate patris reperiebatur, nec po- 9
teſt doti maternæ attribui, quia etiamſi admittatur, quod non in pecunia, ſed in ſpeciebus conſiſteret, non erat tamen fundata in hac domo *ad viam del Pellegrino*, prout in ſpecie hæc alienatio relata fuit in conſumptionem legitimæ prætenſæ, *die 4. Iulij 1646. §. nec pariter, & 27. Iunij 1650. §. & licet cor. Reuerend. Tarraconen.* & regulare 10
eſt, quod, alienationes cadant in cauſam legitimæ debitæ grauato *l. Marcellus 3. §. res quæ, ff. ad Sen. Conſ. Treb. Grat. conſ. 46. num. 45. lib. 1. Surd. conſ. 39. n. 4. Rot. in Roma. fideicomm. de Incoronatis 7. Iunij 1652. cor. me, §. quo enim ad fideicommiſſum.*

Cenſum autem ſcut. 200. & æs alienum 750. extinctum ex pretio domus dotalis, poſitum *al Pozzo delle Cornacchie*, viſum fuit non eſſe pariter imputandum in legitima matris, quia, non apparet, fuiſſe proprium ipſius Antonij, ſed potiùs conſtat, cenſum prædictum eſſe hæreditarium patris, & aliud debitum eſſe vtriuſque patris, ſcilicet, & matris, hæreditarium, ex datis in ſumm. Corneliæ *num. 7.* Computatis autem ſcut. 700. verè, in hanc cauſam, ab Antonio receptis, vna, cum fructibus cenſus vitalitij, non excedentibus ſcuta 233. pro concurrenti quantitate legitimæ, ad formam *legis hæreditatum* 11
68. ff. ad leg. Falc. adhuc ſupereſt creditum tantæ quantitatis, ratione cuius ſubſtinere potuerunt cenſus fauore illorum de Papinis.

Reuerendiſſimo Albergato Decano.

Romana; ſeu Vrbeuetana Succeſſionis.

Luna 22. Maij 1662.

A R G V M E N T V M.

Renuncians bona fideicommiſſo ſuppoſita, dicitur alienare, & contrauenire præcepto de non alienando; Ideò fit locus ſubſtitutioni, & ſubſtitutus poteſt bona in tertium translata vindicare.

S V M M A R I V M.

1 *Vocatio omnium deſcendentium inducit fideicommiſſum inter illos.*
2 *Ob contrauentionem hæredis grauati, fit locus ſubſtitutioni, non expectata morte d. grauati.*
3 *Prohibitus alienare, poteſt alienare in vocatum.*
4 *Subſtitutus poteſt vindicare bona in extraneum alienata à grauato.*
5 *Scientia fideicommiſſi probatur ex eius nominatione, facta in aliquo inſtrumento.*
6 *Tertius tenetur reſtituere rem fideicommiſſi ſcienter acquiſitam.*
7 *Quando auocantur bona fideicommiſſi alienati, non eſt probanda ſcientia alienantis.*
8 *Ex facultate alienandi excluditur fideicommiſſum.*
9 *Promiſſio hæreditatis requirit perſeuerantiam vſq; ad obitum.*
10 *Habens bona libera poteſt ea fideicommiſſo ſupponere.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO VI.

EXcluſa, ob renunciationem, Catharina, quo minùs
poſt mortem Nicolai fratris ſioe filijs ad bona re-
nunciata regreſſum habere poſſet, *vt in dec.21. Ianuarij*
1661. per quæ hodiè confirmata fuit. Ad inſtantiam
fratrum de Tauruſijs, eius filiorum, propoſui dubium;
An conſtet de fideicommiſſo Licioiæ, porificato ad fa-
uorem filiorum Catharinæ, qood reſolutum fuit, affir-
matiue. Quia, de fideicommiſſo conſtat ex teſtamento
Liciniæ, in quo ſubſtituti fueruot nepotes, pronepotes,
deſcendentes, & ſucceſſores quicumque poſt mortem fi-
liorum primi, & ſecundi Matrimonij, cum prohibitione
alienationis, omnibus deſcendentibus, iniuncta, ad hoc,
vt, bona, de vno in alium, ordine ſucceſſiuo, traoſeant,
in infinitum, &c. ex quibus indoctum fuiſſe fideicom-
1 miſſum ſucceſſiuum ad fauorem deſcendentium iam re-
ſolutum fuit in hac cauſa *coram Me die* 28. *Ian.* 1658.

Purificationem verò deducebant DD. ex eo, quod cũ
per obitum Liuiæ, & Nicolai, apertum eſſet fideicom-
miſſum, ad fauorem Catharinæ, vt in eadem Deciſione
firmatur, per alienationem ex reoonciatione reſultan-
tem, per ipſam facta omnium Iurium ſibi competentiũ,
tam ex teſtameoto, ſeu fideicommiſſo purificato, ſeu pu-
rificando, contra voluntatem teſtatricis, quæ alienatio-
nem expreſsè prohibuit, ſub pœna priuationis, in caſu
contraueotionis ad fauorem aliorum, purificatum rema-
net fideicommiſſum ad fauorem eius filiorum poſt illam
immediatè vocatorum, non aliter, expectata morte re-
2 nunciantis *Gabr. conſ* 118. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. *Molin. de
primog Hiſp lib.* 1. *capit.* 16. *num.* 32. *verſ. vnum tamen Rot.
cor. Caual. dec.* 204 *num* 1 *plene in Mediolanen. bonor.* 31.
May 1649. *cor. Eminentiſs. Corrado.* §. *præterea ceſſare, Ro-
mana primogenituræ* 7. *May* 1657. *cor. Dunozett.* §. *præ-
terea, & in Romana Saluiani* 4. *Febr. præteriti cor. Emi-
nentiſs. Cerro* §. *quia cum.*

Nec Herculi Miſſino ſuffragatur, quod, non probe-
tur, Catharinam habuiſſe ſcietiam fideicommiſſi, quod
que alienatio facta fuerit in perſonam oon prohibitam,
nempè, io fratrem Catharinæ, principaliter vocatum,
3 quæ ſub generali prohibitione alienationis, interdicta
non cenſetur, *vt in deciſ. anni* 1661. §. *fin. & tradit Surd.
conſ.* 351. *num* 45. *Fuſar de ſubſt. q.* 716. *num* 1. *Rot in Rom.
fideic. de Stercatis* 10. *Febr. proximi præteriti cor. R.P.D.
Bourlemont.* §. *quia quoad primum*; Nam, cùm à perſona
fratris, bona ad prohibitum, & extraneum deueniunt,
contrauentum fuit voluntati teſtatricis, & factus eſt lo-
cus ſubſtitutis, qui bona vindicare poſſunt *Menoch. conſ.*
557. *nu* 22. *Fuſar. de ſubſt. q.* 536. *n.* 5. & alij ſupra relati.
4 Scientia verò ſatis probatur, ex mentione oominati, fa-
cta in Inſtrumento renunciationis fideicommiſſi auiti,
5 *vt in d. dec.* 31. *Ianuarij* 1661. §. *nec Catharina*; qua data
ſcientia, non poteſt excuſari tertius à reſtitutione bono-
6 rum, *vt per Rot. in Bonon. fideic. apud Gionagn conſ.* 22 *n.* 18
lib. 2. *& in Rom. fideicom. de Mutis* 1. *Decembris* 1651. *cor.
Cerro* §. *in propoſito autem*, & tamen cùm non agatur ho-
diè ad pęnam alienantis, ſed, ad effectum vindicandi bo-
na fideicommiſſi apud extraneum exiſtentia, non eſt ne-
ceſſariò probanda ſcientia prohibitionis in alienaote,
7 *Gabr. conſil* 118. *num.* 3. *& benè diſtinguit Rot. cor. Canaler.
dec.* 81. *num.* 5. 6.

Rurſus non releuat, quod Licinia, dotem promitten-
do Liuiæ filiæ, quæ fuit mater Catharinæ, conceſſerit
facultatem eius ſponſo alienaodi iura, & prætenſiones,
8 quæ futuris temporibus, ad ipſum ſpectaee poſſent, occa-
ſione dotis maternæ. Vnde inferebatur, quod in hac
parte noo exiſteret fideicommiſſum. Primo, quia in fa-
cto conſtat, qood bona, quæ fuerunt ſuppoſita fideicom-
miſſo, ſont diuerſa ab ijs, quæ in dotem tradita fueruot
Liuiæ. Secundo, quia obligatio viſa eſt potius præuen-
tiua hæreditatis materoæ aſſignatio, quæ tacitam habet
conditionem quatenus, promittens in eadem voluntate
perſeuerauerit, vſqoe ad obitum *l. fin. C. de pact. Gionagn.* 9
conſ. 24. *nu.* 9. *lib.* 2. *Theſaur. dec.* 225. *num.* 9. *Rot. cor. Reue-
rendiſs. Tarraconen. Auenionen. hæreditatis dec.* 282. *n.* 13.
14. *dec.* 317. *num.* 10. *& ſeqq. inter eius impreſſas, Beneuen-
tana hæreditatis* 17. *Martij* 1653. *cor. Reuerendiſs. Papien.*
§. *nec obſtare, & in Fulginaten. dotis* 19. *Apr.* 1660. *cor. Me*
§. *hinc ceſſat*; Vnde rectè potuit Licinia fideicommiſſum
ſucceſſiuum ordinare ad fauorem eiuſdem Liuiæ, & fi- 10
liorum, vt per *Cyriac. contr.* 88. *n.* 10. *& ſeqq. Gaſpar. Ant.
Theſaur. q.* 79. *nu.* 1. *lib.* 2. *Rot. cor. Reuerendiſs. Tarraconen.
d. dec.* 282. *in fine.*

Et ita vtraqoe, &c.

Reuerendiſsimo Albergato Decano.

Romana, ſeu Vrbeuetana Succeſſionis.

Ven. 18. *May* 1663.

ARGVMENTVM.

Renuncians fideicommiſſum, contrauenire dicitur
præcepto non alienandi, ideò ſubſtitutus agit con-
tra renunciatarium, pro recuperatione bonorum,
etiam ſi renuncians non habuiſſet notitiam fidei-
commiſſi renunciati.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians fideicommiſſum, dicitur contrauenire præ-
cepto non alienandi.*
2 *Alienans ignoranter fideicommiſſum, non priuatur, nec
per talem alienationem, aperitur via ſubſtituto.*
3 *Scientia præſumptiua ſufficit.*
4 *Quando agitur contra emptorem bonorum fideicom-
miſſi, ſubſtitutus recuperat bona, etiamſi non probetur
ſcientia fideicommiſſi in alienante.*
5 *Hæreditatis promiſſio requirit perſeuerantiam vſque
ad mortem.*
6 *Promittens hæreditatem poteſt ſuper ea conſtituere fi-
deicommiſſum.*
7 *Habens cauſam ab alio non impugnat eius factum.*

DECISIO VII.

OB alienationem ex renonciatione ampliſsima Ca-
therinæ, reſultantem, reſpooſum fuit, *die* 22. *Maij*
1662. apertum eſſe fideicommiſſum Liciniæ, ad fauorem
fratrum de Tauruſijs eiuſdē Catharinæ filiorum, & ho-
diè, repropoſito dubio, ijdē Domini in deciſis perſiſten-
dum, exiſtimarunt. Clara enim eſt diſpoſitio teſtatricis,
quæ alienationem prohibuit, alijs ſucceſſiue ſubſtitutis,
in caſu contrauentionis; Et proinde, cùm Catharina, re-
nunciando, contrauenerit præcepto teſtatricis, factus eſt
locus vocationi aliorum, vt in §. *purificationem*, & con- 1
cordant *Peregr. de fideicom. art.* 14 *n.* 8 *Rot. dec.* 147. *nu.* 2.
par. 5. *rec.* & alij relati in *Bononien fideic.* 28. *Iunij* 1652. *in
princ. coram R.P.D. Celſo.*

Nec ſubuertitur hoc fundamentum, ex eo, quòd Ca-
therina alienauerit abſque præciſa, & indubitata ſcientia
fideicommiſſi, & ſine dubio, ac animo illud ſubuerten-
di, in quibus terminis, ſubſtitutum oon admitti, durante
vita alienantis, voluit *Ruin. conſ.* 118. *nu.* 11. *& ſeqq. lib.* 2. 2
Rot. dec. 182. *per totum, coram Burat.* cæterique adducti
ab Informaotibus pro Minimo: Quoniam præter, quod
in ipſa renunciatione mentio facta fuit expreſsè ſenten-
tiæ: Vnde reſultare potuit ſcientia præſumpta, vt dedu-
ctum fuit in dec. 31. *Ianuarij* 1661. §. *neque Catherina.* Ad- 3
uertebant hodie Domini, quod oon agitur contra Ca-
tharinam renunciantem, ad effectum declarandi incur-
ſum pęnę, & priuationis, in quibus terminis loqountur,
& procedunt auctoritates io contrarium allegatæ, ſed
contra tertium extraneum, in quem bona, mediante re-
nuncia-

Digitized by Google

nunciatione, deuenerunt, quo caſu non requiritur ſcien-
tia grauamiuis in alienante, ſed per ſimplicem purifica-
tionem conditionis, poſſunt ſubſtituti contra illum age-
re, ne prohibitio teſtatoris euadat eluſoria, *Surd conſ.* 116
4 *nu.* 17. *& ſeqq. Gabr. conſ.* 118. *n.* 3. *lib.* 1. *benè Hond. conſ.* 42.
n. 13. *lib.* 1. *Rot deciſ.* 22. *num.* 1. *& ſeqq. part.* 1. *diuerſ. coram*
Canaler. dec. 81. *n.* 5. *& dec.* 108. *per tot.*

Quoad aliud obiectum, quod Licinia, in dote Liuiæ
filiæ aſſegnauerit, non ſolum bona, & iura paterna, ſed
etiam omnia iura eidem obuentura, ex perſona matris,
& conceſſerit facultatem marito, etiam reſpectu bono-
rum maternorum, reſtituẽdi bona, vel pecunias, adenut
Nicolaus Filius, & hæres Liuiæ dotem Catherinæ ſorori
conſtituendo in ſcut. 3000. portionem fideicommiſſi in
pecunia reſtituiſſe videatur, Placuerunt Dominis duæ
reſponſiones deciſionis. Prima, quod dum aſſignatio
facta per Liciniam, non loquitur de bonis maternis, ſed
ſolum iura paterna, & materna compræhendit, & hic
præuentiua potiùs viſa eſt hæreditatis reſtitutio, quæ ta-
citam habet conditionem, quatenus promittens in vo-
5 luntate perſeueret *Gionagn. conſ.* 24. *n.* 9. *lib.* 2. *Rot. corã Re-*
uerendiſs Tarraconen dec 282. *nu.* 13. *& ſeqq. dec.* 311. *n.* 11
& ſeqq. & alij relati in §. *fin* Vnde potuit Licinia conſti-
tuere fideicommiſſum ad fauorem Liuiæ, & deſcenden-
6 tium, *Rot coram Reuerendiſs. Tarraconen dec.* 455 *n.* 3. *&*
in Beneuentana hereditatis 17. *Martij* 1653. *coram Reue*
rendiſs. Papien. §. *neque obſtare*. Secunda, quod Liuia ma
ter Catharinæ, poſt dotem in alijs bonis receptam, vt in
inſtrumento dotali, in diuiſione cum Iulia ſorore deinde
facta, bona, de quibus agitur, tamquàm fideicommiſſa-
ria Liciniæ matris, agnouit illius teſtamentum acceptã-
do, quam acceptationem, & confeſſionem Miſſinus, ab
7 illa cauſam habens, impugnare non poteſt *Surd conſ.*
571. *n.* 32. *Tob Non. conſ.* 16 *n.* 31. *Rot. dec* 207. *n.* 42. *part.* 9.
rec. & in Bononien. fideicommiſſi de Naſcentorijs 15. *Maij*
1656. *coram R. P. D. Celſo* §. *inſtrumenta vero.*

Quæ opponebantur à Miſſino, circa detractiones non
ſunt præſentis inſpectionis, vbi agitur de purificatione
fideicommiſſi tantùm, & de illis agendum erit in iudicio
immiſſionis.

Et ita vtraque, &c.

Reuerendiſſimo Albergato Decano.

Romana Scutorum 30000.

9. Aprilis 1660.

A R G V M E N T V M.

Pacta, & Conuentiones reuocabiles, poſſunt ſtare in
donatione irreuocabili. Et facultas diſponendi,
conceſſa alicui, in contractu donationis inter vi-
uos, reuocari, & limitari poteſt, antequam facul-
tatarius vtatur, maximè ſi dicta facultas eſſet ad
fauorem tertij.

S V M M A R I V M.

1 *Facultas diſponendi non dicitur eſſe de bonis eius, qui eam habet.*
2 *Sicut et ius adeundi ante aditionem.*
3 *Facultas conceſſa alicui poteſt reuocari.*
4 *Legata ſemper reuocari poſſunt.*
5 *Dicta facultas reuocatur, antequam facultatarius ea vtatur.*
6 *Etiamſi eſſet conceſſa in contractu.*
7 *Donatio irreuocabilis poteſt habere conditiones reuocabiles.*
8 *Facultas diſponendi, per modum præcepti, non poteſt reuocari.*
9 *Contrarium.*
10 *Pacta facultatiua in contractu ſunt reuocabilia.*
11 *Pacta in contractu, concernentia fauorem tertij poſſunt reuocari.*
12 *Facultas acceptata non poteſt reuocari.*
13 *Acceptatio requiritur in qualibet diſpoſitione.*
14 *Donatio de re aliena, cum conſenſu Domini, non poteſt reuocari.*
15 *Contra, quando donatio ſtat in terminis facultatis.*
16 *Iuramentum de non reuocando contractu, reſtringitur ad ſubſtantiam contractus.*
17 *Promiſſio iurata, in clauſulis executiuis, inſerta, non mutat naturam rerum promiſſarum.*
18 *Stipulatio notarij non facit irreuocabilem actum reuocabilem.*

D E C I S I O VIII.

Domini ſemel, atque iterùm, in diſputationibus du-
bij, conſiderata facultate, in donatione S. domus
Lauretanæ, per Io: Andream Caſtellanum eius fratri,
conceſſa, *che alla ſua morte poſſa liberamente diſporre à*
fauore di chi ad eſſo più piacerà la ſomma di ſcudi 30000.
Recedendum eſſe cenſuerunt a deciſis, ſub die 23. Ia-
nuarij 1658. cor. Me. Quia continent verba prædicta
ſimplicem facultatem, & nudam poteſtatem diſponen-
di, tertio conceſſam, quæ cùm nullum ius formatum tri- 1
buat, nec ſit in bonis eius, cui conceditur, vt per *Decian.*
conſ. 83. *num.* 10. *lib* 2. aliosque relatos per *Medern. Hiſp.*
in Labyrint. credit. part. 2 *cap.* 10. *nu.* 103 *& ſeqq.* & in ſi-
mili facultate adeundi hæreditatem delatam, quod non
ſit ius, ſed ſimpliciter facultas, ideoque non dicatur eſſe
in bonis eius cui competit *Surd. deciſ.* 140. *num* 5. *& ſeqq.* 2
& artic. diſcuſſo *Rot. in Romana fideicomm. de Formoſis.*
9. Iunij 1634. *coram Panzirolo* §. *& ratio cum ſeqq. & in*
Romana fructuum cenſus 21 *Maij* 1635. *coram Eminen-*
tiſs. Veroſpio.

Proinde in teſtamento, poſteà condito, per eundem
Io: Andream, ad ſcuta 10. m. reduci, & limitari potuit,
cùm hoc ſit de natura talis facultatis *Alex conſ.* 29. *n.* 17.
& ſeqq. lib. 5. *Dec. conſ.* 54. *num.* 12. *lib* 1. *Rebell. de obligat.* 3
Iuſt part. 2 *lib.* 18 *q.* 23 *n.* 3. *verſ. accedit Larrea dec. Gra-*
naten. 67. *nu* 41. *Rot in Rom. Collegij* 13 *Nouembris* 1634.
§. *Tertio, Denique iuncto*, §. *fin. coram Pirouano.*

Duobus præcipue in facto concurrentibus, quod fa-
cultas per viam legati attributa videtur, prout declara-
uit idem Donans ibi, *Che la Santa Caſa habbia à ſodisfa-*
re li ſuddetti peſi, ò legati, &c. & Io: Maria facultatarius
ibi, *delli ſcudi* 30 *m. laſciatimi per legato da Monſignor* 4
Caſtellano mio Fratello, l. fideicommiſſa 11. § *ſi rem ff. de*
leg. 3. *Surd. deciſ* 127. *num.* 10. & quod reductio facta fuit
antequam Io: Maria facultate prædicta vteretur, teſtan-
do ad fauorem PP. S. Mariæ ſuper Mineruam, & ideò, re
adhuc integra, & ante ius quæſitum, locus erat modifi-
cationi, vt diſtinguendo inter caſum hunc, & aliũ, quan-
do ius quæſitum eſſet illi, cui conceſſa fuit facultas per
actualem diſpoſitionem tradit *Bald. in l Seruum* 3 *nu* 3. 5
& ſeqq. C qui teſtam. fac poſſunt, Gulielm de Bened in cap.
Raynutius 16. §. *condidit il* 1 *num.* 2. *de teſtam. Soc Sen conſ.*
114. *in fin verſ prout dicit Bald. vol.* 1. *Pereg. de fideic art.*
44. *num.* 37 *ad med. vbi Moder in addit. col* 8 *ad fin. verſ.*
at verò Vaſq. de ſucceſſ. p. 2. *lib.* 1 § 2 *nu.* 2. *Theſaur. lun in*
addit. ad deciſ. 70. *littera D verſ ſed mihi omninò, Rot. dec.*
253. *n.* 10. *verſ. adhuc potuiſſet part.* 4. *rec.*

Ex quibus ceſſat præcipuum fundamentum deciſio-
nis, quod facultas in donatione irreuocabili conceſſa, eius
naturam aſſumpſerit, nam cùm, vt dictum eſt, ipſa origi- 6
naliter reuocationi eſſet obnoxia, etiam in contractu cõ-
ceſſa, *Alex. conſ.* 29. *num.* 23. *& ſeqq lib.* 4 *Angel. conſ* 225.
num. 1. *&* 2. propriam naturam retinuit, ex quo etiam in
donatione, & alijs contractibus irreuocabilibus, pacta
fieri poſſunt, & diſpoſitiones, ad inſtar vltimarum vo-
luntatum, reuocabiles. *Pereg conſ.* 65 *num.* 16. *lib.* 1 *Surd.* 7
conſ. 382. *n.* 69. *Mant. de coniect lib.* 3. *tit.* 18. *nu.* 11. *Gratian.*
cap. 247. *n.* 21. *Bald. conſ.* 270. *lib.* 1. non applicatur quia ibi,
licentia

Digitized by Google

licentia diſponendi, non erat conceſsa, per modum fa-
cultatis, ſed per modum præcepti. iniuncti eidem dona-
8 tario. Et, quod magis vrget, non fuerat ibi reuocata fa-
cultas, ante actualem diſpoſitionem, vt in præſenti, præ-
9 terquàm quod cootrariũ reſpondit idem *Bald. conſ.377.*
lib.5. & eum ſequuntur *Natt conſ.677 num.2.* & facit be-
nè in propoſito *Corn conſ.54. num.4 in fine verſ & inſu-*
per lib.4. Conſt. de re integ. diſt.791 numer.3. Peregr conſil.
26 num. 8. lib.1. Caſtill. controu iur tom.4. cap.53. num.30.
ante med.

Vlterius, ratio à Dominis conſiderata, quod pacta ap-
poſita in donatione inter viuos, ex cohærentia contra-
ctus veſtiantur, vel non procedit, quando pacta ſunt in-
ſerta per viam ſimplicis facultatis quæ vt ſupra, remanet
10 reuocabilis *Ang. conſ.225 num.1. in fin. cum ſeqq. Alex d.*
conſ.29. num.17 & ſeqq. lib.5. Rum. d. conſ.54. n.12 & ſeqq
lib.1. Pariſ. conſ.8. num.23. & ſeqq lib.4. vel tunc demum
pacta informantur ab ipſo contractu, & fiunt irreuo
cabilia, quando reſpiciunt intereſse ipſorum contrahen-
11 tium, ſecùs ſi ad fauorem tertij ſint appoſita iuxta opi-
nionem *Bartol. in l petens 28 num.1. Bald num.4. & Iaſ*
num.18 verſ. circa primum, Cod. de pact. Neguſ de pignor.
part.4 num.40. verſ.2. modo Tiraq de retract. conuent. §.1.
gloſ 8. num 26.

Limitatio autem ad doctrinam *Bart in l. qui Romæ.122*
§. Flauius, num.1. ff. de verb. oblig. qood ſcilicet, oon pro-
12 cedat, quando concurrit acceptatio facultatis *vt in § reſ*
ponſum fuit, in facto non applicatur. Quia nullibi con
ſtat, quando Io: Maria. talem facultatem acceptauerit
acceptatio autem Notarij facta fuit oomine Almę Do-
mus Lauretanæ, non aliorum; & illa, quæ taeitè con-
tinetur io obligatione Camerali intelligitur, de habeoti-
bus intereſse primarium, & principale. non aotem ſecun-
13 darium. & conſecutiuum, *Gratian cap.23. nu.5. Rot. poſt*
Moder. de oblig. Camerali decíſ.191 num.12. & decíſ.274.
numer.6.

Prout non viſa eſt applieabilis doctrina *Imolæ in l.2.*
n 1 in fine, ff. de donat. loquitur enim ille, quando aliquis
14 dooat rem alterius conſentientis, quo caſu duæ dicun
tur donationes, vna inter donantem, & conſentien
tem, inter donantem, & donatariom, altera; Quod
non procedit, quando res ſtetit in terminis nodæ facol-
tatis, ad actum non deductæ, vt declarat *Roland. de*
15 *Lucro dot. quæſt.41. in fin. Aliog. conſil.32, numer.34.*
lib.2.

Non obſtat promiſſio iurata non reuocandi, qoæ
ſucceſſiuè à Notario ſtipulata fuit; Quia ponderatum
16 fuit, quod reſpieiebat ipſammet donationem princi-
palem fauore Sanctæ Domus, non autem legata, & cæ
tera onera, in eadem contenta, quæ tamquam ſui na-
17 tura, reuocabilia, per dictam promiſſionem, clauſu
lis executiuis inſertam, talia eſse non deſinuot, *Rot.*
decíſ.586. numer.4. partem 5. rec. tom.2. Rom. donationis
1. Februarij 1640. cor Reuerendiſs. Terracinen §. non ob-
ſtat pactum & in terminis de actu iurato *Rum. conſil 54*
numer.12. & 13. lib.1. Rot. in Comen Cappella 1648. co-
ram Dunozetto: Et ſtipulatio Notarii regulariter non
operatur vt actus. origine, & natura reuocabilis, con-
trariam natoram aſsumat, *Caſtren. in l. ſi pecuniam 5. nu-*
18 *mer.7. ff de condit. cauſ dat. Rot. coram Penn decíſ.*
1294. numer.7. & in Roman Collegij 13 Nouembris 1634
coram Pironano. §. non obſtat quod interuenerit, quæ ta-
meo ſtipulatio Sanctam Domuin, & oon alios reſpi-
ciebat, vt ſupra.

Cum itaque prædicta facultas ante ius quæſitum, per
diſpoſitionem reoocata fuerit, & non eſset à Io: Maria
acceptata, Domini receſserunt à deciſis.

Reuerendiſſimo Albergato Decano.

Romana Scutorum 30000.

21. *Iunij 1661.*

ARGVMENTVM.

Facultas diſponendi, data in donatione irreuocabili, poteſt à donatore reuocari, reſtringi, & limitari, antequam ea donatarius vtatur, non obſtantibus ponderatis in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Facultas diſponendi non tribuit aliquod ius; nec eſt in dominio facultatarij.*
2 *Ius adeundi hæreditatem, ante aditionem nullum tribuit ius.*
3 *Facultas antequam quis ea vtatur poteſt à concedente reſtringi, & limitari.*
4 *Talis facultas inhæret donationi irreuocabili.*
5 *Et per hoc non fit irreuocabilis.*
6 *Qualibet facultas in contractu irreuocabili, eſt reuocabilis re integra.*
7 *Secus ſi contineret intereſſe eorum, qui principaliter contrahunt.*
8 *Contra ſi reſpiciat intereſſe tertij.*
9 *Acceptatio tacita contractus non fit, niſi ab eo, qui habet in eo intereſſe primarium.*
10 *Stipulatio Notarij non facit contractum irreuocabilẽ.*
11 *Donatio inter viuos, eſt irreuocabilis, etiam ſi donatarius poſſit eam non acceptare.*
12 *Facultas tranſeundi, hauriendi aquam, &c. non poteſt reuocari.*
13 *Seruitus in ordine ad acquirentem, antè acceptationem, eſt reuocabilis, ſed non in ordine ad concedentem.*
14 *Donatio quomodò differat à ſeruitute.*
15 *Simplex facultas nullum ius tribuit, nec in re, nec ad rem.*
16 *Contractus irreuocabilis poteſt continere pactum reuocabile.*
17 *Contractus irreuocabilis poteſt continere facultatem adminiſtrandi ad libitum.*
18 *Data per viam legati continent naturam reuocabilem.*
19 *Facultas nominandi, data à teſtatore, quando ſit iure proprio, vel nomine teſtatoris.*
20 *Et quandò tranſeat ad hæredes.*
21 *Nominatus, an capiat à nominante, vel à teſtatore.*
22 *Pater, conſentiens filium diſponere non reuocat conſenſum.*
23 *Quando filius acceptauit conſenſum.*
24 *Declaratio donatoris attenditur, quando donatio eſt dubia.*

DECISIO IX.

PRopoſito hodiè dobio; Ao ſit ſtandum in primo, vel
ſecundo loco, deciſis, placuerunt Dominis fundamẽ-
ta vltimæ reſolutionis. Quia verba, quibus vſus fuit Io:
Andreas, quando voloit Io: Mariam eius fratrem, de ſcu-
tis 30. m. diſponere poſſe, nudam, & ſimplicem faculta- 1
tem præſeferunt, quæ oullum ius tribuunt, facultatario,
nec dicitur eſſe in bonis eius, cui tribuitur prout non eſt
in bonis ius adeundi hæreditatem, ante illius aditionem,
ex relatis in principio deciſionis, & tradunt *Grat. conſ.35* 2
num.35. & ſeqq. lib.1. Franch. decíſ.101. num.24. & ſeqq.
Rot. in Mediolanen bonorum 1. Iulij 1650. coram Eminen.
Celſo, §. fin. Vnde re integra, & aotequam Io: Maria tali
facultate vſus fuerit, potuit à concedente limitari, & ad
ſcuta 30. m. reſtringi, *Rum. conſil.54. numer.12. & ſeqq.* 3
lib.2.

Digitized by Google

lib.2.Dec.conſil.521.num.12. in fin. Peregr.de fideic.art.44. num.37.ad med.

Et licet talis facultas inhæreat contractui donationis
4 irreuocabilis. quæ eſt ratio *Bald.conſil.270.lib.2.* & dica
tur, pro parte Io: Mariæ acceptata, non inde tamen na
turam irreuocabilem aſſumpſit; Quia reſpectu cohærē
5 tiæ, tunc demùm poſſet irreuocabilis iudicari ſi vti In
alia deciſione reſpondetor, ſi ibi eſſet appoſita per viam
iuris, non autem, quandò inſerta fuit per modum ſim
plicis facultatis, quæ iotrioſecè, de ſui oatura, etiam in
6 contractu irreuocabili, appoſita re integra, remanet re
uocabilis, vt ſupra *Alex conſ.29.nu 17.& ſeqq lib.5.Dec.
d.conſ.531.num.12.Pariſ.conſ.8.num.23.& ſeqq.lib 4.* vel
quando talis facultas contineret intereſſe corū, qui prin
7 cipaliter cootrahunt, & in eos eſset directa, vt in caſu
Bald.conſ.270.numer.2.lib.2. non autem, quando reſpicit
8 ioteresſe tertij & io eum directa fuit; hoc enim ſecundo
caſu, non Informatur à contractu, cui ineſt, oec irreoo-
cabilis euadit, *Bart.& alij in l.petens 27.n.1.C.de pact Ti
raq. in retract.conuent.§.1.gloſſ.5.num.26.cum concord. in
§.fine quando*; Quo vero, ad acceptationem tacitam,
quæ continetur io obl gatiooe Camerali, intelligitur, de
habē.ibus intereſse primarium, & principale de tempore
9 contractus, non autem ſecundarium. & conſecutioum,
Rot coram Duran.deciſ.27.num.12.& ſeqq. Expreſsa au-
tem facta fuit, nomine Almæ Domus Lauretanæ, noo
autem aliorum, cuius quidem ſtipolatio noo alterat na
tura m actus, nec de reuocabili eum reddit irreuocabi
10 lem, *Rot.coram Pen.deciſ 294.num.7 & in Romana Col
legij 13 Nouembris 1634. coram Pirouano §.non obſtat.*

Nec aduerſantur exempla in contrarium adducta, de
donatiooe ioter viuos. quæ non eſt reuocabilis, licet ſit
11 in poteſtate donatarij illam non acceptare, & de facul
tate alicui conceſsa traoſeundi per fundum, vel haurien-
12 di aquam ex puteo, quæ pariter reuocari non poteſt;
Quia placuit Dominis reſponſio, quod reſpectu acqui-
13 rentis, omnia ſunt facultatis, anteqoam acceptentur, &
in ſpecie reſpectu donatarij. aut eius fauore, cuius impo-
nitur ſeruitus itineris, vel hauſtus aquæ, ſed io ordine ad
coocedentem, & ad rem ipſam. non omnia ſunt facul-
tatis; Quia donatio non continet ſimplicem facultatem,
ſed ius, & ſeruitus pariter eſt facoltatis, aotequam in eſse
deducatur; ſed ius verom eſt, poſtquam conſtituta fuit
Et hinc fit, quod donatio reuocari noo poteſt, quia
ab initio eſt actus obligatorius, & continet ius, non ſim-
14 plicem facultatem prout per modum iuris conceduntur
facultates prædictæ itineris & hauſtus aquæ, & imponi-
tur fuodo, vel puteo vera ſeruitos, quæ ius eſt, vt dixi:
Simplex autem facoltas, oec ius tribuit, nec in re, nec ad
15 rem, ſed eſt ſimplex potentia acquirendi, vt præter rela
tos in priocipio *Caſtr in l cum filius fam.11 num.23. verſ.
nam heres, ff de leg.1 Corn.conſ 239.num.3.lib.4.*

Qua ratione tolloutur etiam alia, de mandato ad fa-
ciendum, aot de fideicommiſso facto in contractu. Quia
non protode eorum oatura irreuocabilis alteratur, vt ſu-
16 pra; nec inconueniens eſt, quod in contractu irreuoca-
bili, ad ſit pactum reuocabile, in termiois facultatis fratri
17 conceſsæ in contractu adminiſtrandi, & vendendi *Alex.
dict.conſil.29.num.17.& ſeqq. lib.5 Rum.conſil.54 num.12.
& 13 lib.1.* Et vlterius, hæc omnia pacta reſpiciunt io-
tereſse illius, cum quo principalis contractus celebrator;
In præſenti, autem, agitur de intereſse tertij, cum quo
non fuit contractum, & de reuocatiooe facta, ante-
quam Io: Maria facultate vteretur, quod pariter ponde-
randum eſt, facultas conceſsa fuit per viam legati, vt
expreſſit dooator, & facultatarius, atque ideò ſemper re-
18 tinuit naturam reuocabilem legati. *Gomez. var reſol.cap.
12.num.4.lib.1. Surd.deciſ.127 num.9. & 10.& alij in §.
vlterius.*

Rurſum viſa eſt Domiois applicabilis diſtinctio, qoam
faciont DD. circa facultatem nominaodi, quam quis
habet à teſtatore: An, ſcilicet, ſit libera, & competat
19 nomine proprio; an autem nomine teſtatoris, & ſit li-
mitata, ad certas perſonas; qoia exinde ioferri non po-
teſt ad reuocabilitatem, ſed de illa diſputant DD ad
alios effectus, nempè vel ad cognoſcendum: An talis
facultas ſit tranſitoria ad hæredes an verò perſonalis, in
quibus terminis, poſt Cynum, diſtinctione m ponit, 20
*Bartol.in l.illud 1.num. ff.de option leg Merlin & Nell.
relati per adden ad deciſ.25 nu.49.part.5.& per Rot deciſ.
196.num.13 & ſeqq part.8.rec.* vel ad videndum an no-
minatos capiat ab eligente, an verò à teſtatore, de qua, 21
*Rot.in Romana dotis 15.Iunij 1643. 2.Decembris 1645.&
15 Maij 1656.cor.Reuerendiſs.Decano.*

Nec denique in contrarium allegari poteſt doctrina
Bald in l Semum 3.num.4.C.qui teſtam fac poſſ. vbi fir-
mat, Patrem conſentientem filio diſponenti de re ſua, 22
non poſſe conſenſum reuocare. Quia, ibi conſenſus filio
præſenti, & acceptationi fuerat præſtitus, & poſt vſum
facultatis ſoperuenerat pœnitentia, quæ duo hic, noo
concurront, vt ſopra, & in prædictis terminis loquootur 23
etiam *Surd.conſil 380.Menoch. conſil.58.vterque num.25.*
Pro quibus omnibus controuerti non poteſt, quia du-
bium fit; an donans habuerit ioteotionem concedendi
facultatem irreuocabilem, & proindè ad ſubſecutam il-
lius declarationem recurrendum eſt, re integra, & tem-
pore congruo factam, vt præter relatos *in §.fin. Caſtr. in 24
l.hæredes palam 21.§ ſi quidem num 4 ff de teſtam Surd.
conſil 14 numer.17. verſic.* & qua inteotione cum alijs *in
Camerinen.hæreditatis 14 Aprilis 1651.§. & plurimum,
& in Fulginaten. dotis 19. Aprilis 1660. coram Me §. Se-
cundo viſa eſt.*

Cùm itaque Congregatio Almæ Domus, ſit prom-
pta ad omnem PP. requiſitionem, ſcuta 10. m, ad quæ
reſtricta fuit facultas, illis perſoluere, ad hoc, vt pia vo-
luntas Io: Mariæ omni meliori modo. & citius, quam fie-
ri poteſt, adimpleatur, vt æqoum eſt, Domini iteteruot
io vltimo loco deciſis.

Reuerendiſſimo Albergato Decaoo.

Romana Domorum.

Veneris 27. Ianuarij 1668.

ARGVMENTVM.

Donatio, ob ſoperuenientiam liberorum, non reuo-
catur, quando fuit cogitatum de filijs; Et Dona-
tio, ad hoc, vt dicatur remiſſa, requiritur, vel re-
trodonatio, vel actus neceſſariò remiſſionem io-
ducens.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ob ſuperuenientiam liberorum reuocatur.*
2 *Limitatur. quando donant cogitant de liberis.*
3 *Pater non præiudicat filio ſuccedenti, ex propria perſona in donatione.*
4 *Dimiſſio, quandò poteſt referri ad aliud, non cenſetur remittere donationem.*
5 *Donatio, vt remittatur. requiritur retrodonatio, vel alius actus certus, non obſcurus.*
6 *Actus. qui ad aliud referri poteſt, non refertur ad remiſſionem ſui iuris.*

DECISIO X.

EX duodecim vncijs Domus, in Campo Floræ, no-
uem ſpectare ad Andream, Domini cenſuerunt.
Ioannes enim ad quem dicta Domus ſpectabat, relli-
quit quatuor filios, Auguſtinum, Laurentium, Io: Do-
minicum, ac Dominū Andream, cui ipſe Io: Dominicus
ſuam portionem donauit, & ſic ad ipſum ſpectant 6. vn-
ciæ; Poſtmodum Catharina Laurentij prædefuncti filia,
ceſſit eidem Andreæ, & cęteris fratribus, portionem ad
ipſam

Digitized by Google

Ipſam tangentem, & ſic Andreas 7. vncias habere cępit; Et tandem ad eum deuoluta eſt dimidia portionis ad d. olim Auguſtinum ſpectantis, in vim fideicommiſſi, ab eo ordinati, quæ poſt ceſſionem d. Catharinæ, erat vnciarum 4. & ſic dimidia, nempè, duæ vnciæ, vnitæ ceteris 7 conſtituunt portionem Andreæ, in dictis vncijs nouem.

Hoc poſito, dum Andreas reliquit Auguſtinum iuniorem qui nouiſſimè deceſſit, 6. hæredibus ab inteſtato, relictis. ſequitur, dictas 9. vncias eſſe inter eos æqualiter diuidendas, nec poſſe Laurentium iuniorem, & cæteros de Albertinis, alio iur., videlicet, vti filios Io: Domini
1 nici donatoris, reintegrationem prætendere, *ad tex. in l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat.*

Quia concluſio procedit, vbi donans non cogitauit de liberis, tunc, enim, ob illorum ſuperueuientiam, reuocatur donatio ſecus in hoc caſu, in quo Io: Dominicus expreſſam de ijs mentionem fecit, reſeruando iſdem, quatenus naſcerentur cohabitationem, tunc, enim, donatio
2 firma, ac irreuocabilis remanet *Bartol. in l. Titia Seio §. imperator num. 8. verſ. quandoque quis cogitat de leg. 2. Tiraquell poſt innumeros ad d. l. ſi vnquam in Præfat num. 63. & duobus ſeqq Giouagn, reſp. 34. num. 20. lib. 2. Fontanell. de pact. nuptial clauſ. 5. gloſſ 8. par. 3. num. 1. Mangil. de Imputat. quæſt. 98. num. 1. & per tot. Rot in rec. dec. 326. num. 29 par. 11.*

Non obſtant tres actus, ex quibus prætenditur ineffectuatio d. donationis: Primus, ex quo poſt 8. annos, idem Andreas donatarius ad diuiſionem, vna, cum nepotibus,
3 admiſerit ipſum Io: Dominicum. Quia, vltrà, quod indè non potuit præiudicari Auguſtino filio, in dicta donatione compræhenſo, d. diuiſio fieri potuit ad alium effectum, nempè, ad deſignandas portiones dictorum nepotum, idcircò ad iſtam cauſam debet referri, non autem ad remiſſionem præcedentis donationis. *Peregr. in puncto*
4 *conſ 96. nu. 3 lib 1. Fuſar de ſubſtit quæſt. 593. num. 6. verſ. probatur benè Rot coram Reuerendiſſ. D. meo Decano dec. 273. num 20. par. 11. rec.*

Secundus, ex quo idemmet Andreas non retinuerit bona donata, nomine proprio, ſed tanquam adminiſtrator filiorum ipſius Io: Dominici, non viſus fuit in facto ſubſiſtere, ſed adminiſtrationem referri dumtaxat ad portionem, & bona, quæ ad dictos filios peruenerant ex diſpoſitione Auguſtini Senioris; Pro remiſſione autem donationis, requiritur retrodonatio, vel actus certus, qui aliud importare non poſſit, prout in cuiuslibet actus re-
5 trotractione *l. prout quodque contractum eſt 80. ff. de ſolut.*

Tertius verò, deſumptus ex mandato procuræ, facto ab iiſdem filijs donatoris, ad conſentiendum patrimonio, in fauorem d. Auguſtini faciendum, ſuper parte
6 domus, pariter non concludit, cum referri poſſit ad conſenſum ex d. reſeruatione habitationis, abſque eo, quod inferatur ad receſſum ex præexiſtenti donatione, ex *Peregr Fuſar.* & alijs ſupra allegatis.

Cæterum, reſpectu domus, ſeu domorum, ad Montem Caprinum, pariter dictum fuit diuiſionem eſſe faciendam æqualiter, inter dictos hæredes, cum appareat, illas, iure proprio, & vigore deliberationis, ſpectare ad eundem Auguſtinum, de cuius hæreditate agitur, ideoque ſuſtineri non poſſe ſententiam A. C. maiores partes adiudicantem Laurentio, & alijs de Albertinis, & ſic non intrare Ægidianam; Boni iuris aſſumpta diſputatione, reſoluerunt Domini vtraque &c.

Reuerendiſs. Albergato Decano.

Romana Donationis.

Lunæ 18. Februarij 1669.

A R G V M E N T V M.

Donatio, facta meretrici, & adulteræ, cauſa concubitus valet, etiam ſi Adultera non ſit Meretrix publica, & quomodo fiſcus ſuccedat in donatione facta incapaci.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier non habet actionem ad conſequendam rem donatam ex turpi quæſtu.*
2 *Promiſſiones factæ ob conſequendam rem inhoneſtam non obligant.*
3 *Contra.*
4 *Meretrices non debent fraudari, ſed eis ſolui debita mercedes.*
5 *Ciues, & habitatores Romæ poſſunt facere quaſcumque donationes ad fauorem cuiuſcumque perſonæ, etiam incapacis.*
6 *Pro re iam donata, etiam nulliter competit retentio, & num. 8.*
7 *Multa facta tenent, quæ ab initio fieri prohibentur.*
9 *Ex turpi quæſtu acquiſita, licitè retinentur, etiam in foro animæ.*
10 *Fieri poteſt eleemoſina de eo, quod fuit acquiſitum ex turpi quæſtu.*
11 *Donatio ob fornicationem, valet ſolum ad fauorem publicæ Meretricis.*
12 *Contrarium, quod valeat, etiam ad fauorem ſecretæ Meretricis.*
13 *Meretrix occulta verè meretrix eſt.*
14 *Monialis, quæ cauſa concubitus aliquid recepit, licitè retinere poteſt.*
15 *Adultera eſt incapax ſucceſſionis.*
16 *Vſufructuarius, quando eſt incapax ſucceſſionis, vſuſfructus accreſcit proprietario.*
17 *Fiſcus non capit donata illicitè quando adeſt ſubſtitutus.*
18 *Quo caſu fiſcus capere poſſit.*

D E C I S I O XI.

VAlidam eſſe, dixerunt Domini, donationem, ab Aloyſio, factam adulteræ; Siquidem, quicquid ſit; an detur actio mulieri, ad conſequendam rem donatam ex turpi quæſtu, negantibus *gloſſ. in l. affectionis, ff. de do-* 1
nat. & in l. 2. C. de condit ob turpem cauſ. Angel. Bald. & Caſtren. in l 4 verſ. quod meretrici ff. eodem, Rot cor. Seraph dec. 46. nu 3. & ſeqq. cum ceteris collectis *à Ciarlin. controu. 33 nu. 45. cum pluribus ſeqq.* Ea ratione, quod huiuſmodi dationes, & promiſſiones fundentur in cauſa inhoneſta, & à præcedenti libidine, & praua ſenſualitate, procedant, quæ, ſi tollantur, huiuſmodi etiam contubernia tollere faciliùs ſit, cum futuri quæſtus cogitatione, fœminæ ſua corpora proſtituere ſoleant, & ideò, ſi munera, & ſpem donationum tolles, Veneri oſtium clauſiſti. inquit, *Ciarlin. d. controu. 33. nu. 14.* Affirmantibus, verò, *D Tho.* 2
2. 2. Couarr. in relect. cap. peccatum de Reg. Iur. in 6. Gutier. quæſt. Canon. lib. 2. cap. 10. per tot. Carocc. de locat. & cond. 3
tit. de merced. remunerat. quæſt. 10. à num. 94. cum alijs per Gizzarell. dec. 54. num. 4. & ſeqq. ex eo, quod, licet, fornicatio praua, ſit à iure Diuino, prohibita, dare tamen meretrici pecuniam promiſſam, malum non eſt, ſed actus Iuſtitiæ commutatiuæ, etiam in ſacris literis non reprobatus, teſte *Couarr. num. 1. in fine verſ. ſecundo quæritur eadem ſententia,* vbi refert caſum Geneſis *cap. 38.*

vbi

vbi refert caſum Geneſis *cap.38.* vbi Iudas ſoluit mer-
cedem promiſſam Thamar, quæ habitum meretri-
cium aſſumpſerat, ſequitur *Fran. Angles in ſuis flori-
bus Theolog. quæſt. quis à reſtit. ſit liber, verſ. ſi quid tituli*
4 *pag. mihi* 191. *& poſt eum Gutier.* qui etiam contrario
quorundam intellectui reſpondet *dict. capitul.* 10. *nu-
mer.*22.

Quicquid etiam ſit, de iure particulari, ob *Conſti-
tutiones Sixti* 4. *& Iulij* 3. in octaua, & quarta *reſpectiù-*
5 *ue Bullar. nou tom.1. vtrobique nu.1.* permittentes, de-
gentibus Romæ, quaſuis facere donationes, fauore
quarumcumque perſonarum, etiam ſi incapaces, &
inhabiles ſint, & incapacitate, & inhabilitate qua-
cumque notati, quas Conſtitutiones extendi poſſe, ad
Ciues Romanos, vni placebat ex Dominis, non ſo-
lùm, quia Sixtus, in proemio expreſſam mentio-
nem fecit de Ciuibus, ſed etiam, quia verba ſunt
ſatis ampla, ibi: *Quod omnes, & ſinguli, tam noſtri
Curiales Romanam Curiam ſequentes, quam alij cu-
iuſcumque gradus, dignitatis, ſtatus, Ordinis, vel praemi-
nentiæ, aut conditionis exiſtant*, quod inſuper aduer-
terat *Rot. in Romana Annuæ præſtationis 4. Iulij* 1663.
*§. non vrget verſicul. adhuc valide legari potuit impreſ-
ſa apud & poſt Zuff. de Crimin proceſſ. deciſ.*102. *nu-
mer.*7.

Hoc certiſſimum eſſe dixerunt Domini, quod pro
6 re iam donata, & per mulierem poſſeſſa, competit
retentio, atque exceptio, aduerſus eam retractare vo-
lentem, ex regula, quod multa facta tenent, quæ
7 ab initio fieri prohibentur *l.1. §. biduum, ff. quæ ap-
pellat. l.1. §. primo ff. de Var. & Extraord. cognit.* & in
punto reſpondit *Vlpian. in l.4. ad medium, ff. de con-
dition. ob turp. cauſ.* ibi, *ſed &, quod meretrici datur,
repeti non poteſt, vt Labeo, & Marcellus ſcribunt,
ſed noua ratione, non eo, quod vtriuſque turpitudo ver-
ſetur, ſed ſolius dantis, illa enim turpiter facere, quod*
8 *ſit meretrix, non turpiter accipere, cum meretrix ſit*,
quem textum procedere, etiam quoad forum inte-
rius, teſtatur communis Schola Theologorum, &
Canoniſtarum, in ſpecie *Diu. Antonin. in ſecunda part.
capitul.5. in princip. Sylueſtr. in ſumm. verb. reſtitutio 4.
numer. primo, Armill. aurea eodem verb. reſtitutio num*
9 10 *Gomez. de poteſtat in ſe ipſum libr.3. capitul.15. num.*
18. *& ſeqq.* vbi, quod contrariam ſententiam nun-
quam praxis recepit poſt tot. *Ledeſm. alioſque Theo-
logos relatos per Gutier. d. cap.10. nu.17. omnium clarius
Diuus Thom. d. q.22. nu.7. § reſponde ad finem*, ibi, *Eſt
aliquod illicitè acquiſitum, non quidem, quia ipſa acquiſitio
ſit illicita, ſed quia id, ex quo acquiritur, eſt illicitum, ſicut
patet de eo, quod mulier acquirit per meretricium, &
hoc propriè vocatur turpe lucrum, quod enim mulier
meretricium exerceat turpiter agit, & contra legem
Dei, ſed in eo, quod recepit non iniuſtè agit contra le-
gem. Vnde quod ſic illicitè acquiſitum eſt, retinere po*
10 *teſt, & de eo eleemoſinam facere*, ſequuntur *Azor. in-
ſtitut. moral. part.3. libr.4. capitul.24. verſicul. Secun-
do, quæritur. Molin. de Contract. tractat.2. diſp.94. col.8.
verſicul. de occulta fornicatione, & column.10. verſicul.
ſi tamen ab huiuſmodi, Lup. de illegitimat. Comment.
2. § Secundò, numer.10. & 14. Moz. de contract. tit.
de donat verb. inter quos cadere poſſit donatio, numer.24
Vinius Commun. opin. verbo Meretrix opin.499. numer.
41. Lancellott. Gall. de ſtatut. verbo maritus, numer.
32. Peregrin. de Iur. fiſc libr.2. tit.9 numer.2. & tit.10.
num.11. cum alijs per Bellon. de Iur. Accreſc. cap 7. quæſt.
55. num* 15.

Non obſtat, quod id procedere poſſit, in mere-
11 tricibus publicis, ſolitis locare corpus ſuum, non au-
tem in priuatis, qualis dicitur Angela, iuxtà diſtin-
ctionem *Cyn. in l.2. Cod. de condit. ob turp. cauſ.* Nam,
ſi Meretrix venalis eſt, parùm refert, an publicè, vel
ſecretè vendatur, inquit, *Couarr. in dict. capit pecca-
tum dict. §. Secundo, numer.3.* & expreſsè, reprobato
Cyno, & ſequacibus, *Sylueſtr. in dict. verbo reſtitutio* 12
2. *columm. ſecunda, verſicul. ſed quod dictum eſt Hen-
ric. Sot Ledeſm. & cæteri apud Gutier. dict. cap.10. nu-
mer* 25. vbi amplius firmat iuſtius has precium recipe-
re, quàm publicas, ob maiorem honeſtatem, ſequi-
tur alijs relatis, *Gizzarell. dict. deciſ 54. num.18. verſic.
nec diſtinctio Cyni, & ſeqq. numeris vſque ad finem*,
vbi, quod meretrix occulta, verè meretrix eſt, li-
cet non ſtet in Lupanari; Et quod nec monialis, 13
quæ concubitus cauſa aliquid receperit, nec mu-
lier, quæ virum habet, tenetur reſtituere. nec Vir-
go ipſa pretium amittet, ſicque pluries fuiſſe iudica- 14
tum.

Minùs obſtat, quod mulier adultera, ſit indi-
gna, & incapax acquiſitionis, ideoque vſusfructus 15
vineæ, de qua agitur ei donatus, accreſcat filiæ
proprietariæ, perinde, ac ſi in rerum natura non eſ-
ſet ex *Ciarlin. dict. controu.33. num.122. & ſeqq. & con-* 16
trou.184 numer.15. & 16, vbi etiam, quod fiſcus non
capit niſi, quando non adeſt cohæres, vel ſubſti- 17
tutus.

Quia vltra, quod contrarium teneat *Gizzarell.
dict. deciſ.54. numer.19. verſicul. nec fiſcus hoc caſu ali-
quid prætendere poſſit, Bellarm. de Iur. Accreſc. dict. ca-
pitul.7. quæſt.55. num.14. & 15 & prius quæſt.46. nu-
mer.9. & ſeqq.* vbi latè diſtinguit indignos ab incapa-
cibus, vt illi capiant, ſed non retineant, hi verò ca-
reant etiam principio acquiſitionis, ſeu, vt ait, *Pereg.
de iur. fiſc lib.3. tit.1. n.6.* Indigni ſunt, qui à lege prohi-
bentur alicui ſuccedere, incapaces verò qui cunctis; Ideo- 18
que mulierem adulteram, propriè dici non poſſe, incapa-
cem, vtpotè cui bona ſolius adulteri prohibita ſint, eaq;
non abſolutè, ſed quatenus fiſcus velit *Pereg. eod. tract.
libr.2. tit.2. numer.2. & ſeqq. Ricciul. de perſon. quæ in
ſtat. reprob. verſan. libr.2. capitul.34. numer.9.* adeout ſo-
li fiſco, & conſequenter Angelæ, quæ cum eo ſe com-
poſuit, competat actio, & exceptio *l. ſi conſequenter,
§. fin. vbi gloſſ ff. famil. Erciſc. Iacinth. in Fragm.
part.1. verbo concubina, num.964. idem Peregrin. dict.
tit.2. numer.7.8.* Reſponderunt Domini, iudicium hoc
non fuiſſe factum, nomine filiæ proprietariæ, ſed ab
Aloyſio, nomine proprio, vt conuincitur ex Monito-
rio, & ſententia A.C. in quibus ipſemet actor ſim-
pliciter non vti filiæ proprietariæ adminiſtrator aſ-
ſeritur.

Et ita vtraque, &c.

Reuerendiſſimo Albergato Decano.

Romana Reſtitutionis Dotis.

Lun. 18. *Iunij* 1660.

ARGVMENTVM.

Stante pacto, reſtitutionis Dotis, mulier de ea diſ-
ponere non valet, tantò magis ſi ſit filia fami-
lias, quæ teſtari non poteſt, aut donare cau-
ſa mortis, ſinè conſenſu patris. Et ex qui-
bus talis conſenſus dicatur dolo, & fraude ex-
tortus.

SVMMARIVM.

1 *Dos reuertitur ad dotantem, mortua dotata ſine fi-
lijs.*
2 *Mulier non poteſt de dote diſponere, quando eſt pactum,
de ea reſtituenda.*
3 *Filiafam. non poteſt teſtari, nec donare cauſa mor-
tis.*

B 4 *Filiusfam.*

Digitized by Google

4 *Filiusfam. cum conſenſu patris, donat cauſa mortis.*
5 *Ex circumſtantia temporum, & qualitate perſonæ, arguitur dolus.*
6 *Senex præſumitur deceptus.*
7 *Faciens fideicommiſſum, non cenſetur dare facultatem alienandi.*
8 *Reclamationes ſubſequentes arguunt actum antecedentem doloſum.*
9 *Subſcribens ſcripturam non lectam, non dicitur approbare.*
10 *Iuramentum contentum in ſcriptura non lecta poteſt reuocari à ſubſcribente.*
11 *Iuramentum ſine conſenſu nihil operatur.*

DECISIO XII.

BOna omnia pro dote Annæ Mariæ, conſignata Vgolino Amadoro eius viro, excepto quarto dotali, ubi debito, vigore ſtatuti Vrbis, reſtituenda eſſe, hodie Dominis viſum fuit: Tam, ſcilicet, quæ proueniunt immediatè à Martio, auo paterno, quam ea, quæ, ab eodem, tradita fuerunt Dominico filio, & patri reſpectiuè, contemplatione matrimonij, & quæ conſiſtunt in hæreditate materna; Quia clara eſt obligatio viri, reſtituendi dotem, cui, vel quibus de Iure; Atque ideo, defuncta, ſine filijs, Anna Maria, dos, ab auo
1 conſtituta, ad eundem redire debet *l. dos à patre 4. Cod. ſolut matrimon. Menoch conſ. 1143. num. 3. & 8 Gratian. cap. 56. num 33. Rot. coram Merlin deciſ. 433. num 7. & deciſ 540 num. 8 part. 4. tom. 2. rec.*

Non obſtat, quod eandem dotem donauerit Anna Maria Vgolino eius viro; Tùm quia, cum vigore pa-
2 ctorum dotalium, dos eſſet alteri applicata, moriente ipſa ſine filijs, nullam habet mulier facultatem de illa diſponendi, *l. cum maritus 29. § final. ff. de pact dotal. Soccin. conſil. 237 in fine verſicul. quod autem lib. 1. Gratian. cap. 251. numer 36. Oſaſch. deciſ Pedem 20. eodem numer. 36 Guarb. ad Conſuetud. Meſſ. gloſſ. 6. cap. 13. part 1 num. 16.* Tùm etiam, quia cum eſſet filiafami-
3 lias, & in aui poteſtate conſtituta, non poterat per viam vltimæ voluntatis diſponere, nec donare cauſa mortis, *l. filiusfam. verſicul. pars autem ratione ff. de donat. Petr Barboſ. in l. poſt dotem 41. numer. 43. ff. ſolut. matrim. Gaſp Anton. forenſ. quæſt. 37. in princip. libr. 2. Gratian deciſ. March. 62. numer. 6. Rot. coram Buratt. deciſ 639. numer. 1. & ſeqq. & deciſ. 570. in princ. coram Canaler.*

Nec releuat, quod acceſſerit conſenſus aui paterni, quo caſu, donatio in cauſa mortis, facta à filiofam. ſub-
4 ſtineri poſſe, diſponit *tex in dict. l. tam is 25. § filiuſfamil. ff. de donat. cauſ. mort.* Quia conſideratis omnibus facti circumſtantijs, exiſtimarunt Domini, conſenſum prædictum, & facultatem à marito conceſſam Annæ Mariæ, diſponendi de ſua dote in quoſcumque, fuiſſe captioſè, & malis artibus obtentam. Agitur enim de viro captante donationem integræ dotis ab vxore, & de ſene nonagenario; Cui turbato, ob nuncium mortis neptis imminentis, initio noctis, & tempore ſatis obſcuro, oblata fuit, ſubſcribenda, apoca, cum ſoppoſito, (vt ipſa medio iuramento ſtatim declarauit,) quod contineat licentiam diſponendi, pro aliqua parte, & quantitate, pro anima d. Annæ Mariæ, quę ſtatim ſubſcripſit ſine vlla recognitione rerum contentarum in apoca, aut eius loco, vt comprobatur ex depoſitionibus teſtium, qui dicunt, quod noctis tempore, Martius eam ſcripturam nullo modo legere potuit; quia tunc, ob decrepitam ætatem, oculi eius valdè caligabant, vt etiam cum lumine, quantumuis multiplicato, legere nequeat, licet, ob magnam praxim, ſubſcribere poſſit; Ex circumſtantia enim temporis, quo actus fuerit geſtus, & qualitate ſenis actum ge-
rentis fraudem, & deceptionem deduci tradit *Pariſ.* 5
conſil. 67. numer. 11. verſicul. accedente etiam longa ſenectute libr. 3. Decian. Reſp 31. numer. 13. & 15. lib. 3. Cranett. conſil. 142. numer. 18. Menoch. præſumpt. 30. numer. 100. verſicul eidem dicimus libr. 5. aliique relati per Modernum Engubinum contron. 14. num 4. & 5. & æta- 6
tem vetulæ perpendit; *Rot in Auenionen. Bonorum. 7. Maij 1657. § præterea, & 14. Iunij 1658. coram R. P. D. Priolo §. hinc corruere.*

Quibus accedit, inuerisimilitudo, quod Martius, habens tres filios maſculos, & duas filias fęminas moniales, quique in aſſignatione bonorum, facienda Dominico patri Annæ Mariæ, voluit, poſt finem ſuæ lineæ, ad Cippum redire, modo conceſſerit facultatem
nepti omnia in extraneos profundendi, vt in ſuis ter- 7
minis aduertit, *Pariſ. conſil. 53. numer 9. libr. 1. Modern. Engubin. d. contr. 14. nu 7.* Quodque etiam vrget, die immediatè ſequenti, quando ſciuit, quid in apoca ſubſcripta continebatur, ſtatim reclamare cępit, & conqueri, ſe fuiſſe deceptum, coram Notario, & teſtibus, conſenſum reuocauit, neptique iam moribundæ, intimare fecit, & medio iuramento, affirmauit, ſe ſine ſcientia contentorum apocam ſubſcripſiſſe, quas
reclamationes ponderat, *Vrſill. ad Afflict. deciſ 69. nu-* 8
mer 4. verſicul. & iſtud poſſe demonſtrari. Proindeque talis conſenſus ſuffragari nequit: quia ſubſcribens ſcri-
pturam non lectam, non dicitur conſentire, nec illam 9
approbare, vt notant Doctores *in l. ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus, ff. de Verb. Obligat. Fælin. in capit. quoniam contra 11. numer. 48. verſicul. limita quinto de Probat. & plures relati per Menoch. præſumpt. 66. numer. 28 libr. 3. Add. ad Buratt. deciſ 419, nu. 14. Rot. coram Duran. deciſ. 200. num. 29. verſ. vlterius reſpondetur, & deciſ. 252. num. 3.*

Quæ reuocatio benè fieri potuit, non obſtante iuramento de non reuocando conſenſum, quia continetur in corpore ſcripturæ, non autem in ſubſcriptione. Vnde ſtante ignorantia deficit conſenſus, ſine quo iura-
mentum non obligat, & nihil operatur, *Menoch. conſ.* 11
91. numer. 43. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 2. numer. 36. & ſeqq. Rot. in Romana Dotis 21. Februarij 1650. coram Eminentiſſ. Corrado §. fin. & in Narnien. Cenſus 26. Iunij 1658. coram Me §. minus ſuper iuramento.

Et ità vtraque, &c.

Reuerendiſſimo Albergato Decano.

Tiburtina Donationis.

16. Ianuarij 1660.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à Muliere, pro dote, non ſubſtinetur ſine ſolemnitatibus, quando dos, & matrimonium, non eſt cauſa totalis, & finalis donationis: Et ponderantur plures coniecturæ excludentes d. cauſam finalem.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à muliere ſine ſolemnitatibus ſtatuti non valet.*
2 *Maximè ſi mulier eſſet notæ leuitatis.*

3 *Ex*

Digitized by Google

3 *Ex pactis inſolitis præſumitur fraus.*
4 *Et ex reuocatione facta à donante.*
5 *Mulier ex cauſa dotis, obligatur ſine vlla ſolemnitate.*
6 *Limita, quando dos non eſt cauſa finalis donationis.*
7 *Dos non dicitur cauſa finalis, quando aliter donans donaſſet.*
8 *Cauſa finalis eſt ea, quæ mouet ex toto.*
9 *Clauſula,* pro hæredibus quibuſcumque, *tollit cauſam matrimonij.*
10 *Donatio, ex pluribus cauſis, dicitur pura, & non cauſa matrimonij.*
11 *Matrimonium non dicitur cauſa finalis, quando ſine eo fuiſſet donatum.*
12 *Pro ſubſtinenda donatione, vnius ex pluribus cauſis, verificatio ſufficit.*
13 *Contra, quando in donatione requiritur decretum iudicis.*
14 *Niſi omnes cauſæ eſſent æquè finales.*
15 *Donatio, ad fauorem pauperis, non requirit ſolemnitates.*
16 *Sed requiritur maxima paupertas, non in ordine ad ſtatum.*
17 *Relictum conſanguineo pauperi, præſumitur, intuitu conſanguinitatis relictum.*
18 *Præſumptio fraudis tollitur per contrarias probationes.*
19 *Iuramentum non operatur in contractu ſine ſolemnitatibus ſtatuti facto.*

DECISIO XIII.

PRæualuerunt, apud Dominos, rationes, & fun-
damenta ſecundæ deciſionis; Donatio enim fa-
cta fuit, ſine interuentu conſanguineorum, & ſo-
lemnitatibus ſtatuti, & proinde nullatenus ſubſtineri
1 poteſt, *Mandell. Alb. conſil. primo, & per totum. Me
noch. conſil. 819. numer. 4. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap.
324. numer. 17. & ſeqq. part. 1. Rot. coram Pen. deciſ. 339.
numer. 6. Caualer. deciſ. 257. numer. 2. & 5.* præcipuè,
2 cùm emanauerit, à fœmina notiſſimæ leuitatis, ratio-
ne cuius, Iudex alias voluit in eius contractu decretum
interponere, quæ extra patriam in domum donatarij
deducta fuit, continetque læſionem, & pacta inſolita,
non reuocandi donationem, etiam ex capite ingratitu-
3 dinis, paupertatis, &c.
Ex quibus arguitur in fraudem ſtatuti, & damnum
filiæ, donationem fuiſſe, malis artibus extortam,
quod eadem Delia in ſuo teſtamento, donationem re-
uocando, præuia abſolutione à iuramento, confeſſa
eſt, & declarauit, vt in ſimilibus terminis, reſpondit,
4 *Cornel. conſil. 109. numer. 22. verſicul. quod in Domo do-
natarij lib. 1. Decian. conſil. 32. num. 13. & ſeqq. lib. 3. Cy-
riac. contrau. 10. num 82. & ſeqq.* & aliis relatis, reſpon-
ſum fuit, in *Auenionen. Bonorum 7. Maij 1657. coram
R.P.D. Priolo §. final.*
Non obſtat, quod ex cauſa dotis, poſſit mulier le-
5 gitime ſe obligare, ſine ſolemnitatibus, vt reſpondent
plures relati per *Modern. Carpon. contrau. 124. num. 3. &
per totum*; Placuit enim Dominis reſponſio, quod in
præſenti, dos puellarum non fuit cauſa donationis præ
6 cipua, & finalis, ſine qua Delia, ad actum donatio-
nis, non deueniſſet, nam etiam non ſequutis nuptijs,
vult donationem ſubſtineri, vna præmoriente, alte-
ram ſubſtituit, & vltimæ dat facultatem diſponendi li-
7 berè in quoſcumque, etiam extraneos *Natt. conſil. 509.
numer. 10.* vbi, quod cauſa finalis mouet donantem,
ex toto, aliter non donaturum, *Cranett conſil. 142. nu
8 mer. 9. Gabriel. conſil. 57. numer. 11. verſicul. nihil igitur*,
*& ſeqq. lib. 2. Becc. conſil. 20. numer. 10. Monter. deciſ.
Arag. 10. numer. 34.* vbi, quod ſtante clauſola, *pro hæ-
redibus quibuſcumque*, donatio non poteſt dici, ob cau-
ſam matrimonij, *Rot. coram Merlin. deciſ. 392. num. 6.* 9
& vlterius ex teſtibus conſtat, quod Delia non habebat
firmam intentionem donandi, pro dote, ſed tractabat,
de creando cenſum vitalitium, cum Sebaſtiano eorum
patre, cuius perſonam principaliter reſpiciebat, vt de-
ponit: *Che voleua fare vn Cenſo vitalitio col Signore
Giouanni Battiſta Sebaſtiani, al quale voleua fare do-
natione di 800. ſcudi.* Quando autem dos non eſt cauſa
finalis, ſed impulſiua tantùm, aliæ cauſæ concurrunt,
& ſine illa emanaſſet donatio, dicitur pura *Becc. dict.* 10
*conſil. 20. numer. 9. Cancer. variar. reſolut. lib. 1. capit. 8.
numer. 86. verſicul. neque mirum Fontanell de pact. Nupt.
clauſ. 4. gloſſ. 1. numer. 14.* & ſolemnitates requiruntur,
vt poſt *Caſtren. obſeruat Surd. conſil. 261. numer. 19. &
23. verſicul. demum non aduerſatur Giouagnon conſil 83.
numer 46. & ſeqq. lib. 1 Cyriac. contrau. 295. pariter n. 46
& ſeqq. & Surd. ſequitur Modernus Eugubinus contrau.
266 num. 41. & ſeqq.*
Neque applicantur, *deciſ. 232 numer. 10. & 201. co-
ram Seraphin.* quia in caſu, ibi diſcuſſo, pater donaue-
rat filiæ, pro dote, quæ erat cauſa verè finalis, & ſi-
ne qua donatio non fuiſſet, vt in præſenti, circumſcri-
pta etiam cauſa dotis, donaſſet Delia, vt dictum eſt, 11
quæ mota fuit, ex cauſa conſanguinitatis, meritorum,
& affectionis, voluitque, etiam non ſequuto matrimo-
nio donatarium, bona donata conſequi, vt per *Gio-
uagn. dict. conſil. 83. numer. 49.* prout dici nequit, quod 12
ad ſubſtinendam donationem vnius cauſæ verificatio
ſufficiat; Illa enim non impugnatur hodie, ex defectu
cauſæ, ſed ſolemnitatum, & de cauſis diſſeritur ſolum-
modò ad effectum cognoſcendi, an fuerint tales, quæ
donantem poſsunt eximere ab obligatione ſtatuti: Quæ-
ſtio, autem, de ſufficientia vnius cauſæ procedit, vbi agi-
tur ad nullitatem actus, ex eo, quod inter cauſas iudici ex-
preſsas, vel ſit in totum falſa, vel alia pro parte inſubſi-
ſtens, quo etiam caſu præualuit opinio, quod propter
indiuiduitatem decreti, & voluntatem ſe obligantis,
falſitas vnius cauſæ, vel in parte alterius, totum vitiat 13
contractum, vt poſt alios tradit, *Gratian. cap. 691. nu-
mer. 31. & ſeqq. Rot. in Vrbinaten. prædij 23. Maij 1658.
coram R P.D. Beuilaqua §. prout quoque & in Narnien.
Cenſus 26. Iunij eiuſdem anni coram Me in principio*; Quic-
quid reſpondendum eſset, quando cauſæ fuiſsent alter-
natiuè expoſitæ, & quælibet per ſe finalis ſufficiens
fuiſset ad mouendum donantem, vt diſtinguit *Rot. in* 14
*Romana Domuncularum 10. Februarij 1648. coram Du-
nozetto §. fin. & in Romana locorum Montium 19. Iu-
nij 1651. coram Reuerendiſſimo Papien §. neque obſtat
in fine.*
Rurſus, quoad paupertatem, ex cuius priuilegio,
contenditur ſubſtinendam eſse ſine ſolemnitatibus, do- 15
nationem, viſum eſt, illam non probari, ſed potiùs
contrarium, ex datis in ſummario & teſtes non reddunt
ſufficientem cauſam ſcientiæ, cùm ad hunc effectum,
non attendatur paupertas reſpectiuè, & in ordine ad
ſtatum perſonæ, ſed præcisè, & abſolutè, & talis eſse
debet, ob quam pater, nullo modo, poteſt filias dota- 16
re, *Rot. deciſ. 48. numer. 3. & ſeqq. part. 2. diuerſ.* At-
que etiam, quia ſi probaretur, non proinde ſufficeret,
ex quo nulla facta illius expreſſione, præſumitur De-
liam, ex alijs cauſis in donatione, expreſſis, motam
fuiſse, vel potiùs, ex coniunctione ſanguinis, quam
ex paupertate Sebaſtiani, vt præter relatos tradit *Men.* 17
*præſumpt 115 nu 9. lib. 4 Rot. in Eſina bonorum 31. Martij
1659. coram R.P.D. Veroſpio §. nec vrget.*
Neque vis aliqua fieri poteſt, quod Delia, malè
affecta eſset, erga Felicem eius filiam, Tum, quia ex
hoc non validatur donatio, ſine ſolemnitatibus facta;
tum etiam, quia teſtes, id deponentes, cauſas propor-
tionatas non referunt, quæ amori, pietatique maternæ
præualeant, vt requiritur, ad tollendam fraudis ſuſpi-

18 cionem, ex prædictis reſultatem *l. non eſt enim 4. ff. de Inoff. teſtam. Lancell Gall. conſil. 18. numer. 21. Rot. deciſ. 62. numer. 22. part. 8. rec. & alijs adductis in Romana Succeſſionis 7. Maij 1649. coram Eminentiſs. Corrado §. illa vero.*

Poſtremò non repugnat, quod in donatione, adeſſet ioramentum; Quia cùm ad publicam vtilitatem, & ad obuiandum fraudibus, quibus mulierum, & minorum imbecillitas, obnoxia eſt, à ſtatoto vi, & metu extortum,
19 ceoſeatur, & concurrat Confirmatio Apoſtolica, certum eſt, quod nihil operatur *Honded. conſ. 5. nu. 40. verſ. ad vltimum de iuramento, Canaler. deciſ. 275 nu. 2. verſic. vnde iuramentum, Duran. deciſ. 28. num. 2. & in Romana fructuum Cenſus 12. Decembris 1650. coram Reuerendiſs. Papien, §. nec potuit.*

Et ita vtraque, &c.

Reuerendiſſimo Albergato Decano.

Romana Emphyteuſis, ſeù deuolutionis Domus.

Lun. 27. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Dominus directus, agens ad deuolutionem, debet concludenter probare defectum, & finem lineæ, de cuius principio conſtat, etiamſi agatur de Emphyteuſi Eccleſiaſtica, contra fęminas, quæ poſſunt eſſe capaces dictæ Emphyteuſis.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus, agens ad deuolutionem, debet probare finem lineæ.*
2 *Nec durante linea inueſtiti, poteſt agere ad deuolutionem.*
3 *Contra, quando non conſtat de principio lineæ.*
4 *Enunciatiuæ antiquæ, & in diuerſis actibus emanatæ, probant.*
5 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica regulariter non tranſit ad extraneos.*
6 *Agens ad deuolutionem debet concludenter probare omnia requiſita.*
7 *Fœminæ regulariter non ſuccedunt in Emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
8 *Ad hoc autem conceſſio debet eſſe ad fauorem maſculorum.*
9 *Nam conceſſio pro hæredibus, & ſucceſſoribus, comprehendit etiam fœminas.*
10 *Fœminæ ſunt capaces Emphyteuſis Eccleſiaſticæ.*
11 *Dominus directus, vigore pactorum non agit ad deuolutionem niſi terminata linea.*
12 *Quando Dominus eſt in poſſeſſione, qui prætendit ſe eſſe comprahenſum debet hoc probare.*

DECISIO XIV.

DOmus, Franciſco Agazzino, anno 1631. à Canonicis S. Petri in Vinculis, eſſe deuolutas, & Congregationi Vrbanæ, in locum dictorum Canonicorũ, auctoritate Apoſtolica ſubrogatæ, dandum eſſe mandatum de manutenendo, reintegrando, vel immittendo, reſolutum fuerat, coram Reuerendiſs. Papien. 5. Maij 1660. ſed repropoſita cauſa, coram Me, in eius locum ſubrogato, Domini, ea ratione receſſerunt à deciſis, quia non probatur finis lineæ, ſeu generationis d. Franciſci, proot ex hoc capite, quando agitur ad deuolutionem, probandum
1 eſt à Domino directo. *Berò conſ. 129. nu. 10. lib. 1. Peregr. conſ. 26 num. 25 lib. 1. Rot. coram Seraphin. dec. 1468. nu. 1. Canaler. deciſ. 344. n. 5. in recent. deciſ. 222. in princ. part. 8. & in Romana Deuolutionis Domus 31. Maij 1660. coram R. P. D. Beuilaqua §. nec etiam*, vbi, quod durante linea inueſtiti, non licet Domino, ex hoc capite, agere ad deuolutionem.

Nec contrarium dicit *Aldobr. conſ. 80. nu. 5. Pariſ. conſ. 86. nu. 18. lib. 4.* quia eorum dicta, non procedunt, quan- 2
do non conſtat, primum inueſtitum habuiſſe filios, &
ſic lineam, vnquam extitiſſe, quod ſi aliquando fuit in 3
rerum natura, onus probandi illam, ſpectat ad agentem,
iuxta diſtinctionem, *Rip. in l. ex facto 17. §. ſi quis autem nu. 1. C. ad Sen. Conſult. Trebell. Iaſ. conſ. 34. lib. 1. Becc. conſ. 139. num. 5. & ſeqq. & poſt Couarr. Mantic. de coniect. lib. 11 tit. 4. num. 6. verſ. tertius caſus eſt. & ſeqq. plenè, Rot in Ferrarien, Bonorum 22 Nouembris 1607. coram Ortemberg. in princ. apud Marcheſ. de Commiſſ part. 2 fol. 507. & in Ariminen. Deuolutionis, ibidem fol. eodem Seraphin deciſ. 1468. numer. 2. & 3.* vbi intelligenda eſſe dicit reſponſa, *Aldobrand. & Pariſ. iuxta deciſ. 397. nu. 6. coram Buratt.* Primo incępiſſe lineam Franciſci, & ipſum habuiſſe filium, nomine Marcum, qui pariter procreauit filium, & ſic applicari ſecundum caſum diſtinctionis, conſtat ex renunciatiuis antiquis librorum monaſterij Sancti Petri In Vinculis, & inſtrumenti venditionis Arundineti, nec non ex inſtrumento bonorum inter filios, d. Marci, quæ in antiquis, & diuerſis actibus emanatæ, plenè in hac ma-
teria probant, *Mandell. conſil 83. num. 4. Gratian. cap. 870.* 4
num 5. Rot. deciſ. 282. part. 2 diuerſ. Seraph. deciſ. 285. n. 14. coram Eminentiſs. Ottobono deciſ. 102. nu. 20. & in Æſina Molendini, 22. Iunij 1642. coram Reuerendiſs Zarate maximè contra Eccleſiam enunciantem, *Cephal conſ. 397. num. 13. & ſeqq. lib. 3. Gratian. cap. 869 num. 32. Rot. coram Pen. deciſ. 1402.*

Non obſtat præcipua ratio, conſiderata in deciſione Reuerendiſſimi Papien. quod agatur, cum extraneis, ad
quos regulariter non tranſit emphyteuſis Eccleſiaſti- 5
ca, quia ipſi non excipiunt de inueſtitura, ſed ſolùm, vti poſſeſſores, repellunt Eccleſiam, quæ non docet
concludenter de requiſitis, *Rot. dict. deciſ. 1468 num. 2.* 6
coram Seraphin. quæ ratio non ſubuertitur ex eo, quod
in huiuſmodi emphyteuſi non comprehendantur fœ- 7
minæ, nec etiam deſcendentes, iuxta aliam *deciſ. Seraph. 1487. num. 2.*

Nam, hoc procedit, ſolummodo, quando repu-
gnat forma ſtipulationis, quæ concepta ſit, per verba, 8
ſolis maſculis, conuenientia, vt in his terminis, loquuntur Doctores, latè congeſti, in voto relato *in deciſ. 125. numer. 1. part. 2. diuerſ. & coram Seraphin. vbi ſupra, & in Mantuana Bonorum 7 Iunij 1638. coram Dunozetto §. vnde quemadmodum*; Secus autem, vt in præſenti ca-
ſu, quando ſtipulatio continet verba, *pro hæredibus*, 9
& ſucceſſoribus, quæ cum ſint communia, tam maſculis, quam fœminis in conceſſione; tam illi, quam illi, continentur *Alexandr. in l. ſed ſi hac lege 10. §. liberos, numer. 2. ff. de in Ius vocan. Surd. conſil 140 num. 22 & ſeqq. Menoch. conſil. 1377. num. 2. & 4. verſicul. in terminis emphyteuſis*, & poſt, ità diſtinguendo *Clar in §. emphyteuſis quæſt. 32. numer. 1. verſicul. hac tamen, & num. 2. Caſtill. relatus in aduot. ad deciſ. 199 numer. 5. part. 8. rec. Seraphin. deciſ. 604. numer. 3. & 4. deciſ. 19. §. vlterius poſt Fenzon. ad ſtat. Vrb. & in Brixien. Feudi 1. Iunij 1612. coram Pamphilio §. addebat etiam*, alias enim, circumſcripta repugnantia ſtipulationis, emphyteuſis
etiam Eccleſiaſtica, tranſit ad fœminas, quæ ſunt il- 10
lius capaces, *§. emphyteuſis Auth. de non alien. aut Permut. Iaſ. in l. 2. numer. 168. Cod. de Iur. Emphyt. Socin. Iun. conſil. 104. lib. 2. Surd. deciſ 95 nu. 22. vbi alios refert, deciſ. 219. num. 8. part. 4. diuerſ. & dec. 268. numer. 1. apud Poſt. de Manut.*

Hinc non ſuffragantur Eccleſiæ, pacta, In inueſtituris, appoſita: Nam, adhoc, vt illa locum habeant,
primùm, conſtare debet, eueniſſe caſum deuolutionis, 11
& lineam eſſe finitam, vt per *Rot. deciſ. 391. numer. 3. part. 1. diuerſ. coram Gregor. deciſ. 105 numer. 14. & coram Martin. And. deciſ. 61. nu. 8. verſ. non fuit in præſenti caſu iuſtificatum.*

Nec

Digitized by Google

Nec applicatur deciſio, *in Romana emphyteuſis 30. Maij 1613. coram Dunozetto*, quia, ibi finis lineæ non controuertebatur, vt hic. Et vlteriùs, non erat Eccleſia,
12 quæ agebat ad deuolutionem, ſed ipſa poſſidente, aliter petebat immiſſionem, cui proinde dictum fuit ſpectare onus probandi, lineam durare, & eſſe de compræhenſis, *vt in d. dec. Seraphin. 1460.*

Et ita vtraque, &c.

Reuerendiſs. Albergato Decano.

Peruſina Pecuniaria.

Lunæ 1. Iulij 1669.

A R G V M E N T V M.

Pactum, inter creditorem, & debitorem, nunquam petendi debitum, intelligitur durante vita debitoris, ideò creditor agere poteſt, contra hæredes debitores.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum non petendi aliquod debitum, non remittit debitum, quoad hæredes.*
2 *Pactum, in quo nominatur perſona, eſt perſonale.*
3 *Niſi aliud conſtet ex coniecturis.*
4 *In dubio præſumitur perſonale.*
5 *Donare velle ſuum nemo præſumitur.*
6 *Maximè inter perſonas mediocris conditionis, & fortunæ.*
7 *In dubio ſumitur interpretatio pro excluſione donationis.*
8 *Intentio contrahentium elicitur à veriſimili.*
9 *Repetitio perſonæ facit præſumere pactum perſonale.*
10 *Dictio, mai, poteſt reſtringi ad vitam contrahentium.*
11 *Donatio vltra 500. debet inſinuari.*

D E C I S I O XV.

ANnibal debitor laudatus, ex cauſa adminiſtrationis in ſumma ſcut. 2200. cum eſſet ſexagenarius obtinuit à Philippo, ſibi fieri pactum in hæc verba, *e detto Signor Filippo volendo far coſa grata à detto Signor Annibale ſuo Curatore, &c. queſto dichiara, e vuole eſſo Sig. Filippo, che detto Signor Annibale non ſia mai moleſtato, nè da lui, nè da ſuoi heredi per tal conto.* Cum ergo, eo defuncto, aduersùs hæredes fuiſſet obtentum mandatum, pro dicta ſumma, DD. illud eſſe exequendum responderunt.

Moti ſunt, ex eo, quod licet Philippus fecerit pactum de non petendo dictam ſummam, ab Annibale, non ideò
1 tamen, eam petere non prohibetur, ab eius hæredibus, ad *textum litteralem in l. qui in futurum 58. §. primo, ff. de pactis*, ibi, *ſi ex altera parte in rem, ex altera in perſonam pactum conceptum fuerit, veluti ne ego petam, vel ne à te petatur heres meus ab omnibus vobis petitionem habebit, & ab herede tuo omnes petere poterimus*, quod tradiderunt, ibid. interpretes omnes, ſignanter *Bart. & Albericus ſub num. primo Anton. Fab. in ſuis rational. ad dictum §. primum verſic. quoties perſona*, firmantes regulam, quod vbi-
2 cumque in pacto, certa perſona expreſſa eſt, pactum illud intelligitur perſonale, niſi aliud conſtet, ex coniecturis, & ex mente paciſcentium, quod generalius traditum
3 eſt *in l. Iuriſgẽtium 9. § Pactorum ff. eod.* quo loci Vlpianus materiam diſtinguens, ſic ait *Pactorum quædam in rem ſunt, quædam in perſonam. In rem ſunt, quoties generaliter paciſcor ne petam, in perſonam, quoties ne à perſona petam, ideſt ne à Lucio Titio petam; vtrum autem in rem, an in perſonam factum eſt non minus ex verbis, quam ex mente conuenientium æſtimandum eſt. plerumque enim eſt, vt Pedius ait, perſona pacto inſeritur, non vt perſonale pactum fiat, ſed vt demonſtretur cum quo pactum factum eſt.* Vnde ſubtiliter aduertit, ipſemet *Faber ibidem in verbo plerumque*, quod in contrarium ſtat regula videlicet pactum, quo perſona demonſtrata eſt, in dubio eſſe in perſonam, non in rem, quod non minus eleganiùs ſcriptũ
reliquit *Duaren. in commentarijs tit. de pactis cap. 6. nu. 10. § quod ad pactum, & in dict. l. Iuris gentium, § pactorum verſ. cum ergo quis generaliter. & rurſus in l. ſi marito 31. alias 32. § primo in verbo mortuo patre, ff. ſolut. matrimonio*, & reſponderunt *Cephal. conſil. 352. num 8 cum pluribus ſeqq. Gabriel conſ. 80. nu. 9. lib. 1.* poſt alios quos referunt, *Mantic. de tacitis lib. 1. tit 9. num 2. Henriq. de fideiuſſ. cap. 10 num 34. & cap. 20 numer. 6. & 7. Bertazzol. de clauſ. Inſtrum. cl. 35. gloſſ. 6. ſub num 4. Rot. poſt Merlin. de pign. deciſ. 110. num. 59. & in recen. deciſ. 330. nu. 40. & ſeqq. part. 11.* 4

Hoc autem, in caſu, non ſolum non adſunt coniecturæ pro realitate pacti, ſed imò aſſiſtunt Philippo, magiſq; firmant regulam in contrarium; etenim hic agitur de
eredito, ex cauſa adminiſtrationis, iam liquidato, ac lau- 5
dato per arbitros, in ſcut. 2200. & a partibus hinc inde emologato. *Summ. num. 1.* Vnde non eſt credendum, quod Philippus hanc notabilem ſummam donare vo-
luerit, dum maxime verſamur inter perſonas mediocris 6
fortunæ, in quibus propterea intrat fortiùs præſumptio vulgatæ *legis cum de indebito, ff. de probationibus*, quia nullus ita reſupinus eſt, vt facile ſuas pecunias iactet, &
in terminis ad excludendam donationem pro qua omnis 7
poſſibilis venit capienda interpretatio, reſpondit, *Corn. conſ. 81. nu. 1. Becc. conſ. 92. nu. 71. & 77. Rota in Mediolanen. penſionis 1. Decemb. 1605 coram Marquem. poſt Marcheſan. de Commiſſ. par. 3 fol 225. n. 4 in recen. dec. 238. n. 1 par. 3 deciſ. 21. nu. 5. verſ. maximè par. 4. tom. 1. & dec 69. nu. 1. & ſeqq. par. 7.* Nec leuis eſt coniectura, quæ deducitur ex diuerſo modo loquendi, ac diſcretiua mentione hæredum ipſius remittentis, quemadmodum enim Philippus expreſſit, nec per ſe, nec per eius hæredes moleſtaturum Annibalem, vt ſuperius expoſitum eſt, ita pariter hæredem ipſius Annibalis expreſsiſſet, vt bene compro-
bat *Cephal. d. conſ. 352. num. 25 lib. 3.* 8

Addito, quod ſatis veriſimile eſt, ipſum Philippum 9
noluiſſe moleſtare Annibalem vel ratione ætatis, cum tunc eſſet annorum 65. *vt ex Sum. nu. 2.* vel ratione parentelæ, vnde magis cenſetur habita ratio perſonæ, quod
etiam deſumitur ex illis verbis, ibi, *per far coſa grata à* 9
detto Signor Annibale, & infra. *che detto Signor Annibale non ſia mai moleſtato.* repetita enim huiuſmodi nominis expreſſio perſonaliſſimum pactum docet, ac indicat, *vulg. l. baliſta. ff. ad Trebell. Rota in recen. deciſ. 669. num. primo verſu, & tanto magis part. 1. & deciſ. 396. nu. 2 par. 4.* Abſque eo, quod refragetur illa dictio, *mai*, cum rectè
exponatur ad vitam ipſius Annibalis, vt nimirum toto 10
tempore eius ſuperuiuentiæ non ſit vllam moleſtiam recepturus, *ad tex. in l. 1. ibi. in perpetuum ideſt ad vitam, ff. pro ſocio cap. ſi gratioſè, vbi gloſſa in verbo perpetuò de reſcriptis in 6. Bald. conſ. 274. num 7. vol. 4. Rota coram Seraf. deciſ. 874. num. 5.*

Animaduertendo conſenſus ad actum ſubſtinendum huiuſmodi interpretationem omnino neceſſariam fore, cum alias libera remiſſio, ac donatio abſque Inſinua-
tione non ſubſiſteret, vtpote ſummam ſcutorum quin- 11
gentorum excedens, iuxta ſanctionem *Imperatoris in l. ſancimus, & in l. penultima. Cod. de Donat.* & in ſpecie reſpondet, *Angel. conſil. 94. numer. 7. & 8. Rot. in recen. deciſ. 456. numer. 1. part. 4. tom. 2.*

Et ita vna parte informante, altera pluries monita, deciſum eſt.

Reuerendiſsimo Albergato Decano.

Romana Pecuniaria.

Luna 8. Iunij 1665.

A R G V M E N T V M.

Pater, retinens, & recipiens dotem filiæ, deſtinatam inueſtimento ſtabilium, ſi noo inueſtiat, tenetur ad intereſse, ad rationem inueſtimenti, quod factum fuiſset, ſi, d. dotem non retinuiſset, in manibus, otioſam, nec, hoc caſu, opus eſt probare requiſita Pauli de Caſtro.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio in teſtamento facta valdè probat.*
2 *Habens pecunias ad inueſtiendum, tenetur ad fructus ac ſi inueſtiſſet.*
3 *Creditum pecuniarium fructus non parit.*
4 *Confeſſio alterius, præcipuè contra iuris præſumptionem poteſt, pro parte acceptari, & pro parte non.*
5 *Vſuras velle contrahere nemo præſumitur.*
6 *Creditum pecuniarium, deſtinatum pro inueſtimento, & negotio poteſt parere intereſſe.*
7 *Nec ex hoc arguitur vſura.*
8 *Contractus vſurarius non iuſtificatur ex intentione partium.*
9 *In hoc attenditur; an verè creditor inueſtijſset.*
10 *Occaſiones inueſtiendi ſemper ſunt in Vrbe.*
11 *Intereſſe pecuniarum deſtinatarum pro inueſtimento debetur ſine requiſitis Pauli de Caſtro.*
12 *Adminiſtrator non inueſtiens pecunias Domini, tenetur ad intereſſe dd. pecuniarum.*
13 *Intereſſe iuſtum poteſt in pactum deduci à principio.*
14 *Dos profectitia reuertitur ad dotantem.*
15 *Dos recepta in pretium renunciationis nõ reuertitur ad patrem.*
16 *Dos ex confeſſione patris probatur profectitia.*
17 *Præcipue, ſi ab eius confeſſione pendeat, dotem profectitiam facere aduentitiam.*
18 *Intereſſe lucri ceſſantis taxatur cum moderamine.*
19 *Et in eo, quod minus eſt.*
20 *Intereſſe, ob non factum inueſtimentum in Vrbe, taxatur ad rationem locorum montium.*
21 *Intereſſe ſolutum exceſſiuum computatur in ſortem.*
22 *Taxatur habito reſpectu ad inueſtimentum faciendũ.*

D E C I S I O XVI.

EX quo, Erminiæ dotem, quam, adminiſtratorio nomine, exegerat Cyriacus pater, in proprios conuerterat, ab humanis decedens, indemnitati filiæ, ita cenſuit conſulendum.

Dichiaro anco, che detta Erminia m'hà data detta ſua dote nelle mie mani, e che io hò riceuuto detti ſcudi 15. mille per il Banco del Signor Roberto Primi, per metterli in frutto, e che per ſua maggior ſicurezza li hò ritenuti, ſi come li ritengo appreſſo di me, eſſendomene valſo à mio guſto, e miei negotij; e perciò hauerli ſempre pagato li frutti à ragione di ſei per cento, che coſi, hà deſiderato detta Erminia, e ne hà hauuto contento per le difficoltà d'inueſtir li denari. Per tanto ordino, che doppo la mia morte li ſi debbano pagare li medeſimi frutti all'iſteſſa ragione di ſcudi ſei per cento, come fin hora hò fatto io ſenz'altra replica, ò diſputa ſe li habbia poſſuti legitimamente riſcuotere, ò nò, maſſime hauendone io di detti denari impiegati, e poſti à frutto per me, & à mio commodo laſciando per maggior cautela di detta Erminia, & acciò poſſa riſcuotere detti frutti liberamente, tanto li frutti pagati, quanto quelli, ſi douerannopagare per l'auenire, fino alla reale reſtitutione di ſcudi 15. mil. per ragione di legato e riuolendo li detti ſcudi 15. mill. ordino ſe li debbano reſtituire da detti miei heredi.

Poſt lapſum ferè 50. anoorum, quo per Cyriaci hæredes, dicti fructus fuerunt ſoluti, incidit dubitari, Ao debeantur, & affirmatiuè reſponſum.

Cum enim ex proprij oris confeſſione, quam alias, in noſtris terminis, admittit *Rot. vt in Viterbien. Dotis 26. Iu-* 1
nij 1641 cor. Dunozett § nam quoad, & in Rom. Salmant poſt Staiil. de Salu. dec. 159 per tot. conſtet Cyriacum ſuſcepiſſe onus inueſtiendi dotem, vt ibi, *Dichiaro anco che detta Erminia m'hà dato detti ſcudi 15. mil. per il Banco del Signor Roberto Primi per metterli à frutto.*

Sequitur, quòd oon facto inueſtimento, loco damnorum, & intereſſe teneatur ad eos fructus, quos inueſtimẽtum reddidiſſet. *Rot. poſt Zacch. de oblig camer dec. 275. n.* 2
1 & ſeqq & cor. Eminent. Ottob. dec. 81. nu. 22. & in rec. dec. 182. num. 6. par. 9. & in Rom. pecuniaria 14. Martij 1659. § hinc fructus cor. Reuerendiſs. Veroſpio.

Nec ex eo, quòd immediatè ſubdat teſtator, *E perche, per ſua maggior ſicurezza gl'hò tenuti, ſi come li tengo appreſſo di me, eſſendomene valſo a mio guſto, e miei negotij, e perciò hauerli ſempre pagato li frutti a ragione di ſei per cento, che coſi hà deſiderato detta Erminia, e ne hà hauuto contento,* inferri poteſt de voluntate partium, ita receſſum fuiſſe à propoſito reinueſtiendi, vt dos nequeat ampliùs conſiderari io manibus Cyriaci, tanquam inueſtienda, ſed tanquam quorum creditum pecuniarium, quod fructus non parit. 3

Quia vltrà, quod iſta non eſt aſſertio Erminiæ, ſed Cyriaci patris, quæ ab ipſa poteſt diuidi, & pro parte acceptari, cum reſpiciat pacta diuerſa, & habeat cõtra ſe præ- 4
ſumptionem Iuris, quia de Iure oon præſumitur, quem velle cootrahere vſuras, *Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 45. n.* 5
10. Rot. in rec. dec. 125. n. 2 & dec. 768. n. 6. & dec. 772. n. 12. part. 2. & dec. 118. n. 26. part 5. Tantum abeſt, vt hoc potuerit liberare Cyriacum à præſtatione d. Intereſſe, vt nouam potius eidem ſuperinduxerit obligationem, illud reficiendi, vtroque enim Iure, & diuino, & humano permittitur, vt creditor, pecuniam deſtinatam negotio, & inueſtimento, poſſit à debitore ſtipulari emendationem eius Intereſſe, quod ex implicatione percepiſſet, iuxta doctrinam, *Hoſtien in c. ſalubriter 16. n. 4. & in c. nauigant 19.* 6
n. 5 extra de vſur. Nauar. eod tract. n. 56. Vgolin de vſur c. 8. § 6. n. 3. Leotard. de vſur. q. 11. n. 4 & q. 72 n. 6. 14. Cyriac. contr. 368. n. 8. & ſeqq. & contr. 526. n. 25. & ſeqq. Nec enim hoc eſt ſimpliciter, & abſolutè, recedere à propoſito negociandi, ſed conditionaliter, & ſub pacto refectionis lucri, quod creditor amittit, & qood propterea, reficiendũ 7
eſt, vt ad rem noſtram arguendo, tradunt adducti per *Leotard. d. tract. q 98. nu 44. verſ. neque obſtat.*

Nulla facta diſtinctione; an creditor rogatus, vel ſpontè id promiſit, cum, non ſit creditoris intentio quæ iuſtificat cootractum, ſed eius ioteresse, *Rebell. de oblig. iuſt.* 8
par. 2. lib. 8. qu. 6. nu. 6. Card de Lug diſp. 25. n. 107. Leotard. de vſur. qu. 14. n. 6. Nec inſpicitur; an, ex affectu charitatis, vel, ex amore lucri, adductus potiùs fuerit ad motuandum, quam ad inueſtiendum, ſed, ao verè, & realiter ſe à commodo inueſtimenti ſubtraxerit, & conſequenter à lucro, qood exinde percepiſſet, *Nauarr. lib. 3. de reſtit. c. 2. num. 300. quem refert & ſequitur Petr. de Aragon ad D. Thom. q. 18. art. 2. verſ ſed quoniam, Trullench ſuper decalog. lib. 7. cap. 19. dubit. 9 numer. 8. Card. de Lugo diſput. 25. num. 108.*

Lucrum, & ioteresse, in caſu noſtro, ſatis conuincunt circumſtantiæ facti, qoia, iam conſtat, qoòd Erminia deſtinauerat iſtas pecunias ioueſtimentis, in Vrbe faciendis, vt ipſe Cyriacus confeſſus eſt; Conſtat, item, quod Pater aſſumpſerat in ſe oous illas inueſtiendi, & occaſiones inueſtieodi erant promptæ, & faciles in Vrbe, in cenſibus, & locis montium; Vnde, dum potius voluit dictas pecuoias erogare in vſus proprios, extinguendo ipſius cenſus paſſiuos, intereſſe Erminiæ remanet certum, & clarum, ob amiſſos fructus, qui ab ea percepti fuiſſent, ex inueſtimentis

Digitized by Google

mentis deſtinatis, ſi à patre facta fuiſſent, & proindè pe-
ti poſſunt, tamquam damna, & intereſſe paſſa ex facto
patris, non inueſtientis, adeout, nec iſtu caſu, probanda
ſint requiſita Pauli de Caſtro, vt diſtinguendo declarat
11 *Rot. in rec. deciſ. 105. num. 13. part 4. tom. 2. & poſt Zacch.
de oblig. Camer. deciſ. 275. num. 4. & in Viterbien Dotis 26.
Iunij 1641. coram Dunozett. §. nec releuat, & in Romana
na fructuum cenſus 24. Nouembris 1649. coram R.P.D.
Veroſpio in fine.*

Eoque magis, cum Cyriacus receperit dictas pecunias,
tamquàm adminiſtrator dotis Filiæ, qui tenetur inueſti-
re pecunias Domini, ad honeſtum lucrum, & conuer-
tendo in vſus proprios, intelligitur re ipſa moram face-
12 re, & tenetur Domino ad id, quod intereſt eius pecunias
non fuiſſe inueſtitas, *l. 8. §. ſi mandati, & l. ſi quis ff. man
dati, Leotard de vſur q 33 num. 7. 8. q. 74. num. 27. & q. 62.
num. 30. & ſeqq. Eſcobar. de ratioc cap. 14. num. 3. & ſeqq
Honded. conſ. 39. n. 3. & ſeqq lib. 2. Gratian cap. 240. nu 34.
Rot. in d. Viterbien. Dotis 26 Iunij 1641. coram Dunozett. §.
comprobatur*; Quare cùm Cyriacus, deſerto proprio Of-
ficio adminiſtratoris, ademit ex facto ſuo lucrum, quod
Erminia, ex inueſtimentis, ab ipſo, ratione Officij, fa-
ciendis percepiſſet, tenebatur reſarcire dictum damnum,
quod filiæ, facto proprio iotolit, & ſic potuit, imò æquũ
13 erat illam, aliquo veriſimili, honeſto, ac proportionato
lucro, compenſare, quod licet non poſſit exigi, abſque
Iudicis diſcuſſione, & liquidatione, non prohibetur ta-
men vſque ab initio à partibus eſtimari, & in pactum de-
duci, *Cyriac d. contro. 526. nu. 13. & ſeqq. Gratian. cap. 387.
num. 1. & ſeqq. Leotard. de vſur q. 72. num. 8. cum alijs ple
nè adductis, per Carlenal. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſp 8
ſect. 6. num 77. & ſeqq.*

Nec dicatur, quod cum dos eſſet profectitia, & per
mortem viri, ſuperſtite vxore, reuerſa ad dominium
14 Cyriaci, non poterat cadere, reſpectu ipſius, aliqua obli-
gatio, ſeu mandatum inueſtiendi, quod in re propria
non datur.

Illam enim aduentitiam fuiſſe, non ſolum demonſtrat
ampla renunciatio, facta ab Erminia filia, ad fauorem
Cyriaci Patris, qua ſtante Dos, tamquam recepta io pre-
15 tium renunciationis, efficitur propria filiæ, nec ad pa-
trem reuertitur. *Thomas deciſ. 185. n. 30. p. 2. Rot deciſ. 110
nu. 23 p. 8. & in Rom. Dotis de Ruinis 2. Decembris 1632.
coram Dunozett. & in Ciuitatis Caſtelli Dotis 28. Aprilis
1661. & 4. Maij 1664. coram R. P. D. Emerix.*

Sed fortius confeſſio Cyriaci, qui illam tamquam fi-
liæ recipiendo, ibi, *m'hà dato detta ſua dote per metter-
16 gliela a frutto*, aduentitiam fuiſſe, perneceſſe ſuppoſuit,
vt circumſtantiam illam ponderando, tradunt *Bald. no-
uell. de dot. p. 6. princ. 4. in princ. Surd. conſ. 206. numer. 19.
Sanleg quæſt. ciuil. cap. 100. numer 13 part. 1. Duran. deciſ.
231. num. 14. & ſeqq.* cui confeſſioni, eò magis inhæren
17 dum videtur, quo ab eius voluntate pendet, dotem pro-
fectitiam facere aduentitiam *gl in l. dos à patre profecta in
verbo filiafamilias ſolut. matrim. Rot. deciſ. 329. num. 9. &
ſeqq p. 5. rec.*

Verùm, quia in taxando intereſſe lucri ceſſantis, cum
moderamine, & mediocritate procedendum eſt, *Leotard.
18 de vſur. q. 72 num. 47. q. 90. num. 82.* & regulariter in eo,
19 quod mitius eſt *l. tutor, qui repertorium § cæteris ff. de adm.
tutor. Burat. deciſ. 130. num. 67. & in Romana Inueſtimen-
ti 22. Iunij 1629. §. vltimo coram Ghislerio.*

Domini dictos fructus taxandos cenſuerunt à die mor-
tis Erminiæ, ad rationem locorum Montium, prout alias,
intereſſe omiſſi inueſtimenti, ad hanc ſummam, taxa-
20 uit *Rot. deciſ. 85. num. 18. p. 4. tom. 2. rec. & coram Burat.
deciſ. 130 num. 7. & in Interamnen. Dotis 27. April. 1657.
§ reſpectu coram Zaratas* Adeoui, quod ſopra illam ſo-
lutum reperitur proportionabiliter abeat in extenuatio-
21 nem Sortis *ad tex. in l. in ijs, §. Imperator, ff. de ſolut. Rot.
deciſ. 231. num. 20. & ſeqq. p. 6. rec* Habito etiam reſpectu
ad tempora, quibus loca Montium fuerunt redacta, cùm
taxatio correſpondere debeat fructibus inueſtimenti fa-
ciendi, *Gratian cap. 240. nu. 35. Rot poſt Zacch. de obligat.* 22
Camer. deciſ. 275. num. 31.

Et facto, ad hanc rationem calculo, ad fauorem D.
Marchioniſſæ Santacruciæ, hæredis Erminiæ, manda-
tum pro ſorte, & fructibus, ſi qui ſuperſunt relaxandum
eſſe reſponderunt.

Dubin ter propoſito vtraque &c.

Reuerendiſſimo Albergato Decano.

Romana Penſionis.

Ven. 15 Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Eo ipſo, qood quis acceptat Officium, cum facultate condemnandi ad ſanguinem, priuatur beneficijs, & penſioọibus Eccleſiaſticis, nec poteſt iterùm ac- quirere per dimiſſionem d. Officij.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus eſt incompatibilis, cum Officio, & iure condemnandi ad mortem, & mutilationem.*
2 *Et ſtatim inducit priuationem beneficij penſionis, & aliorum priuilegiorum Clericalium.*
3 *Quod habet locum etiam in Notarijs, &c.*
4 *Per aſſecutionem militiæ, renunciatur Clericatui.*
5 *Cuſtos Arcis priuatur penſione.*
6 *Sicuti ſcriba Curiæ ſæcularis.*
7 *Etiam ſi non probetur ſaua fuiſſe exercita.*
8 *Priuatio ob irregularitatem requirit trinam monitionem.*
9 *Ignorantia excuſat delinquentem.*
10 *Secus, vbi irregularitas prouenit ex aſſecutione Officij incompatibilis cum Clericatu*
11 *Diſpenſatio non trahitur de caſu ad caſum etiam ex maioritate rationis.*
12 *Tot requiruntur diſpenſationes, quot ſunt obſtacula.*
13 *Maxime, ſi obſtaculum de tempore gratiæ non exiſteret.*
15 *In renunciatione penſionum eſt tacita conditio, quatenus Clericus permaneat.*
16 *Ceſſante impedimento ceſſat eius effectus.*
17 *Dimiſſo Officio incompatibili reaſſumitur habitus Clericalis.*
18 *Penſio ſemel extincta nequidem de conſenſu titularis reuiuiſcere poteſt ſine noua reſeruatione.*

DECISIO XVII.

FEl. mem. Innocentius X. ſoper Cannonicatu, modò
poſſeſſo per R. P. D. Caſalium, reſeruauit annuam
penſionem ſcut. 100. ad fauorem D. Equitis Caffarellij.
Cum verò iſte, de anno *1666.* aſſecutus fuiſſet à Prore-
ge Neapolis Capitaneatum Ciuitatis Bari, dedi dubium.
An penſio deberetor. à DD. negatiuè reſolotom.

Fundamentum reſolutioois fuit, incompatibilitas hu-
ioſmodi Officij Capitaneatus, cum Clericatu; illud enim
cum mero, & mixto Imperio, habet admixtam ſangui-
nis, ac gladij poteſtatem, cum Iure condemnãdi ad mor- 1
tem, ac mutilationem membrorum, vt ex literis patenti-
bus io Som. *num. 1.* & io ſpecie tradit, *Thor. de Magiſtr.
Regn. Neap. tit. de Capitan. ſiue Rect. Reg. p. 14. & 75.* Cleri-
catus verò expreſſe ab huiuſmodi miniſterijs militaribus
abhorret *Can Clerici, & Can. Quicumque 23. qu 8.* & ſi-
gnanter à cautis ſanguinis, *cap Clerici vbi Innoc. & Ho-
ſtien. eodem tit. ne Cler. vel Mon Dias prax. crim. Canon.
q. 54. num. 4 Maiolin de irregul. lib. 2 cap. 5. num. 1. Barboſ.
de Iur Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap 29. §. 2. num. 79* Vndè, eo
ipſo, quod D. Eques ſe huiuſmodi Officio ſæculari, ſubie-
cit, iuramentumque præſtitit, de illud adminiſtrando,
ac de

Digitized by Google

ac de facto adminiſtrauit, ſtatim , & ipſo iure , priuatus
remanſit beneficijs penſinnibus, alijſque priuilegijs Cle-
2 ricalibus *Abb.in c. ſed nec procurationet in fine ſub num.7.
eodem tit de Cler. vel Mon. Io: Andr.in c fin. de Cleric. con-
iug. Clar. lib.3. ſentent. §. fin. qu.73. num 6. verſ. fin. Gig. de
penſ. q.55 num.* 1.3.4.& in puncto, de Iudice, Nntarin, &
alijs, accepiantibus huiuſmndi officia à Regibus & Prin-
3 cipibus Laicis *Io: Andr in c ſicuti in fine eodem tit. ne Cler.
vel Mon. ibique Butr. nu.8. in fine, & Abb. num.3. Diax vbi
ſupra qu.58. nu.4 Farinacc in fragm. par.1 num.220. Ma-
rol. d. lib.2. c.6. nu 5 Franc. Marc. dec.396. nu 3 par.2. Petr.
Queſad. q 29. nu.43. & dixit Rot. in Cæſaraugustana Pen-
ſionis 14. Iunij 1660. §. ſiquidem, & per tot. cor. bo. me. Veroſp.*
& in durioribus terminis *in Firmana Penſionis 27. Iunij
1649. §. ita etiam Clericus cor. Eminentiſs. D. meo Celſo ,*
confirmata in alia Inſtaotia *1. Iulij 1665. in princ. cor. Me :*
Etenim, per electiooem nouæ militiæ, dicitnr, quis alteri
incompatibili renunciaſſe, egregiè, *Barbat. conſ.11. n.11.
verſ. præterea dicit in ſupplicatione lib.1. Lotter. de Re ben.
lib.3. q.26. nu.7.8. Layman. Theolog. mor. lib.4. tract.2. c.17.
num.5. eadem Rot. in d. Firmana Penſionis §. nam per ele-
ctionem cor. Card. Celſo & in princ. cor. Me .*

Hinc videmus, Clericum , militiam acceptaotem, ſta-
tim , ipſo Iure amittere penſionem nb militiæ ſæcularis ,
cum ſpirituali incompatibilitatem , vt poſt *Azor. inſtit.
4 mor. q.2. lib.8. c. . . qu.2. Paul. Roman. de penſ. c.3. num.4. in
tract. magn. tom.15 fol. mihi 311. Caccialup. tit. pariter de
penſ. qu.15. int. eodem tract. & eodemet tom. fol.323. Gig.
vbi ſupra q.55. n.4.5. Gambar. ol. huius S. Ord. Auditor in
ſuo tract. de Off. & pot. Leg. lib.6. tit. de penſ. nu.743. & ſeqq.
Zacch. de benef & penſ. Eccleſ. c.11. num.9. verſ. Sic, quan-
do eam amittit Viuian. de Iurep. lib.13. c.11. num.55. in fin.
verſ. ſi fiat miles bo: me: Ricciull. de iur. perſon. lib.7. c.5. nu.
26. cum ſeqq Ciarl contr ſor.136. num.7. firmauit Rot. in
præalleg. Firmana Penſionis ,* vbi agebatur de Penſiona-
5 rio, qui cuſtodiam cuiuſdam Arcis, aſſumpſerat *coram d.
D. Card Celſo 25. Iun.1649. §. & de penſionario confirmata
17. Martij 1656. cor. eodem & in alia Inſtantia cor. Me ſub
d. die 2. Iulij 1655. in princ. & prius in Cæſaraugust. Penſio-
nis 14 Iun.1660.* io caſu , quo quis munus Scribæ Curiæ
6 ſęcularis obierat, *§. hinc ex officij ſuſceptione cor. bo. me. Ve-
roſp. & in Abulen. Penſionis 14. Ian. 1661. cor d. D. Card.
Celſo confirmata 27. Ian cor. Reuerendiſs. Ninot.*

Parum obſtante, quod, non probetur D. Equitem ſæ-
ua exercuiſſe, qnia , viſum non eſt in actn exercito , qui
merè accidentaliter ſe habet, ſed in actu , quo quis accin-
ctus propoſitum innuit, exercendo, quandn caſus euene-
7 rit, iuxta doctrinam *Specul lib.2 p.1. de leg. tit. de diſpenſ.
§. iuxta num.10. verſ alij etiam tales, quam ſequuntur Soc.
in c. ad audientiam nu 144. de homicid Barboſ. de Iur. Ec-
cleſ. vniuerſ d. lib.1. c.39. §.2 num.79. & lib.3. c.14. num.31.
32. Ricciull. d. tract de Iur perſon lib 7. c.5. num.22 & ſeqq.
Egregiè Franc. Marc. d dec.396. nu.3. verſ quia irregula-
ritatem par.2. Marolin. de irregul. lib.2. d.c 6. nu.5.* & pro-
bauit *Rot. in Firm. Penſionis 25. Iunij 1649. à §. non obſtat ,
vſque ad §. demum, & in d. Cæſaraugustana Penſionis cor.
b. m. Veroſp. §. hinc ex Officij in fine .*

Hinc, viſa ſunt non applicari quæ ad incurrendam ir-
regularitatem, ex aduerſu deducebantur ; namqne aliud
eſt quempiam effici irregularem, ob aliquod crimen , &
indè deducere priuatiooem beneficiorum , aliud verò,
propter aſſumptionem officij incompatibilis. Primo ca-
ſu, procedunt authoritates, vt requiratur trina monitio ,
8 & lex expreſſa qnæ irroget pęnam priuationis *Ricc. dec.
45 lib.2 per tot. Sperell dec.77. a num. 11. Rot. cor. Millin.
dec.227. nu.1. & ſeqq & in rec dec.83. nu.1. & ſeqq. p.7.* ea
9 ratinne , quia aliqua ignnrantia delinquentem excuſare
poteſt: Secundo caſu, nnn eſt opus alia mnoitione, nec le-
ge, dum adeſt voluntaria dimiſſio ſtatus Clericalis, quiſ-
que enim ſcire debet non poſſe amittere Statum Clerica-
lem, & adhuc Clericum permanere ; Ideoque iſto caſu ,
10 penſinnem ſtatim, & ipſn Iure, extingui , traduot *Gig. de
penſ. d.q.55. & Garz. de Benef. p.1. c.5. nu.11. Barboſ. de off.
& pot. Epiſc p.3. alleg.57. num.216. verſ.12. vacat ipſo iure,
Galleras de renunc. cent.1. renunc 31. num.18. Ricciul.* qui
diſtinguendo, in ſpecie, obiecto ſatisfacit *d. tract. lib.7. c.
15 num.14 & ſeqq. Ciarl contr. ſor.36. num.43. & ad contr.
136. num.5.6. Tondut de penſ c.77. num.18. Queſad. contr.
ſor.29 num 43. Rot. in rec. dec.118. num.16. in fin. par.1.* &
pro indubitato ſupponitur in omnibus deciſionibus ſu-
perius adductis .

Minùs vrget, diſpenſatio gaodendi , & fruendi huiuſ-
modi penſione, non obſtante, quod D. Eques , non Ince-
deret io habitu, eſſetque coniugatus , etiam cum Vidua ,
quia reſponſum fuit, diſpenſationes non trahi de caſu ad
caſum, neque extendi ad diuerſa obſtacula, etiam, ex ma-
ioritate rationis , *c. Paſtoralis , ibique gl. notat de priuil.* 11
*Abb. in c poſtulaſti num. 8. verſ. circa ſecundum eodem tit.
Rebuff. de diſpenſat. ſuper defect. natal. n 47 & ſeqq. Sanch.
de matr. lib.8 c.21. num.2.3. Barboſ. vot. deciſ 58. num. 9.
lib.2. Rot. in rec. dec.497. nu.2 par.2. & dec.99. nu.4.5 par.6.* 12
& in his materijs, tot requiri diſpenſatiooes, quot repe-
riuntur obſtacula, tradiderunt *Gemin. conſ.35 nu.8. Gra-
tian. diſcept.397. num.39 & diſcept.827 num.17. Rot. penes
Caſſador. dec.9. num.4. de præben in diuerſ. dec. 233. nu.22.
p.1. cor. Seraph. dec.433. num.8 in rec. dec.76. nu.2. & dec.
87. num 3 par.2. & in his terminis in d. Firmana Penſionis
de anno 1649. §. demum non obſtat , & 1656. §. fin. cor. d.
Eminentiſs. Celſo, & in præalleg. Cæſaraugust. § neque Bre-
ue cor. bo. me. Veroſp.* præſertim , verò ſi cauſa diſpenſa- 13
tiooís de tempore gratiæ non exiſteret , quia mens Pon-
tificis, ſuper ea, cadere non poteſt , vt ſubdit eadem *Cæſa-
raugust. d. §. neque breue verſ. præſertim quia defectus Cle-
ricatus* , & alias in huiuſmodi ſpiritualibus penſionibus,
vti Clerico reſeruatis , ſemper ineſt tacita conditio , &
quateous Clericus permanſerit *Ciarl. d. contr.36 num.37.* 14
& d. contr.136. nu.8 & ſeqq.

Denique non releuat , quod officium Capitaneatus,
iam terminanerit, & conſequenter, ceſſante impedimen-
to, ceſſat etiam eius effectus , quia nbiecto reſpondet ea-
dem *Rot. in d. Cæſaraugust. ſub §. fin.* Vt nempè , dimiſſio
officij poſſit quidem prodeſſe, in ordine ad reaſſumptio-
nem habitus Clericalis, ſecùs, verò, quoad recuperandam
penſionem, iam extinctam, & quæ etiam accedente titu-
laris aſſenſn. abſque beoeplacito Apoſtnlico , reuiuiſcere
non poteſt, *ex Barboſ. de Iur. Eccl lib.1. d.c.39. §.2. nu.79.
& melius lib.3. c.14 nu.31.32. Merl. dec.382. nu.3. Terra-
cinen Penſionis 15. Octob.1660. §. non obſtat cor.* R.P.D. *Be-
nilaqua , & fuit etiam dictum in eadem Firmana de An-
no 1665. §.1. cor. Me .*

Et ita vtraque parte &c.

Reuerendiſſimo Albergato Decano.

Meleuitana Bonorum .

Vener. 28. Iunij 1669.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum, inter liberos, licet valeat ſine ſolemni-
tatibus, tamen, ſi in eo, fiat legatum, ad fauorem
extranei , dictus extraneus debet honorari, coram
teſtibus, maximè, ſi vocetur, titulo honorabili, inſti-
tutionis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum fuiſſe conditum probatur ex teſtibus qui
illi interfuerunt .*
2 *Teſtamentum inter liberos non requirit ſolemnitates.*
3 *Diſpoſita ad fauorem extraneorum in teſtamento inter
liberos, debent probari ex duobus teſtibus qui fuerint
præſentes .*
4 *Iure Codicis extranei excludebantur in teſtamento in-
ter liberos .*

5 *Duo*

Digitized by Google

5 *Duo teſtes ſunt de ſubſtantia ad fauorem extranei in teſtamento inter liberos.*
6 *Teſtis qui non fuit præſens actui non probat.*
7 *Teſtes quantum fieri poteſt reducuntur ad concordiam.*
8 *Teſtis adducens in conteſtem eum qui contradicit nihil probat.*
9 *Teſtes inter ſe contrarij nihil probant.*
10 *Teſtes diſcordantes in ſubſtantialibus nihil probant.*
11 *Teſtes examinati coram iudice cuius iuriſdictio expirauerat non probant.*
12 *Compromiſſum capit vires à conſenſu partium.*
13 *Arbiter totam iuriſdictionem habet a partibus.*
14 *Arbiter expirata iuriſdictione nihil agit.*
15 *Nullitas examinis teſtium ſemper opponi poteſt.*
16 *Nullitas examinis non eſt opus vt opponatur.*
17 *Nullitas proueniens ex defectu proceſſus reddit ſententiam ipſo iure nullam.*
18 *Sententia quæ non iuſtificatur ex actis dicitur ipſo iure nulla.*
19 *Sententia iniuſta nunquam tranſit in iudicatum.*
20 *Ad fauorem piæ cauſæ diſpoſitio non opus eſt vt habeat ſolemnitates, ſed ſufficit, vt conſtet de voluntate etiam per coniecturas.*
21 *Ad hoc requiritur vt pia cauſa ſit inſtituta vel honorata in maiori parte hereditatis.*
22 *Extraneus quando vocatur titulo inſtitutionis teſtamentum dici non poteſt inter liberos.*
23 *Inſtitutus in re certa largo modo habetur loco legatarij.*
24 *Conſtituit certam ſpeciem participantem heredis & legatarij.*
25 *Inſtitutus in re certa repudiante vniuerſali fit ipſe vniuerſalis.*

DECISIO XVIII.

HVcuſque, in hac cauſa ſuppoſitum fuit, conſtare,
de teſtamento Cæſaris, eiuſque diſpoſitione, ad
fauorem vxoris, ex teſtibus, qui eius celebrationi inter-
uenerint, & coram quibus, Teſtator eiuſcemodi ſuam vo-
luntatem declarauerit, vt apud *Merlin. deciſ. 806. nu. 2 &*
1 *deciſ. 862. num. 12 & ſeqq apud Carill. dec. 262 nu. 5. & in*
duabus deciſionibus, quæ reddentur, altera 17. Nouembris
1658. §. non obſtat, altera 16. Ianuarij præſentis anni §. Et
nihilominus coram Me.

Veruntamen, hodie, teſtibus, ex integro, in medium
allatis, riteque examinatis, ac maturè perpenſis eorum
depoſitionibus, viſum eſt. DD. non eſſe ſatisfactum legis
diſpoſitioni, de qua in §. *Nos igitur auth. de teſtam. Imper.*
à parent. inter fil. fact. verſ. Si tamen aut Vxori, expreſsè
2 ſancientis. quod, licet, in diſpoſitione, quam Pater facit,
inter liberos, nulla alia ſolemnitas requiratur, quam Te-
ſtatoris ſubſcriptio, & nominum ipſorum filiorum ex-
preſſio, ſi tamen eiuſcemodi diſpoſitioni addere, ſeu in-
ſerere voluerit legata in fauorem extraneorum, tunc ne-
ceſſaria ſit aſſiſtentia duorum teſtium, in ipſo actu, co-
3 ram quibus Teſtator, inſuper, viua voce, declaret id ip-
ſum, quod ſcripſit, eamque ſuam volũtatem ſeruari vel-
le, & egregiè perpendendo, *Textus his verbis*, ibi. *Et hæc*
propria ſcripta manu, dictaque a Teſtatoribus coram Teſti-
bus, & paulò infrà ibi, *eius manus, & lingua habet omnem*
virtutem chartæ præbitam, firmauit, *Rota in diuerſ. deciſ.*
734. nu. 11. verſ. Quod autem, & nu. 12. & deciſ. 752. nu. 1.
8. & 9. par. 1. & poſt Bald. Iaſon. & cæteros in dicta auth.
tradiderunt Alex. conſ 76. num. 3. lib. 3. Puteus inter conſil.
vbi volunt. conſ. 12. nu. 28. & 29. lib. 1 bene Ruin. conſ. 193.
num. 1. lib. 2 & melius conſ. 15. num. 11. & conſil. 12. nu. 12.
lib. 3. Benedict. in cap Raynutius in verb. teſtamentum ſub n.
87. de teſtam Soccin. Iun. conſil 24. num. 2. verſ. Tamen lib.
3. Cephal. conſil. 377. num. 22. & 47. Craſſ. in §. Teſtamen-
tum quæſt. 16. num. 8. Magdal. de non. teſt. part. 1. capitul
16. num. 198. Molin. de Iuſt & Iur. diſp 128. verſ. Illud etiã,
Boer. deciſ. 241. nu fin. Mare deciſ. Piſan. 70. num. 7. 10. &
ſeqq. Menoch. conſil. 267. num. 22. Egregie Peregr. conſil. 61.
num 9. verſic. Præterea, & num. 13. Barry de ſucceſſ tit. de
teſtam. inter lib. num. 7. Theſaur. Iun. quæſt. foren. lib. 4. qu.
34. num 8. vbi Teſtatur ſe non potuiſſe contrariam ſen-
tentiam ſuſtinere, *Paſchal. de virib. patr poteſt par. 2. cap.*
8. nu. 28. cum Facchin. contr. Iur. lib. 4. cap. 2 Capyc latr. con-
ſult. 132. nu. 1. 21. & ſeqq. tom. 2. optime *Bellon Taurinen.*
conſ. 37. ex nu 7. cum ſeqq cum cœteris per *Altograd. Iun.*
contr. 15. numer. 11. & 28. & ſenſit eadem, *Rota coram*
Merlino dict. dec. 806. num 2. verſic. quando factum fuit co-
ram duobus teſtibus. & clarius in dict. deciſ. 862. num.
12. & non minus obſcurè penes Carill. ſupra alleg deciſ. 162.
ſub num. 1.

Quod non ſine magna ratione, à Iuſtiniano ſancitum
fuit, dum, Iure Codicis remanebãt excluſi extranei à reli- 4
cto ſibi in teſtamẽto inter lib. vt eſt *Text. ad litt. in l. ſi C.*
fam. erciſc. & in l. Hac conſultiſſima §. ex imperfecto, C. de
teſtam. Vndè paruum beneficium non fuit, quod vbi ſe-
ptem Teſtes, aut ſaltem quinque, in relictis, de Iure, re-
quirebantur ad hoc, vt extraneus ab vltima volũtate ca-
pere poſſet, id in teſtamento inter lib. redactũ fuit, ad duos
tantum, quibus Teſtator ſuam voluntatem manifeſta-
uerit, vt propterea, ſaltem hæc ſolemnitas, ſit ſeruanda, 5
tanquam ſubſtantialis, & de forma, quemadmodum fir-
mauit, *Rot. in præalleg. deciſ. 734. & 752. part. 1 diuerſo-*
rum.

Viſum eſt, inquam, DD. in hoc caſu, non integrè ſa-
tiſfactum legi, dum Teſtes, vltra cœteros defectus, quos
patiuntur, vt infra, non deponunt præciſam eorum inte-
reſſentiam Scripturæ, quodque coram ipſis, & in eorum
præſentia, Teſtator illam publicauerit, ex quinque,
enim, vel ſex, qui in id fuerunt examinati, duo tantum,
quorum alter eſt famulus, id affirmant non tamen, in ip-
ſo actu, celebrationis, ſed ante, vel poſt, ibi. *Sò che così*
auanti haueſſe fatto teſtamento, come doppo fatto diſſe in
preſenza mia eſſo q. Ceſare, che lui laſciaua alla Signora
Maria Alagona ſua moglie quelli mille ſcudi che teneua,
&c. preſenti Summ. Marietttinæ *nu.* 20. & alterius partis,
in prima poſitione coram Me, *num. 4.* Vnde nihil con-
cludit, cum deficiat in forma præciſè requiſita, in ipſo
actu celebrationis, cui ipſe non interfuit, vt benè per *Bel-* 6
lon dict. conſ. 37. num. 9. & ſeqq.

Alter verò, qui eſt Lanarius patitur euidentem con-
trarietatem. cum enim, deponat eiuſcemodi publicatio-
nem fuiſſe factam coram ſe, & alijs teſtibus (quos Rota,
pro ijs reducendis, ad concordiam interpretata eſt, de
Candiotto exhibitore atramenti. vt coram *Merlino dict.*
dec. 862. numer. 14. verſic. Et depoſitio Teſtium, & coram
Carill. dec. 262. num. 1. §. Quibus non aduerſatur) Can- 7
diottus verò conſtanter affirmat totum oppoſitum, ibi.
Eſſo q. Ceſare non hà dichiarato auanti eſſi Teſtimonij che
coſa ſi conteneſſe in detta Scrittura d. hodierno Summ. *nu.*
7. litt. B. ſequitur vt ipſe Lanarius nullam probationem
conſtituat, vt benè, in terminis, de adducente conteſtem 8
contradicentem, & negantem *Giurb conſil. 70. numer. 36.*
Cyriac. contr. 27. num. 8. cum alijs per Ciarlin. contr. 116. nu.
36. Vermigl. conſil. 30 numer. 16. niſi potius iſti Teſtes tan-
quam inter ſe contrarij, ſe ad inuicem deſtruant, adeout
neutri ſit fides adhibenda, *Farin. qu. 65. num. 2. & 3. Rot.*
coram Emmentiſſ. Celſo deciſ. 352. num. 4. & deciſ. 386. nu. 9
10. cum alijs *in Burgen. Abbatiæ 27. eiuſdem menſis §. Se-*
cundis verò coram Me.

Augetur contrarietas Lanarij, & Candiotti, dum ille
deponit Schedulam ſibi a Teſtatore conſignatam tradi-
diſſe Candiotto, a quo ampliùs eam recuperare non po-
tuit dict. hodierno Summ. *numer 9.* Candiottus, verò,
eam ſibi conſignatam teſtatur ab ipſo defuncto eamque
in capſula clauſam non fuiſſe amotam, niſi poſt appul-
ſas Triremes ad Portum eod. Summ. *numer. 7.* litt C. vn-
dè tanto minus eis fides præſtari poteſt dum diſcordant
in ſubſtantialibus. *Petra de fideicommiſſ quæſt. 12 numer.*
1303. Farin. dict. quæſt. 65. num. 17. & 18. Rota in dict.
Burgen. Abbatiæ ſub §. diſcordant inſuper in ſubſtan-
tia.

Es

Digitized by Google

10 Et tandem omnium fides ſubuertitur, vt potè nulliter
examinatum elapſo iam compromiſſo, cum enim illud
fuiſſet ſtipolatum ad duos menſes ſub die 29. Nouembris
1628. indè bis prorogatum ad alios duos, & tandem ad
octo dies vtiles poſt reditum compromiſſarij Hiſpanijs,
fuiſſetque ab ista, & alia vlteriori prorogatione per Ma-
riettinam appellatum, non poterat Iudex ſub die 13. Au-
11 guſti ſequentis examen recipere, & receptum ipſo Iure
nullum remanſit, vt in ſpecie firmat *Romanus conſ. 67.
ſub nu. 1. Rot cor. bo: me: Coccino deciſ 438. nu. 2 aliyque re-
lat per Ciroch diſcept. 25. nu. 44.* ex optima ratione, quia
12 cum compromiſſum capiat vires à conſenſu partium, &
arbiter ipſe nullam aliam Iuriſdictionem habeat, niſi
13 quam Partes illi concorditer tribuunt, conſequens eſt, vt
altera appellante ipſe remanſit ſine Iuriſdictione, & ita
examen recipere, aut quidquam aliud agere non value-
14 rit ad *text. in l. non diſtinguemus 37. §. de officio ff. de arbitr.
Coccin d. deciſ. 438. nu. 5. cum alijs per eundem Ciarl. in præ-
alleg diſc. 25 num. 52.*

Minimè obſtante temporis lapſu circa huiuſmodi op-
poſitionem, etenim animaduerſum fuit vſque ab initio
cauſæ eam fuiſſe deductam, vt videre eſt coram *Merlin.
d. dec. 862. in fin. § nec nullitas examinis,* etiamſi non fuerit
15 in alia inſtantia repetita, adeò vt præcluſa videatur via
illam amplius opponendi ex *Rot in recent. deciſ. 572. nu.
2. & ſeq. par. 2,* cum alijs in 1. *deciſ. quare videtur, §. finali;*
Quoniam id procedere viſum eſt, vbi nullitas percuteret
ipſam ſententiam, vt loquitur *d. deciſio* 572 cæteræque in
contrarium adductæ, non autem, vbi funditus inficit
proceſſum, & ipſamet acta, nam tunc nulla requiritur
16 oppoſitio, ſed ſententia, ipſo iure, remanet nulla, adeò vt
nullus Iudex eam confirmare valeat, benè *Crauett. conſ.
240 num 8. & conſ. 270. num. 7. verſ. ſed præmiſſis Gratian.
diſc. 244. num. 9. Rot. poſt ſecundum vol. Farinac. deciſ. 3 nu.
3. in Landen. Pecuniaria apud Marcheſan. de commiſſ. to.
2. num. 5. verſ. Tum quia hæc nullitas fol.* 145. cum alijs
apud *Poſth reſol. 73 num. 72.* & ratio diuerſitatis eſt, quia,
vbi ſententia ipſa eſt nulla, vel defectu citationis, vel iu-
riſdictionis, aut mandati, nihil impedit, quò minùs ſecun-
17 dus Iudex, ceſſantibus defectibus, eam firmare valeat, &
vbi nullitas prouenit, ex deficientia proceſſus, & acto-
rum ac ipſarumet probationum, tunc impoſſibile eſt,
ſententiam conualeſcere, tanquam intrinſecè, & in viſce-
ribus infectam, ſententia enim, quæ non iuſtificatur ex
actis dicitur notoriè iniuſta, vt millies dixit Rota. ſi-
18 gnanter *in recent. dec. 173. num. 2. & ſeqq. par. 3. diuerſ.
470. num. 2 par. 5. & dec. 67. num 13. & ſeqq par* 8. adeò vt
nunquam tranſeat in iudicatum, ſed ſemper pateat in
19 integrum reſtitutio *Rot. d. dec. 173. ad med. par. 3. dec. 147.
num. 3 par. 4. tom. 3. & coram Dunoz. Iun. dec. 776. num. 1.
& 2.*

Inſuper viſa eſt procedere obiectio in caſu quo à ſen-
tentia confirmatoria non fuiſſet appellatum, nihil enim
vetat, quin ſententiam confirmans in iudicatum non
tranſeat *Gabr. conſ. 49 nu. 1 lib. 1. Rot. in rec. dec. 474. nu. 4.
& dec. 520 num. 1. par. 2.*

Firmata contrarietate ipſorum Teſtium, eorumque
examinis nullitate fruſtra recurrebatur ad priuilegium
piæ cauſæ ex eo quod diſpoſitioni, de qua agitur fuerit
iniunctum onus fundandi Cappellaniam, ideoque non
requiratur illa formalitas duorum teſtium, ſed ſufficit
20 quoquo modo apparente voluntate morientis, & per
coniecturas, & indicia ad tradita per *Alex. conſ 4. num.
13. & 18. lib. 7. Rot. in diuerſ. dec. 74. num. 15 par. 2. cum
alijs in recens. dec. 66 num. 22. & 23. par.* 8 etenim, omiſſo,
quod onus non fuit impoſitum, ſuper pingui relicto ſcu-
tor. 1000 gemmarum, argentorum, ſuppellectilium, no-
minum debitorum, & aliorum, de quibus agitur, ſed ſo-
per quibuſdam effectibus particularibus, ibi, *voglio che
ſubito ſmaltito il vino ſi faccia vn capitale di bulla affine-
che ſi compiſchi* 247. *ſcudi d'entrata, e quella reſti perpe-
tuamente in Altare priuilegiato ſum.* primæ poſitionis
num. 2. Adhuc ſi eſſet impoſitum, ſuper eodem legato,
non ſuffragaretur, cum ad bonc effectum, requireretur,
vt pia cauſa foret inſtituta, aut honorata, in maiori parte 21
hæreditatis, vt benè dixit *Rota coram Cæſar. de Graſſ. de-
ciſ. 5. num. 16.* cum alijs per *Ferentill. ad Buratt. dec. 475.
num. 17. & 18.*

Cæterum, altius rem DD. deſumi poſſe exiſtimabant,
nimirum, ex forma, qua vſus fuit Teſtator, in contro-
uerſa diſpoſitione, dum ſe non continuit, intrà terminos
ſimplicis legati, quò in caſu duo Teſtes, vt ſupra ſuffi-
ciunt, ſed vlteriùs proceſſit ad honerabilem titulum in-
ſtitutionis d. ſum. *num.* 2. qui titulus quantumuis mix-
tus, cum re certa, non reperitur exceptuatus ab Impe-
ratore in d. Nouella Conſtitutione, loquente de legatis, 22
præciſè, & fideicommiſſis, & licèt inſtitutus in re certa,
largo modo habeatur loco legatarij *ad tex. in l. quoties,
C. de hared. inſtit.* attamen propriè dicitur contineri in 23
tertia ſpecie participante vtriuſque naturam, hæredis,
ſcilicet, & legatarij, vt optimè diſtinguit *gloſſ. in l. penult.* 24
*verbo legatariorum, C. de hared. inſtit. & ex textu in l. ex
facto 35. vbi Bart. & Bald. ff eod. tradunt Mart. de ſucceſſ.
par. 4. quaſt. 2. art. 1. nu. 23. cum ſeqq Rot. in diuerſ. dec. 712.
par. 1.* In tantum vt hæres iſte particularis, alio non ad-
eunte, fiat vniuerſalis, ſed verificari non poteſt in ſimpli-
ci legatario, *Bellon. de Iur. Accreſc. cap. 7 quaſt. 7. num 6. &* 25
*& priùs cap. 6. quaſt. 9. num. 1. & 15. Mart. vbi ſupra d. art.
1. num. 33. & ſeqq.* cum alijs per *Cyriac.* latiſſimè *tota con-
trou.* 43. & 44. & de facto ſeruatum fuit coram me, in ip-
ſamet cauſa, ſub diuerſo dubio. *die 26. Iunij 1665. §. ſecun-
do,* quod cum per imputationem 25. *Ianuarij ſequentis
anni §. & quod,* vbi quia Mariettina vniuerſalis hæres
non adijt, ipſa Alagona hæres particularis, in vniuerſum
ſucceſſit, ne alioquin Cæſar, pro parte inteſtatus deceſ-
ſiſſet. Vndè contingere aduertebatur fore, vt per indire-
ctum ſubſtinentibus teſtamentum pro extraneo, coram
ſolis duobus teſtibus ſubſiſtit, ad quod abſurdum euitan-
dum non improbabilem fore ſententiam, quod in d. no-
uella Conſtitutione non contineatur facultas inſtituen-
di extraneum, etiam ſi particulariter, quod tamen no-
luerunt firmare Domini, vtpotè non neceſſarium in
præſenti hypotheſi, dum ex ſupradeductis ſatis, ſuperq;
conſtitit, de inualiditate controuerſæ diſpoſitionis, etiam
ſumptæ, in terminis ſimplicis legati.

Et ità cauſa bis propoſita, & partibus hinc indè infor-
mantibus, à deciſis fuit receſſum &c.

Reuerendiſs. Albergato Decano.

Aſſiſien. Oblationum.

Ven. 9. Decembris 1661.

A R G V M E N T V M.

Tranſactio, ſuper oblationibus percipiendis, non po-
teſt dici læſiua ex incertitudine illas exigendi, tantò
magis, ſi fiat a Patribus S. Franciſci, qui ſunt inca-
paces bonorum.

S V M M A R I V M.

1 *Ius pertinet ad illum, cuius nomine exercetur.*
2 *Oblationes pertinẽt ad illum cuius nomine colliguntur.*
3 *Dictio*, donec, *limitat diſpoſitionem.*
4 *Papa eſt abſolutus Dominus bonorum Eccleſia.*
5 *Abſque eo, quod alicui faciat iniuriam.*
6 *Fratres S. Franciſci, quicquid habent, poſſident nomine
Eccleſia Romana.*
7 *Dictio*, huiuſmodi, *reſtringit diſpoſitionem ad res ſupra
expreſſas.*
8 *Læſio, in tranſactione, attenditur de tempore* 10. *anno-
rum antè & poſt.*
9 *Læſio declaratur, arbitrio iudicis.*
10 *Pro valore computantur anni fertiles cum ſterili.*

11 *Læſio*

11 *Læſio non inducitur, ex euentu ſubſecuto.*
12 *Luxus in diem creſcente.*
13 *Pietas in diem frigeſcit.*
14 *Ex incertitudine excluditur læſio.*
15 *Oblationes ſolitæ exigi numerantur inter fructus certos*
16 *Læſio attendi debet, de tempore contractus.*
17 *Cardinalis Nepos Papæ probat mentem Pontificis.*

DECISIO XIX.

QVia, ius honorificum percipiendi eleæmoſinas, in aliena Cappella S Mariæ de Portiuncula nuncupata, quæ Fratribus Conuentualibus S. Franciſci, competebat, pretio erat inæſtimabile, & 40. annorum ſpatio, vt deducebatur, ad ſcuta 300. annua oblationes aſcendere conſueuerant, Domini, ſub *die 4. Maij* 1652. *& 23. Ianuarij* 1653. coram Me, cenſuerunt, conſtare de læſione eorumdem Patrum, in contractu anni 1642. celebrato; in quo, ceſſum fuit d. ius Fratribus de Obſeruantia, pro quantitate ſcut. 2000. quæ in locis Montium, inueſtita, non excedunt annua ſcuta 100. Et ſucceſſiuè, ſub *die 30. Aprilis* 1660. dictum fuit, ex defectu intentionis, reſultantis ex eodem capite læſionis, Pontifici Maximo ignotæ, non ſuffragari Breue S. M. Vrbani VIII. ſuper qua vltima reſolutione, præuio Dominorum meorum ordine, quod reuiderentur deciſiones ſuper læſione: Propoſito, hodie, dubio, in omnibus fuit receſſum à deciſis.

Nulla, enim, adeſſe viſa eſt læſio, reſpectu iuris, honorifici, quia in facto non ſubſiſtit, quod illud ad Patres Conuentuales ſpectaret, ſed immediatè ad Eccleſiam Romanam pertinebat, vt probatur ex quatuor Conſtitutionibus Summ. Pontif. Nicolai IV. Eugenij IV. & Gregorij XIII. vbi, expreſsè præcipitur, quod Conuentuales nomine Eccleſiæ Romanæ, deputare tenerentur perſonas idoneas, quæ, de ipſorum Fratrum Ordine, non exiſterent, pro colligendis eleæmoſinis, ad effectum quidem, erogandi, pro conſeruatione, & reparatione Eccleſiarum S. Franciſci, & ſubſtentatione Fratrum, ad ipſas Eccleſias, confluentium, donec, per eoſdem Pontifices, vel eorum ſucceſſores, aliter, in hac parte, contigerit ordinari. Ius, enim, pertinet ad illum, cuius nomine exercetur, &
1 oblationes ſpectant illi, cuius nomine colliguntur. *cap.*
2 *ſi diligenti 17. vbi notat Abb. nu. 6. de Præſcript. l. quod meo 18. in prin. ff. de acquir. poſſ. Menoch. conſ. 1246. num. 3. & 4. Honded. conſil. 17. num. 77. lib. 1. Gratian. cap. 989. num. 13. & 14. Rot. apud Poſt. de Manut. dec. 135. num. 1. & 2. & in Romana Manutentionis 18. Iunij 1652. coram Dunozetto verſ. non obſtant exactiones.*

Erant, enim, Patres Conuentuales ſimplices vſufructuarij, precario nomine Eccleſiæ Romanæ, fruebantur oblationibus, cum prædicta clauſula, *donec* &c. conceſ-
3 ſionem, adeò limitet, vt ſequuta noua diſpoſitione, prima conceſſio euaneſcit, *l. ſi id quod 25. §. quod autem ff. de acquir. poſſeſſ. Dec. conſ. 584. nu. 11. verſic. aduerbium enim & num. ſeq. Surd. conſil. 489. num. 10. Honded. conſil. 6. num. 37. lib. 1. Schrader. de feud. part. 2. cap. 4. num. 33. verſic. niſi is qui concedit.* Prout noua diſpoſitio facta fuit a S. M. Vrbano VIII. d. ius, ſeu oblationes Patrum de obſeruãtia, concedendo, quod vtique, ad libitum, facere potuit, tan-
4 quam bonorum Eccleſiæ abſolutus Dominus *cap. conſultationibus 4. & cap. Paſtoralis 7. de Donat. Roman. conſ. 369. num. 27. Rot. coram Pen. dec. 1020. num. 7. vbi*, quod in hoc cum Pontifex vtatur iure ſuo, nemini facit iniuriam, *co-*
5 *ram Merlin. dec. 775. num. 21. verſ. & ideo etiam Papa, dec. 81. num. 9. & 10. parte 5. dec. 39. num. 32. cum duobus ſeqq. part. 8. rec. & in Camerinen. Penſionis 1. Iulij 1643. coram Reuerendiſs. Tarraconen. §. qua declaratione.*

Nec aduerſatur, quod præfatæ Conſtitutiones Apoſtolicæ, prohibentes perceptiones Oblationum, durauerint ſolum, eo tempore, quo, Patres prædicti, ſub puritate Regulæ viuendo, non poterant poſſidere, ſed anno 1517. ſublatæ fuerint per diſpenſationem a Fel. Rec. Leone X. illis conceſſam, poſſidendi bona in communi, & deinde, ad d. ius reintegrati fuerint, per Conſtitutionem Gregorij XIII. in verbis illis *Nos priuilegia, & iura Eccleſiæ ac domus S. Franciſci huiuſmodi illæſa conſeruare volentes.* Hoc 6
enim, nullo modo ſubſiſtit; Nam etiam, poſt annum 1517. ſemper continuarunt deputati percipere eleæmoſynas, nomine Eccleſiæ Romanæ, quin imò, in dict. Conſtitutione Gregorij tanto tempore, poſt nempè, de anno 1580. emanata, expreſsè confirmantur aliæ præcedentes, & ordinatur, quod oblationes, de quibus agitur, à deputatis percipiantur, iuxta formam, in præcedentibus conſtitutionibus, præſcriptam: In præfatis, autem, verbis, intellexit Pontifex, de conſeruatione iurium Eccleſiæ, quoad applicationem oblationum, vt priùs inſeruire voluit, pro reparatione Eccleſiæ & Patrum ſubſtentatione, circa quod, iura illorum, & priuilegia obſeruari mandauit, vt conſtat, ex lectura, & 7
deducitur, ex dictione, *Huiuſmodi*, quæ eſt repetitiua, & diſpoſitionem reſtringit ad res ſuprà expreſſas, *Federic. de Sen. conſil. 25. numer 4. & in fine verſic. reſpondeo, Barboſ. d. ct. 134. numer 2. & 3. Rot. deciſ. 350. numer. 3. coram Coccino, & alijs relatis in Melemtana quinque Canonicatuum 4. Aprilis proximè præteriti coram Me, §. fuiſſe autem.*

Prout, neque reſpectu Oblationum, adeſſe viſa eſt læſio. Nam, ſi attendatur, ad hunc effectum tempus præcedens, & ſubſequens, per quinque annos, vt obſeruauit Rot. in deciſionibus relatis per *Adden. ad Burrat. dec. 538. num. 22. verſic. ſecundus caſus, Rot. dec. 706. num. 5. & 6. coram Penn. dec. 272. num. 23. part. 5. rec. in Romana Penſionis 23. Iunij 1656. coram Me, §. probauit itaque, & 27. Iunij 1657. coram Reuerendiſs. Papien. §. quod autem, & §. neque ſubſiſtit* ſiue integrum decennium anterius, & decennium poſterius, vt per *Rot. dec. 89. num. 4. part. 1. diuerſ.* & ſenſiſſe videtur in *Camerinen. Penſionis 12. Maij 1642. coram Reuerendiſs. Tarraconen. §. mox poſſimus, in recent. dec. 479. numer. 1. & 2. part. 9. tom. 2. recent.* 8

Quod, iudicis arbitrio, remittitur. *Add. ad Burrat. dict. num. 22. verſ. verum Rota, coram Penn. dec. 506. num. 6. & dec. 159. num. 9. part. 5. rec* ſemper excluditur læſio, quia, ex calculis per extenſum, exhibitis, conſtat, quod annis præcedentibus, & ſubſequentibus, per integrum decennium, & ſucceſſiuè, vſque ad annum 1660. oblationes non exceſſerunt ſcut. 100. computando annos fertiles, 9
cum ſterilibus, vt fieri debet *l. ſi fundum 25. ff. mandat. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 28. num. 8. Gratian. cap. 461. nu. 81. Rot. d. dec. 159. num. 2. part. 5. & dec. 479. num. 3. parte 9. rec & coram Eminentiſs. Ottob. dec. 172. num. 5.* 10

Neque, decrementum oblationum, deduci poteſt, ex eo, quod, in primo decennio Peſtis per Italiam graſſauerit, in ſecundò autem, bella viguerint: quia conſideratũ fuit, quod primo anno decennij, nempè, 1632. peſtis, iam ceſſauerat; bella, autem, ſucceſſerunt per accidens: Cumque huiuſmodi contractus eſſet dubius, circa futurum euentum, ex quo Oblationes, quæ ex mera Fidelium Pietate, proueniunt, ſunt penitus incertæ, & proindè Patres Conuentuales poſſent, iuxtà caſuum contingentiam æqualiter ſe habere ad lucrum, & ad damnum, læſio, ex euentu ſubſecuto, deduci non poſſet, ſi accidit, quod de facili euenire poterat, *l. ſi tantum venit 13. ff. de act. empt. Bart. in l. cotem ſano 11. § qui maximos num. 6. verſ. nunc ad quæſtionem, ff. de publ. vectig. Honded. conſil. 34. nu. 43. lib. 2. Gratian. cap. 435. num. 15. & cap. 756. num. 8. & seqq. Cyriac. controu. 1. num. 35. Guarb. dec. 105. num. 2. verſ. quæ ſi ſuperueniat, Rot. dec. 629. num. 3. in fine par. 4. & dec. 281. nu. 3. par. 6. rec. in Hiſpalen. reſciſſionis contractus 10. Maij 1642. § imò, coram Pentingerio.* 11

Quæ habet locum, etiam in hoc contractu, habente tractum ſucceſſiuum. Attentis enim, temporum calamitatibus & infortunijs, quæ propter rerum viciſſitudines, de facili contingere poſſunt, & conſiderata oblationum incertitudine, & decremento, proueniente, ob diminu-

minutionem populi, & quotidianum expenſarum, & luxus incrementum, de quo *Rota in Romana de Lancellotis 14. Iunij 1655. coram Reuerendiſſimo Zarate, §. tertio ex*
12 *conſuetudine in fine*, vbi, quod humani generis luxus, in dies incrementum ſumit, *& in Bononien. Alimento-*
13 *rum 10. Maij 1656. coram Reuerendiſſimo Papien. §. præterea*; Vel, quia Pietas Fidelium, in dies frigeſcit, vnum eſt, Dominis, tranſactionem potiùs vtilem fuiſſe Patribus Conuentualibus, qui ſcut. 2000. in tot locis Montium receperunt, quæ non ſunt adeò ſubiecta decremento, & incertitudini redditus, cum ſaltem ſemper capitale ſaluum remaneat, & tamen ſufficit, quod contractus ex veriſimili non ſe habeat, magis ad damnum, quam ad lucrum, vt ratione incerti futuri euentus læſio
14 induci non poſſit: *l. fideicommiſſum 11. C. de tranſact. Menocch. conſ. 156. num. 34. & ſeqq. Craneus conſ. 294. col. vlt. verſ. ſecus vbi contractus*; *Rot. deciſ. 582. numer. 19. part. 4. recent. tom. 2. & in d. Hiſpalen. §. quod non ſolum*.

Quibus ſtantibus, non vrget quod 40. annorum ſpatio, ſcuta 300. fuerint percepta, quodque oblationes,
15 quæ locari conſueuerunt, inter fructus certos enumerentur; quia, reſpectu temporis, iam dictum fuit, attendendum non eſſe, tam remotum, ſed per 5. vel, ad ſummum 10. annos, antè, & poſt contractum; Nullibi, autem probatur, quod oblationes fuerint locatæ, & tamen ad hunc effectum, probari debuiſſet de tempore contractus, conductores, pro tunc, è maiori ſumma reperiri po-
16 tuiſſe, *Cyriac. contr. 87. nu. 14. verſ. tantùm enim, Capyc Latr. conſ. 156. nu. 34. & ſeqq. tom. 2. Rot. dec. 100. nu. 4. poſt 2. vol. conſil. Farinacc*.

Sublata verò læſione, Breue S. M. Vrbani VIII. ſuffragari debet, nec opponi poteſt, de defectu intentionis Pontificis, Quia, vt conſtat, ex lectura eiuſdem, ſatis erat de omnibus informatus. Et vlteriùs, de quantitate, ad quam per decennium antecedens aſcenderant oblationes, certificari voluit ab Eminentiſſimo Barberino, eius nepote, cui de hoc atteſtanti, plurimum deferendum eſſe, & magnam fidem adhibendam, Domini
17 exiſtimarunt, vt per *Rom. conſil. 175. num. 15. & 16. lib. 1. Rot. dec. 656. num. 9. par. 2. recent. Romana ſeu Veliterna Affictus 24. Iunij 1647. coram Bichio, §. ſecundo ex atteſtatione, & in Romana Dotis 22. Iunij proximè præteriti, §. neque poterat coram R. P. D. Veroſpio*.

Et ita vtraque parte &c.

Reuerendiſſimo Albergato Decano.

Meleuitana Bonorum.

Vener. 4. Iulij 1670.

ARGVMENTVM.

Confirmata deciſione, de qua ſupra in ordine 18. firmatur teſtamentum inter liberos valere abſque ſolemnitatibus, ſed ſi in eo vocetur perſona extranea, debet conſtare de diſpoſitione per duos teſtes qui fuerint præſentes teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum inter liberos ſubſtinetur, quomodocumque conſtet de voluntate diſponentis.*
2 *Maxime quando non vocantur extranei.*
3 *Secus ad fauorem extranei honorati in eadem diſpoſitione.*
4 *Et hoc caſu relictum extraneis accreſcit liberis.*
5 *In teſtamento inter liberos poteſt relinqui extraneo dummodo conſtet de voluntate coram duobus teſtibus.*
6 *Sed duo teſtes benè firmantes, diſpoſitionem requiruntur.*
7 *Teſtamentum poteſt pro parte valere, & pro parte non valere.*
8 *Fauore liberorum quis poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*
9 *Et vbi eſt diuerſitas perſonarum.*
10 *Subſtitutio pupillaris ad fauorem extraneorum non ſubſtinetur in teſtamento inter liberos facto ſine ſolemnitatibus.*
11 *Examen teſtium coram arbitris compromiſſo expirato non valet.*

DECISIO XX.

IN *l. 2. C. famil. erciſc. & in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto C. de teſtam.* ſanxerunt Imperatores Conſtantinus, & Theodoſius, morientis voluntatem, quomodo- 1
cumque, inter liberos, emiſſam, ſubſtineri, reiectis penitus ac pro nihilo habitis extraneis, ad quorum fauorem di- 2
ſpoſitio fuiſſet intermixta, ibi, *d. l. final. ad med. Defuncti diſpoſitio cuſtodiatur etiam ſi ſolemnitate Legum fuerit deſtituta*; Si verò in huiuſmodi voluntate deſignatis liberis alia ſit mixta perſona, certum eſt eam voluntatem, quantum ad illam duntaxat perſonam permixtam pro nulla haberi. & in *d. §. ex imperfecto*, augumentum 3
inſuper portionis extranei ipſis liberis tribuente, ibi: *Ex imperfecto autem teſtamento voluntatem teneri defuncti, niſi inter ſolos liberos à Parentibus vtriuſque ſexus habeatur, non volumus, ſi verò in huiuſmodi voluntate, alia ſit extranea mixta Perſona certum eſt eam voluntatem defuncti, quantum ad illam duntaxat permix-* 4
tum Perſonam pro nulla haberi, ſed liberis accreſcere.

At Iuſtinianus *in §. Nos igitur auth. de teſtam. imperfect.* conceſſit ius, & facultatem etiam extraneæ Perſonæ inter liberos relinquendi, dum tamen diſponens id ore, & ſcriptis ſaltem coram duobus Teſtibus declarauerit, ac propria manu firmauerit, ibi: *Si tamen, aut* 5
Vxori, aut extraneis perſonis aliquibus voluerit relinquere legata, aut fideicommiſſa, aut libertates, & hæc propria ſcripſerit manu, dictaque à Teſtatoribus (quoniam omnia conſequentur in diſpoſitione poſita ipſi, & ſcripſerunt, & volunt valere) ſint firma nihilo minuenda; eo quod videantur in charta ſcripta reliquam obſeruationem teſtamentorum non ſuſcipientia ſed hoc ſolum immutetur, quod eius manus, & lingua habet omnem virtutem chartæ præbitam.

Iniustè ergo conqueritur Alagona, quod diſpoſitio in eius fauorem non ſubſtineatur; dum ſaltem per duos Teſtes non conſtat de eo, ad quod quinque, vel ſeptem ſecundum Ius commune requirebantur, actu alioquin nullo, & inualido exiſtente *d. l. Hac conſul-* 6
tiſſima, & l. Cum antiquitus, C. de teſtam. §. ſed cum paulatim inſtit. eodem tit. non obſtante, quod teſtamentum ſubſtineatur in alia parte in qua Mariettina filia inſtituta eſt, indè inferendo, quod quis decederet partim teſtatus, & partim inteſtatus contra *l. Ius noſtrum 7. de* 7
reg. Iur. §. Hæreditas, verſ. Neque enim inſtit. de hæred. inſtituen. Quoniam hoc ſpirituale eſt fauore liberorum, 8
vt probatur *in d. l. fin. & in d. l. Hac conſultiſſima, §. Ex imperfecto vtrobique, §. Si verò*, & diuiſibilitatem iſtorum actuum eorumque compatibilitatem attenta diuerſitate perſonarum, rectè innuunt *Cephal. conſil. 377. à num.* 9
48. ad 73. Clar. in §. Teſtamentum quæſt. 10. ab initio, Bellon. de Iur. Accreſc. cap. 7. quæſt. 51. numer. 7. cum ſeqq. & præter adductos in deciſione, quæ confirmatur, edita *ſub die 28. Iunij anni præteriti*, firmarunt *Vaſquez. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. §. 14. numer. 117. Trentacinq. de ſubſtit. par. 2. cap. 13. numer. 2. Anton. Fab. de error. pragm. decade 35. err. 2. numer. 1. & 11.* vbi inſuper cenſuit pro perſonis extraneis duntaxat huiuſmodi ſolemnitatem fuiſſe adinuentam, egregiè, *Merend. controu. Iur. lib. 3. cap. 36. ex numer. 7. & per tot.* vbi amplius firmat ſubſtitutionem Pupillarem quantumuis in fauorem, vel hono-

rem

rem filiorum,non ſubſtineri,in teſtamento, inter liberos, ſi fuerit facta pro extraoeo, *Anton.de Amat.reſol 90. nu. 17.Sanleger.reſol.Civ par.2.cap.131.nu.5. Roſa coram Seraph.dec.820.nu.6.& ſeqq.*

Quod autem non conſtet de huioſmodi voluotate ad fauorem Alagonæ ſaltem per duos Teſtes,qui audieriot, ac viderint loqui, & ſcribere teſtatorem ad formam d. auth. iam pleniſſimè firmarunt Domini in ipſa *deciſ.* §. *Viſum eſt cum quatuor ſeqq* vbi ampliùs dicta fuit nullitas ex defectu iuriſdictionis, dom examen teſtium proceſſit coram arbitris, compromiſſo iam diù expirato, &
11 hac parte opponente *ad tex. in l. non diſtinguemus 37.* §.
de officio ff. de Arbitr. Rot.coram Coccin.dec 438.num.2.&
5. cum pluribus alijs ibi, & in deciſiuoe, quæ reuidetur adductis.

Ex quibus ad fauorem Mariettinæ Domini ſteterunt in deciſis,Alagona loformare recuſante licet 20.& vltrà intimationibus laceſſita.

Reuerendiſs. Albergato Decano.

Mediolanen. Iuriſpatrooatus.

10. *Decembris* 1660.

ARGVMENTVM.

Clauſula, *Verificato prius Iurepat.* importat præciſam, & concludentem probationem. Agens, vigore reſignationis, debet docere de eius publicatione, intra 6. menſes, iuxtà Bullam Gregorianam.

SVMMARIVM.

1 *Ablatiua abſoluta,important conditionem.*
2 *Clauſula*, verificato Iurepat. *importat præciſam, & concludentem probationem.*
3 *Reſignatio beneficij debet publicari intra ſex menſes.*
4 *Impetrans beneficium reſignatum,ob non publicationem tenetur probare negatiuam.*
5 *Agens,pro executione gratiæ reſignationis,debet probare publicationem & alia.*
6 *Gratia Conditionalis, non purificata conditione, non ſuffragatur.*
7 *Valor beneficij ad iuſtificandum narratiuam gratiæ, probatur per quamcumque probationem.*

DECISIO XXI.

LIcet, ad remouendum fundamentum deciſionis, in hac cauſa editæ,ſub die 28.Iunij proximè præteriti, contrà Dominum Vicecomitem, ipſe obtiooerit Breue motatiunis iudicis, in quo, loco Ordinarij, ſubrogatus fui: repropoſita tamen cauſa, Domiol, ſteteruot in deciſis, iterum reſpondendo, Literas non eſſe exequendas.Quia ceſſat quidem ratio,ibi,conſiderata, non factæ verificationis Iuriſp. coram Ordinario loci: ſed,in eodem Breui addita fuit forma hæc præciſa: *Mandamus, quatenus verificato prius, coram te d. Iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione huiuſmodi ad earundem literarum executionem &c. procedas &c.* quam prius implendam eſſe Domini cenſuerunt,terminando diſputatiooem,iam cęptam ſuper exiſtentia Iuriſpatronatus, quæ,ex ſimplici deciſione coram Me edita, aono 1654.non ſatis probata dicitur; ex ipſa, enim, taoquam actu merè extraiudiciali,non poteſt dici facta verificatio, ad formam huiuſmodi nouæ gratiæ, quæ cum habeat in ventre prædictam clauſulam, per ablatiuum abſolotum cooceptam.
1 *Verificato &c.* conditiooalis eſt,& ſic præciſam, & concludentem probationem, ex dotatione, vel fuodatione,
2 requirit *Rot.coram Canaler.dec.560. antè nu.1. dec.634. num.28.& ſeqq poſt Modern de manut.*cum concordant: *in Aquilana Cappellania 26.Maij 1656 § nullitas coram R.P.D.Priolo,& in Bononien. Iuriſpat. 13. Maij 1656.cor. Reuerendiſs.Cerro §.1.verſ quia d.Clauſula.*

Quibus addebant, Domini, non fuiſſe publicatam reſignationem huiuſmodi beneficij, iuxtà formam Bullæ S.M.Gregorij XIII. *in ordine 85.§.3. Bullar.nou fol.2. in princ.* vbi expreſsè præcipitur, quod beneficium litigioſum,per cedentem non poſſeſſum, vt in præſenti caſu, quando reſigoatur, non ſolum fiat publicatio intrà 6. meoſes,ſed vlterius, quod d. publicatio, vna cum dictis
Literis Apoſtolicis,intrà ſpatium d.temporis pręſeotetur 3
Iudici,coram quo fiat inſtans petitio. pro obtinenda poſſeſſione,vt per *Garz.de benef par.11.cap.3. num 321. fol. mihi 299.Rot. dec 325. num.9. Tridentina Parochialis 5. Decemb.1646.§.augetur coram Reuerendiſs.Cerro*

Negatiua, autem, publicationis, cum dictis qualitatibus,probatur,eo ipſo, quod contrarium non oſtenditur, quia cum non agatur,de impetratione beneficij facta ob non publicationem, quo caſu ſpectat ad Impetrantem
probare negatiuam,iuxtà *dec 305.num.1.par.8.rec.*ſed de 4
iuſtificatione,& executione reſignationis,onus probationis affirmatiuæ ſpectat ad reſignantē, qui tenetur oſtendere,quod valida ſit,& iuxta prædictum modum publicata,ex quo,ipſe actor eſt, & pro executione ſuæ gratiæ,
intitat, *Pariſ. de Reſign lib.10. quæſt.3 per tot. Rot.coram* 5
Canaler.dec.214 nu.2. Merlin.dec.329. num.9. verſ nam cum & in Colonien.Canonicatus 17 Iunij 1647. cor. Reuerendiſs Papien.

Et proindè, ex defectu talis publicationis, & oon adimpletam formam Bullæ, non poteſt Vicecomes, huiuſmodi reſignatione, iuuari, oec ex illa prætendere ſe 6
beneficium acquiſiuiſſe *Mareſcott var.reſol lib.1 cap.51. num 26.Rot.in Mauricen.Parochialis 1.Iulij 1643.coram Reuerendiſs.Compoſtellano, §. prout nec facit, & in Viterbien Beneficiorum 23. Iunij 1653. §. nec onus cor. R. P. D. Celſo.*

Cęterum, admittebaot, Domini, Literas io reliquis, & in ſpecie,quoad valorem eſſe ioſtificatas, quia datæ fuerunt in actis, pro parte Vicecomitis, & cum non fuerit facta ſpecificatio beneficiorum,expreſſo illorum valore, ſed in coofuſo, qualis qualis probatio, etiam leuis, ſufficit, *Lotter.de Re benef.lib.3.quæſt.20. num 66. & ſeqq. Rot.coram Seraphin.dec.929.num.2.Pampilonen. Beneficij* 15 *Decembris* 1649.§ *obtentorum coram Arguelles, & in Imolen.Decanatus 1. Decembris 1651. coram R.P.D.Veroſpio §.final.*

Et ita vtraque &c.

Reuerendiſſimo Albergato Decano.

Placentina Hæreditatis.

Ven. 30. *Maij* 1664.

ARGVMENTVM.

Turpis perſona, ad effectum annullandi teſtamentum, ob præteritionem fratris, non dicitur illegitimus Eccleſiaſticus. Fideicommiſſarius non impedit immiſſionem, ſeu manutentionem hæredi ſcripto.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus, mortuo inſtituto dicitur inſtitutus.*
2 *Frater,in teſtamento, non poteſt præterire fratrem, inſtituta turpi perſona.*
3 *Cognatio ſpiritualis oritur, quando pater baptizat filium.*
4 *Fides Parochi extra acta,lite pendente,& non citata parte,non facit fidem.*

5 *Clericatus, & morum probitas tollit maculam natalium.*
6 *Cui plus conceditur, eidem minus concedi debet.*
7 *Conſtitutio Pij V. auferens ſucceſſionem illegitimis, non habet locum in Eccleſiaſticis.*
8 *Fideicommiſſum eſt quid facti & probari debet.*
9 *Fideicommiſſarius non impedit immiſſionem hæredi, niſi, conſtito, quod hæredi non competant detractiones.*
10 *Poſſeſſio inſtrumentaria, alio non poſſidente, eſt manutenibilis.*
11 *Poſſeſſio, ad effectum manutenibilem probatur ex aſſertione partis.*
12 *Poſſeſſio, cum clauſula,* dummodò ſit vacans &c. *nullum ius dat, conſtito, quod alius poſſideat, & habeat meliora iura.*
13 *Nec, hoc caſu, talis poſſeſſio eſt manutenibilis.*
14 *Donatio inter viuos, de conſenſu donatarij, reuocari poteſt.*
15 *Contrà, quando eſt ad fauorem filiorum, & ſucceſſorum.*

DECISIO XXII.

DEfuncto Ioanne Baptiſta Morſello, inter Michaelem eius fratrem, & Mauritium de Vice Dominis,
controuerſia excitata fuit, ſuper illius ſucceſſione, eaque
poſt Compromiſſum, ad A. C. deuoluta, & demum mihi
commiſſa, propoſui dubium, ſuper Manutentione, ſed
DD. de bono iure videre voluerunt, quod etiam ad effectum Manutentionis, iuxta modum infrà exprimendũ,
Mauritio aſſiſtere, reſponſum fuit; Habet, enim, ipſe ad
ſui fauorem Teſtamentum Io: Baptiſtæ, in quo, inſtituta
Dorothea, ſi tunc vixerit, & ſi non vixerit, aut nollet, vel
non poſſet adire, d. Mauritium inſtituit; Vnde cum Teſtatori præuefuncta eſſet Dorothea, purificata fuit conditio, & aperta ſucceſſio ad fauorem Mauritij, non ſecus,
1 ac ſi purè inſtitutus fuiſſet *l. fin. §. ſin autem, C. de caduc. toll. Menoch. conſ. 568. nu. 12. Peregr. de fideic. art. 43. nu. 17. Rot dec. 93. num. 1. par. 7. rec. Rom augumenti dotis 9. Iunij 1659. §. 1. poſt med. & 19. Aprilis 1660. cor Beuilaqua.*

Nec obſtat, quod Teſtamentum Io: Baptiſtæ non ſubſiſteatur, ob præteritionem fratris, & Inſtitutionẽ Mau-
2 ritij turpis perſonæ, iuxta *tex. in l. fratres 27 C. de inoff. teſt.* Tum, quia non probatur, Mauritium eſſe turpem
perſonam, ex quo non iuſtificatur; quod Hyeronimus
Franciſcus eius Pater, anno 1633. ob periculum Mortis,
3 aqua Baptiſmali abluerit Vicedominam eius filiam, ex
concubina genitam, ex qua ſucceſſiuè Mauritium ſuſcepit, ratione cuius, orta prætendebatur ſpiritualis cognatio, quæ operatur, vt filij, exinde ſuſcepti ex damnato, & punibili coitu, dicantur orti, niſi ex partita libri Baptiſmalis, quæ tamquam extracta à Paroco, lite pendente, & ſine citatione partis, nullum gradum probationis
4 facit. *Decan auth ſi quis in aliquo nu. 9. 10. C de eden. Add. ad Greg. dec 214. lit B Rot. dec. 324. num 2. cor. Millin. dec. 318. nu. 4. par. 2. rec & in Albanen. hæreditatis 11. Martij 1661. cor. Me § ſiſtunt autem.*

Tum etiam, quia quatenus ſine veri præiudicio, talis
fuiſſet Mauritius, ſucceſſiua, tamen eiuſdem, ob morum
probitatem ad Clericatum aſſumptio, præcedentem Natalium maculam delæuiſſet, & turpitudinis cauſam, ſi
quæ ob patris criminis memoriam, extitiſset, prorſus ab-
5 luiſset *Felin in c. cum te 23. col. 2. nu. 12. de re iudic.* quem
cum alijs ſequitur *Surd. de alimen. tit. 7. q. 1. nu. 41.* & in
ſimili dictum fuit in *Roman. Dotis 1659. 10. Febr. cor Me § nec obiecta,* ad effectum, vt non ampliùs, tamquam turpis perſona, conſiderari, ſed excluſis fratribus inſtitui potuerit, *Bald. in d. l. fratres 27 nu. 5. C. de inoff. teſt. Surd. vbi ſupra nu 34. 37. Gabr. conſ. 30. nu 9. & ſeqq. lib. 2. Gratian. c. 135. nu. 17. 18,* vbi pluribus comprobat.

Sicuti, enim, per aſſumptionem Clericatus, in partem
hæreditatis Domini, & ſuſceptionem altiſſimi, diſpenſatione præcedente, vocatus fuit; ità non debet reputari in-
dignus ſucceſſione hominum, cum illi, cui plus concedi- 6
tur & minùs concedi debeat *l. non debet 22. ff. de reg. iur. l.*
Marcellus 15. C. de donat. cauſ. mort. & prohibitio Bullæ 7
S. M. Pij V. circà ſucceſſionem illegitimorum perſonis
Eccleſiaſticis, non applicatur, quia ſubſtulit ſolum facultatem diſponendi ad fauorem illegitimorum, quæ competebat iure ſpeciali, non autem facultates quas ius commune tribuit, *Burſati conſ. 255. num. 16. lib. 3. Gionagn. conſ. 37. nu. 10 & ſeqq. lib. 2. Cyriac.* qui plures refert *contr. 29. nu. 2. 3 Rot. dec. 407. nu. 1. dec 505. nu 4. & per tot. par. 1. diuerſ. & in Rom Fideic. de Griphonibus 10. Maij 1656. cor. Dunozetti § minuſque obſtat.*

Prout non aduertatur, exceptio Fideicommiſſi, à Mi-
chaele Seniore, vt prætenditur, ordinati, non ſolum, quia 8
de illo non conſtat, ſed quia Michael Iunior non eſt legitimus contradictor ad impediendam manutentionem
Mauritij hæredis ſcripti, cum non concurrant requiſita
neceſſaria, quod ipſemet vocatus reperiatur in poſſeſſione ſine vitio, quodque nullæ competant hæredi detra-
ctiones *Dec. conſ. 467. nu. 12. Peregr conſ. 24 nu. 8 lib. 2. Cy* 9
riac. contr. 262. nu. 85. Rot dec. 475 p. 4 diuerſ. & in Bonon. Hæreditatis 11. Febr. 1658. cor. Reuerendiſs. Cerro § omiſſo cum ſeqq.

Poſſeſſio, autem, Mauritij probatur non ſolum ex Inſtrumento adoptionis illius, quæ alio non poſſidente eſt
manutenibilis *Bart. in l pradia 48. vbi alij ff. de acquir. poſſ.* 10
Rot. dec. 240. nu. 1 par. 7 rec Rom Vineæ 17. Iunij 1658. cor. R. P. D. Beuilaqua, & in Buœnsina Prioratus 3. Martij 1659. cor Me, ſed etiam ex confeſſione Morſellij, qui in
iudicio de partibus contra Mauritium, pro immiſſione,
inſtetit, ex qua reſultat probatio poſſeſſionis, ſufficiens,
pro manutentione *add. ad Greg dec. 200 num. 5. Rot. dec.* 11
106. nu. 1. cor. Canaler. Rom. Fideicom. 23. Ianuarij 1649. cor. Arguelles & in Peruſ. Fideic de Monte Sperellis 13. Iunij 1657. § fin & 8. Febr. 1658. cor. Me, § poſſeſſionem,
non attenta poſſeſſione Morſelli, nam cum illi decreta
fuerit cũ clauſula, *dummodo poſſeſſio ſit vacans & ſine præ-*
iudicio habentium meliora, & potiora iura. & conſtet de 12
meliori iure Mauritij, poſſeſſio prędicta reſoluta fuit, nec
eſt manutenibilis; Quia, d. clauſula operatur ad fauorem
illorum, qui habent meliora, & potiora iura ſucceſſionis,
non autem eorum qui nullum habent à defuncto titu-
lum. poſt *Ioſeph. Ludouic. Surd. dec 933. nu. 10. Peregr. de* 13
Fideic art. 47. nu. 29 alijque relati per Moder de manut. obſer. 50. nu. 4. & ſeqq. Rot apud ipſum dec. 14. n. 15. & ſeqq. Rom. Fideic ſeu Salmani 11. Ian 1664 & 2. Maij & melius ante in Rom Hæreditatis 4. Iulij 1663. cor. Reuerendiſs. Decano, § præterea.

Cæterum, quia Io: Baptiſta anno 1632. donauerat inter viuos bona quædam Michaeli fratri; DD. exiſtimarunt, de bono iure Mauritij, in bonis non donatis, & pro
conſecutione ſcutorum mille ex bonis donatis, quæ ſibi,
ad effectum teſtandi, præſeruauerat donator, nec non
annuarum libr. 900. pro toto tempore, quo vixit Io: Baptiſta, percipiendum ex bonis donatis, quæ in ſingulos
annos ſibi tradi donator pariter conuenerat, licet, enim
hæc donatio ſucceſſiuè de conſenſu donatarij per con- 14
ceſſionem bonorum reuocata fuerit; nihilominùs, quia
præcedens facta erat, non ſolùm Michaeli, ſed etiam filijs, ex matrimonio tunc contracto, naſcituris non potuit
in præiudicium filiorum, qui per obitum Michaelis hodie ſunt principales in cauſa, ex quibus ius quæſitum
erat, reuocari, *Beltrand conſ. 170. num. 4. lib. 3. Caſtr. conſ.*
385. in princ. lib. 1. Grat. c. 247. num 5. Rot. dec 203. num. 2. 15
par. 8. rec Rom. Apothecarum 9. Maij 1659. cor. Me §. & licet & prius in Romana Donationis 3. Iunij 1658. §. nihilominus cor. Reuerendiſs. Decano.

Et ita vtraque &c.

Reue-

Digitized by Google

Reuerendiſſimo Albergato Decano.

Placentina Hæreditatis.

Lunæ 15. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Contra deciſionem emanatam ſub die 30. Maij 1664. latiſſimè,& magiſtraliter firmatur, fratrem habere ius annullandi teſtamentum, ob ſuam præteritionem, quando eſt inſtituta turpis perſona; Et turpis perſona, ad hunc effectum, dicitur quilibet illegitimus.

SVMMARIVM.

1 *In donatione facta patri, & filijs, pater in filiorum præiudicium nihil poteſt.*
2 *Solutio probari poteſt per coniecturas.*
3 *Obligationis correſpectiua natura eſt, quod vna ceſſante alia quoque ceſſet.*
4 *Frater, vbi non ſunt liberi ſuccedit fratri.*
5 *Frater in teſtamento inſtituta turpi perſona non poteſt præterire fratrem.*
6 *Etiam ſi eſſet ſubſtituta perſona non turpis.*
7 *Limita, ſi inſtitutus non adiret.*
8 *Si inſtitutus turpis adiuit, frater ſubintrat eo viuente.*
9 *Cognatio ſpiritualis oritur, ex quo pater baptizat filium ex concubina conceptum.*
10 *Vnde inter tales coitus eſt inceſtuoſus.*
11 *Inceſtuoſus non poteſt inſtitui, præterito fratre.*
12 *Scriptura, quæ facile poteſt videri originalis, non eſt opus, vt extrahatur formiter.*
13 *Parochus tenetur ſeruare fidem Baptiſmi.*
14 *Fides officialis probat. quoad pertinentes ad eius officiũ.*
15 *Inceſtus non comprahenditur ſub pænis iuris ciuilis.*
16 *Spurius dicitur, non natus, cum requiſitis concubinatus.*
17 *Naturalis de iure ciuili, vt quis dicatur, requiruntur ſolemnitates concubinatus.*
18 *Concubinatus, de iure Canonico prohibetur.*
19 *Naturalis de iure ciuili, eſt ille natus ex illis, inter quos poterat eſſe matrimonium.*
20 *Naturales, & ſpurij, quid capere poſſint à parentibus.*
21 *Naturalis de iure Canonico, quis dicatur.*
22 *Quoad ſucceſſionem potius attenditur ius Ciuile, quam Canonicum.*
23 *Pro annullando teſtamento fratris ob inſtitutionem turpis perſonæ perſona dicitur turpis, vbi habet defectum in natalibus.*
24 *Deformitas natalium attenditur, de iure Ciuili, non de iure Canonico. pro ſucceſſione.*
25 *Filius ſpurius præteritus a matre, habet querelam inofficioſi.*
26 *Pater inſtituere poteſt filium naturalem.*
27 *De iure Ciuili, filius naturalis nullum ius filiationis cum patre contrahit.*
28 *Frater ingratus faciliùs præteriri poteſt.*
29 *Frater macula notatus difficiliùs querelat teſtamentum fratris.*
30 *Concubinatus apud Catholicos deberet extirpari.*
31 *Spurius infamia facti laborare dicitur.*
32 *Spurius, de iure Canonico, dignitates habere non poteſt.*
33 *De iure Moſaico.*
34 *Et de iure Cæſareo.*
35 *Naturalis non poteſt ſibi arrogare inſignia familiæ.*
36 *Frater præteritus, inſtituto naturali, annullat teſtamentum fratris.*
37 *Etiam ſi in[illegible]tus eſſet natus, ex ſoluto, & ſoluta.*
38 *Quiuis illegitimus, dicitur ad hoc turpis perſona.*
39 *Sufficit, vt inſtitutus leuis nota macula laboret.*
40 *Habilitas, & inhabilitas ad actum attenditur, de tempore actus.*
41 *Abbatis doctrina reijcitur.*

DECISIO XXIII.

QVæſtio erat, an ſucceſſio Io: Baptiſtæ Morſelli, ſpectaret ad Michaelem fratrem germanum, vel potius ad Mauritium hæredem, ſcriptum in Teſtamento.

Vt autem, in eius reſolutione, clariori methodo procederetur, ad memoriam, DD. reuocari duxerunt, quod cũ Io: Baptiſta, omnia eius bona, contemplatione certi matrimonij inter viuos donaſſet d. Michaeli, eiuſq; filijs, excepta medietate Campi *delle Cansarelle*, ac ſcutis mille, ad effectum teſtandi, diſpoſitionis effectus reſtringebatur ſolum, ad dd. bona reſeruata: Quidquid enim ſit; an Io: Baptiſta donator, & Michael primus donatarius per diuiſionem poſteà, inter ipſos ſequutam recedere voluerint à donatione, certum tamen eſt, quod cum donatio principaliter, etiam facta fuiſſet filijs Michaelis, receſſus eorum perſonas non afficiebat, in quorum propterea præiudicium, nihil poterat innouari *Bart. & DD. in l. controuerſia ff de tranſact. Peregr. de fideic art. 25 nu. 81. & ſeqq. Fuſar. de ſubſt. qu. 597. nu. 1. & in Rom. Donationis 3. Iunij 1658. §. nihilominus cor. Reuerendiſs. D. meo Decano.* 1

Nec inter bona, in donatione, acceptata cõputare DD. voluerunt libr. 900 quas ſibi donator per totum ſuę vitę tempus, annuatim ſoluendas reſeruauerat; decurſæ, cum antè diuiſionem, ex præſumptione *l. Procula, ff de prob.* cenſentur ſolutæ, cum cõcurrant omnia requiſita, ad inducendam huius præſumptionem neceſſariã, de quibus *Merl. Pignat. contr. 87. nu. 22. cent. 1.* Quò verò ad reliquas, 2
cùm Michael, mediante diuiſione, retroceſſerit bona donata & per conſequens euanuerit cauſa obligationis, ceſſauit pariter d. annua pręſtatio, tali contẽplatione emiſſa, cum hæc ſit correſpectiuæ obligationis natura, vt ad ceſſationem vnius, altera pernecesse deficiat *l. ſi is § matri, & l. Alumnæ, §. Seia ff. de adim. legat. Cyriac. contr. 23. nu 43. & conſ. 90. nu. 11. Rot. in Melemtana Bonor. 7. Maij 1663. §. quia cum, cum §. ſeqq cor. Reuerendiſs Gerunden.* 3

His præhabitis, recedendo DD. à deciſis, cor. Me die 30. Maij 1664. exiſtimarunt, etiã bona iſta reſeruata ſpectare ad Michaelem, quia deficientibus liberis, inteſtatæ ſucceſſionis cauſa ſpectat ad fratrem *Auth. ceſſante C. de legit. hæred. § ſi igitur, Auth de hæred. ab inteſt. venien.* 4

Nec releuat, quod Io: Baptiſta condiderit Teſtamentum, in quo Mauritium inſtituit. Nam, cum Mauritius, tamquam ſpurius, & inceſtuoſus fuerit turpis perſona & in teſtamento fuerit frater omninò præteritus, per querelam inofficioſi, odio turpis, inſtitutionem in totum reſcindit *l. fratres, C. de inoff. teſt. § ſoror. Inſtit. eodem tit.*

Etiamſi fortaſſe, turpi inſtituto, datus eſſet ſubſtitutus non turpis; quia, vel inſtitutus non adiuit, & hoc caſu, nõ 6
adeundo, fortaſſe ceſſare faceret turpem Inſtitutionem, per ea, quæ tradit *Merl. de Legit. lib. 1. nu. 2 q. 13. nu 8.* Vel 7
adiuit, & cum teſtamenti reſciſſio non fiat, ob incapacitatem inſtituti, ſed in vindictam iniuriæ fratribus illatæ, ſubintrat ſaltem, eius vita durante, frater præteritus, in locum inſtituti *Dec. conſ. 53. num. ... Peregr. de fideic. art. 36. num. 53. Merl. de Legit. d. qu. 13 num. 27.* Quicquid ſit, an poſt eius mortem reſtituere teneatur fideicommiſſario, quam quæſtionem diſputant ad partes DD, adducti per *Fuſar de ſubſt. q. 571 num. 8, 9 per Merl. de Legit. d. q. 13. num. 13.* 8

Inceſtus probatur, quia cum Hyeronimus Franciſcus, ex Dorothea, progenuiſſet Viceduminam Hyeronimam eamq; ob imminens vitæ periculum, aqua Baptiſmali aſperſiſſet, vt ex Parochi Partita, præteritu *ſumm.* Michaelis, *n.* 8. negari non poteſt, quia inter ipſos contracta fuerit cognatio Spiritualis, impediens Matrimoniũ *Sãch. de Matr. diſp. 62. n. 11. 12, lib 7. t. 2.* Quo circa, cũ hoc non 9
obſtante, denuò acceſſiſſet ad eamdem mulierem. & ex ea ſuſcepiſſet d. Mauritium. clarum eſt, illum, ex complexu inceſtuoſo, natum fuiſſe, *Abb conſ. 50. in princ. lib. 2. Surd.* 10

Digitized by Google

*deciſ.*249.*n* 5. &, tamqoàm talem præterito fratre fuiſſe,
11 inofficioſè inſtitutom, *Bald.conſ.*207.*nu.*4.6.*lib.*2 *Hond.*
*conſ.*47.*num.*24 *& ſeqq. lib.*2.

Nec dicatur d. Parochi partitam noo fuiſſe formiter
extractam, vel ſaltem, io ea parte, io qua continetur, fuiſ-
ſe infaotem ob imminens vitæ periculum domi baptiza-
tum oon eſſe credendum.

Ad primum, enim placuit reſponſio, quod cum ſcri-
ptora fuiſſet in loco Iudicij, in quo facilè potuit origina-
12 le videri, ſolemnitas formalis extractionis oon require
batur, *Rot dec.*230.*n.*3.*p.*5.*& dec.*284 *nu* 7 *& ſeqq p.*7.*rec.*
13 Et, quoad ſecundum, quod cùm teneatur Parochus, ex
neceſſitate proprij Officij, ſuper facto antecedẽtis Baptiſ-
matis, ſedulò, ac diligenter inquirere, agi de re, ad eius
Officiũ ſpectãte, cui propterea, fides eſt adhibẽda, *Vbert.*
14 *de cit.c.*7.*n.*75 *lib* 1.*Rot.dec.*319 *n.*4. *inter Recollect Farin.*

Sed, circumſcripto inceſto, qui fortaſsè, tamquã a Iure
Ciuili, incognitus oon comprehenderetur ſub perſonis à
15 Iure Ciuili inflictis, *Lucidor.de illegit.c.*10.*n.*21.22. rema-
neret ſaltem in Mauritio odibilitas, ac turpido natalium,
quorum reſpectu, poteſt ioſtitotio, tamquam inofficio-
ſa impugnari.

Et quia informantes contra Mauritium anxiè cona-
bantur oſtendere, illum eſſe Sporium, cùm non doceat,
16 ſe natum eſſe, cum requiſitis concubinatus, de quibus, vt
ait *Rot.dec.*254.*n* 1.*p.*2.*diuerſ & dec.*199.*n.*3.*p.*3.*rec.* de Io-
re Ciuili opus eſt, ad hoc, vt quis habeatur pro naturali,
17 *Galeot.de Noth.& Spur.c.*12.*Mant. de cõiect.lib.*11.*tit.*11.
*Mart.de ſucc.p.*1.*q* 16.*art.*1.*n.*1. *Merlin.de legit.lib.*1.*tit.*2.
*q.*5.*n.*1.*& ſeqq. Lucidor de illegit in prælud.n.*1.*& ſeqq.*

Alij verò e contra attento Iure Canonico, Mauritium
naturalem dicendum eſſe affirmabant, cùm enim, hoc
18 Iure inſpecto, prohibitus ſit concubioatus, omnes nati ex
ſoluto, & ſoluta, ioter quos conſiſtere poterat Matrimo-
19 nium. naturales dicuntur *Conarr.de matr.part.*2.*cap.*885.
*n.*1.*Peregr.de Iur.fiſc.lib* 3 *tit.*18.*n.*9 *Merl de legit d.lib.*1.
*tit.*2.*q.*7.*num.*5.*Lucidor. eodem prælud n.*3.

Maioris declarationis gratia, animaduerterunt DD.
quæſtionem hanc priocipaliter reſpicere caſum, in quo
tractareot illegitimi, de ſuccedẽdo eorum Patri, ac agoa-
tis ex linea paterna: cum enim, tali caſu lex ciuilis diſtio-
guat, inter naturales ſimpliciter, qui ſcilicet, nati ſuot ex
pellice, io ſchemate concubinatus reteota, & Spurios, hoc
eſt, illos, qoi præter matrimonium, & concubioatũ, pro-
ceſſeront, & Spurij, præſertim ex damnato, vel punibili
coitu procreati, nihil à Patre poſſint indiſtinctè capere,
neque ex teſtameoto, neque ab inteſtato: Naturales ve-
ro vtroque modo capere poſſint, tam ex teſtameoto,
20 qoam ab inteſtato, ſub certis tamen diſtinctioonibus, de
quibus paſſim per DD. & ſigoanter per *Peregr. de Iur.*
*fiſc.de lib.*3.*tit.*18. *Merlin.de legit.dict.lib.*1.*tit.*2 *q.*4.5.*Lu-*
cidor. in prælud num 23.*& ſeqq.*

Non iocongrue fuit per DD. in controuerſiam reuo-
catum, ao ex quo Ius Canooicom cõcubinatum impro-
bet, debeant nati, ex habilibus ad nuptias, ita haberi pro
naturalibus, vt capere valeant omne id, quod Ius ciuile
ſuis naturalibus concedit. Super quo magis communiter
inualuit opinio negatiua, quod ſcilicet, in materia ſucceſ-
ſionis ſpectandum ſit Ius ciuile, adeò, vt naturalibus, de
21 Iure Canonico non ſit tribuenda ea capacitas, quam Ius
22 ciuile tradit in coocubinatu. *Abb.in cap.tanta n.*12.*qui fil.*
ſint legit.Paleot.de Noth.& Spur.c 42.*in fine Pereg.de Iur.*
*fiſc.d.lib.*3.*tit.*18.*n.*7.*Rot.in diſcurſu poſito poſt deciſ.*811.*nu.*
*tin.part.*1.*diuerſ.Lucidor.de illegit in d.prælud n.*18.

At verò in terminis *d. l. fratres*, io quibus non agitur
de capacitate, vel incapacitate illegitimorũ ad ſuccedeo-
dũ, ſed ſemper proceditur, ſub præſuppoſito, quod ſobo-
les, ſiue naturalis ſiue ſporia potuerit inſtitui; ratio de-
cidẽdi deſumenda eſt, ab eo, an in perſonis ioſtitutis, adſit
talis deformitatis macula, propterquam nimis indiſcreta,
23 & inofficioſa dici poſſit fratris præteritio. Nec prędicta
diſtinctio facit ad caſum, oiſi quatenus, vel ex diuerſa il-
legitimorum ſpecie, argui poteſt ad maiorem, vel minorẽ
deformitatẽ perſonæ inſtitutæ, vel reuocari poſſit in du-
bium, quod qoemadmodom in ſtatuẽda ſucceſſione, ſpe-
ctaodum ſit tantummodo Ius ciuile, ita pariter, in deter-
minanda turpitudine ad ſolom Ius ciuile, reſpectus ha-
beatur, adeò, vt iohoneſtas illa, quæ prouenit ſolũmodò
à Iure Canonico, & numquam a Iure ciuili agnita repe- 24
riatur, in nulla prorsùs ſit habenda cõſideratiooe. Quod
hic, vti plus ad materiæ explanationem, quam ad pro-
poſitum noſtrum conferente, inſinuaſſe ſufficiat.

Et quia materia io terminis iſtis noo reperitur a DD.
ſufficienter digeſta, placuit in ea ab altiori priocipio ag-
grediendo, diſtioguere duos caſus.

Primus eſt, io quo ex circumſtantijs facti, conſiderari
poteſt talis ratio, per quam inſtitutio perſooarum, quam-
uis turpium, non poſſit inofficioſitatis vitio ootari. Exẽ-
plum poteſt eſſe, in Matre, quæ ſi ioſtitoat filium eius,
Spurium, ex non damnato coito procreatum, non poteſt
frater prętermiſſus contratabulare teſtamentum, cum imò,
tali caſu, ex aliqoorum ſententia, daretur filio quærela
inofficioſi, ſi fuiſſet præteritus, *Peregr. de Iur Fiſc.lib.*3. 25
*tit.*18 *n.*24.*Gratian.diſcept.*35 *n.*11.*Barat.dec.*520.*n.*7.8.

Et ſimili ratione, ſi Pater inſtituat eius filium natura-
lem, vel etiam Spurium pariter, ex noo damnato coitu,
ſuſceptum, quem ex multorum ſententia, inſtitui poſſe 26
latè firmat *Lucidor. de prælud.n.*25. non competeret for-
taſse, fratri præterito actio impugnatiua teſtamenti per
ea, quæ tradoot *Mant de ſucc.leg p.*1.*q.*26.*art.*2.*n.*10.*Lu-*
*pus Italus de illegit t.*1.§.2.*nu.*47.*verſ.contrarium Lucidor.*
*vbi ſupra n.*28,29. Quamuis enim taliter procreati nullũ 27
de Iure ciuili filiationis, Ius contrahant cum Patre *l. ſi*
Spurius, ff. vnde cognati §.*vulgo Inſt de ſucc.cognat. Merl.*
*de legit.lib.*1.*tit.*2.*q.*5.*n.*18. nihilominùs non videtur Pater
inofficioſè egiſſe, ſi proſecutus eſt in filio dictata naturæ.

Et item dicendum videtur, ſi in fratre, aliqua præte- 28
reundi ratio coocurreret, vt quia, vel ingratus fuiſſet in
Teſtatorem *Bart in d.l. fratres q.*3 *nu.*5.*Iaſ.ibid.n* 7.*limit.* 29
10. vel pari turpitudinis macula laboraret. *Iaſ. vbi ſ n.*6.
*lim.*7.*Hond.cõſ* 43.*n.*12 *lib.*4.*Merl de legit.d.q.*15.*n.*24.36

Alter caſus eſt, in qoo nolla peculiari ratione ſuadeu-
te, inſtituat extraneus alienam ſobolem, ſiue naturalem,
ſiue ſpuriam: Et in hoc, quicquid dicendum eſſet, an in
naturali, ſtricto modo, accepto, de Iure ciuili, adſit talis
turpitudo, ex qua vitium inofficioſi poſſet efformari, cũ
exitiale concubinatus nomen, apud Catholicas aures peſ-
ſimè ſooans, ab Orbe Chriſtiaoo eſſet extirpandum,
& relegandum ad Ethoicos, a quibus origioem ſumpſit, 30
*Fontanell. deciſ.*415.*num.*3 *tom.*2.

Quoties tameo verſamur, proot in præſenti caſu, in
Spurio, de quo tamquam ex putrido, ac infecto ſemine
procedeote, ac proinde infamia facti laborante, *cap. con-*
*iunct.*35.*q.*2.*Hõded.conſ* 42.*n.*21.24 *lib* 2.*Mandill. Alba* 31
*conſ.*764.*n.*25.*Gail.obſeru.*31.*nu* 1. *lib.*4.*Tiraq. de nobilit.*
*cap.*15 *n.*14. lex malè ſentit, ac præſumit *can. ſi gens An-*
glorum 56.*diſtinct.Fontanell deciſ.*415.*n.*16 *tom* 2.

Adeò, vt oon ſolùm illis portas digoitatum claodat,
tam de Iure Canonico *cap.*1.*de fil.Presbyt c.cum in cũctis,* 32
& c. cum innotuit extra de elect. quam ex lege Moſaica
*Deutero.*73.*ibi, Non ingrediatur Mamzer in Eccleſia Dei,* 33
vſque ad tertiam generationem, quam etiam de Iure Cęſa-
reo *in l.generaliter* §.*Spurios ff.de Decur.& dignit.Gomez.* 34
*ad reg de trien. q.*2.*in princip.* vbi notat in ſpecie, ideò fuiſ-
ſe per fel. record. Paulum II. Philippum Decium ab hoc
Sacro Tribunali reiectum, ne illius Splendor per huiuſ-
modi ſordes contaminaretur.

Verum etiam, nec ſinat domeſtica decora, & inſignia
ſibi arrogare ad ea, quæ materiam exornaodu accumu-
lant, *Caſſan in Cathal.glor. mund. p.*11. *conſ* 15. *Tiraq. de* 35
*nobil.c.*15. *nu.*14. cum naturalis ſoboles progeniem nobi-
lem vituperet *l ſi qua illuſtris C.ad S.C. Orfic. Mant. de*
*coniect.vlt vol.lib.*8.*tit.*7.*nu.*5.*Valenz.c*[illegible]85.*nu* 41.*to.*2.

Communis, & recepta opinio eſt, Teſtamentum noo
ſubſtineri, & poſſe per quærelam inofficioſi reſciodi
*Azo in Summa ex quib.cauſ.infam.irrog.num.*5.*Cyn. in l.* 36
fratres,

fratres & ibi Iaſ. in fin. C. de inoff. teſt. Tiraq. de nobil. d. c. 15. nu. 16. Mart. de ſucceſſ. leg. p. 1. q. 26. art. 2. n. 9. Theſaur. dec. 126. Rot. cor. Greg. dec. 271. num. 17.

Et magis in ſpecie, quod, natus ex ſoloto, & ſolota, in remedio *d. l. fratres*, habendus ſit pro torpi perſona re-
37 cenſitis concordantibus, firmant *Merl. de leg. lib. 1. tit. 2. qu. 13. ſub nu. 22. verſ. ſed contra etiam Anchar. qu. 36. nu. 3. lib. 3. Malvaſ. conſ. 24. nu. 32. & ſeqq. lib. 1. Alex. conſil. 2. nu. 4. 5. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 37. nu. 3. lib. 1.*

Et indiſtinctè, de quocumque illegitimè nato, *Gabr.*
38 *conſ. 30. n. 1. lib. 2. Honded. conſ. 47. n. 21. & ſeqq. lib. 2. Grat. diſc. 135. & ſeqq. Rot. dec. 505. num. 3. verſ. non obſtat & nu. 5. p. 1. diverſ.*

Et alias, in fortioribus terminis, de nato, & matrimonio nollo, dubitauit *Rot. in Bonon. Bonor. de Scaramis cor. Lancellot. impreſſa poſt primum volumen conſ. Farin. dec. 5. & poſt Merl. de Legit. dec. 26.*

Ea ratione, quia iuxtà *tex. in d. l. fratres* ſufficit, vt inſtitutus leuis notæ macula laboret, *Malvaſ. d. conſ. 24. nu.*
39 *57. & ſeqq. Hond. conſ. 47. nu. 14. & ſeqq. lib. 2. Faber in §. ſoror nu. 2. 3. Inſt. de inoff. teſt. Prat. de interp. vlt. vol. lib. 5. interp. 1. dub. 1. nu. 69. 70. Merl. de Legit. d. qu. 13. nu. 16.*

Non obſtat, quod per aſſumptionem Clericatus Mauritius abſterſerit omnem macolã; cum enim, Clericatus, ex poſt facto ſuperuenerit, in nihilo ſuffragatur; Inſpicitor, enim ad hunc effectum habilitas, vel inhabilitas, de
40 eo tempore, quo actus ad ſuum eſſe deducitur *Peregr. de fid. art. 22. & ſeqq. p. 9. rec. & in Bonon. Fideic. de Barberijs 5. Decemb. 1650. § praterea cor. Eminentiſs. Corrado.*

Auctoritas, verò *Abbatis in c. quia nos nu. 4. de teſt.* non
41 eſt tuta per rationes, quas adducit *Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. nu. 37. 38.*

His firmatis, cum ad vniuerſam Io: Baptiſtæ hæreditatem vindicandam ſufficiant ſopraſcripti duo tituli donationis, & reſciſſionis Teſtamenti, labor ſuperuacaneus eſſet, inquirere, de duobus alijs inueſtituræ Eccleſiæ, & Auiti fideicommiſſi, quos vlterius, Michael addocebat.

Et ità, dubio bis propoſito vtraque &c.

Reuerendiſs. Albergato Decano.

Rauennaten. Penſionis.

Ven. 1. Decembris 1662.

A R G V M E N T V M.

Vxoratus, ex conceſſione Pontificis, habet penſionem; Diſpenſatus, ità vt poſſit ducere viduam, dicitur diſpenſatus a Bigamia. Reſeruatio Penſionis, poſt mortem alicuius, accedente eius conſenſu, non vitiatur.

S V M M A R I V M.

1 *Penſio debetur, conſtito, de valida eius reſeruatione.*
2 *Diſpenſatio remouet obſtaculum.*
3 *Vxorem ducens, diſpenſatus a Papa, poteſt obtinere penſionem.*
4 *Conſtitutio Conciliaris requirit ſpecialem derogationem.*
5 *Diſpenſatus a Bigamia quis dicitur, ex quo ei non nocet Bigamia.*
6 *Derogatio Conſtitutionis ſpecialis vnius Concilij, inducit derogationem aliorum.*
7 *Reſeruatio penſionis poſt obitum alterius inducit votum captandæ mortis.*
8 *Votum captandæ mortis tollitur ex conſenſu partis.*
9 *Conſenſus probatur ex inſtrumento.*
10 *Verba*, accedente conſenſu, *in literis Apoſtolicis, non ſtans conditionaliter, ſed cauſatiuè.*
11 *Gratia perfecta dilata executione non expirat per mortem concedentis.*
12 *Gratia facta ad fauorẽ conſenſus latiùs interpretatur.*

D E C I S I O XXIV.

Relaxato, ad inſtantiam D. Principis Pamphilij, mãdato, contrà D. Archiepiſcopum Rauennæ, & illius vigore, ſequutis pluribus ſolutionibus ſemeſtriorum Penſionis, de qua agitur; Dubitaui, hodie in petitorio: An Pẽſio debeatur. Et Domini, affirmatiue reſponderunt: quia cõſtat de eius legitima reſeruatione, auctoritate Apoſtolica, per Cedulam Conciſtorialem factam, de conſenſu 1
Card. Capponij reſignantis & moderni D. Archiepiſcopi reſignatarij *Ferret. conſ. 3. 9. n. 4. Gabr. conſ. 186. in princ. & per tot. lib. 1. Lotter. de re benef. lib. 1. quaſt. 35. nu. 65. & ſeqq. Rot. coram Coccin. dec. 40. nu. 1.* & in alijs allegatis ab informantibus pro D. Principe.

Nec aduerſatur, quod D. Princeps ſucceſſiuè, cum D. Principiſſa Roſſani matrimoniũ contraxerit quia, vt reſponſum fuit in deciſ. huius cauſæ, edita cor. Me, 1. *Iulij 1660. § minùs obſtat*, præuentiuè diſpenſatus fuerat à S. M. Innoc. X. cum facultate retinendi penſiones, ſuper fructibus quarumcumq; Eccleſiarum, etiamſi cum vidua contraheret, quæ quidem, diſpenſatio remouet obſtaculũ Canonis impedientis incurſum bigamię, vt per *Rot. dec. 12.* 2
n. 29. & ſeqq. & dec. 50. num. 9. p. 5. rec. & tradunt Anchar. conſ. 124. n. 2. Modern. Auemonen. de Penſ. cap. 58. nu. 21. & in indiuiduo huius Indulti fuit dictum *in Rauenna Pen-* 3
ſionis 13. Iunij 1661. cor. Emin. Celſo § nec reſolutio.

Hinc, non vrget, quod diſpenſatio prędicta nõ habeat 4
expreſſam derogationẽ *cap. vnic. de Bigam. in 6.* continentis diſpoſitionem Conciliarem: Dum enim Pontifex habilitauit D. Principem, vt in matrimonio, etiam cũ vidua capax eſſet acquirendi & retinendi penſiones, talis derogatio non videbatur neceſſaria; Nã, vt ſupra dictum eſt, gratia præuentiua illũ præſeruauit, in ſuo primario ſtato prout erat antè contractũ matrimonium; ac ſi nõ indiguiſſet diſpenſatione, vt latè comprobat *Rot. d. dec. 10.* 5
nu. 9. p. 5. rec. vbi *n. 26.* firmat, quod, dum Papa impedit incurſum Bigamiæ, pinguius ius concedit, quã ſi expreſsè ſuper illam diſpẽſaſſet, vt proſequitur, *Lotter. de re benef. lib. 1. quaſt. 40. num. 153. & ſeqq.*

Et nihilominùs, dum in eodem indulto derogatũ fuerat, expreſsè Concilio Lateranenſi, prohibẽti reſeruationes penſionum Cathedralium huiuſmodi, ſpecialis derogatio operatur, quod ſufficiat derogatio generalis aliarũ Conſtitutionum Conciliarium, vt aduertit *Garz. de ben. p. 4. c. 5. n. 38. & ſeqq. Dec. conſ. 341. n. 10. verſ. in tali clauſula Rot. dec. 7. n. 4. dec. 10. n. 17. p. 5. rec. & in Vercellen. Decimarum 15. Ianuarij 1646. cor. Eminentiſs. Cerro.*

Qua ratione, opponi pariter non poteſt, quod reſeruatio penſionis capiat votum captandæ mortis, tanquã facta, poſt obitum Card. Capponij. *ad tex. in cap. nulla de* 7
conceſſ. Preb. in 6. quia votum captandæ mortis tollitur, ex conſenſu ab eodẽ Card. præſtito *l. fin. C. de Pact. Surd.* 8
conſ. 355. n. 1. & ſeqq. Rot. dec. 40. n. 60. p. 4. tom. 1. rec. & iã antè reſeruationem, vt deducitur ex ijſdem literis Apoſtolicis, 9
Luca electo, & Aloyſio Carolo in hoc conſentientibus, quæ conſenſum præcedentem probant, iuxtà *dec. 20. n. 2. p. 6. rec.* nec ſtat conditionaliter, quatenus, ſcilicet, accedat conſenſus, ſed cauſatiuè, ex quo cõſenſus accedit, ſine quo literæ non fuiſſent expeditæ, vt in puncto *Rot. d. dec. 20.* 10
n. 4. cor. Caualer. dec. 561. n. 4. quam poſt expeditas Literas, quo tempore eiuſdem Cardinalis conſenſus acceſſit, vt conſtat ex alia deciſ. in cauſa facta.

Demum non releuat, quod per obitum S. M. Innocentij, ſequutum antè mortem Card. expirauit gratia reſeruationis; nam, cum illa ab eodem Pontifice facta, & perfecta fuerit, dilata tantummodò executione, in tempus mortis Cardinalis, non expirauit per mortem cõcedentis 11
iuxtà *tex. in cap. ſi ſuper gratia.* vbi plenè Doctores *de Off. deleg. in 6. Sanch. de Matr. diſp. 28. lib. 8. n. 48. Rot. cor. Pen. dec. 244. per tot. & dec. 249. nu. 2. & in rec. dec. 336. nu. 26. & 28. par. 4. tom. 2. & in Tiraſonen. Seruitij 2. Decembris 1615. coram Sacrato.*

Digitized by Google

Vlterius per Dominos fuit conſideratom, quod agi
tur de Gratia reſeruationis penſionis facta, motu pro-
prio à Pontifice, qui bis eam delodè approbauit, per duo
Breuia, conſentiente D. Archiepiſcopo, emiſſa, & qui-
dem ad fauorem D. Principis, ſecondum Canonem, eiuſ
dem Summi Pontificis, ex fratre Nepotis, quæ qualitas
12 facit præſumere Pontificem, illi vberiori modo, quo po-
tuit, gratificari voluiſſe, & gratiam fauorabilem facere,
vt ponderat *Soccin.conſ.115.n.4.libr.3.Rot.coram Burati,
deciſ.638.in fine*, alijque relati in *Ferrarien. Penſionis 2.
Martij 18.Iunij 1649.§.Neſas coram Dunozetto.*
Ex quibus D. Pcincipe tantum, &c.

Reuerendiſsimo Albergato Decano.

Romana Ceoſus.

Luna 12. Februarij 1663.

A R G V M E N T V M.

Emptum nomine patris, & filij acquiritur vnicuique
corum, pro medietate; Et quando filius publicè
habetur, & reputatur paterſam. habet actiouem
contra patrem, pro recuperanda ſua medietate.

S V M M A R I V M.

1 *Acquiſitum communi nomine patris, & filij vnicuique
pro medietate acquiritur.*
2 *Filius acquirens de pecunia patris ſibi acquirit.*
3 *Cum obligatione tamen reſtituendi patri, & conſerendi
inter fratres.*
4 *Durante patria poteſtate, non datur actio, inter pa-
trem. & filium, nec vlla inter eos naſcitur obligatio.*
5 *Filiusſam. habitus communiter, & recognitus à patre,
pro patreſam cenſetur emancipatus.*
6 *Maximè in præiudicium tertij, non contra patrem.*
6 *Pater permittens filium negociari, cenſetur remittere
vſumfr. ſuper eius bonis.*
8 *In bonis in quibus pater non habet vſumfructum datur
actio & obligatio inter patrem & filium.*
9 *Pater acquirens, vti adminiſtrator bonorum filij, ei ac-
quirit non ſibi,*
10 *Hæres non poteſt negare talem eum, quem talem co-
gnouit auctor.*
11 *Simulatio non probatur coniecturis, vbi deficit cauſa ſi-
mulandi.*
12 *Teſtes in concurſu confeſſionis patris, non attenduntur,*
13 *Inſtrumenta publica præualent teſtibus.*
14 *Exiſtenti in poſſeſſione exigendi fructus cenſus, datur
manutentio.*
15 *Contra pupillum non currit tempus.*
16 *Appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ.*
17 *Et interim non denegatur manutentio poſſeſſori.*

D E C I S I O XXV.

LEgitimationem Petri Franeiſci, à Io: Baptiſta, tan-
quàm eius patre, obtentam, & poſt reſolutionem hu-
ius cauſæ 27. Februarij 1662, in actis productam, nec ob-
ſtare cenſuerunt Domini, conclosionibus firmatis, io de-
eiſione, in qua perſiſtendum eſſe hodiè reſponſum fuit.
Quia ſemper ſubſiſtit, quod communi patris, & filij no-
mine emptus, vnicuique pro medietate aequiſitus fuit, vt
1 firmatur in principio deciſionis, & cõcordat *Rot.dec.438.
n.6.coram Duran.* Quamuis pro rata ſcut. 3150. probatũ
fuerit cenſum, ex pecunijs proprijs patris, emptum fuiſſe;
Quia, & ſi filius acquirat, ex pecunia patris, dùm tamen,
2 proprio nomine emit, ſibi acquirit, ſub obligatiooe, ta-
men, reſtitueodi pecunias patri, vel illum, eum fratribus
conferen. *Caſtren. in l. cum oporteat 6.nu.7.C.de bon. quæ
3 liber. Rolan. a Vall. conſ 90.nu.21. & ſeqq. lib.2. Bertazzol.
conſ ciuil.119.n.25. Becc.conſ.113.nu.21. Paſchal.de Virib.
Patr.poteſt.part.1.cap.3.n.17.verſ.quæ propterea.*
Nec aduerſator, quod duraote Patria poteſtate, actio
non detur inter patrem, & filium, nec vlla oaſcatur obli- 4
gatio: aduertebant eoim Domini, quod pro patre coniu-
gum probatum fuit, quod Petrus Franciſcus tàm antè,
quam poſt legitimatiooem ſciente, & patiẽte Io: Baptiſta
patre, eumque pro patrefamilias poſitiuè agnoſcente pu-
blicè, & palam pro tali, ſe gerebat, negociando, contra-
hendo in mercatura lignorom, & agriculturæ, emendo
plures cenſus, vineam, & noualia nomine proprio, dando
pecunias ad ſocietates Officiorum, & mutuò, conduceo-
do horrea, ſoluendo expenſas, & alia gerendo, quæ patri-
bus familias tantùm conuenire poſſunt; Ex quibus duo
reſultant. Primò, quod Petrus Frãciſcus a patria poteſta-
te liberatus, & emancipatus cẽſebatur, *Menoc. præſumpt.* 5
55.nu.28. & ſeqq. lib 6. maximè, cùm id non deducatur
contra patrem ſed contra tertium ad ſuſtinendum con-
tractum a filio geſtum, *Moroti conſ.52.nu.25. Carpan ad
Statut. Mediol cap.406.n.27. Mareſcott. var. reſol. cap.58.* 6
*n.22.lib.1. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap.3 glo.7 part.1.
nu.42. Gratian. cap.820.nu.3. Rot in Romana Salniam 10.
Maij 1658. coram R.P.D. Priolo §. imò hinc reſultat,*
Alterum, quod Io: Baptiſta, per ſcieotiam, patientiam,
& conſenſum, quod filius, proprio nomine, negociaretur,
lucra ac fructus perciperet, ac de illis diſponeret ad libi-
tum, etiam pro ſe acquirendo vſumfructum remiſiſſe,
quem io bonis filij aduentitijs, habebat, *Alex. conſil.138.* 7
*n.3.lib.5. Menoch. conſ 282.n.31. Gratian. cap 519.num.1.
Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. cap.7.gl.11.par.1.n.3.* Quan-
do autem filius peculium aduentitium habet. & in vſu-
fructu ob expreſſam, vel tacitam patris remiſſionem, ſe
ingerit, tunc, inter ipſum, & patrem datur actio & ciuilis 8
obligatio oritur *Bartol. in l. frater a fratre 38.nu.16. ante
finem, & n 47 & ibi Caccialup n.53. ff. de Condit. Indeb &
in* proximis terminis *Surd. conſ.116.n.21*, vbi alios refert.
Quod autem Io: Baptiſta voluerit, etiam ex proprijs
pecunijs, verè cenſum acquiri pro medietate Petro Fran-
ciſco filio, demonſtratur etiam à poſteriori: Nã, poſt eius
mortem quietaoit debitorem, pro fructibus cenſus tam,
nomine proprio, quam vt auus, & legitimos adminiſtra-
tor filiorum eiuſdem Petri Frãciſci fuiſſe acquiſitum. vt
in propoſito tradit, *Surd. conſ.206 n.26. verſ tertio reſpon-* 9
*deo, Gabriel. conſ.58 n.449. lib.1. Menoc. conſ.1068. n 7 An-
conitana Officiorum ſeu Nullitatis Concordiæ 4. Decemb.
1647 coram Arguelles §. eoque magis.* Quinimò, non ſo-
lum à patre, pro verò Domino medietatis cẽſus recogni-
tus fuit, ſed etiam bo: me: Franciſco Maria Duce Ceræ de-
bitore cenſus, & fructus ſoluendo pro ſua parte, & poſt
mortem patris pro ſuis filijs acceptante. Vnde non poſ-
ſunt hodiè hæredes Ducis hoc negare, dùm ab eorũ ao-
ctore, pro tali, factis poſitiuis recognitus, & approbatus
fuit *Surd. conſ.449.n.38. & deciſ.108.n.12. Altogr. conſ.45.* 10
n.45. Rot. dec.297 n.3 p.8. rec. & in d. Rom Salniam in fine.
Ex quibus eliduntur depoſitiones teſtium, quod Petrus
Franciſcus nihil proprij haberet, & obiecta ſimulationis
exceptio. Nec enim, vbi nulla datur caoſa ſimulandi, nec
etiam præſumptionibus, & cooiecturis, ſi quæ concurre-
rent, iuſtificatur, ex relatis per *Adden. ad Greg deciſ.157.* 11
n.27. Qoo verò ad teſtes, vltrà exceptiones, quas pation-
tur, oon poſſuot concurrere eum confeſſione patris, tot
actibus ratificata *Cranett. conſ.171.n.10. Rot. dec.81 nu 6.
coram Millin.* & eorum depoſitionibus reſiſtunt, & præ- 12
ualẽt publica inſtrumẽta acquiſitionũ, nomine proprio,
factarum, quibus potius, ſtandũ eſt, *Rot. in p.ancto dec.185.* 13
*n.8. poſt Zacch. de Oblig Cam. & in Farfen. Bonorum 30.
Aprilis 1660. coram R.P.D Priolo §. atteſtationes,*
Conſtito autem, ex præmiſſis, de bono iure Eleonoræ
filiæ Petri Franciſci, eidem, Domini, dixerunt dandam
eſſe manutentionem, in quaſi poſſeſſione exigendi fru-
ctus, in qua conſtituta fuit, per exactionem fructuum,
tam a Io: Baptiſta auo, eius nomine, quam deinde, a tu- 14
tore factas, ex relatis per *Poſt. obſeruat. 52. numer. 3.*

33. &

Digitized by Google

33 & ſeqq. Rot poſt ipſum dec. 135. num. 1 Cathacen. Hæreditatis 11. Decembris 1648. coram Eminentiſs. Cerro §. reſpectu enim & in Romana Manutentionis 28. Iunij 1652. §. non obſtat coram Dunozetto, cui non aduerſatur lapſus temporis, vel ſententia declarans medietatem controuerſam cenſus, ad hæredes Io: Baptiſtæ pertinere: lapſus, enim temporis ceſſat, ex eo, quod Eleonora erat pupilla, & à
15 ſententia appellatum fuit, *Rot. coram Coccin. dec. 494. nu. 9. verſic. & acquieſcentia & coram Reuerendiſs Decano in*
16 *Peruſina Manutentionis 27. Iunij 1644. §. nec poſſeſſio*, quæ appellatio, cum ſuſpendat eff:ctum ſententiæ, non eſt interim deneganda manutentio poſſeſſori, *Rum. conſil. 154.*
17 *num. 10. lib. 4. Gratian cap. 141. nu. 35 Rot. coram Canaler. dec. 143. nu. 12. Monopolitana Fructuum 9. Decemb. 1650. coram Reuerendiſs. Papien & nuper in Rauennaten. Penſionis 26. Ianuarij proximè præteriti coram R.P.D. Vicecomite.*

Et ita vtraque &c.

Reuerendiſsimo Albergato Decano.

Romana Commendæ.

Lunæ 21. Februarij 1661.

ARGVMENTVM.

Incapax Commendæ, & beneficij de tempore Vacationis, ob defectum ætatis, admittitur, in præiudicium ſucceſſiuè vocatorum, obtenta diſpenſatione, ab habente facultatem, ſuper ætate; maximè, ſi ille, qui eſt incapax expreſse vocetur a fundatore, in concurſu ſubſtituti.

SVMMARIVM.

1 *Filius in ſucceſſione præfertur fratri.*
2 *Princeps poteſt diſpenſare ſuper ætate requiſita ad aliquid obtinendum.*
3 *Incapacitas, quæ poteſt reduci ad capacitatem non attenditur.*
4 *Dictiones* ſemper, perpetuò, *comprehendunt omne tempus, & omnem caſum.*
5 *Et ideò non reſtringuntur ad tempus ſucceſſionis.*
6 *Pater præſumitur velle vocare potiùs filium quam fratrem. aut extraneum.*
7 *Nemo præſumitur velle facere, quod non poteſt.*
8 *Ex lege fundationis minor 14. annis, poteſt obtinere beneficium.*
9 *Gratia ſubreptitiè obtenta non ſuffragatur.*
10 *Subreptio inducitur ex taciturnitate eius, quod retraxiſſet concedentem.*
11 *Natiuitas filij etiam incapacis ad ſuccedendum, facit deficere conditionem non natiuitatis.*
12 *Defectus conditionis excludit ſubſtitutum vocatum ſub conditione.*
13 *Pupillo datur reſtitutio in integrum ob non præſentationem factam in tempore dato ad præſentandum.*

DECISIO XXVI.

PRopertius, inter quatuor filios, æqualiter inſtitutos, fideicommiſſum ordinauit, ſubſtituendo illos, inuicem, eorumque filios, & deſcendentes, vt bona perpetuò conſeruentur in linea recta domus de Sextis. Petrus Paulus, vnus ex filijs, Sanctiſſimæ Conceptionis in militia, commendam annui redditus ſcutorum 200. ex ſuis proprijs bonis erexit, ſub expreſſa conuentione. quod Iuspatronatus dictæ Commendæ, fructuſque, & redditus illius, ſpectare deberent ad ipſum, eiuſque filios legitimos, & naturales, illiſque deficientibus, ad alios eius fratres; Poſt mortem verò, d. Petri Pauli, qui ſuperſtite Antonio Petro, deceſſit, Andreas defuncti frater, à Sanctiſſimo Commendam obtinuit; & orta inter ipſos, ſuper manutentione, controuerſia, coram Reuerendiſs. Papien. ordinatum fuit, quod videretur de bono iure de quo. coram M. in eius locum ſubrogato, ad fauorem Antonij Petri, conſtare reſponſum fuit. Habet, enim, ipſe fundatam intentionem tam ſuper fideicommiſſo aui, quam in erectione Commendæ, cum vtroque caſu, ſit vocatus, & tanquam
filius præfertur Andreæ patruo, *auth ſi in ſucceſſione C. de* 1
*de ſuis, & legit. Surd. conſil. 100 & conſil. 384. nu. 3. Cephal.
conſil. 765. num. 12 cum cæteris per Giurb. ad conſuet. Meſ-
ſan. cap. 5 gloſſ. 4. num 1. part. 1.* præcipuè, quia diſpenſatio-
nem obtinuit à Sanctiſs ſuper ætate, ad obtinendas huiuſ-
modi Commendas, requiſita quam concedere vtique po-
tuit, eum ſit, de reſeruatis Principi, *Rebuff in prax. benef.* 2
tit. de Comm. nu. 33 & pluribus comprobat *Menoch. conſ.
458. nu. 11. verſ. 5. & vltime Rot. in Fanen. Commendæ 27.
Iunij 1639. coram Reuerendiſs. Terracinen. in recent. par. 8.
dec. 159 num 2.*

Nec vrget, quod de tempore vacationis, Antonius Pe-
trus eſset incapax Commendæ ob defectum ætatis anno-
rum 12. ex ſtabilimentis Religionis, requiſitæ, tum quia
non agitur de incapacitate pura, ſimplici, & abſoluta,
ſed de accidentali, & per aduentum ætatis naturaliter re-
ſolubili, cum, ex euentu poſſet fieri capax, vt in terminis
Commendæ, declarat, *Anſald. conſil 12. numer 84. in fine.*
quo caſu, prædicta incapacitas non erat habenda in con-
ſideratione, per *Cuman. in l filiusfam 117. §. cum quis nu.* 3
1. poſt med. ff. de leg. 1. & cum eo *Soccin. Sen. in l. cum annus
101. num 95 verſic ſi dicas, ff de condit. & demonſtr.* tum,
etiam, quia, verba fundationis, ex quibus deſumitur eius
vocatio. ſunt ampliſſima, & geminata *ſemper, & perpe-
tuo, in infinitum.* Et ſic denotantia omnem caſum & om-
ne tempus, ex relatis per *Barboſ. dict. 254. & 261. vtrobique
num 1 Rot deciſ. 210 num. 5. part. 1. diuerſ. & in recent. de-
ciſ 571. num. 15 part. 5.* & proinde reſtringi non poſſunt
ad puberes, de tempore vacationis, vel ad habiles tantum
Alex in l. ſi paterni numer. 55 ff. ad Sen conſ Trebell. Natt. 5
*conſil. 159. num. 3. cum alijs per Surd. conſil. 10. n. 28. & conſ.
73. num. 66.*

Quæ faciliùs, amplexi ſunt Domini, quia agitur de fi-
lio eius, qui Commendam erexit: hic, enim ob naturalē
ſanguinis affectionem non eſt credendum, quod volue-
rit puberes tantùm admittere, & filios minoris ætatis ex-
cludere in concurſu fratris, vel alterius extranei, iuxta 6
*text in d l. cum annus. 101. ff. de condit. & demonſtr. l. cum
acutiſſimi 30 ff. de fideic. & ponderat Cranett. conſil 42. n. 1.
verſ. ſed quid ſi de tēpere* & de bonis fideicommiſſo ſubie-
ctis a Propertio. ad fauorē filiorū, & deſcendentium qui,
proinde, cenſeri non poteſt, voluiſse bonorum naturam
alterare, in alios transferendo, quod facere non poterat,
metiendo voluntatem, a poteſtate *gloſſ in l. peto 71. in prin.* 7
*ff. de leg. 2. Surd conſil. 431 num 41 Eugen. conſil 99. num.
33. lib. 2. Rot. coram Seraphin. deciſ. 1566. num 2. & in Tu-
dertina ſucceſſionis 29. Maij 1652. coram Reuerendiſs. Pa-
pien §. nihil facit, poſt med um.*

Qua ſtante fundatoris voluntate, non obſtant ſtabili-
menta Religionis, circa ætatem, prout in ſimili, non ob-
ſtat diſpoſitio Sacri Concilij Trident. *ſeſſ. 23. cap. 6. de Re-
form.* prohibentis, minores 14. annorum beneficia Eccle-
ſiaſtica obtinere, quando concurrit in contrarium vo-
luntas fundatoris cui non fuit a Sacro Concilio deroga-
tum, *Garz. de benef. part. 7. cap. 4 num. 9 fol. 48.* plures re- 8
fert *Barboſ. de off. & Pot. Epiſc alleg. 70. nu. 77 par. 3. Add.
ad Buratt deciſ. 755 num. 15. & 16 Rot. deciſ. 482. numer. 3.
part. 1. diuerſ. deciſ. 194 num. 1. part. 2. rec.* cum alijs concor-
dantibus, per *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 32. numer. 35.
& ſeqq.*

Hanc gratiam, a Sanctiſs obtentam, allegare nequit
Andreas; fuit enim, ſubreptitiè & obreptitiè obtenta, non
ſolum, quia, in ſupplicatione non expoſuit ſupereſse fi- 9
lium Petri Pauli fundatoris quod, ad euitandam ſubre-
ptionem narrandum erat Pontifici, cum ex hoc poſſet
retrahi, à prouidendo extraneum, de Commenda, vt, in
his

Digitized by Google

10 his terminis notat *Caſtr. Pal.oper. moral. tract. 13. tom.*
2.diſp.2 punct.1.num. 17. quem ſequitur *Ros in Lucana Iu-*
riſpatronatus 3.Iunij 1647.coram Reuerendiſs.Terracinen.
§ vacatio beneficij, & in Lunen.Sarzanen. Beneficij 10. De-
cembris 1659.coram Me, in prin. Verùm etiam, quia nar-
rauit, ſe ad eandem Commendam vocatum, poſt mor-
tem fratris, & tamen eius vocatio non erat pura ſed con-
ditionalis, in defectum deſcendentium Petri Pauli, quæ
ſola exiſtẽtia filiorum ſufficit ad eius excluſionem, etiam
ſi iidem ſuccedere non poſſent, cum tamen, faciat defi-
11 cere conditionem vocationis, *Crauett conſil.62.num.1. &*
2 Gratian.cap.747.num.3.Ros part.2.rec.dec.453.num.3.
vbi, quod, non ſunt poſiti in conditione, qui excludunt
ſubſtitutum, ſed defectus conditionis *Romana Fideicom-*
12 *miſſi de Sanijs 22.Maij 1643. §. fin. coram Reuerendiſs.*
Carillo, & in Rauennaten.hereditatis 24.Ianuarij proximè
præteriti coram Me, §. non eſt enim.

Pari modo, non releuat, quod, prius quam, diſpenſa-
tionem ætatis, obtineret Antonius Petrus, lapſum fuerit
quadrimeſtre ad præſentandum, patronis laicis, a iure
præſcriptum, quia, cum agatur de pupillo, ei competit
reſtitutio in integrum, ob non petitam in tempore di-
13 ſpenſationem *Surd conſil.95.num.7.& ſeqq Clar.in § feu-*
dum quæſt.49.numer 5.Rot.deciſ.64.numer.16.& 19.part.
8. rec.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Beuilaqua.

Ariminen. Bonorum,

Lunæ 24. Maij 1660.

A R G V M E N T V M.

Renunciatio matris nocet filio, venienti, ex pro
pria perſona, quando eſt hæres matris, quæ, in
actu receptionis dotis, renunciando, promiſit,
nec ſe, nec filios, aut hæredes, vllo, vnquàm,
tempore, impugnaturos d. renunciationem.

S V M M A R I V M.

1 *Renuncians excluditur à bonis renunciatis.*
2 *Renunciatio matris nocet filio hæredi.*
3 *Secus, ſi filius veniat, ex propria perſona ad bona renun*
ciata.
4 *Contrarium, quando renunciatio matris eſt ampliſſima*
& facta, in actu receptionis dotis, a patre.
5 *Etiam ſi prædecedat patri.*
6 *Maximè, ſi mater promittat obſeruantiam contractus,*
etiam reſpectu hæredum.
7 *Sed requiritur promiſſio, nomine filiorum, & hæredum.*
8 *Præſentia iudicis ſupplet defectum omnium ſolemnita-*
tum.
9 *Rigor ſolemnitatum remittitur, quando ceſſat cauſa, ob*
quam fuerunt inuenta.

D E C I S I O XXVII.

MOto, per Equitem Philippum Bonadratam, Iudi-
cio immiſſionis, in bonis emphyteoticis, de qui-
bus agitur cor. R.P.D.Bolgarino A.C. ab eo lata fuit ſen-
tentia, declarans nullum ius, nullamque actionem, ei
competere, & perpetuum ſilentium impoſitum; cui, ta-
men, non acquieſcente, & iterùm, in gradu appellationis
in Rota iuttante, Domini, denegandam eſſe cenſuerunt,
inducti, exceptione ampliſſimæ renunciationis, quam
Leonora mater, ad formam teſtamenti Boncontis eius
patris, per dotem ſcut. 3000. ei reliquit per hæc for-
malia verba. *Fecit, ceſſit, tranſtulit, & donauit irreuoca-*
biliter Carolo, Franciſco, & Paulino. fratribus præſentibus
pro ſe ipſis, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcum-
que omne illud quod in quacumque quantitate, valore, &
importantia, ipſa D. Eleonora eiuſque filij hæredes. & ſuc-
ceſſores, & quicumq ab ea cauſam, ſiue ius, habentes, & ha-
bituri, prætendant & quouis modo prætendere, & conſequi
poſſunt, & poterunt, tam. cauſa de præſenti. & de futuro &
tam, in re, quam in ſpe, tam ex cauſa ſuæ legitimæ portionis,
ſeu ſupplementi legitimæ, aut pro bonorum ſubſidio, de iure
naturali debita ſeu debenda. ſibi D. Leonoræ cuius prædi-
ctus &c. de & ſuper bonis iuribus. & hæreditatibus quibuſcũ-
que, præſentibus, & futuris tam ipſius Boncontis Patris,
quam eius fratrum, ſiue ab inteſtato ſiue ex teſtamento,
& quacumque alia diſpoſitione, nec non de & ſuper quibuſ-
cumque bonis Emphyteoticis, liuellarijs, vigore, & ex capite
cuiuſcumque inueſtituræ tam facta quam forſan facienda
in perſonas, & ad fauorem dd. eius Patris, & fratrum, &
cuiuslibet eorũ, coniunctim, & diuiſim, & ex capite iuris ac-
creſcendi. vel non decreſcendi & quomodocumque, intelligi
poſſet in dd. inueſtituris, & earũ qualibet. & in fauorem fœ-
minarum, factis vt ſupra, in quibus aut earum aliqua ipſa
D. Leonora, eiuſque filij ac deſcendentes comprahenſi intel-
ligerentur, ſeu quandocumque forſan in poſterum compræ-
hendi poſſent & quarum vigore, ad huiuſmodi bona, em-
phyteutica, & liuellaria aſpirare, acceſſumque, & regreſ-
ſum habere poterunt & poſſent, & demum ex quouis alio
capite, & cauſa, ratione, actione, & titulo, & modo, etiam
tunc, ibi incognito, & hic non expreſſo.

Per quam amplam renunciationem compræhenden-
tem quicquid ad Eleonoram, in bonis controuerſis perti-
nere poſſet, quemadmodum, ſi viueret, & ad illa aſpira-
ret excluſa remaneret, *§. quæritur. § ſi venditor, ff. de ædil.* 1
edict l 1. § qui ſemel de ſucceſſ. l. cum donationis, C. de tran-
ſact. Gabriel conſil, 127. num. 6. lib. 1. Ita, hac de cauſa, ma-
terna renunciatione reijcitur Phillippus filius, & hæres,
eo ipſo, quod detinet dotem, ſupra à patre conſtitu-
tam, vulgata *l. cum à matre, C. de rei vendic. l. ex qua per-* 2
ſona, de reg. Iur. Soccin. Iun. conſil. 107 num. 58. lib. 3. Surd.
conſil 143 num 9 Ruin. conſil. 6.7 num 38. lib. 1. Fuſar. de
ſubſtit. q. 597. nu 2. Burati dec. 154. num. 4.

Non obſtat, quod Eques Philippus, tanquam nepos
Boncontis, deſcendens ex D. Eleonora prędefuncta Fran-
ciſco, & Palutio, ſit comprahenſus in inueſtitura, ſtipu-
lata pro filijs, & nepotibus, per rectam lineam, deſcendẽ-
tibus, veniat, ex iure, & perſona propria, non autem,
matris ad excluſionem illorum de Battaglinis remotio-
ribus, ideoque, cum non afficiat renunciatio *Bald. in l. fi.* 3
num. 16. C. de pact. Roland. à Vall. conſil. 11. lib. 1. nu. 4. Surd.
conſil. 355 num. 36. Cancer. variar. reſol par. 3. cap. 15. de re-
nunciat num. 47. cum ſeqq. Rot. in Ariminen. emphyteuſis
14. Martij 1629. §. minus nocebat cor. Dunozetto compro-
bata in Ariminen. Molendini cor. Duran. dec. 295. in qui-
bus etiam dicitur hanc eſſe Arimini cõſuetudinem, quod
admittantur maſculi ex fœminis deſcendentes. nam cum
renunciatio non fuerit gratuita, ſed ob dotem à patre
Eleonoræ filiæ, ad hunc effectum conſtitutam, ipſaque,
contracto matrimonio, & dote ab hæredibus patris do-
tantis recepta, paternũ præceptum adimpleuerit, ex hac
eadem cauſa renunciando bonis omnibus, & in ſpecie iſtis
controuerſis, tam ſuo, quam filiorum, & hæredum no-
mine, vtique talis renunciatio obſtat Philippo, ex propria 4
perſona venienti, etſi mater deceſſerit priuſquam eue- 5
niret caſus ſucceſſionis in bonis renunciatis, vt tradit *Ro-*
man. in l. qui ſuperſtit. 93. num. 7. verſic. quod limita ff. de
acquir. hered. Caſt. conſil 419 in fin. verſic. quarta principa-
lis par. 2. Surd. d. conſil. 355 n. 41. 42. & 43. Theſaur. lun. 99.
for. lib. 2. q. 90. num. 9. & 15. verſic. limitatur tamen, Rot. in
Aſculana hæreditatis 7. Iunij 1649. §. vltimo confirmata
24. Ianuarij 1650. cor. Reuerendiſs. Tarraconen.

Cuius renunciationis effectus augetur, inſpecta pro-
miſſione per Eleonoram facta, quod nec, ex ſua perſo-
na, nec ſuorum filiorum hæredum, & ſucceſſorum, fra-
tres dotantes, & renunciatarij vllo vnquam tempore, ex
quouis euentu, & cauſis poſſint in iudicio & extra de
iure, vel de facto, etiam ſi de iure, & de facto, mole-
ſtari

Digitized by Google

ſtari poſſint, & debeant, & imò ipſi nec fratres, & eorum
prædicti, ſemper intelligantur, & ſint omninò & in om-
nibus, & per omnia perpetui, & abſoluti, & liberi, ipſaque
D. Eleonora, & ſui prædicti à præmiſſis omnibus, & ſin
6 gulis excluſi, ſine vlla prorſus ſpe quicquam vlteriùs ha-
bendi, prætendendi, & conſequendi; Quando, enim, re-
nuncians promiſit obſeruantiam renunciationis per ſe, &
hæredes, & certius ſi filij ſiont hæredes, ligantur huiuſ-
modi renunciatione, vt non valeant illi contrauenire &
ad bona admitti, vt probant *Alex conſil. 13 num. 7. lib 5.*
Caſſan. conſil. 47 num. 28. Nicol. Bellon. conſil. 17 numer. 10.
Roland. à Vall. conſil. 95 num. 47 lib. 1. Honded conſil. 3. nu.
63 lib. 1. Surd. d. conſil. 355 num. 39. cum ſeqq. vbi ait hanc
opinionem, in conſulendo, & iudicando vti veriorem eſ-
ſe ſequendam, tamen etſi diſputando aliquibus, & ipſi
aliter viſum fuerit, *Moder. Fulgin. de iur. Emphyt. tit. de*
renunc. q. 4 num. 5. cum duobus ſeqq.

Quibus non contradicunt auctoritates pro contraria
parte allegatæ, & ſignanter *Alex. conſil. 18 num. 12. lib. 5.*
Rot. in Fulginaten hæreditatis 31. Martij 1638. cor. Veroſ-
pio, quia Alex. loquitur in caſu, quo vaſſallus promiſit ſe
7 non contrauenire, & non promiſit de facto filiorum, &
ideò licet filij ſint hæredes, non committitur ſtipulatio, ſi
ijdem contraueniont, ea ratione quia pater tunc nihil
nomine filiorũ promiſit, vt apertis literis dicit; quo circa
non poteſt ex illo ad nouum caſum omninò diuerſum
inferri, dum mater expreſsè voluit, ſe ſuoſque hæredes,
& alios ab ea cauſam habentes, eſſe penitus omnique ſpe
deſtitutos, quicquam aliud conſequendi, ex bonis renun-
ciatis, & in ſpecie Emphyteuticis, vt in terminis admittit
Faber in ſuo Cod. lib. 2 tit. 3. def. 19 verſic niſi poneres, id no
minatim firmans renunciationem obſtare nepoti, quan-
do filia nominatim, vt hic, pro ipſo promiſit, recepta
dote, ad eundem nepotem delata. Et hæc reſponſio con-
gruit etiam caſui deciſionis Fulginaten. hæreditatis, quæ
nullatenus aſſerit, matrem pro filijs & hæredibus promi-
ſiſſe, nec illos eſſe matris renunciantis hæredes, ideò ad-
duci nõ poteſt, pro deciſione præſentis caſus, in quo con-
currit promiſſio ex parte matris, & qualitas hæreditatis,
ex parte Philippi filij, poſſidentis dotem, ad hunc effe-
ctum ei conſtitutam, & ob id, non poteſt emphyteuſin
petere, & facto matris contrauenire, vt notant *Alex. dict.*
conſil. 13. num. 7. verſ. non obſtat Gabriel. conſil. 325. nu 13.
lib. Natt. conſil. 214. num. 4. Pereg de fideic. art. 2. numer 57.
Canaler. dec. 36. nu. 29 part. 1. Surd tit. conſil. 355. num. 40.
& alij quos de veriori ſententia congerit *Fulgin. lib 5 d q.*
4. num. 5. cum duobus ſeqq. vbi reſpondet Alex. d. conſil. 18.
lib 5. & qu. 10. num 5. verſic. contrariam tamen ſenten-
tiam. *& ſeqq.*

Ceſſat denique nullitas renunciationis, ex eo deducta,
quod non fuerint adhibitæ ſolemnitates, in contractibus
mulierum ſeruari ſolitis, quoniam, ex inſtrumenti inſpe-
ctione, apparet interueniſſe virum Eleonoræ, loco pro-
ximiorum, ad quorum beneficium facta fuit renunciatio
& cum præſentia, & decreto Prætoris Arimini, quod
8 ſupplet omnium ſolemnitatum defectum, *l ſi in princ. ff.*
de bon. libert. l. 1. C. de iis ven. æt. Alex. in l ſciendum 30.
num. 26. ff. de verb oblig Gratian. cap. 564. num. 22. Cyr ac.
controu. 182. num 3. Rot. cor. Merl dec. 226. n. 9. concurren-
te præſertim iuſtiſſima cauſa, ob quam facta fuit renun-
ciatio, nempè receptione dotis ſcut. 3000. ei à patre, iure
inſtitutionis relictæ, & longè excedentis portionem, ſibi
tangentem, ex paterna hæreditate, ex qua cauſa exclu-
ditur omnis dolus, & læſio ad quam obuiandam adhi-
bentur ſolemnitates, & per conſequens ceſſat etiam, illa-
rum rigor, *Bald. conſil. 63 in fin. lib 3. Rot. dec. 199. in fin. nu-*
mer. 1. poſt 2. concl. conſil. Farinacc. & dec. 119. numer. 10.
part 7. rec.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Beuilaqua.

Ariminen. Bonorum.

Mercurij 22. Iunij 1661.

A R G V M E N T V M.

Renonciatio iurium, etiam, nondum delatorum, requirit ſolemnitates ſtatutarias, maximè inſinuationem, quæ non ſuppletur ex præſentia iudicis, ex alia cauſa, interuenientis. Et renunciatio, ex præcepto teſtatoris, facta, vt non requirat ſolemnitates, præceptum debet eſſe præciſum.

S V M M A R I V M.

1 *Immiſſio in vim l. fin datur in emphyteuſi.*
2 *Renunciatio facta à minore ſine ſolemnitatibus non valet.*
3 *Ex Conſtitutione Marchiæ, requiritur inſinuatio, & iuramentum.*
4 *Inſinuatio non requiritur in renunciatione bonorum, ſuper quibus nullum ius habet renuncians.*
5 *Renunciatio iurium requirit ſolemnitates.*
6 *Si fiat à minore.*
7 *Quicquid ſit, ſi fiat à maiore.*
8 *Contractus, ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti factus eſt validus.*
9 *Statutum dans ſolemnitates non excludit inſinuationem.*
10 *Præſentia prætoris ſupplet omnes ſolemnitates.*
11 *Et habet vim inſinuationis de iure communi.*
12 *Quod non procedit, quando iudex interuenit ob aliam cauſam.*
13 *Solemnitates, quarum defectus annullat, non remittuntur à partibus.*
14 *Forma inducta à ſtatuto non ſatisfit per æquipollens.*
15 *Renunciatio in vim præcepti teſtatoris, non requirit ſolemnitates.*
16 *In emphyteuſi datur ius accreſcendi.*
17 *Quando præceptum non eſt præciſum, requiruntur omnes ſolemnitates.*

D E C I S I O XXVIII.

FVit, ſub die 24. Maij 1660. in hac cauſa reſolutum, Eq.
Philippo Bonadradę petenti immiſſionem, in bonis
emphyteuticis, de quibus agitur, obſtare renunciationẽ,
ab Eleonora eius Matre, tunc in 16. ætatis anno conſtitu-
ta, ſuo, & filiorum nomine factam, aduerſus quam reſolu-
tionem conceſſa noua audientia, placuit Dominis, ab ea
recedere, ex capite nullitatis d. renunciationis, ſuper qua
pro eo informantes hodie inſiſtebant, qua poſita non po-
teſt dicti Equiti obeſſe, quin in poſſeſſionem dd. bo- 1
norum immittatur, ex remed. *l. final. Cod. de edict. Diu.*
Adr. toll. in bonis emphyteuticis etiam locum habente,
ad text. in cap. 1. § inter filiam verſ. defuncto ſi de feud. fuer.
cont. int. D. & Agnat. Rolan à Vall conſil. 51. num. 1. cum
ſeq lib. 1. Rot. deciſ. 415. nu. 1. & 2. part 4. tom 2 & dec. 204.
num. 9. par. 1. rec & Ariminen. emphyteuſis 6. Iunij 1659. in
prin. coram Me.

Nullitas reſultat ex eo, quia dicta renunciatio facta, à
d. Eleonora, tunc ætatis annorum 16. caret ſolemnitati-
bus, in contractu minorum, neceſſarijs, nempè interuen-
tu proximiorum, & inſinuatione quarum defectus illam
inualidam reddit, quamuis iuramento roboratam, vt di-
ſponitur in conſtitutione Marchiæ *lib. 5. cap 25.* quæ con- 2
curſum inſinuationis, & iuramenti exigit, *Dec. conſ. 532.*
num. 12. verſic. ſecundo poteſt reſponderi Corn conſil. 201. nu. 3
42 lib. 1. Gilian. ad ſtat. Peruſin verb. minor. num. 8. Mareſ.
var.

Digitized by Google

var.reſolut lib.2.cap.27. num.13. cum ſeq. Rot. deciſ.226.
num.2 part.1. diuerſ.deciſ.671.num.2.part.1.dec.385.n.9.
& deciſ.410.ſub n.2 part.2.deciſ.203.num.1.part.4.tom.2.
deciſ.165.num.56 part.7.coram S.mem.Gregor.XV.deciſ.
391. & ibi adden. §.prædicta locum non habent, Buratt.
deciſ.47.& ibi in annot. & deciſ.120 num.14. & in termi-
nis ſimilis renonciationis factæ per mulierem minorem
Ciuitatis Ariminen. *deciſ.591 num.12.& ſeq.& dec.610.*
num.1.part.4.tom.3.recent.

Nec dicator, quod Eleonuræ nullom ius competebat
in bonis renunciatis , ideò non upus fuit inſinuatione ,
4 nam cum ex verbis renunciationis , relatis in principiu
emanatæ deciſionis conſtet, fuiſſe ampliſſimè renuncia-
tum,quibuſcunque bunis iuribus, hæreditatibus paren-
tum, & fratrum, ac inueſtituris bonorũ emphyteutico-
rum, non ſolum ſibi, ſed etiam filijs , quomodulibet de
præſenti. & futuro, in ſpe,& in re competentibus,in qui-
bus poterant damnificari, vtique ſeruandæ erant ſolem-
nitates a dicta conſtitutione requiſitæ , ad obuiandom
fragilitati ſexus, quæ eſt ratio per legislatores cõſiderata,
5 in contractuminorum, vt adhibeantur quoque in renũ-
ciatione iurium,prout probant *Eugen.conſ 88.à n.40.Rot.*
deciſ 38,nu.3.& deciſ.723 n.14.part.1.rec.Gregor deciſ.15.
num.5 & 6 Buratt.deciſ.120.nu.25.& dec.97.nu.17 apud
6 *Gilian. ad Stat. Perus.* Quicquid ſit in renonciatione ,
vel donatione facta à maiore , quæ nun ſubiacet ſtatuto
7 requirente inſinuationem, in quibus terminis loquitur,
Rota apud Buratt deciſ.333.& in rec dec.12.& 323.p.6.

Neque harũ ſolemnitatum defectus ſaluari poteſt, ex
eo, quud extat Arimini particulare ſtatutum, requirens
8 certas ſolemnitates in contractu minorum,pro cuius va-
liditate ſufficit illas ſeruari *l.fin. C. de teſtam Bald conſil.*
201.nu 1.verſ.in contrarium lib 1.Gabr.conſ.29.num 46.in
fin. & 47.lib.1. Nenizzan conſ.58. num.6. Soccin Sen.conſ.
9 *7.num.7.lib.1.Gratia.deciſ for. Cap... nu.. & cap.474.n.2.*
& ſeq. Buratt. deciſ.333.num.5. nam procederet conclu-
ſio vbi ſtatutom loqueretur de inſinuatione. At, dùm
facit ſolum mentionem ſolemnitatum in ipſo contractu
adhibendarum , ſeqoitur non compræhendere eas, quæ
ſolent, per illius ſtipulationem, adhiberi , vt eſt inſinua-
tio, à conſtitutione requiſita, contractu ſecuto,*Rota dec.*
385.num 5 part.2.rec deciſ.8. panes Pic. ad ſtat. Vrb deciſ.
260 nnmer.4.& ibi adden. litera C. apud S.mem. Gregor.
XV.Seraph deciſ.343.num 2. deciſ.288. ſub nu.5.& 6. poſt
Gilian. ad Stat.Peruſ.& in d. deciſ.610.nu.5 part.4 tom.3.
rec & in alijs citatis per adden. ad Buratt. in præcitata dec.
333. lit.B.Gratia diſc.51. num.16. & 17.

Ex quibus inferebat or, nun refragari, quod renoncia-
tio emanauerit corã Prætore, coius præſentia ſupplet ſo-
10 lemnitates *l ſed & ſi in princ. ff.de bon.librt.l.1. C.de ijs,qui*
ven. & alij in deciſ. allegatis, §. fin. qoia licet extra ca-
11 ſum conſtitutionis Marchiæ , de iure communi. Iudicis
præſentia habeat vim inſinuationis, vt firmat *Roland. à*
Vall.conſ 93.num. fin. lib.1. Surd conſ.385.nu.36. Magon.
deciſ Flor.64.num.26. Rot.deciſ.582. num.5 part.4.rec.&
coram S. mem. Greg.XV.deciſ.391 in fin. attamen,vbi in-
ſinuatiune caret,tunc decretom Iudicis eam ſopplere ne-
quit, vt in terminis reſpondit *Rota apud eundem S. mem.*
Greg.XV.deciſ.260.n.6.& in Imolen. reſciſſionis contractus.
26.Iunij 1615.coram Manzanedo, nec quando Iudex fuit
12 aditus propter aliam cauſam,& ſolemnitatem, quam, ob
inſinuationem,quia tũc non dicitur ſatisfactum inſinua-
tioni, ex latè tradit. *per Grat. in diſc.483. ſub nu.11. cum*
13 *ſeq.* Prẹſertim, quia dicta conſtitutio procedit , vlteriùs
annullando contractus, carentes huiuſmodi ſolemnita-
tibus requiſitis, quo caſu nun eſt in poteſtate partium il-
14 las prætermittere, & per æquipollens ſatis facere *Bald. in*
l.1.n.2.Iaſ n.10.ff.de liber.& poſtum.Oſaſch.deciſ.172.nu.
17. Rota deciſ.294.n.12.& 13.part.6.rec.

Minùs ſubſtineri poteſt renunciatio, ſine prædictis ſo-
lemnitatibus,eo,quia facta dicebator in executionem diſ-
15 poſitionis Patris Eleonoræ, qui dotem Scut.3.m.in teſta-
mento legauit, ad hoc, vt umnibus renunciaret , & ſic
ceſſat dolus, & Læſio pariter per cõſtitutionem conſide-
rata , quia nullibi apparebat, diſpoſitionem paternam
continere renunciationem , etiam de bonis emphyteuti-
cis ob mortem fratrum ad ipſam , & filios quoque ex iu-
re accreſcendi , vel non decreſcendi deuoloendis, prout 16
factum fuit, imò ex capitulis matrimonialibus , potiùs
colligitur fratres , contentos fuiſſe ſimplici renunciatio-
ne, bunis paternis, & fraternis, ob dotem Scut.3.m.quan-
du enim diſpoſitio Patris , vel authoris expreſſè ali-
quid mandat , ſolemnitates non ſunt ſeruandæ,ſecus,vbi
diſpoſitio non eſt præciſa , & plus continetur in contra-
ctu & renunciatione,vt diſtinguit *Cagnol.in l. ſingularia* 17
num.72.ff.ſi cert.pet.Pariſ. conſ.85.num.50. lib.3.Roland.
conſ.89 num.43.& 47.lib.1.Gabr.conſ.89.num.1.& 2.lib.1.
Surd.conſ.191.n 19. Gratia.deciſ.131 nu.8.

Et ita vtraque parte informante deciſum fuit,&c.

Rener. P. D. Beuilaqua .

Ariminen. Bonorum .

Lun. 26. Februarij 1663.

A R G V M E N T V M.

Omiſſo articulo , examinato in deciſione ſupra rela-
ta, An renunciatio matris noceat filio , hic firma-
tur , renunciatiunem factam ad fauorem minoris ,
debere eſſe , cum ſolemnitatibus ſtatuti ; Etiamſi
fieret renunciatio in vim præcepti teſtatoris, quan-
do extenditur ad bona non compræhenſa in præ-
cepto .

S V M M A R I V M.

1 *Renunciatio minoris requirit præſentiam proximiorum.*
2 *Maximè in Ciuitate Arimini .*
3 *Renunciatio iurium futurorum requirit ſolemnitates.*
4 *Inſinuatio requiritur in donatione inter minores facta .*
5 *Priuilegia conquaſſantur, vbi quis agit de damno,alter*
de lucro .
5 *Renunciatio in adimplementum præcepti paterni , non*
requirit inſinuationem .
7 *Pater non cenſetur velle præiudicare filijs , vocatis ex*
propria perſona .
8 *Renunciatio excedens mandatum patris, requirit inſi-*
nuationem .
9 *Pater conformari diſpoſitioni iuris cenſetur .*
10 *Filius ſuccedit in emphyteuſi independenter à matre.*
11 *Subſtitutus à teſtatore non cenſetur ab eo excluſus in*
alia portione .

D E C I S I O XXIX.

EQuiti Philippo Bonadiatæ, immiſſionem petenti, in
bonis emphyteuticis, de quibus agitor , obſtare re-
nunciationem, ab Eleonora eius matre, factam deciſum
fuit, ſub die 24.*Maij* 1660. ſed cõperto poſteà, quod nõ
fuerat ſeruata forma ſtatuti Ariminen. & Conſtitotionis
Marchiæ,requirentibus, in contractibus minorum, præ-
ſentiam proximiorum , & inſinuationem Domini , ſub
die 22.*Iunij* 1661. ex hoc capite, illam nullam eſſe ad-
uertentes , à d. deciſione receſſerunt ; Quia ſicuti nun-
quam fuit controuerſa minoritas Eleonoræ , ita indubi-
tata reſultat nullitas renunciationis , in d. deciſiune fir-
mata , tam ub non interuentum proximiorum à ſtatuti
diſpoſitione requiſitum, vt de ſimili ſtatutu vigente in
Vrbe dixit *Rot. coram Buratt.deciſ 47.num.11.* & in ter- 1
minis renunciationis factæ Arimini per molierem mino-
rem reſpondit *Rot.in rec.deciſ.591.nu.12. & ſeqq. & dec.* 2
610.num.1 p.4.tom.3. quamuis ageretur de renunciatio-
ne iuris futuri, quia, & in his iuribus, & renunciationi-
bus, in quibus minores renunciãtes damnificari poſſunt, 3
neceſſa-

Digitized by Google

neceſſariæ ſunt ſolemnitates, & inſinuatio, ad euitandas
deceptiones,& fraudes requiſita, vt in ſpecie dictum fuit
in *Peruſina Hæreditatis* 10. *Decembris* 1628.*coram Virili*
*poſt Gilian.ad ſtat. Peruſ.deciſ.*47.*num* 6. *Gregor.deciſ.*75.
num.5.*Buratt.deciſ.*120.*nu*.25.*& ibi add, ad litt. E. Gra-*
tian. cap.858.*num*.10. *& ſeqq.*

A qua nullitate ſaluari non poteſt,ex eo, quia renun-
ciatarij erant pariter minores; Nam, præter quod,
ex partita libri Baptiſmatis, conſtat,illos tunc fuiſſe ma-
iores 20. annorum, inſinuatio ad ſubueniendum imbe-
cillitati minorum inuenta, requiritur etiam in donatio-
4 nibus, inuicem inter minores,& mulieres, factis *l.data, C.*
*de donat.Rot.dec.*729.*num*.2.*&* 3.*par.*4.*diuerſ.& d.dec.*97.
*poſt Gilian & in rec.dec.*498.*num*.58 *par*.5. & abſque dif-
ficultate procedit, quando, vt hic, non concurrit paritas
priuilegij, ſed potior eſt cauſa alterius, reportantis,ex cō-
tractu lucrum, vbi alter remanet in damno, ob quod, ac
5 ſi renunciatio facta eſſet maioribus, debuit inſinuari, *ad*
*tex.in cap.audiuis de reſtit.in integ.Couarr pract.qu capit.*7.
num.4. *verſic.ſecundo quia, Rot.cor.Buratt.dec.*480,*num.*
21.*&* ibi, *Add.num.*22.*& poſt Pacif.de Salu.dec.* 123.*nu.*
8.*& in terminis dictum fuit in præcit.dec.*610. *num.* 11. *&*
12.*part.*4 *tom.*3.*rec.*

Neque, abſque inſinuatione ſubſtineri poteſt, ex eo,
quod fuerit correſpectiua ad dotem ſcut.3000. à patre ei-
dem Eleonoræ filiæ, conſtitutam, ad hoc, vt renuncia-
ret, quaſi renuntiatio debuerit fieri, in executionem, &
6 adimplementum præcepti paterni, *ad l præcipimus* 3.*ibique*
gloſſ.& doctores C quando dec opus non eſt, & l.magis puto,
§ pupillus, & l fin ff.de reb.eorum Pat dec. 100.*num.* 3. *lib.*
2.*Buratt.dec.*408.*in fine.*

Quoniam ex hoc, affirmari non poteſt, de intentione
7 patris donantis, fuiſſe,excludere filios ab illa & ad bona
iſta emphyteutica ex perſona propria in inueſtituris vo-
catos, dum de illis nulla legitur facta mentio,in teſtamē
to *l non omnes, ff ſi cert pet.* vnde, mente,& præcepto de-
ficientibus, ſubſequens renuntiatio, à fratribus,in ampliſ-
ſima forma,prout amplectens omnes hæreditates, & bo-
na tùm parentum, tum eorundem fratrum, ac illorum,
etiam emphyteotica, & filijs Eleonoræ renunciantis ex
iure accreſcendi, ac ex inueſtituris competentia, ita, vt
non valeant ſuccedere, & ſic multo plus continens re
nunciatio, quia ,in mandato patris, minimè ſubſtinetur,
abſque requiſita inſinuatione *l qui ſuperſtites, ff. de acqu.*
8 *hæred.Gratian.dec.*131 *num.*8.*Rot.dec.*529 *num* 4 *in fin.*
*par.*1.*diu.Gregor.dec.*496.*num.*8.*& in rec.dec.*106.*n* 8 *p.*7.

Neque Patris intentio, excludendi filios Eleonoræ, ab
his bonis, deſumi poteſt, ex hoc quod,in d.ſuo teſtamen-
to de omnibus bonis ſuis, & ſignanter de iſtis emphyteu
ticis, diſpoſuit,illa fidecommiſſo ſupponens. Nam ver-
bis illis,vnde talis voluntas arguitur, pro omni ipſarum,
& cuiuslibet ipſarum parte; & portione debita & deben-
da, in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus proprijs,
& emphyteuticis, iubens & mandans dd. eius filias, &
quaslibet earum, debere ſtare, & eſſe contentas,tanquam
relatiuis & reſtrictis ad ipſos filios,alius ſenſus dari nequit,
niſi quod voluerit excludere filias dotatas, quatenus ad
9 ipſarum fauorem aperiretur. *l.ille aut ille,§ cum in verbis,*
*ff.de leg.*3.*Soccin Iun.conſil.*3.*num.*36.*lib* 1. Firmo tamen
remanente iure ad fauorem filiorum naſcendorum, in
inueſtituris compræhenſorum, quorum vigore, ex pro-
10 pria perſona, & independenter à matre, & poſt illius, &
fratrum obitum ſuccedere poterant, *Rot.dec.*29.*num.* 14.
*par.*8.*rec.& in Rauennaten.hæreditatis* 24.*Ianuarij §.prout,*
& § rurſus cor. R.P.D. Albergato. & eo magis quia filij
eiuſdem Eleonoræ,& aliarum filiarum fuerunt in eodem
teſtamento ſubſtituti, in defectum filiorum maſculorum
primi gradus inſtitutorum, quæ ſanè ſubſtitutio pluri-
11 mum operatur, ad interpretandam mentem teſtatoris,
alienam ab illorum excluſione *l ſeruus plurium, §.fin. ff.*
*de leg.primo. Soccin.Iun.conſil.*101 *num* 6.*&* 7.*lib.*1.

Et ita poſt ſecundā cauſæ propoſitionem informante
prima vice vtraque parte,& hodie Philippo tantum &c.

R. P. D. Beuilaqua.

Ariminen. Bonorum.

Vener. 22. *Iunij* 1665.

A R G V M E N T V M.

Renunciatio, ſicuti cœteri contractus, vt robur va-
liditatis aſſumat, non ſufficit, vt habeat ſolemni-
tates ſtatuti particularis, ſed requirit vltra dictas
ſolemnitates, alias, vel ſtatuti vniuerſalis,
vel iuris Communis; quando ſimul compatiun-
tur.

S V M M A R I V M.

1 *In emphyteuſi datur immiſſio in vim l.fin.*
2 *Renunciatio matris nocet filio.*
3 *Renunciatio facta à muliere ſine ſolemnitatibus eſt nulla.*
4 *Cum ſolemnitatibus ſtatuti eſt valida.*
5 *In contractu ſeruandæ ſunt ſolemnitates ſtatuti, & iuris, quando ſimul compatiuntur.*
6 *Etiam ſi ſtatutum reddat validum contractum, cum talibus ſolemnitatibus initum.*
7 *Ciuitas alteri ſubiecta non condit ſtatuta.*
8 *Niſi ea approbentur à Domino loci ſuperioris.*
9 *Confirmari non poteſt, quod non eſt in rerum natura.*
10 *Confirmatio non extenditur, vltrà expreſſa.*

D E C I S I O XXX.

PErſiſtentes DD. pro tertia vice, in deciſis, ſub die-
bus 22. *Iunij* 1661, *&* 26. *Februarij* 1663. cen-
ſuerunt, Equiti Philippo Bondratæ, vigore inueſtitu-
ræ, dandam eſſe immiſſionem, in bonis emphyteoti-
cis, de quibus agitur, ad exemplum, *l.fin C de edict.D.* 1
Adr.toll. non minùs, in his bonis, quam in alijs, vigore
teſtamenti, locum habentis, vt probant *Roland. à Vall.*
*conſil.*1,*num*.51.*cum ſeqq lib* 1.*Cald de Iur.emphyt. lib.* 2.
*quæſt.*8 *num.*33. *Rota in Imolen.Bonorum* 8. *Martij* 1596.
*cor.b.m.Card.Pamphilio poſt conſil.*44.*Gionagu num.*75.*lib.*
2.*& in rec.dec.*204.*num.*9.*part.*7.

Nec ab hac petita immiſſione, repelli poteſt Philip-
pus, ex denuò allata exceptione, ampliſſimæ renuncia-
tionis, ab Leonora eius matre, factæ erga fratres, eam
dotantes, cum promiſſione, nec per ſe, neque per filios,
& hæredes moleſtandi, & ideò in tali renunciatione li-
gantur, vt contrauenire nequeant, ſicuti non licebat
Matri renuncianti, ex allegatis in prima *Deciſione ed ta* 2
ſub die 24.*Maij* 1660. *§.non obſtat, & § cuius renunciatio-*
nis effectus. Quia ſubſiſtit reſponſio, in poſtremis deci-
ſionibus, reuocatorijs data, quod, cum dicta renun-
ciatio ſtipulata fuerit, abſque interuentu proximio-
rum, & deficiat quoque innouatio, in Contractu mi-
norum, & mulierum copulatiuè requiſita, *à Conſti-* 3
*tutione Marchiæ, lib.*1.*cap.*25. in toto Statu Eccleſia-
ſtico recepta, nullius eſt roboris, & momenti, vt præ-
ter cumulatos, in vtraque deciſione, plures alij con-
geſti per *Moder Fulgin. diſcept* 30 *num.*1.*cum ſeqq.* & in
terminis ſimilis renunciationis factæ à muliere minori,
Ariminen. reſpondet *Rota in dec.*519 *&* 610 *par.*4. *tom.*
3. *& ex relatis dec.*294 *num.*14 *part.*6.*rec.*

Non releuat, quod in renunciatione ſeruatæ fuerint
omnes ſolemnitates, exigitæ per ſtatutum Ariminen. in
tit. de Contractu, vel quaſi minorum de Anno 1606,
conditum, & ob id valida ſit, *Bald.conſil.*201.*nu.*1.*verſic.* 4
*in contrarium lib.*1.*Gabr.conſ.*29. *nu.*47.*lib.*2.*Eugen.conſ.*
45.*num.*40 *lib.*1.*Gra diſc.*..*per totum, & præcipue num.*13
*& diſc.*484 *num.*2.*Rot.dec.*374.*part.*2.*& dec* 330 *nu.*3.
part.

Digitized by Google

part.2.dec.9. cùm in ſtatuto nulla ſiat mentio de inſinua-
tione adhibenda poſt ſtipulatom Contractum, non de-
rogat præcedenti diſpoſitioni, contentæ in conſtitutio-
ne, quæ propterea, cùm dicto ſtatuto, benè compatia-
tur, & proindè vtriuſque ſolemnitates erant ſeruandæ,
5 *Menoch conſ.1077 num.2.Gratia.d.cap.9. numer.25.Ros.
dec.385.num.5.part.2.rec. Grat dec.260.nu.4. Buratt dec.
333 numer.6.* & in puncto fuit reſolotum præcit. *deciſ.
610.num.3. part.4. tom.3.rec.* Etiamſi ſtatutum declarat
Contractus validos, adhibitis ſolemnitatibus, ibi expreſ-
ſis, quia id intelligitur, reſpectu ſolemnitatum, quæ in
ipſa celebratione Contractus requiruntur, non verò in-
6 ſinuationis, ſeparatiuè agnitæ, in vim conſtitutionis pro
uincialis, quemadmodum in terminis reſpondet *Rota in
deciſ.610.num.5.* & de altero ſimili ſtatuto, *deciſ.21 nu.6.
& ſeqq. & deciſ.22.num.13. apud Giltan. ad Stat Peruſ.
& in Firmana Cenſus 3.Iunij 1658. §.quod procedit coram
R. P. D. Priolo.*

Præterea, cum ſtatutum ſit conditum a Ciuitate Sedi
Apoſtolicæ ſubiecta, & prohibita huiuſmodi ſtatuta cō
7 dere abſque Summi Pontificis authoritate, *Bald. in l. om-
nes Populi num.6.verſ.poſteà nullius de Iuſt. & Iur. vbi Io:
Baptiſta de S.Seuerino, nu.8. verſ. ſi autem voluerit.Grat.
diſc.forenſ.cap.245.num.37 Rota apud Buratt.dec.6.nu.1.
& coram Gregor deciſ.267.num.7.& ibi. Add & apud
Pen deciſ.237 num. 5. iuxta Ven impreſſ.* nec appareat,
de confirmatione in forma ſpecifica, nullius eſt roboris,
ad tollendas vires Conſtitutionis Marchiæ, quæ corro-
8 borata eſt decreto irritanti, & *in cap.36.lib.2.* annullat
omnia ſtatuta aliter, quam ibi diſponitur, ordinata, *Grat.
in præcit.cap.245.num.38 Fenzon. ad Stat Vrb. in princip.
num.35. & ſeqq. Rota apud Gregor. deciſ 267.num.7. &
ibi, Add. num.14.*

Non ſubſiſtit, quod hoc Statutum fuit a S.M. Iulio II.
de Anno 1509. confirmatum, quia in literis, ſuper con-
firmatione, emanatis, & relatis in *Summ.* illorum de Bal-
d.., & Battaglinis, *num.7.* aliud in effectu non conti-
net niſi, quod Pōtifex confirmabat, quædam Statuta, Ca-
pitula, Ordines, & Conſtitutiones, præuia facultate eiſ-
dem conceſſa pro commodo, & vtilitate Ciuium Arimi-
ni factas per Card. Sanctæ Cæciliæ Bononiæ, & Pro-
uinciæ Romandiolæ de Latere Legatum, & Archi-
presbyterum Cameræ Apoſtolicæ generaliter Audi-
torem, & in quodam libro ipſorum Sigillis, munito,
allegatum, inter quas certè non eſt compræhenſum
Statutum, de quo agitur, multò poſteà conditum, nec in
conſequens poteſt cadere, ſob tali confirmatione præce-
9 dentis actus, *cap. expecta de conſt. cap. dudum vbi Decius
de Decimis, cap. auditis de elect. cap. prudentiam, &
ibi Innoc. de Offic. de legat. poſt Imol.conſ.24. in fin.*

Et ex hoc patet nullum poſſe fieri fundamentum, in
ſubſequota confirmatione Clementi VII. content. in li-
teris præfati Iulij eius Anteceſſoris, quia dum iſtæ loquū-
tur de certis particularibus Statutis, & non poſſint verifi-
cari in alijs & præſertim, in hoc, tunc non exiſtente, con-
firmatio ad illud non extenditur, quod in literis confir-
10 matis non includitur. *Dec. in l more num.3. ff de Iuriſd.
omn Iud Magon dec.Luc.14.num.22.*

Nihil tandem, refragari viſum fuit, quæ dicebantur
de compræhenſione huius Statuti, inter illa condita de
Anno 1334. per Iudices Prouinciæ, & poſt decennium
reuiſa, ac de eius viridi obſeruantia de Anno 1524. & pro
validitate renunciationis ſeruatis illius ſolemnitatibus, fa-
ctæ conſolit *Brun in conſil.* 37. Quia, præter quod Bru-
nus nititur principaliter pacto de non petendo, in re-
nunciatione adiecto, ſemper Statuta, ex defectu confir-
mationis Apoſtolicæ, in forma ſpecifica Iuribus non ſub-
ſiſtunt, & remanſerunt poſt poblicationem Conſtitutio-
nis Egidianæ à Paulo III. de anno 1638. confirmatæ, pe-
nitus annullata, & ſic ſtat firmū, quod d. renunciatio, ex
defecto inſinuationis ſit inualida, iux. *author. ſupradi-
ctas,* & in alijs deciſ. adductas.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Beuilaqua.

Auximana Donationis.

Lun. 8. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Omiſſa bona peruenta à patre filijs, debent inter fra-
tres conferri, etiam ſi, ille, qui prætendit non ha-
bere locum collationem, habuerit bona, tamquàm
donata eius filijs, & non ſibi.

SVMMARIVM.

1 *Collatio non habet locum in donatione voluntaria.*
2 *Et habet locum inter æqualiter ſuccedentes.*
3 *Filij volentes ſuccedere parentibus, tenentur conferre inter fratres, quicquid habuerunt à patre, niſi collatio prohibeatur.*
4 *Collatio eſt adinuenta, vt ſeruetur æqualitas inter filios.*
5 *Pater præſumitur ſeruare æqualitatem inter filios.*
6 *Iudex in iudicando debet habere præ oculis æqualitatem.*
7 *Ea quæ imputantur in quartam, conferri debent regulariter.*
8 *Collationi eſt locus, conſtito, de voluntate diſponentis, non obſtantibus quibuſcumque.*
9 *Donatio, contemplatione matrimonij Collationi eſt ſubiecta.*
10 *Donatio dicitur ob cauſam, quando eſt facta filio, vt nobiliores contrahat nuptias.*
11 *Collatio non habet locum, niſi in bonis eius, cui ſucceditur.*
12 *Niſi ab alio bona fuerint relicta, contemplatione eius, cui ſucceditur.*
13 *Donatio facta filijs cenſetur facta contemplatione patris, quando in ea pater aliquo caſu ſuccedere poteſt.*
14 *Donatio facta alicui, cum reſeruatione vſusfructus ad fauorem plurium perſonarum, dicitur fruſtatoria.*
15 *Limita, quando donatarius habet alias vtilitates ex donatione.*
16 *Collatio habet locum, etiam in bonis, in quibus quis remanet creditor.*
17 *Bona primogenituræ regulariter non ſunt conferenda.*

DECISIO XXXI.

VT recederetur a deciſione, ædita coram Me, ſub die
28. *Iunij* 1658. in qua dictum fuit, bona donata a 1
Lodouica, eſſe conferenda Ioſepho donatario, cum alijs
donatricis filijs, informantes pro eadem, duo potiſſimum,
hodiè, opponebant. Vnum, quod collationi locus non
ſit, in propoſito, quia donatio fuerat voluntaria. Alte-
rum, quod donatio facta fuerat, non Ioſepho, ſed filijs,
ex eo procreandis, & conſequenter ceſſare Collationem,
cum nepotes non tractent, de ſuccedendo Auię, vna cum
patruis, & collatio ſolùm detur, inter æqualiter ſucce-
dentes, iuxta doctrinam *Baldi*, & aliorum Authorum 2
cap. teſtamento de collat.

His tamen non obſtantibus, donationem eſſe conferen-
dam, & ſic, ſtandum eſſe, in deciſis, cenſuerunt DD. am-
plectentes denuò concluſionem, in deciſione firmatam,
nempè filios, quoquo modo, ſuccedere volentes paren-
tibus, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, teneri con-
ferre, ad beneficium fratrum cohæredum, cuncta, quæ
parentes, ex propria ſubſtantia, etiam contemplatione
certi matrimonij, largiti fuerunt, dummodò tamen, 3
collatio

collatio prohibita non reperiatur *l in quartam. ff. de leg.*
Falcid Pariſ.conſ.19. num.33. & ſeqq.lib.2.Fontanell. de
pact.nupt. clauſ.4 gl.1. num.39. cum multis ſeqq. Altogr.
conſ 7 num.27.lib.1 Roland conſ.70.nu 15.lib.4. cum alijs
allegatis in alia deciſione huius cauſæ §.reſolutionis fun-
damentum.

Huius autem collationis introducendæ ratio fuit, ipſa
4 æqualitas, inter filios ſeruanda, vt innuit *tex.in l fin cap.*
comm.vtriuſque Iudic.& in l.illud cap. de collat. ne alias,
inter eos, inuidia, & diſcordia orirentur; Quamobrem
*Soccin. Iun. consil.160. lib.2. numer.*20. referens dictum,
Soccin.Sen. Aui ſui, affirmat, fratrem nolle extraneum de
hæreditate habere parentum, quàm alterum germanũ,
plus ſe aliquid, quantumuis minimum, quam æqualita-
tem, vti pacis, ac fraternæ charitatis, nutritiuam, non
5 ſolùm præſumitur parens voluiſſe ſeruare, inter filios,
vt dicit, *Soccin. ibid.* verùm ea de cauſa ipſe Iudex am-
6 plecti debet, in Iudicando, ex præcepto Imperatoris *in*
§.illud quoque Auth. de non elig. ſecundum Rubert. quem
textũ, cum alijs, ad propoſitum expẽdit, & refert *Ciroc.*
diſcept.74.num. 14. quapropter DD. id libentiùs, in præ-
ſenti facti ſpecie, ſequuti fuerunt, vbi, pro collatione, ne
dùm, viſa fuit concurrere iuris præſumptio, ſed & ipſa
Ludouicæ donatricis voluntas elicita, ex iniuncto præ-
cepto Ioſepho, accepto ferendi donationem in legitimã;
vndè ſubſequitur generalis Iuris regula, quod ea, quæ
7 imputantur in quartam, ſubiacent collationi, *l. illud, C.*
de collat. vbi Decian. n.5. Theſaur. deciſ.46.num.5. Mer-
lin. de legit. lib.2. titul. part.1. num.2. quando enim diſ-
ponentis voluntas accedit, ceſſat omnis diſputatio, &
8 totum id, quod poſſet in contrarium allegari *l quia pa*
ter, ff famil. erciſc. Theſaur. vbi proximè. num.11. Mi
chal. de fratr. cap.19 num.11 part.11. Rot. dec.568. nu.2.
coram Greg.

Non obſtat, quòd donatio fuerit intuitu Matrimonij,
voluntariè à matre procedens, & ob id collationi non
adſtringi, quoniam in contrarium eſt *text. literalis in l.*
vt liberis, C. de collat. & in terminis conſuluerunt, *Caſſ.*
9 *consil.73 numer.70. Rolan.conſil.70.numer.16.17. lib.4.*
Rota coram Merlin deciſ.586.num.2. in fin. Michal. vbi
ſupra num.12.

Neque hic applicabilis viſa fuit diſtinctio cauſæ ne-
ceſſariæ, & voluntariæ, quoniam, vt iſta donatio, ad effe-
ctum, de quo agitur, dici poſſit ob cauſam, non requiri-
tur, quod ſit ſimplex, & abſolutè neceſſaria, ſed ſufficit,
quod fiat a matre, Iure naturali impulſa maternæ dile-
10 ctionis, ditiores, & nobiliores contrahat nuptias, vt pon-
derauit *Ricchard. in eius tract. de Ration. in artic.3.nu-*
mer.24. 25. & ſeqq. fol. mihi 180. *Roland. vbi ſu-*
pra numer.14. Fontanell. de Pact. nupt. dict. clauſ.4. gl.1.
numer.35.40. Molin de Rit. nupt. lib.3. part.21. num.14.
Fab. de err pragm. decad.41. err.1. numer.6. verſicul.
deniquè, Cutell. de donat. conſt. matr. tom.1. diſc.3 part.
2. num.24.

Minùs ad euitandam collationem, profuit allegare,
11 quod ex mandato Procuræ ad donandum, donatio re-
ſultet, in fauorem filiorum naſciturorum, qui quemad-
modùm Auiæ non ſucceſſerunt, ita, à Collatione eua-
dunt immunes, nam vltrà, quod Bald. & alij loquun-
tur, de filijs, tam natis, & cognitis donantis, quales non
erant filij Ioſephi; obiectum remouetur, quia etiamſi
in præcedenti mandato expreſsè non legatur Ioſeph;
tamen Ludouicæ intentio, fuit principaliter eidem do-
nandi, vt liquet ex antecedenti declaratione b. m. Card.
Caraffæ, cuius opera matrimonium conclusum fuit,
vt in *Summ.* reſponſ. Aſconij, *nu.2.* & ex Inſtrumen-
to ratificationis, omnibus ſolemnitatibus roborato, ibi,
Cum d. Ludouica Guzzalina ſingulari ſemper amore, &c.
erga d. Ioſeph. noua dilectionis Signa præbere, & geſta
alias erga d. D. Ioſeph, eiuſque filios naſcituros plena-
riæ executioni demandare, &c. ex his ſanè verbis optimè
12 demonſtratur, quod donatio, reſpectu filiorum, fuit
contemplatione ipſius Patris; Intrat, propterea de plano

collatio, vt in *l. ſcimus, C. de inoff. teſt. Bart. in l. dotem*
dedit, num.2. cap. de collat. bon. Surd. conſ.361. num.30.31.
Grattan diſc.405. num.16. & 667. num 1. & a contrarijs
vindicat *Gionagn. reſp.83. num.70. lib.1.*

Neque contrarium inferri valet, ex coniecturis,
nam præter enumeratas, & reiectas, in prædicta deci-
ſione non viſa fuit obſtare, altera deducta, ex eo, quod
donatrix expreſsè cauerit ipſos filios cenſendos eſſe pri-
mos donatarios, quatenus creditores paterni illum ſu-
per bonis donatis moleſtarent, quia cum moleſtiæ ſu-
peruenerint, donatio ex defectu conditionis, remanſit
Ioſephi, vt in fortioribus, quod donatio dicatur reſpice- 13
re commodum Patris, vt illius contemplatione facta,
cenſeatur, etiamſi ſola ſpes, pro eo adſit *Mandoſ. consil.*
658. numer.7. quem ſequitur *Gionagn. alleg. reſp.83. n.70.*
verſic. Tertio, quia.

In nihilo releuante, quod donatrix vſumfructum
bonorum donatorum reſeruauerit ſibi, ac b.m. Epiſco- 14
po Mineruin., & Syluestro alteris filijs, vndè arguen-
do, cum *Cranett conſ.85. num.1. & Surd. eius Sectato-*
rem conſil.143. ſub nu.3a. infertur donationem eſſe fru-
ſtratoriam, dum in vita Matris, & duorum filiorum,
fructus percipi non poterant, poſt mortem verò bona
donata erant conferenda; Quoniam vſusfructus fuit re-
ſeruatus vnicuiquè pro rata, & ſic per obitum dona-
tricis acquirebatur donatario pro tertia parte, ſicut
etiam per aliorum reſeruatariorũ prædeceſſum, reliquę 15
duæ tertiæ partes eidem acquirebantur, & plures vti-
litates, ex tali donatione filio reſultare reprobatis Cra-
nett. eiuſque ſequacibus enumerat *Gionagn. vbi ſupra*
num.13. verſic. quoniam hoc, Roland. dict. conſil.70. nu-
mer.15. Ludou. Bell. conſil.19. numer.33. & ſequen-
do Gionagn. eos recenſet ipſe *Surd. conſ.361. n.32. &*
Cranett. conſil.677. numer.2. firmat donationem eſ-
ſe conferendam, & ſe retractat ab eo, quod dixe-
rat *in conſil.* 85. dicendo, quod tunc contrarium
reſponderat, quia, in illo caſu, donatio matris
erat ſimplex, non autem cauſa Matrimonij, vt
hic.

Propterea DD. vltra bona donata, adducendum
eſſe ad collationem putarunt, etiam creditum Ludo-
uicæ, ratione adminiſtrationis geſtæ per Ioſephum,
tam de omnibus bonis donatricis, vſque ad diem 25.
Februarij 1650. quo illud in ratificatione donationis
fuit reo remiſſum, & condonatum *Summ.* Aſcanij,
num.1. lit. C. quàm poſteà, vſque ad mortem matris, 16
etiam de vſufructu bonorum donatorum, qui vigore
antedictæ reſeruationis, ſpectabat ad illam, quatenus
Ioſephus, in redditione rationis reperiatur debitor, id
quoque per rationes ſuperius expreſſas, venit conferen-
dum *Valaſc. de partit. conſ.13 num.148.149. Gamm deciſ.*
Luſitan.164. per tot.

Demùm, quoad Domum habitationis ipſius donatri-
cis, quam Aſcanius prætendit, non eſſe collationi obno-
xiam, ſed ad ipſum vigore particularis primogenitu-
ræ, conſtitutæ, Anno 1588. in Contractu matrimo-
niali ipſius Matris, reſpondebatur, pro parte Ioſephi, 17
ſuper ea litem pendere, in Tribunali A. C. coram quo
licet Aſcanius poſſit, agendo eam petere, vigore d. pri-
mogenituræ, & in Rota excipiendo, inſtare, vt declare-
tur illam collationi non ſubiacere. Attamen DD. pro
nunc, circa eam, nil firmare voluerunt, ſicut Aſcanius
pro effectu collationis, in principio cauſæ petijt immiſ-
ſionem, in alijs bonis donatis, reſeruando ſibi Iura d. pri-
mogenituræ, ſuper hac Domo, & in ſententia de par-
tibus, in eius *Summ.* primæ poſitionis, *num.7.* in
fine.

Atque ita concluſum fuit ſtandum eſſe in deciſis,
vtraque, &c.

D R.P.D.

Digitized by Google

R. P. D. Beuilaqua.

Bononien. Donationis.

Lune 17. *Iunij* 1661.

A R G V M E N T V M.

Donatio lucratiua, vel cum modico onere, ad fauorem abſentis, cum ſtipulatione notarij, non poteſt reuocari, ante acceptationem; Etiam ſi donatarius, nondum adimpleuerit ordinata à donante.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio facta cum omnibus ſolemnitatibus ab ingreſſuro religionem non poteſt reuocari ante profeſſionem.*
2 *Donatio ad fauorem abſentis antè acceptationem reuocatur.*
3 *Contra, accedente ſtipulatione notarij.*
4 *Donatio, quæ poteſt habere onus, non dicitur acceptata, ex ſtipulatione notarij.*
5 *Tutor acceptare poteſt donationem, ad fauorem pupilli, ita vt impediat pœnitentiam.*
6 *Donatio, cum modico onere dicitur ex titulo lucratiuo.*
7 *Et ideò ex ſtipulatione Notarij dicitur acceptata.*
8 *Donatarius repellitur exceptione non implementi.*
9 *Obligatus ad aliquid debet interpellari.*
10 *Depoſitum habet vim ſolutionis.*
11 *Et reijcit exceptionem non implementi.*
12 *Defectus implementi, ex culpa partis, non obſtat.*

D E C I S I O XXXII.

DOnationem, quam Anna Maria, intendens Monaſterium ingredi, fecit, ad fauorem Siluetriæ Sororis,
ante in eo emiſſam profeſſionem, reuocauit, & aliam,
ad commodum Bernardini Patrui, ordinauit, ſuper
quibus donationibus, cauſa in iudicium deducta, ema-
1 nauit ſententia, ſuper ſubſiſtentia primæ, quæ ſenten-
tia, hodiè, confirmata fuit; Cum pro validitate concur-
rant omnia requiſita *in deciſ.160.part.2. coram Caputa-
quen.* Iuſtitia autem, ex eo patet, quòd donatio fuerit fa-
cta ab ingrediente Monaſterium, præcedente Iudicis
Decreto, alijſquè neceſſarijs ſolemnitatibus adhibitis,
ac iuramento roborata, non licuit donatrici, habenti in-
tentionem profitēdi, & Deo inſeruiendi, illam reuocare,
vt præter adductos *in deciſ. Eminentiſs. Celſi*, 21. *Maij*
1660. §. *nam illa*, firmant relati per *Gratian. diſcept. for.
cap.*971. *num.*11. *&* 12.

Non obſtat, quod donatio facta fuerit Siluetriæ ab-
ſenti, ideò potuit antè acceptationem reuocari *l. abſen-
ti*, 10. *& ibi DD. ff. de donat. Pariſ. conſil.*88 *numer.*13.
2 *libr.*3. *Cancer. variar. reſolut. part.*1. *capit.*8. *numer.*36.
*Rota deciſ.*421. *numer.*1. *&* 428. *numer.*2. *tom.*2. *recent.*
nam, ſtante ſtipulatione Notarij, pro ipſa donataria
abſente, donatio euaſit irreuocabilis, abſque alia ac-
ceptatione. *Soccin. Iun. conſil* 67. *numer.*4. *lib.*3. *Me-
nocch. conſil.*1158. *numer.*48. *&* 54. *Gratian. diſcept.*729.
*numer.*19. *Cancer. variar. reſolut. part.*1. *titul.*8. *de donat.*
3 *num.*43. *&* 44. *Rota coram Cardin Seraphino deciſ.*427.
*apud b. m. Merlin deciſ.*404. *num.*3. *& in recent. deciſ.*428
*numer.*3. *cum ſequen. part.*4. *tom.*2. *& dec.*308. *num.*10.
*part.*5.

Nec releuat replicatio, quod Concluſio procedat in
donatione pura, & ſimplici, ſecùs in oneroſa, & mixta,
vltro citroque obligatoria, qualis eſt iſta, de qua agi-
tur, in qua ob poſsibile damnum donatariæ, non intrat
4 tacita acceptatio reſultans, ex titulo lucratiuo, in do-
natione ſimplici, non obſtante ſtipulatione antè ſe-
quutā ratificationem, liberum eſt donatori, ab illa reſi-
lire, vt tradunt *Alexand. conſil* 104. *num.*3. *verſicul ta-
men videtur lib.*3. *Rub. Alexand. conſil* 117. *col.*3. *Roland.
à Vall. conſil.*19. *numer.*25. *lib.*1. *Nate. conſil.*56. *num.*25.
Laderch. conſil 75. *numer.*3. *Rota dec.*274. *numer.*2. *&
ſequenti pars* 6. *& deciſ.*26. *numer.*1. *cum ſequenti part.*7.
recent. Tollitur enim obiectum, nedùm, quia in præ-
ſenti caſu, vltra ſtipulationē Notarij interuenit Mater
Siluetriæ, tunc, & poſteà pro nutrice ſe gerens, & ab
ipſo Bernardino, vti talis recognita, & pro abſente do-
nationem acceptauit, quæ acceptatio, ad hunc ef-
fectum ſufficit, ad finem, ita vt non ſit locus pœniten-
tiæ, *l. quoties* 5. *& ibi Salicetus, Cod. de donat. quæ ſub* 5
*mod. finit Rubert. Alexand. dict. conſil.*112. *numer.*5.
Abbas. conſil 36. *num.*2. *Couar. variar. reſolut. libr.*1.
*capitul.*14. *numer.*13. *Theſaur deciſ* 78. *numer.*13. *Io-
ſeph Ludouic deciſ.*29. *num.*8. *&* 9. *Rota coram Car-
dinali Seraph deciſ* 473. *numer.*4. *& dec.*42. *numer.*11.
*& in recent. deciſ.*69. *numer* 78. *pars.*7. *Adden. ad Decis
Lucan Magon* 38. *lit. D.* Sed etiam, quia habito reſpe-
ctu ad valorem bonorum donatorum, & cum maiori
onere d. Bernardinum ſecundum donatarium acce-
ptorum, grauamina impoſita Siluetriæ ſunt ſatis mo-
dica, & leuia, quo caſu donatio retinet titulum lu-
cratiuum, & viget ratio, quod donataria eſſet ra-
tam habitura, adhoc, vt ſufficiat ſtipulatio Notarij, 6
& præſumatur acceptatio *Mol n. de Iuſt. & iur inſpect.* 7
164. *colum.*5. *verſicul, obſerua Cancer. variar reſolut par,*
1. *capitul.*8. *de donat. num.*49. *verſic. ego ſuper iſto puncto
Ioſeph. Ludouic. d. deciſ.*29. *num* 21. *verſic præterea cum
donatio. & alij, quos adducit Modern. Lucan. conſil.*38.
*num.*7. *lib* 2.

Non obſtat, quod ea lege donatum fuit, vt dona-
taria dotem libr. 6000. Monaſterio ſolueret, aliaſquè
menſtruas libras 25. præſtaret, quibus non præſtitis,
Siluetria veniat repellenda, exceptione non adimple-
menti, *l. Iulianus* §. *afferri ff. de act. empt. l. final Cod.* 8
*de reuocat. donat. l.*2. *&* 3. *l. ſi prætendi & l. ſtipulati*,
*Cod. de donat. ob cauſ. l. quia Cod. de donat quæ ſub mod.
finit Coccin. deciſ.*240. *numer.*6. Nam, præter, quod ex
partitis datis in *Summ.* alterius poſitionis, & in calce
reſponſionis factæ, pro patre illius, patet, ipſam adim-
pleuiſſe, in ſoluendo ea, ad quæ ſe obligauerat, & de-
bebantur donatrici, ante emiſſam profeſſionem, pro alijs
autem, non niſi ea emiſſa debitis, debuiſſet interpella- 9
ri, vt aduertit deciſ. Eminentiſs. Celſi, quamuis non
interpellata, ſeparatam eſſet declarauit, & renitente
Monaſterio recipere, fecit depoſitum, quod vim ſolu- 10
tionis habet, & ſic quamcunque non adimplementi ex-
ceptionē reijcit *l. acceptam* 19. *Cod. de vſur. l.*3. *in fin. C.* 11
*de iur. Emphyt. Ruin. conſil.*167. *ſub num* 5. *lib.*1. *Cyriac.
contron.*158. *num.*3. *&* 24. *Rota deciſ.*196. *numer.*1. *part.*3.
*& poſt Cenc. de Cenſ. deciſ.*295. *nu.*1. *&* 297. *n.*6. *&* nihi-
lominus attenta reuocatione, contra donatariam facta à
donatrice Impeditur, & non valet de non adimplemen-
to opponi, etiam ſi verè in ea defeciſſet, ſed habetur, ac
ſi quidquid deberetur fuiſſet adimpletū *l. Iuris cuilis. C.* 12
*de condit. & demonſtr. l. qui operas, Cod. locati Gloſſ. de
except. except.* 15. *nu.*49. *Maſcard de probat. concluſ.*1383
*num.*65. *Cyriac. contron.* 466 *num.*5. *Rota deciſ.* 208.
num 13. *&* 14. *part.*5. *recent.* cauſa doli, & circum-
uentionis, propterea, ſe ad donandum ſeductam eſſe do-
natrix expreſſit, & nullatenus plenè, & cōcludenter pro-
batā in actu donandi, tollitur omne, alias, & non impe-
menti oppoſiti defectus ad infringendam donationem
ad *tex. in l. cum dilectus* 6. *ff. de his qui vi metuſue cauſ.* &
latè omnibus reſpondet *dec. Eminentiſs. Celſi*, §. *non ob-
ſtat, & ſeq.* cum quibus DD. tranſiuerunt pro confir-
matione ſententiæ Rotalis.

Et ita vtraque parte Informante, &c.

R. P. D.

Digitized by Google

R.P.D. Beuilaqua.

Fæſulaoa Bonorum.

Lun. 30. Aprilis 1668.

ARGVMENTVM.

Prælegata non veoiunt in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, & Conceſſio emphyteoſis, facta duobus, quando cenſeatur, pro virili, ita, vt inter illos excludatur Ius accreſcendi, ex defectu vnius lineæ.

SVMMARIVM.

1 *Prælegata non veniunt ſub fideicommiſſo vniuerſalis.*
2 *Præcipuè, ſi fideicommiſſum ſit in omnibus alijs bonis.*
3 *Præſumptio deducitur ex præſumpta reſponſione teſtatoris, ad tacitam interrogationem.*
4 *Fideicommiſſa ſunt odioſa, & niſi fiant à teſtatore, non ſunt inducenda.*
5 *Conceſſio facta duobus, cenſetur pro virili.*
6 *Nec inter illos, datur ius accreſcendi.*
7 *Noua conceſſio ſequitur naturam antiquæ conceſſionis.*
8 *Dictio,* reſpectiuè, *excludit ius accreſcendi.*
9 *Primus acquirens dicitur ille ſolus, qui interfuit contractum.*
10 *Ratificatio emphyteuſis probatur, ex ſolutione Canonis, & aliorum onerum.*
11 *Pacta inter plures emphyteutas, iuxta non præiudicant Domino directo.*
12 *Ius accreſcendi habet locum in emphyteuſi, quando eſt clauſula,* poſt mortem omnium.
13 *Obſeruantia non præiudicat, non probata ſcientia eius, quod ſeruatur.*
14 *Epiſcopus præſumitur ignorare naturam emphyteuſis.*
15 *Miniſtri non præiudicant Eccleſiæ.*
16 *Inſtrumento conceſſionis ſtatur, donec de contrario doceatur.*
17 *Dominium non eſt opus, vt probetur ab Eccleſia, quæ eſt rea.*
18 *Dominium probatur ex longa receptione Canonum.*
19 *Et ex confeſſione partis.*

DECISIO XXXIII.

MEnſa Epiſcopalis Fæſulana prætendens, oonnolla bona liuellaria, Iamdiù ad ſe fuiſſe deuolota, illorum poſſeſſionem accepit, occaſiooe obitus Fabritij de Mormorijs, ſed præteodentes Iacobus, & alij de Mormorijs, eadem booa ad ſe ſpectare, tam vigore fideicommiſſi Pauli, quam recognitionis ſtipulatæ Anoo 1545. Introduxerunt litem, ſuper immiſſione, quam illis eſſe concedeudam coram R. P. D. Meo Emerix Rota reſpondit ſub *die 29. Martij 1666.* ſoper qua reſolutione, per me in illius locum ſubrogatum, dubio hodiè propoſito, receſſum fuit à deciſis.

Non enim ſubſiſtere in facto, animaduerterunt DD. Paulum, ſuper bonis, de quibus agitor, condidiſse fideicommiſsum, cùm ex lectura teſtamenti, io hodierno *Summ.* Menſæ *num.* 1. appareat, Teſtatorem prælegaſse Iacobo, & Petro, filijs diuiſim, & ſeparatim, abſque vllo onere fideicommiſsi, certa bona, inter quæ (ſecluſo Prædio *Caſa maggio*, ſeo *Valumole*, compræheoſo lo recognitione ſtipulata Anno 1575. de qua hodie non diſputatur) continentur controuerſa Prædia
à Caſtiglione Maglioli, e Poggio, & ſucceſsiuè; In omnibus autem alijs bonis vniuerſales hæredes, cum fideicommiſſo ſcripſiſſe, eoſdem filios, ſub quo bona prælegata non venire, ſequendo Theoricam *Bartol. in l. ſi* 1
quis ſeruum §. fin. ff. de leg. 2. tradunt Peregrin. de fideic. artic. 7 numer. 15. Fuſar. de ſubſt. quæſt 650. num. 6. & ſeqq. Riminald. Iun conſ. 147. num. 50. Gratian. diſcept 404. num. 16. Rota deciſ. 48. num. 27. coram Cocc. & deciſ. 112. numer. 4. part. 11. recent. & in Amerina Fideicommiſſi 4. Maij 1663. coram Me, attenta potiſſimùm, dictione illa aduerſatiua, *autem*, poſita vna cum verbis, *in*
omnibus alijs bonis, quæ oſtendont inſtitotionem fa- 2
ctam fuiſſe in alijs bonis, exceptis tamen, prælegatis, *l. Marcellus § quidem liberis, & l. in fideicommiſſariis, ff ad Trebellian. Peregrin vbi proximè numer. 44. Surd. conſil. 265 numer 5. & deciſ. 269. num 1. Romana Legati, 1. Martij 1660. coram Me.*

Quod clariùs innoteſcit, ex eo, quod prohibitio alienationis, & deſideriom conſeruationis in filijs, & deſcendentibus, non egreditor Domom magnam, Florentiæ, & Prædia, nuncupata di *Bencista, e di Licciole*, & alia bona impoſterùm acquirenda, talis, quippè, limitatio, & reſtrictio magis demonſtrat Teſtatoris mentem fuiſſe, hæc dumtaxat bona venire in reſtitutione fideicommiſsi, non aotem ea, quæ anteà prælega-
uerat, nam ſi, de his etiam iotellexiſſet, vtiquè dixiſ- 3
ſet, *ad tex. in l. cum Prætor, ff. de Iud. Peregrin. vbi ſupra numer. 32. & Fuſar. numer. 97. Menoch conſil. 86. numer. 25. Merend. contron. iur. lib. 4. capu. 45. numer. 24.* cum fideicommiſſa, tamquam odioſa, oiſi a teſtatoribus iniunganior, indoci non debent, vt pluribus re-
latis, decidit *Rot in Bonon. Fideic. 1. Aprilis* 1650. *§. ex* 4
his cor. b. m. Leone Veroſp. impreſſ. apud Cenſal. in addit. ad Pereg de fideic. deciſ. 35. num. 13.

Minùs etiam viſa fuit debita immiſsio, vigore recognitionis *Anni* 1545. quia, cum bona fuerint acquiſita, & recognita a Paulo, nomine ſuo, & Petri Matthęi, & Ioannis Fratrum *Summ.* præterito menſe *numer.* 5. cenſetur acquiſita voicuique pro virili, ita, vt deſcendentes à Paulo, quales ſunt actores de Mormorais ipſius ſolam quartam partem, non verò alterum præ-
tendere poſſunt, *Alexandr. conſil. 119. numer. 1. libr. 1.* 5
Dec. conſil. 58. num 1. Cald. de emphyt. tit. de nomin. emphyt. quæſt. 19. num. 83. & lib. 1. cap. 2. num. 68. Rot in Bonon. Bonorum. 28. Ianuarij 1664. §. nihilominus, coram R. P. D. Meo Albergato, nec inter illos locus eſt Iori accreſcendi, ſed extincta linea vnios, portio deficieotis non ad ſuperſtites, ſed ad Eccleſiam Dominam dire-
ctam deuoloitur, *Bellon de Iure accreſcendi, cap 6. quæſt.* 6
38. num. 165. lib. 1. Card. Mantica de tacit. lib. 22. tit. 34. num. 33. Rot deciſ. 176. num. 5 par. 5 rec. & deciſ. 97. coram Card. Seraph. in princ. & in Portuen. Stagni coram Card. Panzirolo, in rec. dec. 222. num. 17 part. 8. & dec. 57. nu. 10. & dec. 89. num 40. part 9.

Idquè fortiùs militat, in caſo noſtro, cùm in dicta recognitione, exprimantur Inſtrumenta emptionom bonorum recognitorum; *quæ voluerunt haberi, & tractari* (ſunt verba Inſtrumenti) *perindè, ac ſi eſſent Inſtrumenta publica liuellaria locationis, & conceſſionis facta dictis reſpectiuè nominatis, ac ſi recepiſſent pro ſe, & eorum, & cuiuslibet eorum filijs, & deſcendentibus ma-*
ſculis reſpectiuè, ſecundum naturam liuellariæ conceſſio- 7
nis; Hæc enim clauſula ioncta reſtringit ad terminos, & natoram ipſius Contractus Liuellarij, per ea, quæ tradit *Rota coram Cardin. Seraph. deciſ. 794. numer. 8. & in rec. deciſ. 310. numer. 19. part. 5. & dec. 35. numer. 6. poſt Sald. Labyr. cred.* & ſic ad conceſſionem pro virili, abſque Iure accreſcendi, ponderando præcipuè dictionem illam, *reſpectiuè* pluries repetitam, quæ magis excludit Ius accreſcendi, cùm diſtinguat, & ſeparet par-
tes, & portionem ſuam vnicuique tradat *Gratia. diſcept* 8
607. nu. 9. Rot. cor. Caual. dec. 581. numer. 30. cum alijs per Barboſ. de dict. 348. num. 6.

D 2 Non

Digitized by Google

Nun obſtat , quod alij fratres ſtipulationi antedictæ
recognitionis non interfuerint , quoſque ratificaturos
Paulus promiſerit , quod cum impletum non fuerit ,
prætendebant informantes pro Mormorais, ſolum Pau-
lum, qui obſeruantiam contentorum, in Inſtrumen-
9 to, proprio nomine promiſerat , ob id effectum fuiſſe
ſolum acquirentem, quoniam obiectum remoueri vi-
ſum fuit , ex facto, cùm ratificatio aliorum fratrum ,
deducatur , ex eo, quod tamquam liuellarij , & em-
phyteotæ, cum prædictis Petro, & Iacobo filijs , &
hæredibus eiuſdem Pauli , ſuper diuiſione dictorum
bonorum , compromiſerunt, vt in eodem *Summ.* men-
10 ſæ *num.7.* illaque inſimul poſſederunt, & decimas ſol-
uerunt, vt ibidem *num.8.* quæ omnia ſatis comprobant
rati habitionem, vt aduertit *Dec.conſil.58.num.1.verſ. & licet non appareat. Canal.dec.* 100.*nu.*2. *Monac dec.Bonon.*
59.*num.*18. *cum alijs congeſtis per Fulgin.de Contract.Em-
phyt.q.34.num.29.*

Quin imò etiam ſi defeciſſet ratificatio , adhuc Bo-
na non ita ſpectaſſent ad Paolum , vt eo minùs alio-
rum fratrum , & eorum cuiuſque perſonæ generatio ,
aut vita ſingillatim attendi deberet , neque Eccleſiæ
potuiſset præiudicium inferri , per Ius accreſcendi ,
contra Verbum Pacti , ſed Bona remanſiſsent penes
Paulum ſub eiſdem conditionibus , & qualitatibus ,
dictis fratribus cohærentibus , etſi cum pacto reuer-
11 ſionis, quoad illorum portiones , *per tex. in l. fun-
dum mihi , ff. de act. empt. & ibi notat Bartol.* , *Bellon.
de Iur. accreſcendi , cap.6. quæſt.38. num.108. à verſic.
cæterum quoties maxime, num penultimo , & vlt. Ful-
gin. dict.quæſt.38.num.28.* Inde parum cenſuerunt DD.
referre, quod in eadem recognitione , adiecta fuerit
alia conuentio , ſcilicet, quod finita linea dicti Pau-
li , bona deuoluerentur ad Eccleſiam , hodierno
Summ. illorum de Mormorais *nu* 2. in fine, quæ proin-
de ipſum pro vnico acquirente admiſiſse videtur , quia
præter, quod ſtatim ſequuntur verba , *dictis modis* ,
12 *& nominibus , &c.* quæ important diſcretiuam rela-
tionem , videlicet, linea Paoli defecta deuoluerentur ,
pro eius rata , quidquid eſset dicendum , ſi dictum fuiſ-
ſet , poſt mortem omnium , vel ipſorum fratrum ,
quo caſu indiſtinctè mors omnium fuiſset expectan-
da , in quibus terminis loquuntur *Gratian. diſceptat.*
451.*numer.4. Rot. deciſ.435.numer.5.part.prima, rec.*
& alij in oppoſitum citati , vt diſtinguendo vtrumque
caſum firmat *Alciat.conſil.16.num.4.lib.1.* quem ſequi-
tur, & refert *Mantic.de tacit.& ambig.lib.22. tit.34.
num.24.verſic.Porro.*

Nec mouit DD. prætenſa obſeruantia deducta ,
ex eo, quod Epiſcopi, ſtatim non egerint ad deuo-
lutionem, ſequuta morte ſine filijs, & deſcendentibus
Petri Ioannis , & Matthæi , quia obſeruantia non
13 ſuffragatur , non probata ſcientia in Epiſcopis na-
turæ huius Emphyteuſis , quæ non præſumitur *Rot.*
14 *deciſ.328.numer.6.part.4 recent. & deciſ.504. num.4.
& ſeqq.part.4.tom.2.* potuit namque hoc prouenire ,
ex ignorantia , & incuria miniſtrorum, qui Eccle-
15 ſiæ præiudicare non poſsunt , *Rot. deciſ.34. numer.
6.part.2. recent. & in Bonon. ſeu Nonantulana deuo-
lutionis Bonorum 6. Iunij 1664. coram R.P.D.meo Taya
in fine .*

Minùs vrget obiectum , quod ab initio , bona fue-
rint vni tantùm conceſsa , & acquiſita , hoc enim non
probatur, imò contrarium oſtendit ipſa lectura reco-
gnitionis, anni 1545. in qua habetur bona primor-
dialiter fuiſse penes plures , & ab ijs particulari titulo
emptionis fuiſse per fratres de Mormorais acquiſita .
16 Vnde huic ſtandum eſt , donec de contrario docea-
tur .

Dominium verò, directum Menſæ , quamuis ab
ea, quæ in hoc Iudicio ſubſtinet Vices rei, & poſſeſ-
17 ſoris , non eſset probandum, adhoc ex allatis, in ho-
dierna diſputatione, ſufficienter, viſum fuit iuſtifica-
ri, ſcilicet, ex dicto Inſtrumento conceſſionis , cum
pluribus adminiculis, reſultantibus ex diuturna Cano-
num ſolutione, vltra 30. annos, ex multiplicibus inſtru-
mentis recognitionum , quæ iuncta , cum confeſſio- 18
ne, ab ipſis de Mormorais, emiſſa, in libello coram Re-
uerendiſs. Nuncio Florentiæ, in quo faſſi ſunt dicta
Bona eſse liuellaria menſæ, dum tamquam compre-
henſi inſtabant ad illa admitti , ſatis probant contra ip-
ſos recognoſcentes confitentes , & habentes ab eis cau- 19
ſam *Rot. dec.249.n.5.dec 290.n.2.part.1.rec & deciſ.602.
num 2.4 5.coram Buratt.*

Poſito igitur, acquiſitionem prædictorum Bono-
rum , fuiſſe viriliter , inter quatuor prædictos fratres
diſtributam, negari non poteſt , quin portiones alio-
rum trium , non durantibus eorum lineis , deuolutæ
fuerint ad Menſam , & portio Pauli , illius linea duran-
te , pertineat ad eiuſdem deſcendentes , de quorum nu-
mero ſunt Iacobus, & alij in hoc Iudicio actores ; Vn-
de illa excepta receſſum fuit à deciſis, Vtraque parte in-
formante, &c.

R. P. D. Beuilaqua.

Fauentina Primogenituræ .

Lun. 21. Iunij 1666.

A R G V M E N T V M.

Renuncians in tranſactione , non poteſt redire ad
bona renunciata , ob nullitatem contractus , an-
tequam nullitas declaretur per tres conformes in
petitorio iudicio ; maximè , ſi nullitas , quæ præ-
tenditur , proueniat ex læſione , & alia cauſa ex-
trinſeca , Fœmina non vocatur ad primogenitu-
ram, in defectum maſculorum , quando fuit habita
ratio conſeruandi agnationem.

S V M M A R I V M.

1 *Renuncians nullatenus ad bona renunciata redire po-
teſt .*

2 *Maximè antequam contractus, in quo eſt renunciatio ,
per tres conformes annulletur .*

3 *Renunciatio , & tranſactio nulla , & læſiua , non
impedit immiſſionem renunciantis , & tranſigen-
tis .*

4 *Mulier , ex Statuto Vrbis , non poteſt renunciare , &
donare ſine cauſa .*

5 *Contractus nullus, nullitatibus extrinſecis, impedit im-
miſſionem, donec de nullitate iudicetur .*

6 *Læſionis exceptio requirit altiorem indaginem, nec ad-
mittitur in iudicio poſſeſſorio .*

7 *Fœmina, vbi non ſunt maſculi , venit nomine primoge-
niti .*

8 *Quando teſtator non habuit animum conſeruandi
agnationem .*

9 *Primogenitura cenſetur conſtituta , pro conſeruatione
agnationis .*

10 *Agnationis conſeruatio cenſetur habita , ex onere aſſu-
mendi cognomen & arma .*

11 *Diſpoſitio non debet cenſeri ſibi contraria .*

12 *Tranſactio ſubſtinetur , ex quauis cauſa, etiam mini-
ma dubitandi .*

13 *Lis ad ſubſtinendam tranſactionem , debet eſſe realis ,
& non ficta .*

14 *Sufficit tamen, timor futuræ litis .*

15 *Tranſactio ſubſtinetur, quando tranſigens credit ſibi ex-
pedire tranſigere .*

16 *Tranſactio generalis poteſt comprahendere aliquid in
controuerſiam non deductum .*

17 Ca-

Digitized by Google

17 *Cadens voluntarie , ex poſſeſſione, non poteſt eam prætendere remedio poſſeſſorio.*
18 *Læſio non cadit in donatione.*
19 *Tranſactio, ex pluribus cauſis ſufficit, vt vna ſit vera.*

DECISIO XXXIV.

ANtonius Paſqualinus, Ciuis Fauentinus, in ſenili ætate, & ſine prole, conſtitutus, cupiens bona ſua, in vna perſona conſeruari, præuia reſeruatione Scut. 2000. ad effectum teſtandi, & vſusfructus, vita durante, irreuocabiliter, inter viuos, illa donauit Io: Baptiſtæ de Liuijs eaque poſt illius obitum, ſubiecit Primogenituræ, ad fauorem illius Primogeniti, & deſcendentium; ſed d. Io: Baptiſta, maſculis carens, & proindè credens in ipſo primogenituram expiraſſe, & poſſe, de bonis donatis, ad libitũ, diſponere, ideò in teſtamento cõdito, relictis Iure Inſtitutionis, dotibus ſupra dotibus, & pro omni eo, quod poſsẽt Annæ viduæ, & Hyppolitę Puellæ eius filiabus Scut. 800. pro qualibet, in reliquis vniuerſalem hæredem vſufructuariam, vna cum dd. filiabus, inſtituit d. Vrſulam Seuerolam, ei in ſecundis nuptijs vxorem, cui ſubſtituit Primogenitum maſculum Philippi eius fratris; qui prætendens ſe ſe comprehenſum in donatione, per Antonium Io: Baptiſtę, cum d. onere Primogenituræ facta, mouit Iudicium, contra Vrſulam, Annã, & Hippolitam vſufructuarias, & bonorum poſſeditrices, quo pendente, volens ipſa Anna conſequi dotem Scut. 8000. amicabiliter petijt, & cum d. Vrſula matertera cõcurrit ſeparari tot bona, ex hæreditate Io: Baptiſtæ, prouenientia, in bonis d. Antonij, & ſibi conſignari. & quamuis ad tenorem Inſtantiæ, ſequuta bonorum cõſignatione, concordando ampliſſimè renunciauerit, quibuſcumque Iuribus, ſibi competentibus: attamen hac renunciatione non obſtante, hodiè petebat immiſſionem in bonis D. Antonij, in vim donationis, & primogenituræ, ad ipſius fauorem, vt aſſerebat purificatæ; ſed Rota, vt prius coram A. C. illam denegandam eſſe reſpondit; Quia ſtante d. renunciatione, per viam concordiæ facta, omnibus, & quibuſcumq; hæredibus fideicommiſſarijs purificatis, & purificandis, ſibi tunc, & in futurum competentibus, ac ſpecifico Iure ſuccedendi, in primogenitura, cum promiſſione, illam numquam petendi, ac ſi naturaliter deceſſiſſet, contraueniendo tunc huiuſmodi promiſſioni,
1 nullatenus ad bona renunciata poteſt redire, *ad tex. in l. eos, 7. q. part. 6. tit. illic. 23. q. 4. l. quarte 14. §. ſi venditor, ff. de edil. edict. Rot. dec. 323. à n. 7. p. 6. rec. in Ariminen. ſucc. 26 Ian. 1654. in princ. cor. b. m. Bichio, & in eadem 1. Apr. 1658 §. de Iuſtitia cor. Me*, vel non, priuſquam per tres ſentẽtias conformes fuerit reſciſſa trãſactio, cum decreto Iudicis, &
2 neceſſarijs ſolemnitatibus, *Rot. cor. Card. Caualer. dec. 550 n. 4. in rec. dec. 86. n. 8. 9. & poſt Salgad. in Labyr. cred. dec. 47. n. 7. et Cenſal. ad Pereg. de fideic. dec. 44. n. 2. in fine in Imolen. Reintegr. 15. Iunij 1648. cor. b. m. Peuting. & in Ferrarien. prætenſi fideic. 22. Iunij 1661. coram R. P. D. M. Bourlem. §. iſta enim.*

Non obſtat exceptio nullitatis renunciationis, & tranſactionis fundatæ in læſione, vt dubitatur, per ipſam Annam, paſſa, vnde inepta eſt ad ſibi impediẽdã immiſſionem in bonis ſubiectis Primogenituræ Antonij, & ad
3 ſui fauorem, per deficientiam maſculorum Io: Baptiſtæ, vt prætenditur purificatæ, *Rot. in Rom. domuncular. 10. Febr. & 26. Iunij 1646. cor. b. m. Dunoz. et. & in Rom. locorũ Montium 19. Iunij 1651. cor. Reuerendiſs. Papien.* Nam, verum eſt, quod ibi Contractus, & obligatio facta a mu-
4 liere ſine cauſa requiſita a Statuto Vrbis, non impediſſe, in quibus terminis loquuntur deciſiones in d. articulo allegato, & alijs cumulatis reſponſum fuit *in Romana pecuniaria 25. Iunij 1655. cor. Me*, ſecùs tamen eſt, quando, vt in propoſito allegantur nullitates extrinſecæ, nempè defectus poteſtatis, vel cauſæ, aut læſio, & ſimilis; hoc enim, caſu contractus tranſactionis habet implicitum ſtatum validitatis, ob ſeruatas ſolẽnitates, ſemperquè obſtat immiſſioni, donec fuerit reſciſſa, vt per *Soc. Sen. conſ. 59. n. 2. lib. 3 egregie tradit Marc Ant. de Macerat p. 3. c. 15 n. 105.* 5
quem ſequitur *Valeran de tranſact. tit. 6 p. 3 n. 36. Rot dec. 40. n. 7. poſt Salgad. & Imolen dotis 18. Martij 1661. § hinc poteſt cor. b. m. Veroſpio*; Idquè a fortiori procedit in terminis allegatæ inualiditatis, ex capite lęſionis, quæ vt requirens altiorem indaginem, non admittitur ad impediendum effectum tranſactionis, qui eſt, vt eius vires debeant diſcuti in Iudicio petitorio, & ferri ſententias pro 6
illius reſciſſione *gl. in verbo Iud. & ibi ſcribentes. C. de reſc. vend. Grat. diſc. for. c. 926 n. 27. Rot. dec. 112. n. 15. 16. p. 10. rec. in Romana manut. 28. Iunij 1655. §. ad ſecundũ coram Bichio, & in d. Imolen. dotis d. §. hinc pariter*, & ità ſuper inualiditate tranſactionis ante petitam immiſſionem, fuit diſceptatum, in *Rom. fideic. de Stephanis 10. Maij 1657. coram Reuerendiſs. Papien & 30. Iunij 1662. §. reſultat, coram R. P. D. M. Bourlemont. & in Rauennaten. Tranſactionis 30. Decembris 1660. coram Eminentiſs. Celſo.*

Nihilominùs viſum fuit, non adeſſe læſionem, ſed eſſe legitimam cauſam tranſgrediendi, perpenſo, quod ſequuta morte Io: Baptiſtę, & adita, per vxorẽ hęreditate; vſufructuariæ, & filios hæredis; inſurrexerunt, Primo plures creditores, prætendentes, cum eorum credito, illam abſorbere, deinde, vt fuit præmiſſũ, fuit mota lis a Philippo aſſerente eſſe ad primogeniturã vocatum, vt legitur in Inſtrumento renunciationis §. verum, quia & contra Annam d. Primog. per ſe, vt modo allegabat, Vrſula vero, & Hyppolita illius determinationem per deceſſum Io: Baptiſtæ ſine maſculis, & ſic bona libera penès illum remanſiſſe, & fuiſſe aliter de illis diſpoſitum, ipſiſque vſusfructus, & dotem relictam adeò vt nihil aliud, pro Anna extabat, quodque nec viſa eſt ipſius vocatio, & quod nomine Primogeniti comprehenditur etiam fœmina, ſi nõ adſint maſculi, ex traditis per *Fuſar. de ſubſt. q. 385. n. 9. et Rot. dec. 663. n. 10 p. 2 et cor. Reuerendiſs. Tarracinen. dec. 72. n. 5. 9.* ab hac excluſione receditur quotieſ- 7
cumq; teſtator expreſsè, vel tacitè habuit reſpectum conſeruandi agnationem, vt prę cęteris admittitur in *d. dec. 72. nu. 5. Reuerendiſs. Tarracinen.* & probant *Menoc. conſ. 204. num. 27. & 77 & conſ. 562 num. 7. Fuſar. de ſubſt qu. 385 num. 6. Andreol. contron. 218. num 2. Rot. deciſ. 17. poſt Cenſal. de Pereg.* 8

Intentio autem Antonij inſtituendi primogenituram, ſiue conſeruationis, deprehenditur, tùm ex natura primogenituræ, quę ad talem finẽ ordinata cenſetur *Menoc. d. conſ. 204. n. 100. & conſ. 752. n. 7. Pariſ. conſ. 52. n. 9. lib. 4. Mant. e. de coniect. vlt. vol. lib 6 tit. 15. verſ. Idem ſi Teſtator Molin de Hiſp. Primog. lib. 3. 5. n 29. Andreol. conſ. 58. n 14. Rot coram Eminentiſs. Otthob. dec. 182. n. 22. & mox citata dec. 17. n. 6. poſt Cenſal.* Tunc ex onere Primogenituræ iniuncto aſſumendi cognomen, & inſignia Familiæ ipſius 9
Teſtatoris *Caſſan conſ. 20. n. 29. Fuſar. de ſubſt. q. 499 n 13. Theſaur. dec. 270. per tot. & præcipue numer. 10. Andreol. vbi proximè n. 27. Rot. cor. Card. Seraph. dec. 1329. n 3. & in recent. dec. 319. nu. 3. p. 1. & in Bonon. primogenituræ 7. Iunij 1654. cor. b. m. Bichio §. verum quod vero*, & demum alijs pluribus coniecturis adductis omiſſis, & ſubſtitutione fratris Io: Baptiſtæ, primi donatarij, caſu quo iſte ipſi inſtituenti prædecederet, quæ demonſtrat potuiſſe ſolos maſculos, & ſic de eis quoq; ſenſiſſe in diſpoſitione, ne ſequatur abſurdum, quod Contractus, & diſpoſitio ſint 10
inuicem contrariæ *Soc. Iun. conſil. 168. num. 74. & ſeqq. lib. 2. Rot. coram Duran. deciſ. 126. num. 15. 16.* ex quibus, aut Anna penitus excluditur à ſucceſſione in Primogenitura, vel ſaltem negari nequit, quin res eſſet dubia, quod ſat eſt, ad ſuſtinendam tranſactionem, pro cuius validitate admittitur quælibet minima dubitatio, cadens ſuper prætenſione tranſacta, & renunciata *Bald. in l. 2. in ſecundo notabili, Cod. de tranſact. Bart. conſ. 176 n 29. lib. 1. Rot. dec. 2. n. 15. p. 1 & dec. 465. n. 11. part. 9 rec. & poſt Salgad. in Labyr. credit. dec. 25 num. 3. alijſq. congeſtis per Modern. Lucan. in contron. 6. num. 18.* 11 12

Hinc quoque ruit obiectus defectus litis neceſſariæ
quo ſubſiſtentia renunciationis emanatæ, & quas non
poſſunt tranſigentes fingere, etſi verè non adſit *l.1. ff. de*
13 *tranſact. l.cum hi, §.1. cum his vbi Angel. ff. de tranſact.
Dec.conſil.351.num.3.Surd.conſil.501.num 9.Cyriac.contr.*
120.*num.9,10.Rot.cor.b.m.Merl.dec.799 num.*11. Quia
nedum ſoberat timor futuræ litis, qui ſufficit etiamſi de
14 præſenti non adſit *l.2.C.de tranſact.Bart.conſil.* 109 *num.
6.Gratian.diſc.861.numer.1.Cyriac.vbi ſupra numer 87.
Card. Canal. deciſ.* 407. *numer ... & deciſ.* 448. *numer.2. add. ad S. M. Greg. XV. dec.* 149. *numer.* 25. ſed
etiam, ex dictis patet realiter fuiſſe mota ad Philippum
deuentum, quia ab intereſſe habentibus, ſoper hæreditate Antonij, & Io: Baptiſtæ fuiſſe ſuſcitatas prætenſiones
quas, & lites volens Anna effugere, conſiderans ſibi magis expedire dotem conſequi, & cum illa faciliùs, & condecentius ſe nubere, euentus docuit. Ideò verè igitur in
procurando ſeparationem, & conſignationem bonorum
mediante d. tranſactione benè his omnibus attentis, ſub-
15 ſiſtunt vt præter ſupra citatos rationabiliter, *Grat. diſc.
for.c.*400.*num.*25. etiamſi, in ea ſint compræhenſa, dos
materna, & alia ſuper quibus erat lis, quia vbi, vt hic,
tranſactio vt eſt principalis, ſuper omnibus prætenſionibus non eſt inconueniens, quod detur aliquid in controuerſia non deductum, vt firmant cumulati per *Cyriac.in*
16 *ead.contr.*128.*num.*88.89.

In quam ſententiam ad eumdem effectum denegandam immiſſionem, eò libentius DD. iuerunt, quia Anna
extabat in poſſeſſione bonorum, & facto proprio, & ab
illa receſſit, quo fit, vt non valeat ampliùs eam petere,
nec per remedium adipiſcendæ, neque recuperandi, *Spe-*
17 *cul.in tit.de tranſ.§.ſequitur num.*32. *Menocch. de adipiſc.
remed.*4.*num* 505 *& ſeqq.Rot.cor. Seraph.dec.*1268. *num.*
4.& in ſupra alleg. *Imolen.reintegr. cor. b.m. Penting.* &
Inſtrumentum reuiſionis expreſsè habet ipſam, ad illam
amicabilem compoſitionem deuenire pluribus de cauſis,
& in ſpecie vt d. Vrſula poſſit ſtatum, & conditionem
domus conſeruare, & honorificentiùs Hippolitam ſororem nubere, donando amplius Vrſolæ illud plus, quod
ſupereſſet, & excederet eius prætenſiones; Vndè ex hoc
18 quo ſpecialiter allegatur læſio, quæ non cadit in detractione, *Eugen.conſil.*3 *num.*51 *lib.*1. *Hond.conſil.*42.*nu.*23.
*lib.*1.*Surd.conſil.*127.*num.*17. & ex vna, ex dictis cauſis,
quæ ſubſiſtat, & potuit mouere ad renunciationem, ſub-
19 ſtineri poteſt tranſactio, tamen ſi alij deficiant, prout ipſamet Anna in donatione declarauit, *Romana de Millis* 27. *Aprilis* 1657.*§.fin.cor D.M.Decano. & in Ariminen. Succeſſ.*23.*Iunij* 1663.*cor. R.P.D.M. Emerix.§.præſertim, & §. quibus, cum ſeqq.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. Beuilaqua.

Ferrarien. Pecuniaria.

Lunæ 27. Nouembris 1662.

A R G V M E N T V M.

Statutum, exiſtens in libro ſtatutorum, præſumitur in obſeruantia, donec contrarium probetur, & ad eius formam, debetur lucrum dotis, abſque eo, quòd coniuges poſſint contrauenire, aliter diſponendo.

S V M M A R I V M.

1 *Habens ſtatutum pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam.*

2 *Exemplar extractum de verbo ad verbum, probat plenè.*

3 *Sumptum non extractum ab originali non probat.*

4 *Confirmatum in forma communi, quatenus licitum, debet probari, quòd ſit tale.*

5 *Statutum repertum in volumine ſtatutorum, præſumitur eſſe in viridi obſeruantia.*

6 *Niſi plenè probetur contrarium.*

7 *Statuti obſeruantia probatur, ex actibus in vim illius, factis.*

8 *Statutum habens motiuum rationis dicitur licitum.*

9 *Ad publicam vtilitatem pertinet, quòd matrimonia contrahantur.*

10 *Statutum, contra ius commune, dicitur fauorabile, dum adiuuat contractum matrimonij.*

11 *Statutum iuſtum, & rationabile ſufficit, vt confirmetur in forma communi.*

12 *Lucrum dotis cenſetur conuentum, ad formam iuris communis.*

13 *Non ad formam ſtatuti.*

14 *Dos primo data cenſetur data ſecundo.*

15 *Contrarium, quod lucrum dotis cenſetur conuentum ad formam ſtatuti.*

16 *Lucrum dotis datur, etiam pro dote promiſſa.*

17 *Dos data primo viro, non cenſetur data ſecundo, quando ſunt filij primi matrimonij.*

18 *Mulier binuba non poteſt inſtituere ſecundum virum in dote integra.*

19 *Mulier tenetur relinquere dotem ei, cui defertur à ſtatuto.*

20 *Statutum de lucro dotis habet locum tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato.*

21 *Fructus dotis taxantur iuxtà conſuetudinem.*

D E C I S I O XXXV.

VLtima vice, ſub die 21. Martij proximè præteriti
fuit, in hac cauſa, deciſum dotem, per Odericum,
Elenę filiæ conſtitutam, eſſe ſcut. 12. mill. illiuſque medietatem, ad formam Statuti Maſſæ, vnà cum fructibus,
ad rationem ſcut.8.deberi Gregorio, in ſecundis nuptijs,
viro, quam deciſionem, in parte firmante lucrum dotis,
in ſumma ſcut.10.mill. non controuerſiæ, & fructus hodie, DD. confirmarunt; nam, reſpectu lucri, ad medietatem dotis aſcendentis, Gregorius habet intentionem
fundatam in Statuto Maſſæ, eam ipſi ſuperſtiti deferente in dicta quantitate, cui propterea abſque alia inueſtigatione credendum eſt, *l.4.§.toties ff de damn.infect Bald.* 1
*in l.Gallus 29.§.ſi eius in ſecundo notab. ff. de lib. & poſth.
Surd.conſil.*312.*num.*101.*poſt Imol.conſil.*17.*num fin.*

Non viſa fuit ſubſiſtere, obiecta nullitas irrelevantiæ
Statuti, ex eo, quod non ſit in forma probanti; nam cum
exemplar in actis exhibitũ appareat à Cancellario Com.
aſſerente de verbo ad verbum a ſuo originali ſumpſiſſe,
hoc ſufficit, vt dicatur in forma probanti, etiam non precedente partis contrariæ citatione, *Rot.dec.*213 *num.* 1.*p.*
1.*dec.*649.*num.*7 *part.*2.*cor.Canal.dec.*640.*nu.* 2. *Buratt.* 2
*dec.*856.*in fin.& apud eumdem Eminentiſs.Ottob.dec.*153.
*num.*10,19.*Duran.dec.*337.*num.*60. non attento ſumpto
per alteram partem, tanquam ab originali non extracto,
*Rot.cor.Greg.dec.*432 *& dec.*107.*num.*4 *part.*5.*rec.* 3

Non obſtat, quod adhuc Gregorius non poſſit beneficio Statuti vti niſi probet eſſe licitum, & vſu receptum
ſub qua clauſula Clem. Pontif. illud in forma communi
confirmauit, *Rot.dec.*180.*num.*10.*part.*1.*diuerſ.cor. Mill.* 4
*dec.*459 *num* 1, nam, vltra quòd, pro vſu, & viridi obſeruantia ſtat Iuris præſumptio, eo ipſo, quod eſt inſertum in volumine aliorum Statutorum, donec pars contrarium aſſerens, id expreſsè probet, *Dec.conſil.*514.*num.* 5
9.*Gozz.ad.conſil.*16.*num ... Rot.dec.*15.*num.*4.*verſic.neque
ſubſiſtit part.*2.*rec.Thomas.dec.March.*19 *num.*4.*dec.* 28.
*num.*6.*& dec.*25.*num.*37.*& dec.*102.*num.*12.*Duran. dec.*
36.*num.*41. & quidem ſpecie per actus vſui contrarios,
*S.M Greg.dec.*269.*num.*45. Cœterùm clarè deducitur, 6
tum ex publica atteſtatione Cancellarij Comitis, de ea
aſſerentis, tum ex Inſtrumento Matrimoniali, inter Elenam, & Franciſcum eius primum virum, confecto, qui
ad

Digitized by Google

ad formam dicti Statuti, reſtitutionem Dotis, vbi caſus
euenerit, promiſit, & ſe obligauit, ex quibus benè conclu-
7 ditur vſus, & obſeruantia *l. minimè ff. de leg. Felin. in c. au-
ditis num. 19. de præſcript. Socin. Iun. conſ. 2. num. 2. & ſeqq.
lib. 1. Rot. dec. 348. lib. 2. par. 2. rec. Penn. dec. 607. num. 13. ſe-
cundum ver. impreſſ. & in Ariminen. Fructuum 16. Ian.
1654. §. impugnatiua verò cor. Veroſp.* Quod autem, ſit
licitum Gregorius habet pro ſe regulam, quod omne
Statutum, habens motiuum rationis, licitum, & rationa-
8 bile dicitur, vt latè eam probat, *Tiraq. de vtroque retract.
in præfat. num. 16. dec. 510. num. 1. par. 4. diuerſ.* & in præ-
ſenti caſu illud vrget rationabilitatis motiuum, quod
conſiderandum fuit, vt viri faciliùs inducantur ad con-
trahendum matrimonium, & viduæ illos inueniant, &
9 hoc modo conſulatur publicæ vtilitati, vt dicunt, in ter-
minis, *Bald. conſ. 495. num. 5. lib. 5. Menoch. conſ. 4. num. 12.
& conſ. 5. Surd. conſ. 426. num. 15. Oldrad. de Lucr. Dot. q.
24. num. 7. Mant.* plures cumulans, *de tacit. lib. 12. tit. 20. n.*
13. vbi, quod licet aduerſetur Iuri Communi, dicitur ta-
men per dictam rationem fauorabile, & interpretatiuè
10 adiuuari debet. *Soc. Iun. conſ. 8. num. 7. lib. 2. Dec. conſ. 153.
num. 3. & conſ. 577. num. 13. verſ. quia ad hoc, Rot. d. dec.
510. num. 8. par. 4. diuerſ. Seraph. dec. 250. num. 2.* Hinc tol-
litur obiectum repetitum, quod requirebatur confirma-
tio in forma ſpecifica, quia ſtãte cauſa rationabili, ex qua
moti ſunt conditores, ſufficit confirmatio in forma com-
11 muni, *Rot. in rec. dec. 55. num. 10. 11. par. 1. rec. Merl. dec.
698. num. 7. & dec. 853. num. 11. & in d. Ariminen. Fru-
ctuum cor. R. P. D. Veroſp. § altera verò;* vbi ampliat etiam
attenta clauſula, quatenus ſit licitum, in confirmatione,
adiecta.

Nec refert, quod ſecundum matrimonium fuerit ab
Elena, cum Gregorio contractum, nullo præcedente
inſtrumento dotali, ſed multò poſteà ſtipulatum fuit, ex
12 quo inferebatur, ab initio dotem fuiſſe conſtitutam, iux-
tà terminos *l. hac edict. C. de ſecund. nupt.* non verò ad for-
13 mam Statuti, *Iaſ. conſ. 10. per tot. lib. 1.* quia cum in antece-
denti conſtitutione Dotis, primo viro habita fuerit indi-
uidua relatio ad Statutum, ex iuris præſumptione eadem
14 Dos data in ſecundo, in quantitate *l. Dotem, & l. Diuus,
ff. de iur. dot. l. cum Marinus §. Titius ff. de pact. dotal. Rot.
cor. Merl. dec. 622. num. 11.* & vltra alios in præcedenti
deciſione congeſtos, ad effectum huiuſmodi reiecta Iaſ.
15 ſententia, & aliorum, plenè probat *Menoch. in mox cita-
tis conſ. 4. 5. per tot.* & eiſdem qualitatibus, *Phanuc. de
lucr. Dot. gl. 10. num. 31. verſ. modo declaratur, Cyriac. in
contr. 227. num. 67. & contr. 528. num. 6.* & procedit, etiam
16 in Dote promiſſa, tametſi non ſoluta, vt ad literam di-
ſponitur in Statuto, & eſt de Iure verius *Caſtrenſ. in l. ſi
donatarius 9. §. ſi quis debitum num. 3. Alex. num. 7. Iaſ. nu.
44. ff. de cond. cauſ. dot. Socc. Sen. conſ. 32. num. 7. lib. 3. The-
ſaur. quæſt. for. lib. 2. q. 75. nu. 2. Gabriel. conſ. 12. num. 3. lib.
1. Gratian. c. 666. num. 22. cum ſeqq. Rot. cor. Greg. dec. 5. nu.
1. & in rec. dec. 31. num. 1. par. 2. Seraph. dec. 248. num. 2. &
dec. 250. per tot. Add. ad Buratt. dec. 432. num. 11. in Rom.
Lucri Dotis 1. Aprilis 1646. & 3. Martij 1645. cor. Reue-
rendiſs. Tarracinen.* & alijs quos congerit *Altog. conſ. 29.
num. 1. lib. 2.*

Neque dicatur, quod præſumptio conſtitutionis Do-
tis, in eadem quantitate, non admittatur, ſtantibus filijs
17 primi matrimonij, ſed ità repetita cenſetur, vt ſecundus
vir, vltra quam haberet vnus ex illis, non lucretur, ex de-
terminatione *d. l. hac edict. Alex. conſ. 144. numer. 3. lib. 5.
Soc. Sen. conſ. 35. num. 2. & ſeqq. lib. 4. Surd. conſ. 397. num.*
18 *23. in fine. Gregor. dec. 175. num. 10.* cui mater contraueni-
re non potuit, inſtituendo hæredem vniuerſalem ſecun-
dum virum, in integra Dote, *Riminald. Iun. conſ. 701.
num. 9. 10.* Vtrumque enim obiectum corruit, ex ipſo
Statuto, lucrum ſecundo viro, deferente, non obſtanti-
bus filijs primi matrimonij, & in ſpecie tradunt *Ruin.
conſ. 61. num. 13. lib. 3.* illique adeò fauet, vt prohibeat re-
nunciationem, & factam inualidet, ideoque velit, nolit
vxor relinquere dotem ei, cui defertur à Statuto, debe-
tur, *Caſtr. in l. ſi cum dotem num. 11. in princ. ff. ſol. matrim.* 19
qui eam retinebant, in vim primæ inueſtituræ, pro pre
tio ſcut. 900. cum omnibus melioramentis, iam factis iun-
cto Canone, ad ducatos 50. vt fuit oſtenſum per publi-
cum inſtrumentum tanquam correſpondens valori do-
mus, eius temporis, propter obſidionem, & notorium ex-
cidium Vrbis, de anno 1527. in peſſimo ſtatu, remanſæ
12 excludit quamcumque læſionem, & probat vtilitatem,
vt benè, ad rem aduertit. *Rot in Romana Deuolutionis
Domus 27. Nouembris 1662. §. nec viſum fuit coram R.
P. D. Priolo,* attenta potiſſimum effectuatione, & iam lõ-
gęua obſeruantia. quæ ſolemnem. & vtilem facit præſu-
mere conceſſionem, *Romana Monaſterij 5. Maij 1659.
13 coram Me, §. cetera, & dec 25 numer. 5 apud Mangil. de
ſubhaſtat. & in præcitata Romana Deuolutionis, §. quodli-
bet,* vbi quod contraria procedunt, quando conſtaret de
veritate in contrarium, ſecus vbi, vt hic, per Monacos,
14 non docetur domum fuiſſe in meliori ſtatu, & maioris
valoris.

Minus tandem, viſum fuit poſſe ad deuolutionem agi
ex cauſa alienationis domus emphyteuticæ, de anno
15 1635. factæ, in Simoninum, non requiſitis Monachis
proprietarijs, *cap potuit de locat. & conduct. Doctores in l.
fin. C de Iur. emphyt. Honded. conſil. 55. num. 21. & 22. lib
1. Rot in Mediolanen. Emphyteuſis ſiue Bonorum 4. Aprilis
1642 §. 1. & 2. coram Pentingero:* ſed de conſenſu Abba-
16 tis Cellerarij, qui iuribus monaſterij præiudicare non
potuit, *cap. Epiſcopus, & ca. ſine exceptione 12. qu. 1. cap.
Paſtoralis, & cap tua nuper, & ibi Abb. de his quæ fiunt à
Prælat. Vitalin. in Clement. 1. num. 53. de Off. Vicar. Calde-
rin. conſil 5. num. 1. de Confeſſ.* cum alijs ruſè cumulatis ab
Add. in dec. 14 num. 38 parti 9. recent. Nam vltra reſpon- 17
ſionem datam in fine deciſionis Merlin. quod intenta-
tum fuerat iudicium ex capite finis lineæ: Placuit alte-
ra hodie allata, quod de anno 1647. idem Simoninus præ-
dictam domum vendidit Mariotto, & Caſtellæ, de Mo-
nacorum conſenſu, & cum narratiua antecedentis alie-
nationis, ad ſui fauorem factæ. quapropter affirmari ne-
quit alienationem fuiſſe factam, inſcijs Monachis, & abſ-
que illorum conſenſu. qui ſaltem, ex hoc reſultat, & ſuf-
ficit, cùm de iure, poſſit quandocumque, & etiam poſt
interuenire, pro validitate contractus, antecedenter ſti-
pulati, *Soccin. Sen. conſil. 25. num. 40 & 48. Pariſ. de Rem-* 18
*teg feud. cap. 271. num. 1. Buratt. conſil. 251. n. 6. lib. 2. Marc.
Anton. Macerat var. reſol. d. cap. 21. numer. 2 Fulgin. de Iur.
Emphyt. tit de alienat. qu. 3. num. 10. Duran dec. 397. nu. 9.
cum duobus ſeqq.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Beuilaqua.

Romana Donationis.

Vener. 6. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Donatio facta, ad fauorem certarum perſonarum, *iuxtà fideicommiſſum factum vel faciendum*, licet dicatur perfecta iuxtà firmata in alia dec. tamen non ligat manus donanti, ità vt non poſſit facere nouum fideicommiſſum; Et ſi reperiatur antiquum fideicommiſſum, Donatio vadit ſolum, ad illos, qui in eo vocantur, excluſis alijs, in donatione compræhenſis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio, iuxta fideicommiſſum factum, nullum ius dat donatarijs, niſi ad formam dicti fideicommiſſi.*
2 *Relatum eſt idem ac eſſet inſertum in referente.*
3 *Et iuxta illius formam referens regulatur.*
4 *Fœmina excluſa non poteſt ſuccedere.*
5 *Diſpoſitio, iuxta declarationem faciendam dicitur perfecta ſine alia declaratione, & attenditur.*
6 *Contra reperta, & facta declaratione.*
7 *Relatum eſt in referense.*
8 *Fœmina non venit nomine primogeniti maſculi.*
9 *Donatio pro filijs. & deſcendentibus, includit fœminas.*
10 *Donatio facta ad fauorem alicuius, ei acquiritur, ità vt donans non poſſit præiudicare.*
11 *Donatio pro ſe. & hæredibus acquiſita, non reſtringitur ad deſcendenses.*
12 *Donans poſt donationem, declarare poteſt, in quem donauit.*
13 *In contractibus maſculinum non concipit fœmininum.*
14 *Nomine filiorum, in donatione, non veniunt fœminæ.*
15 *Donatio dubia declaratur à donante.*
16 *Declarationi ſtatur illius qui declarare poterat.*
17 *Bona donata fiunt de dominio donatarij.*
18 *Contra in donatione conditionali, & cum reſeruatione iurium.*
19 *Expreſſio omnium bonorum comprahendit bona donata de quibus donator dominium habet.*
20 *Habens facultatem donandi aliquid donare dicitur, per generalem donationem.*
21 *Donatarius quantitatis, dicitur ſolum creditor.*
22 *Facultas reſeruata non extenditur vltra expreſſa in d. reſeruatione.*
23 *Teſtamenta mutari poſſunt, vſque ad obitum.*
24 *Sententia ob non proſecutam appellationem, tranſit in iudicatum.*

DE·

Digitized by Google

DECISIO XLVI.

EManauit, In hac cauſa, ſub die 4. *Decembris* 1662. al-
tera deciſio, in qua firmatum fuit, donationem per
Pontium Cęuam ſeniorem Pontio Iuniori, eius pronepo-
ti factam, occaſione Matrimonij, cum Vrſula Cata-
nea, contracto, eſſe purificatam, ad fauorem DD. Lu-
douici, & aliarum ſororum de Cæuis, illius ex d. Ma-
trimonio natarum; ſed hodie, in illius reuiſionibus, bis
cauſa propoſita, Dominis viſum fuit nō ſubſiſtere, quod
fęminæ fuerint ad d. donationem vocatæ, ideò a dicta
reſolutione illas admittente, receſſerunt.

Nam aduertebant, quod donatio non eſt pura, & ſim-
plex, ad commodum donatarij, ac illorum deſcenden-
tium, ſed ſub hac expreſſa conditione, reperita etiam, in
Inſtrumento conſignationis locorum montium, quod
bona donata remaneant ſuppoſita diſpoſitioni, & fidei-
commiſſo, per ipſum donantem facto, vel facien-
do, cuius diſpoſitionis, ita conceptæ effectus is eſt, vt, ſi
conſtat de fideicommiſſo enunciato, cui donator ſub
iecit bona, illius tenor eſt attente inquirendus, ad cuius
fauorem fuit inſtitutum, non donatio, ex qua ſola, hoc
onere fideicommiſſi affecta, licet in contractu Matrimo
niali facta, adhuc non dicitur donatarijs ius quæſitum,
1 & dominium libere tranſlatum, ad petendum bona do-
nata *l. cum ita legatum 67. de condit. & demonſtr. l. proin*
de 8. ff. ſi cert. pet. l. cedere diem ff. de verb. ſignif. Bertrād. d.
conſ. 138. num. 24. lib. 2. Rimnald conſ. 111 nu. 73. Menoch.
conſ. 851 num. 42. Guidopap. deciſ. 505. per tot. Cutell. de
donat. contempl. matrim. tom. 2 tract. 2 diſcuſſ. 1. ſpecial. 7.
num. 29 Fontanell. de pact. nuptial. clauſ 4. Gloſſ. . part. 5.
num. 6. & clauſ 7. Gloſſ 2 part. 2. num. 49 Cancer. variar
reſol. part. 1. cap 8. de donat. nu. 107. Cyriac. contron. 337.
num 8.

De fideicommiſſo autem Pontij, donatoris non
contingit dubitari, ſi quidem duplex ille condidit teſta
mentum, vnum ante, & alterum poſt hanc donationē,
& in vtroque inſtituit hæredem vniuerſalem Pontium,
pronepotem, & donatarium, illique ſubſtituit illius fi-
lium primogenitum, vel natu maiorem, vel maſculum
legitimum, & naturalem, & deinde alios natu maiores,
eodem ordine primogenituræ, in infinitum, admitten
dis, fęminis, & cognatione, in vtroque, indiuidualiter
excluſis, quod quidem fideicommiſſum, & primoge-
nitura, in prædictis Elogijs, ſic ordinata, proinde haben
tur, ac ſi eſſent facta, & inſerta. in ipſo Inſtrumento do
talitio, & donationis virtute relationis & reſeruationis,
2 idem operantis, *tex. expreſſus in l. ſi teſtamentum 8. in*
princ. & in verſ ſi autem C. de inſtit ſubſtit. l. cum dotem
C. de iur. dot. l. ſi mihi, & ſibi 12. §. in legatis ff. de leg. 1. l. at
prætor, § ſi Iudex ff. de rei vindic. l. in teſtamento, ff. de
condit. & demonſtr Bald. conſ. 212. lib. 5. Dec. reſp 1. num.
31. lib. 3 Rol. deciſ 194 num. 48 par. 5. rec. coram Merlin.
deciſ 802. num 3 & in Romana donationis 3. Iunij 1658. §.
præterquam quod coram Reuerendiſs. Decano, & ſecundū
3 illius formam, per quam modificatur, & reſtringitur cō
tractus donationis, debet regulari; vt ſcilicet filius maſcu-
lus primogenitus, legitimus, & naturalis, pro tempore,
in bonis donatis ſuccedat, non vero fęminæ, quales ſunt
4 ſorores de Cæuijs à fideicommiſſo, & primogenitura
excluſæ, *Dec. conſ 69 num. 6. Soccin Iun. conſ. 180. num 84.*
lib 2 Honded conſ. 51 nu 89. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 16.
nu. 111. & art. 51. num. 99.

Et ex hoc declaratur illud, quod dictum fuit, in alia
deciſione, quod per illa verba donationis, quæ loca mō
tium, & bona ſtabilia remanere debeant ſuppoſita fidei
commiſſo facto, ſeù faciendo, tamquam probata pro-
pter ſe, & ab ipſo Pontio, qui poteſtatem diſponendi ha-
bebat, inducta fuerit diſpoſitio abſque alio teſtamento,
5 ex *Decian. Odd Caſtill. & Rot. ibi allegatis ſub §. non obſtat*;
quia concluſio procedit, in his terminis, vt valeat diſpo-
ſitio, quamuis illud, ad quod habet relatio, non appa-
reat, dum conſtat de voluntate certa illius, qui poteſt
nouam diſpoſitionem facere, qui ſunt diuerſi, a caſu 6
propoſito, in quo, verba prædicta, nō ſunt prolata, pro-
pter ſe, abſque alia diſpoſitione, ſed ſtant relatiuè, ad
iam factam, ſeù faciendam, & vtraque reperitur, ibique
diſponens, quod ordinaſſe voluerit, expreſſit; quarè diſ-
poſitio non debet ſic per ſe accipi, ſed intelligi, & limita-
ri, ad eam, ad quam relatio facta detegitur, ex ratione,
quod relatum dicitur eſſe in referente, vt per notata *à* 7
Bart in l. prima ff. de recept l. prima ff. ſi fil. fam furt. fec.
& in l. ſi quis § fin. ff. de leg. 2. in puncto explicant, *Me-*
noch conſ. 46. nu. 8. & 9 lib 1. & conſ. 9. num. 12 lib. 5. &
clarius idem *Dec. in d. conſ. 63 nu. 6. Rot Genuen. de Mer-*
catura deciſ. 21 nu 18 fruſtra igitur, ex donatione, ſepa-
ratim conſiderata, ſorores de Cæuis, prætendunt ſucceſ-
ſionem in bonis donatis. dum extat alia relata diſpoſitio,
hoc eſt fideicommiſſum, & primogenitura, in qua ipſi
includuntur, & vocantur primogeniti maſculi, ad *tex.* 8
in l. vnum ex familia §. ſi Falcidia in fine. & §. ſed ſi fundū
de leg 2 Caphal conſ. 16. num. 4. lib. 2. Surd conſ. 29. nu 6.
lib. 1. & conſ. 297. num. 1 lib. 2. Guidopap. deciſ. 134. num. 3.
ſicuti de donatione facta filio primogenito, & alijs, quos
elegerit. *Dec. conſ. 358. num. 11 Tiraquell. de primog. q. 65.*
num. 3. & ſeqq Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 1. num. 22. Can-
cer. variar. reſol. dict. cap. num. 105. Staiban. Iun. reſol. 12.
num. 23 part. 1.

Non obſtat ponderatio aliorum verborum, immedia-
tè ſubſequentium, ibi, *ad fauorem tamen filiorum, & de-*
ſcendentium ipſius Pontij, ex quibus inferebatur, quod do-
nator voluerat donare indiſtinctè filijs, & deſcendenti-
bus maſculis, & fœminis donatarij, atque ideò non erat 9
ampliùs in illius facultate, ad bona, in donatione com-
præhenſa, ſolos maſculos primogenitos, vocare, & ius
alijs, ex dicta diſpoſitione, quæſitum, auferre, ex allega-
tis *in deciſ. §. quod enim cum duobus ſeqq.* quoniam lectu- 10
ra inſtrumēti matrimonialis, oſtendit, quod Pontius do-
nauit, dumtaxat Pontio pronepoti, Notario ſtipulante
pro ſe, &c. Ideoque pro hæredibus, & ſucceſſoribus qui-
buſcumque, quod ſolum excludit vocationem illius fi- 11
liorum. & deſcendentium, *Rot. in Romana prætenſi fidei-*
commiſſ 30. Aprilis, & ... Nouembris 1638. coram Coc-
cino deciſ 255. num. 5. & 6. coram Ottobono, & licet de-
inde exprimendo bona, quæ in ſolutione ſummæ do-
natæ illi conſignare ſtatuerat, addiderat; quod remane-
re deberent ſuppoſita fideicommiſſo facto, vel facien-
do, in fauorem filiorum, & deſcendentium; hæc tamen
reſtrictio operatur, vt donatario ſi voluiſſet, non liceret
diſponere erga filios, & deſcendentes Pontij donatarij,
& in iſtis terminis loquuntur auctoritates in deciſione al-
legatæ, vbi non excludit, quin poſſet declarare, quod
ſub nomine filiorum intelligebat, de ſolis maſculis, non
vero de omnibus, & ſic etiam de fœminis, vt tradunt 12
Molin de rit. nupt. lib. 3. quaſt 24. numer. 295. Cutell. de
donat contempl. matrim. tract. 2. diſput. 1. ſpecial 7. nu. 26.
in fine.

Quod eò magis congruit. quia cum non eſſet clarum,
an ſub nomine filiorum, comprehenderentur, tam maſ-
culi, quam fæminæ, quinimò poſſit valdè dubitari, in-
ſpecta Iuris communis diſpoſitione, quod in contracti-
bus, maſculinum, non concipit femininum, ex ſententia
Archidiaconi in cap ſi quis ſuadente 13. q. 4. Bald. in l. 13
Gallus in princ. ff. de liber. & poſth Iaſ. in l. ſi quis num. 23.
ff. de Iuriſd. omn. iudic. & aliorum de veriori affirman-
tium, quos cumulat, *Gabriel. de verb. ſignific concl 6. n. 93.* 14
Fuſar. de ſubſtit q. 311. nu. 89. Laderch. loquens de ver-
bo, deſcendentibus, in Capitulis Matrimonialibus, adie-
cto, *conſ. 9. num. 12. Caphal. conſ. 158 num. 7 Fuſar. vbi ſu-*
pra num. 29. lib. 4. vtique, ob ſolam dubietatem, potuit,
in poſtremo teſtamento, explicitè declarare, quod pro 15
primogenitis maſculis, ſuper bonis donatis conſtituebat
primogenituram, & de quibus etiam in prima locutus
fuerat, ac ſoli declarationi ſtandum eſt, *l. fin Cod. de leg.* 16
Decian. reſp. 7. tit. 99. lib. 1. Crauett. conſil. 234. numer. 4.

Cyriac.

Digitized by Google

Cyriac. controu. 295. numer. 30. cum ſeqq.

Ex quibus quoque patet reſponſio ad vltimum motiuum, quod donator vltimam ſuam teſtamenti diſpoſitionem, reſtrinxerit ad bona ſua, inter quæ non poſſunt intelligi donata, quæ tunc exierant de eius dominio, &
17 effectu erant propria donatarij, *l. ſequens queſt. 70. ff. de leg. 2.* quia, cum vt dictum eſt, effectus donationis pendebat ab altera donationis diſpoſitione, reſeruata ſibi, circa ordinationem fideicommiſſi, quatenus placuiſſent, vltra antecedens factum, nouum inſtituere, negari non poteſt, quin ante huiuſmodi diſpoſitionem, & ſignificationem perſonarum, quæ ſucceſſuræ eſſent, bona eſſent,
18 certo modo, propria ipſius donatoris, nec illorum dominium perdiderit, *Rot. dec. 425 num. 2. part. 1. & deciſ. 771. num. 1 part. 2. rec.* Vnde fit quod in generali diſpoſitione, cum expreſſione omnium bonorum, iurium, & actio
19 num quomodolibet diſponenti, competentium cenſeantur compræhenſa etiam bona donata, & teſtatorem vsũ fuiſſe facultate, in donatione præſeruata, ſubijciendi bo
20 na prædicta primogenituræ, *Bart. in l. Marcellus §. reſ. qua num. 2. ff. ad Trebell. Surd. conſ. 357. num. 12. cum ſeqq. & dec. 274 num. 14. Menoch. conſil. 210. numer. 31 Gabriel conſ. 143. num. 5. lib. 1. Gratian cap. 53. num. 1 Cyriac. controu. 455 num. 13. & ſeqq. Rot. in Romana Locorum Montium 16. Iunij 1659. §. nec eſt dubitandum in fine coram R. P. D. Priolo.*

In cuius probationem. ponderatum fuit, quod donatio, non conſiſtebat in bonis, ſed in quantitate, ſcut. 20.
21 Ideoque donatarius erat pecuniarum creditor, quam vis eſſet, in facultate donatoris ſoluendi, in bonis ſtabilibus vel locis Montium *Grat. conſil. 12. num. 46 lib. 1 Buratt. dec. 287. num. 3. cum ſeqq.* quæ ante factam actualem conſignationem, ſemper remanſerat in illius patrimonio,

Nec, pro excluſione bonorum donatorum à generale inſtitutione, releuantes viſæ ſunt coniecturæ in deciſione recenſitæ, & ſignanter quod Teſtator in ordine multiplici faciendi, cum fructibus ſuorum bonorum, exceperit dona a Pontio, pro nepotè quodque conſignatione Locorum Montium eidem facta nullam fecerit mentionem fideicommiſſi, & primogenituræ non enim deſump a ex diſtinctione bonorum, in faciendo multiplico; quia, dum, in actu donationis donator eam tantum ſibi reſeruauit facultatem, ſubijciendi fideicommiſſo, bona, in ò, quod ſuppoſita eſſent facto, vel faciendo, non potuit, vltrà hanc facultatem, in aliquo, donationem alioquin perfectam, alterare, nouaſque conditiones, & onera adijcere, per quæ donatario non eſſet permiſſa libera fruitio bonorum, quæ in executionem talis dona-
22 tionis conſignabantur, ad *text. in l. perfecta Cod. de donat. quæ ſub mod. fiunt vbi Gloſſ Dec. conſil. 547. num. 7. Magon. dec. Florent. 124 num. 5 Rot. in Romana donationum 5. Maij 1657. §. hinc coram R. P. D. Veroſpio*, neque etiam omiſſa mentione primogenituræ facta in teſtamento per quatuor dies ante conſignationem, nam diſpoſitio tunc facta, hanc recipiebat internam conditionem, niſi diſponenti aliud teſtamentum in poſterum condere placuiſſet, aliamque diuerſam primogenituram ab illa in fauo-
23 rem aliorum filiorum Pontij conſtituere; Vndè taciturnitas hæc operatur potius præſeruatiua vtendi facultate reſeruata in Inſtitutione fideicommiſſi, & primogenituræ, vſque ad vltimum vitæ ſpiritum, *ad text. in l. 4. & 5. ff. de Adim. leg. Merlin. d. deciſ. 802. num. 4.*

Cum igitur, ex ſupra firmatis appareat ad bona donata non poſſe fœminas adſpicare, iuſtè fuit pro illarum incluſione pronunciatum, & ſic ſententia ob non interpoſitam, nec proſecutam appellationem, tranſitum fuit
24 in iudicatum, *l. hic ad ſimilia & ibi omnes Cod. de appellat. Rot. coram Buratt. deciſ. 202. numer. 1. & deciſ. 226. numer. 4.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D Beuilaqua.

Romana Donationis.

Lunæ 16. Ianuarij 1668.

A R G V M E N T V M.

Donatio facta, cum hoc, quòd bona donata ſint ſuppoſita fideicommiſſo facto, vel faciendo; dicitur perfecta, quando conſtat, de voluntate diſponentis, ad quorum fauorem voluerit diſponere.

S V M M A R I V M.

1 *Nomine omnium filiorum, in contractu donationis, veniunt, tam maſculi, quam fœminæ.*
2 *Deſcendentium nomen, eſt generaliſſimum, & compræhendit quoſcumque, tam maſculos, quàm fœminas.*
3 *Fideicommiſſum inducitur, ad fauorem aliquorum, dum teſtator dixit, bona apud illos remanere.*
4 *Hæres grauatus non poteſt diſponere, in præiudicium vocatorum.*
5 *Donatio relatiua non dat aliquod ius.*
6 *Teſtamentum voluntariè reuocatum, non habetur in conſideratione.*
7 *Diſpoſitio perfecta nihil, in futurum faciendum, expectat.*
8 *Scriptura relata attenditur, ſolùm in his, in quibus diſpoſitio referens expreſſe non diſponit.*
9 *Sub fideicommiſſo vniuerſali, non venit fideicommiſſum particulare priùs factum.*
10 *Præcipuè ſi fideicommiſſum vniuerſale includat perſonas in particulari non vocatas, & excludit vocatas.*
11 *Donans, ad fauorem deſcendentium alicuius, non poteſt poſt contractum, contra illos aliquid innouare.*
12 *Nec mutare diſpoſitionem, & modum ſuccedendi, in contractu poſitum.*
13 *Niſi donans, in contractu, ſibi facultatem reſeruauit.*
14 *Dictio, taxatiuè, reſtringit, & limitat diſpoſitionem, ad vocatos.*
15 *Clauſulæ famulantur contractui, cui adijciuntur.*
16 *Fœmina conuncta, in concurſu extraneorum, non cenſetur excluſa.*
17 *Obſeruantia eſt optima interpres diſpoſitionis.*

D E C I S I O XLVII.

Ponderatis, quinta vice, fundamentis vtriuſque Deciſionis, coram Me, emanatæ, ſub diebus 4 *Decembris 1662. & 6. Iunij 1664.* DD. cenſuerunt, ſtandum eſſe, in primo loco, deciſis; mouit enim ipſos, Inſtrumentum Donationis 20. mill. ſcutorum, in tot bonis, à Pontio Seniore factæ, Pontio Pronepoti intuitu certi, & determinati matrimonij, cum Vrſula contrahendi, cuius Donationis verba ſunt hæc *Quæ tamen loca Montium remaneant ſuppoſita diſpoſitioni, & fideicommiſſo facto ſeu faciendo in fauorem tamen filiorum & deſcendentium ipſius Ill. D. Pontij Iunioris;* Ex quibus duo, potiſſimum reſultare viſa ſunt: quorum primum eſt ipſa compræhenſio, & vocatio fęminarum, cum verſemur in Contractu inito, contemplatione certi matrimonij, quidquid ſit in alijs,
in quibus dubitari poteſt, an maſculinum concipiat fę 1
mininum, certum eſt in hoc, filijs fauorabile, & donationem, in illorum commodum, continente appellatione filiorum venire, tàm maſculos, quàm fęminas *Iaſ. in l. ſi quis id quod num. 17. in princ. ff. de Iuriſd. omn. Iud. Gabr. de verb. ſign. concl. 6. num. 106. Decian. conſ. 41. num. 114. lib. 1. Rot. cor. Mantic. dec. 96 num. 2.* & melius, *in dec. 290 num. 8. part. 9.*

Digitized by Google

*par 9.rec.& in Romana ſeu Napeſina reſtitutionis in Inte-
grum 4 Iunij 1655. §. nec ſubſiſtere cor. Eminentiſſ. D. M.
Decano.*

Quod euidentius demonſtratur, quia donans, non ſim-
pliciter, & abſolutè meminit filiorum, verum etiam de-
ſcendentium, quod verbum, tamquam magis commu-
ne, vigore ſuæ generalitatis, amplectitur ex eius propria
natura, æqualiter omnes vtriuſque ſexus, à Pontio Do-
2 natario, originem trahẽtes per *text.in §. ſi quis igitur auth.
de hæred. ab inteſt. venien. Alex. conſil. 260. nu. 2. lib. 2. Pereg.
de fideic art 25. num. 8. Mareſc. var reſol. lib. 1. cap. 45. num.
6 Rot. diuerſ deciſ. 125. num. 34. par. 2 & dec. 172 num. 1. 3.
cor. Reuerendiſſ. Carillo.*

Alterum eſt, ipſum particulare, & perfectum fideicom-
miſſum, ſuper eiſdem Bonis donatis, nam cum ſupra re-
ceoſita verba, præſeferant, tam reſpectu perſonarum,
3 quam bonorum certam, & completam voluntatem diſ-
ponentis, volentis, in ſubſtantia bona remanere, pro filijs,
& deſcendentibus eiuſdem Pontij, quales ſunt Sorores de
Cæuis, inducunt propterea, ad illorum fauorem fidei-
commiſſum, vt probat *text in l fideicommiſſa, § hæc ver-
ba, ff. de leg. 3. Card. Mantic de coniect. vlt. vol lib. 8. tit. 1. nu.
12. Rot. dec. 640. num. 16. verſic & verba part 1. diuerſ.* &
optimè. *in Romana Cenſus, ſeu Fideic. 9. Aprilis 1666. cor.
R. P. D. m. Bourlemont.* Inde Iacobus, tamquam grauatus,
nequiuit, in præiudicium vocatorum diſponere, in fauo-
4 rem Agathæ Vxoris, & cauſam ab ea habentium, *l. fin §.
comm. de legat.*

Nec aduerſatur, quod Donatio nõ ſit pura, ſed relatiua
ad fideicommiſſum factum, ſeu faciendum, ideoque fę-
5 minis, in eo excluſis Ius aliquod acquiri non potuit, quo
niam reſpectu primi teſtamenti, DD. illud non habuerũt
6 in conſideratione vtpotè voluntariè reuocatum, reſpe-
ctu verò ſecundi cùm, ex prædictis conſtet, de abſoluto
fideicommiſſo, fauore filiorum, & deſcendentium, relatio
nihil operatur, cum diſpoſitio, de per ſe, vndequaquè per-
fecta, nihil expectaret ab actu, in futurum faciendo, vt
7 ſentit *Rota in d. Rom. Cenſus, ſeu Fideic. §. penult. & in Rom.
Donationis 2. Decembris proximi præteriti cor Me*; quin
imò, per dictam relationem, credendum non eſt quod il
le, qui facultatem diſponendi habebat iamque diſpoſue-
rat, voluiſſe recedere à prius diſpoſitis, quæ ſemper ex
cepta intelliguntur, in ſcriptura relata, attendenda ſolũ,
in ijs, de quibus diſpoſitio referens expreſsè non diſponit,
8 *Pariſ. conſ. 39. num. 18. 19. lib. 1. Becc. conſil. 101. num. 39 lib.
1. Fontanell. de Pact. nupt. clauſ. 5 gl. 10 part. 2. num. 26. Rot.
dec. 469. num. 26 part. 9. rec.*

Præſertim quia in Teſtamento, aliquod principale fi
deicommiſſum non fuit, ſuper Bonis donatis, conſtitutũ,
ſed tantum vniuerſale ſuper omnibus Bonis, ordinatum,
9 quod trahi non poteſt, ad Bona iam donata, nec ſub eo
includi fideicommiſſum principale *l. Lucius. §. ſed pluri-
bus. ff. ad S. C. Trebell. Pereg. de fideic art 3. num. 30. Fon
tanell. de pact nupt. clauſ. 4 gl. 5. num. 31. 36. Rot. dec. 421. nu.
10 27. part. 5. rec.* maximè quando, vt in propoſito, Fidei-
commiſſum vniuerſale includit perſonas, in particulari,
non vocatas, quales ſunt illi de Rattis. & excludit voca-
tas, quales ſunt fęminæ, argumento *text. in l. cohæred. §. qui
Patrem, ff de vulg. & pupill Bero. conſ. 81. num 26. & ſeqq
lib. 2 Rot. d. dec. 421. num. 28. par. 5 & dec. 399. num. 18. par.
9 rec.*

Ex quo ſicut, ex alijs coniecturis, in eadem prima de-
ciſione examinatis, deducebant etiam DD. defectum vo-
luntatis Pontij teſtatoris, diſponendi in fauorem extra-
neorum, de bonis donatis; non enim amplius licebat, ne-
que per Contractum, neque per vltimam voluntatem,
diſponere de Bonis donatis, in præiudicium deſcenden-
tium à Donatario, ad quorum commodum tantùm, in
Inſtrumento donationis fideicommittens, ſe aſtrinxerat
cum ipſo donationis momento, fuerit eiſdem ius irreleua-
11 bile, ex propria perſona, quæſitum *Caſtren. in l. ſi pecuniã
num 11. ff. de cond. cauſ. dat. Dec. conſil. 468. Molin. de pri-
mog. lib. 1. cap. 1. num. 19. Sanch. de Matrim. lib. 6. diſput. 32.
num. 3. Merl. dec. 404. num 7. Rot. in Rom. Donationis 3. Iu-
nij 1658 §. quo enim cor. Reuerendiſſ. D. M. Decano.*

Taliter quod non potuerit Pontius. per ſubſequens fi-
deicommiſſum vniuerſale, vocare ſolos maſculos, & ſub-
ſtituere extraneos, excluſis fęminis à prædicta Donatio- 12
ne, & fideicommiſſo particulari, *ad l. perfecta ibique Cin.
num. 1. C. de donat. Menoch. conſ. 321. numer. 210. & ſeqq.
Cancer. var. reſol. par. 1. cap 8. num. 180. verſ. quod eſt intel-
ligendum, in rec. dec. 393. num. 7. & ſeqq. part. 5. & in Rom.
Donationis 28. Ian. 1657 cor. b. m. Veroſpio, §. neq. monialis.*

Hinc non refragatur authoritas. *Decian. conſ. 1. numer.
31. 38 lib. 3. & Cutell. de donat tract. 2. diſcurſ. 1. ſpec. 3. &
num. 26.* loquuntur enim, in caſu quo donator ſibi libe- 13
ram reſeruauit facultatem apponendi conditiones, vel in-
ſtituendi fideicommiſſum, & ſubſtitutiones, ſecus, quan-
do legem ſibi præſcripſit, & reſtrinxit ſe, ad fauorem cer-
tarum perſonarum, vt in præſenti, ibi, *In fauorem tamen,
filiorum & deſcendentium*, quæ dictio *tamen*, eſt reſtricta, 14
& limitata ad illos tantum *l. pro hærede, §. quod ff. de acq.
Rot. dec. 140. num. 4. par. 3. rec.* & conſequenter, ad illorum
excluſionem, vocare non potuit extraneos, vt declarat
ipſe *Cutell ibid. verſ. ſed hoc licet*, & in fortioribus, latè
conſequitur. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 25. part. 2.
numer 21.*

Non obſtat, quod donatio facta ſit Pontio abſenti me
Notario &c. præſenti &c. quia nõ propterea fuit Immuta-
ta ſubſtantia Donationis factæ filijs, & deſcendentibus,
quorum fauore Immediatè ſubiunguntur, remanere de-
bere ſub fideicommiſſo facto, vel faciendo, nam dicta
clauſula, præſenti &c. & aliæ famulantur Contractui,
cui adijciuntur & ab illo reſtrictionem recipiunt, vt ge-
neraliter dictum fuit. *in Roman. Attentator. 28. Martij* 15
166 . §. nullitas eiuſdem ſententiæ in fine cor. Me, & in ſpe-
cie reſolutum *in Rom. Apothecarum 13. Maij 1656. cor.
Eminentiſſ D. M. Card. Celſo §. nec reſiſtunt clauſulæ.*

Demum pro ſororibus valdè vrget non ſolum, ipſa
ſanguinis coniunctio, cum donante, quas ob id, fęminas
in concurſu extraneorum veriſimiliter voluiſſe exclude-
re præſumendum non eſt, vt aduertit *Molin. de rit. nupt.
lib. 3. qu. 24. à num. 103.* ſed etiam confeſſio Iacobi qui illis 16
donando. declarauit facere etiam pro rata, quam præ-
tendere poterant in Bonis donatis, vt in earum Summar.
num. 5. quod vtique non feciſſet, niſi ſciuiſſet illas eſſe, in
donatione vocatas, obſeruantia enim, eſt optima inter- 17
pres *ad text in l ſi de interpretatione ff. de leg.*

Et ita ſtandum in primo loco deciſis concluſum fuit,
vtraque parte &c.

R. P. D. Beuilaqua.

Romana Fideicommiſſi.

27. *Iunij* 1660.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta, per viam donationis irreuoca-
bilis, non reuertitur ad renunciantem, etiamſi
deficiant omnes perſonæ contemplatæ, ſed ce-
dit, fauore hæredum vltimi compræhenſi; Et
terminus donationis, cadere poteſt, in renun-
ciatione, Iurium, ſub ſpe competentium.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians validè non habet regreſſum ad renunciata.*
2 *Ceſſantibus perſonis contemplatis, bona renunciata re-
deunt ad renunciantem.*
3 *Contra, quando renunciatio eſt, per viam donationis,
quia tunc non datur regreſſus, & bona vadunt ad hæ-
redes vltimi.*
4 *Argumentum à veriſimili reſponſione diſponentis, pa-
rum æſtimatur;*

5 *Præ-*

Digitized by Google

5 *Præcipuè ſi ſint verba in contrarium.*
6 *Renunciatio, ex pluribus cauſis, vna ceſſante, nõ expirat.*
7 *Ius quærendum, & incertum, non poteſt cadere ſub terminis donationis.*
8 *Spes, de facili euentura, cedi poteſt, & ſuper ea cadit donatio.*
9 *In renunciatione iuris quærendi nõ requiritur inſinuatio.*
10 *Donatio, cum onere fideicommiſſi, ad fauorem agnationis, non requirit inſinuationem.*

DECISIO XLVIII.

COmitiſſæ Iſabellæ Vrſinæ excipienti, de fideicommiſſis bo: me: Henrici, & aliorum de Vrſinis, ad eius fauorem purificatis pro impedienda executione, & venditione locorũ montium, per A.C. decreta, ad inſtantiam fratrum de Nigronibus creditorum Franciſci Vrſini iunioris, obſtare renunciationem, ab ipſa eidem Franciſco, & alijs factam, ideoque non poſſe d. alienationem, & executionem cæptam, ſuper dd. locis montium, & alijs bonis hæreditarijs d. Franciſci retardare, ſententia Rotali pronunciatum fuit, quam, in gradu appellationis, ad me interpoſitæ, Domini confirmandam eſſe cenſuerũt: nàm contra validitatem, nihil opponebatur, de iuſtitia verò apparere viſum fuit, ex inſtrumento de anno 1623. ſtipulato, in quo ipſa Comitiſſa Iſabella ceſſit, renunciauit, & refutauit omnibus, & ſingulis rebus paternis, fraternis, maternis, & alijs quibuſcumque, ad ipſam, quomodolibet ſpectantibus, & debitis, & tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, & vigore quorumcumq; fideicommiſſorum, & donationum hactenus, quomodolibet, factorum, & reſpectiuè purificatorum, & purificandorum, ſibi delatis, vel in futurum, deferendis, atque irreuocabiliter, & titulo irreuocabilis donationis dedit, ceſsit, & renunciauit Henrico, & Franciſco fratribus, quam renunciationem, & donationem non impugnare, nec ad bona regreſſum prætendere, ſed ſemper, & perpetuò illas ratas, validas, & firmas, ac omni tempore conſeruare, & non contrauenire ſub obligatione camerali, ex qua renunciatione continente omnia bona, & iura, quæ renuncians prætendere poterat, per verba ampliſſima, & geminata facta remanſit ab illis excluſa, & petendo regreſsũ audiri non debet, *c. eos 7. quæſt. 1. & cap. ſi illic 27. q. 4. l. quæritur*
1 *14. §. ſi vendita, ff. de edil. ed. l. Heſennius 64. in princ. ff. de euict. Dec. conſ. 111. in prin. Surd. conſ. 133. nu. 1. Rot. in Ariminen. ſucceſſionis 26. Iunij 1614. in prin. & 16. Maij 1616. cor. Bichio.* confirmata 1. *Aprilis* 1618.

Non obſtat quod denuò opponebatur, Comitiſſam reſpexiſſe ad decorem, & nobilitatem agnationis, & intuitu Henrici, & Franciſci illorumque filiorum maſculorum, renunciaſſe, quibus, ſine prole defectis, ceſſat contemplatio conſeruationis agnationis, & familiæ decoris, & per conſequens inefficax, & reſoluta remanſerit renunciatio, vt ampliùs obeſſe nõ potuerit, quin ſit promiſſum renũciantem ad bona renunciata aſpirare, & pro ſe retinere,
2 *Bald. l. 4. n. 3. verſ. 4. quæro. C. de collat. & in conſ. 437. nu. 2. verſ. in contrarium lib. 1. Caſtren. in l. pactum quod dotale in 6. C. eod. Cramett. conſ. 42. n. 1. verſ. ſed in contrarium Gabr. conſ. 131. nu. 11. & ſeqq. lib. 2. Rot. cor. Merl. dec. 869. num. 7.* quoniam, vt fuit reſponſum, in 1. *dec. edita ſub die 3. Decemb.* 1611. *nu.* 8 *& in ſecund. 29. Maij 1656. §. primo, & ſecundò, & vltima 9. Maij 1659. §. hinc regreſſus* prędictæ & aliæ adductæ auctoritates, concluſionem prædictam firmantes, procedunt in terminis ſimplicis renunciationis, cenſetur enim renunciantem voluiſſe bona dimittere, in caſu autem deficientiæ quaſi ſit reſoluta renunciatio, ſit locus ſucceſsioni ad aliorum non comprehenſorum excluſionem, quæ concluſio non applicatur ad propoſitã facti ſpeciẽ, in qua Comitiſſa excedendo terminos ſimplicis renũciationis progreſſa eſt, ad irreuocabilem, inter viuos donationem, vt demonſtrant verba illa, ibi, *ad renunciationem, & irreuocabilẽ donationem qua fuit, vt fieri, dicitur inter viuos, dedit, & conceſſit &c.* & ibi, *huiuſmodi verò renunciationem, & irreuocabilem donationem ſemper obſeruare, & ad bona renunciata, & donata nunquam habere & petere aliquem regreſſum:* quinimò quoties huiuſmodi donationem, & renunciationem iuxta præſcriptionem ipſius renunciantis, idem importantẽ, ibi *cedo, & dono come ſopra*, cuius donationis ea eſt primordialis natura, vt bona donata exeant, de manu donantis, nec ad illam reuertantur, ſed tranſeant ad donatarios, & illius hæredes, non obſtante, quod fuerit habita ratio conſeruãdi agnationem, niſi ſit ſpecialiter expreſſum, *ad tex. in l. 1. ff. de* 3
donat. Mant. de tac. lib. 13. tit. 21. n. 20. Rot. cor. Put. dec. 273. n. 7. & 6. lib. 3. Achill. de Graſſ. dec. vnica per tot. & præcipuè n. 6. de don. in rec. dec. 179. n. 15. p. 4. tom. 2. Rom. fideic. de Incoronatis 5. Nouemb. 1639. §. ſed propterea in fin. cor. Pirouano, & dec. 10. nu. 35 & 36 cor. Emin. Ottob. & in Ceſenaten. bonorum 25. Martij 1611. §. vlt. cor. R. P. D. Albergato & in alijs deciſionibus cauſa alleg.

Nec valet argumentum deductum, à veriſimili mente renunciantis, quod, ſi eſſet interrogata, an vellet extẽdi renunciationem ad alios, in caſu deceſſus, renunciantis ſine prole, negatiuè reſpondiſſet, quia, non procedit niſi illud, quod per dictum diſponentem, ita fuiſſet reſponsũ, alioquin quilibet diceret, quòd diſponens, ſi de hoc fuiſſet interrogatus, tale reſponſum dediſſet, vt arguunt *Soccin.* *conſ. 76. nu. 3. lib. 3. Gabriel conſ. 116 num. 18. lib. 1. Gionagn.* 4
conſ. 42. n. 109. lib. 1. & quando, vt hic, adſunt verba in cõtrarium, illis ſtandum eſt, vt perbellè ait, *Honded. conſ.* *57. numer. 35. lib. 2.* vnicuique ſubitò, quod cauſa vnica, & 5
finalis renunciationis fuit conſeruatio agnationis, ideò ea ceſſante ſeruatur renunciatio, nam ex lectura per oppoſitum innoteſcebat, ibi enim dictum, ab eo deuentum fuiſſe, ob amorem, & beneuolentiam, quibus Comitiſſa fratres proſequebatur, quodque ab illis fuerat congruè, & decenter dotata, & ex alijs cauſis, animum ſuum mouentibus, & quia ſic ſibi de eis bonis, & rebus facere, & diſponere placuit, & placet: vnde quamuis ceſſaſſet prætextus habitus ad conſeruationem agnationis, & decoris familiæ; indè tamen nihil releuat cũ deficiant prędictæ aliæ cauſæ, vt in ſpecie fuit animaduerſum, *in Arimin.* 6
ſucceſſ. 29. Iun. 1616. cor. Bichio, § facilius relata in 1. dec. n. 11. & in eadẽ 1. Apr. 1618 cor. Me, § nõ obſtat quod Maria.

Non vrget repetita diſtinctio, quod donatio poteſt intelligi facta, quoad bona competẽtia, & ſuper quibus erat ius quæſitum, dum actus renunciationis, & donationis, fuit celebratus; ſecus tamen reſpectu futurorum, & iuris quærendi incerti, & euentualis, tanquam non ortu tempore renunciationis, non cadit terminus donationis, *tex.* 7
in l. ſi Sponſus §. ſi maritus, ff. de donat. inter virum, & vxorem quæ ſecuta fuit, *Rot. deciſ. 212. num. 55. & ſeqq. & dec. 320. numer. 15. & deciſ. 123. numer. 51. pariter cum ſeqq. part. 6. rec.* Siquidem recipitur quoque diſtinctio, quando agitur de ſimili renũciationis, & dubitationis, an habeat vim renunciationis, & dubitatur an habeat de iure penitus incerto, & quod nulla adſit ſpes, de præſenti, nec cauſa de præterito, aliter non dicendum eſt, prout, & per plures annos ante factã renũciationẽ, & habetur ſpes de pręſenti, cum Comitiſſa poterat ſuperuiuere fratribus renunciatarijs, vt euenit, hoc enim caſu, huiuſmodi ſpes potuit cedi, & ſuper ea congruè cadit donatio, ad *tex. in* 8
l. ſpem, 3. C. de donat. Soccin. Sen. conſ. 183. nu. 23. & 24. lib. 2. Surd. conſ. 308 nu. 30 & conſ. 398. nu. 23. & 24. poſt Imol. conſ. 142. nu. 17. Cyriac. controu. 1. nu. 14. & 19. Galerat. de renunciat. tom. 2. cent. 1. renunc. 17. nu. 14. Rom. dec. 81. nu. 26. & 27. Rot. in Romana fideicom. de Coſcians 16. Martij 1648. cor. Eminentiſs. Corrado, § quia poteſtas.

Non officit defectus inſinuationis, nõ quia venit caſus ſuper venientes Comitiſſæ fratres, ita poterat procedere, quo caſu non requirebatur inſinuatio, quia dicitur renũciatum iuri quærendo, *Bald. in l. illud nu. 6. Rot. dec. 292.* 9
nu. 23. & dd. deciſ. 320 nu. 8. et 323. n. 5. par. 6. rec. in d. Rom. fideic. de Coſcians cor. Eminentiſ. Corrado, & in Ceſenaten. bonorum cor. R. P. D. Albergato. Tum quia donatio facta fuit cum onere fideic. ad fauorem agnationis, in quibus

Digitized by Google

caſibus, non eſſe neceſſariam Inſinuationem, probant *Pereg. de fideic. art. 51. numer. 64. & alij relati in ſecunda, & tertia dec. R.P.D Veroſpij. §. neque de vitio*, & hinc quoque ceſſat quod ſub conditione quęrenda donatio ſit talis, ſed renunciatio tanquam obuians exordio acquiſitionis, quæ eſt natura renunciationis. *Rot. in practi. deciſ. 12. num. 11. & 320. num. 8 par. 6. rec.* quia deciſ. loquuntur & diſtinguunt vt non poſſit dici vera donatio, ad hoc vt egeat inſinuatione, nō autē quod ſit ſimplex renūciatio.

R. P. D. Beuilaqua.

Romana Fideicommiſſi de Alberinis.

Vener. 23. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Mulier, poſſidens bona fideicommiſſo ſuppoſita, non poteſt impedire immiſſionem fideicommiſſarijs, niſi doceat, in continenti, de titulo claro ſuæ poſſeſſionis; Nec prætendere poteſt retentionem, vigore adiudicationis nullæ, Et ſic ponderantur plures nullitates, quæ interuenire poſſunt in adiudicatione.

SVMMARIVM.

1 *Purificato fideicommiſſo, non denegatur immiſſio fideicommiſſario.*
2 *Etiam ex remedio Saluiani.*
3 *Fideicommiſſarius contra vxorem defuncti, detinentem bona debet agere, via ordinaria.*
4 *Contra quando eius titulus eſt nullus.*
5 *Curator nonus, non poteſt deputari, quando non conſtat, de obitu primi.*
6 *Maximè de curatore dando rebus abſentis.*
7 *Lis inducitur, ex eo, quod quis mandat monitorium etiam ante illius reproductionem.*
8 *Lis inter aliquos introducta, vbi eſt, non poteſt terminari illis non citatis.*
9 *Nec poteſt inchoari nouum iudicium.*
10 *Adiudicatio fit iuxtà ſtylum.*
11 *Adiudicatio requirit præcedentem ſubhaſtationem.*
12 *Subhaſtatio eſt de forma adiudicationis.*
13 *Adiudicatio requirit lapſum vnius menſis, poſt decretum de conſignando.*
14 *Adiudicatio habet vim emptionis, & venditionis.*
15 *In ea ſeruantur ea, quæ in venditione.*
16 *Requiritur æſtimatio.*
17 *Non requiritur æſtimatio inter priuatos.*
18 *Limitatur tamen, etiam inter priuatos, quando eſt ſuſpicio fraudis.*
19 *Aeſtimatio requiritur, quando non ſunt oblatores.*
20 *Aeſtimatio non requiritur, quando eſt certum pretiū.*
21 *Decretum ſuper adiudicatione præcipitanter latum eſt nullum.*
22 *Curator hæreditatis tenetur tueri iura hæreditaria.*
23 *Colluſio inducitur ex omiſſa defenſione.*
24 *Adiudicatio facta, non ſeruatis ſolemnitatibus eſt nulla.*
25 *Colluſio excluditur, ex defenſione iurium.*
26 *Adiudicatio facta, cum conſenſu debitoris, & creditoris, non requirit ſolemnitates.*
27 *Quod non procedit, in præiudicium tertij.*
28 *Iudex poteſt prorogare tempus deliberationis, in ſubhaſtatione.*
29 *Sed non poteſt minuere.*
30 *Adiudicatio, vltra ſummam debitam, eſt nulla.*
31 *Repudiās hæreditatē, nullum ius habere poteſt ſuper ea.*
32 *Hæreditatis repudiatio probatur, ex declaratione, nolle eſſe hæredem.*
33 *Repudiatio hæreditatis prius aditæ, admittitur, in præiudicio repudiantis.*
34 *Cenſus extinctus non eſt ampliùs in rerum natura.*
35 *Exceſſus in minimo annullat adiudicationem.*
36 *Sciētia partis ſcripturæ inducit ſciētiā alterius partis.*
37 *Retentio non datur, nulliter immiſſo, pro alijs creditis.*
38 *Retentioni exceptio requirit creditum liquidum, & indubitatum.*
39 *Donans iura, ſuper quibus nullum ius habet, non poteſt aliquod ius transferre in donatarium.*
40 *Melioramenta probari non poſſunt, non conſtito, de ſtatu anteriori.*
41 *Pro refectione melioramentorum attenditur, quod minùs eſt, vel melioratum, vel impenſum.*
42 *Melioramenta non probata non impediunt immiſſionē.*
43 *Melioramenta conſiſtentia in plantationibus non reficiuntur.*
44 *Grauatus reſtituere non poteſt diſponere extrà vocatos.*
45 *Grauatus tenetur deſcribere in inuentario omnia bona.*
46 *Creditori ſatisfacto non datur retentio.*
47 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit immiſſionem fideicommiſſario.*

DECISIO XLIX.

PAulus Alberinus, duos habens filios maſculos, Tiberium & Iacobum, in teſtamento de anno 1619. condito, illos hæredes vniuerſales inſtituit, cum reciproco, & perpetuo fideicommiſſo, ad ipſorum, & filiorum fauorem, & in defectum, vnum ex deſcendentibus maſculis D. Flauiæ Ceciliæ, eius filiæ, & in concurſu pluriū proximiorum in pari gradu, ſorte extrahendum, ad ſucceſſionem ſuorum bonorum vocauit, omnibus quacumque bonorum ſub pęna caducitatis, alienatione nec non legitimæ, & trebellianicæ, & alterius portionis, deductione prohibita. Euenit, quod ambo hæredes inſtituti deceſſerunt ſine filijs: primo loco Tiberius ab inteſtato, & demum Iacobus, præuia omnium bonorum, ex cauſa mortis donatione ad fauorem D. Clementiæ Pieriæ eius vxoris, aduerſus quam, bonorum fideicommiſſariorum Pauli detentricem, Domini Laurentius de domo, & Angelus Iacobellus filij præfatæ Flauiæ Ceciliæ, vti ad fideicommiſſum a d. Paulo ordinatum vocati, petebant immiſſionem, in bonis hæreditarijs illius, quam Rota, concedendam eſſe, cenſuit. Quia, abſque controuerſia, admittebatur exiſtentia fideicommiſſi, ex teſtamento Pauli non cancellato, neque, in aliqua ſui parte vitiato, illiuſque purificatio, in perſonis dictorum Laurentij, & Angeli, ob deceſſum hæredis ſine filijs, ac identitas bonorum, ex inuentario, per eoſdem facto, poſt obitum patris fideicommittentis, ac diuiſione inter ipſoſmet ſucceſſiuè, ſequutæ: Quibus iuſtificatis non poteſt fideicommiſſarijs denegari
immiſſio in vim *l. fin. C. de Ed. Diu. Adr. toll. Menocch. de* 1
adip. poſſeſſ. remed. 4. nu. 199. cum ſeqq. vel ex remedio vtilis Saluiani interdicti, iuxtà ſtylum Rotæ, vt coram *Du-*
ran dec. 258. nu. 8. & dec. 432. nu. 1. Merlin. dec. 311. 613. 2
& 861. vbique num. 1. & in alijs paſſim.

Non obſtat, quod Clementia, certa bona, inter alia ad quæ petitur immiſſio, titulo adiudicationis, factæ Iacobo eius viro, & donatori, ex cauſa dotis maternæ, poſſidens, ſit legitima contradictrix, ad impediendam immiſſionem fideicommiſſariorum, ità, vt iudicio ordinario, non autem executiuo, contra ipſam agendum ſit, *Bar-*
tol. in d. l. fin. nu. 21. verſ. ſecundò caſu C. de Ed. Diu. Adr. 3
toll. Soccin. Iun. conſ. 77. nu. 161. lib. 1. Rot. dec. 315. nu. 4 part. 3. rec. coram Comitul. dec. 61. num. 12. & apud Eminentiſs. Ottob. dec. 225. nu. 15. & in Romana fideicomm. de Montanis 28. Martij 1657. §. iniuſtitia coram Me. Quia id intelligitur, quando titulus poſſeſſionis eſt validus, & legitimus, ſecus autem, ſi detegitur, incontinenti nullus, & inſubſiſtens: tunc enim, tali titulo non attento, competit fideicommiſſarijs, *d. l. fin.* reme-
dium, *ad text. in l. nec vllam 13. ff. de petit. hæred.* 4
Aretin. in §. ſed iſte numer. 13. Inſtitut. de action.

Reland.

Roland.à Vall.conſ.48.numer.12.lib.1. Angel. de legit.Con-
trad. quæſt.7.num.142.Rot.coram Seraphin. dec.256.num.
1. in Romana Domus 4. Maij 1648. § quia obiectum
coram Bichio , in Vrbinaten. Pradij 23. Maij 1653 § non
obſtat coram eodem, & in Romana Fideicomm. de Zuc-
charis 4. Februarij 1650. §. neque ſuffragari coram Du
nozet.e .

Inualiditatem, verò adiudicationis, Domini , ex hoc
priùs, deducebant, quod iuxtà facti ſeriem, Iacobus hæ-
res grauatus, ſpe filiorum deſtitutus, Intendens , ab hæ-
reditate patris fideicommittentis , dotem Panthæ ma-
tris ſcut.13.m. illi ſolutam , repetere monitorium , ad
hunc effectum , in Tribunali A.C. expeditum , fidei-
commiſſarijs præſentare fecit , qui myniſterio procu-
ratoris ad lites conſtituti, comparuerunt , ſed poſteà ,
mutata ſententia Iudicium , ab illis cęptum , præter-
mittendo , priùs curatorem generalem hæreditati pa-
ternæ , & poſteà ſub prætextu obitus illius, alium par-
ticularem , deputari obtinuit , cum quo , nouum iu-
dicium cæptum , perfecit , quod dupliciter nullum vi-
ſum fuit : Tum, quia non potuit ad deputationem al-
terius Curatoris, deueniri non conſtito , in actu , de
5 obitu primi, l. curatorem 10. ff. qui dar. tut. vel curat.
Rot.deciſ.47. numer.1.apud Pic.ad ſtat.Vrb. Canaler.
deciſ.57.numer.6. & deciſ.114.numer.8. part.7. recent.
6 & in ſimili de Curatore , dando, rebus abſentis , Ro
land. dict. conſul.48. numer.14. lib.1. Gabriel. conſil.28.
numer.9. libr.2. Angel. de Peruſ. conſil.103. num.1. ver-
ſicul. nec obſtat , vbi quòd nec ſtatur verbis enunciati-
uis , de abſentia , niſi in actis, conſtet. Tum etiam ,
quia aderant fideicommiſſarij , & habentes Ius ſucce-
dendi , idque Iacobo optimè innoteſcebat , ob præce-
dens monitorium , ad eius Inſtantiam , expeditum ,
& contra illos, executum , per quod, reſpectu ipſius
7 obtinentis, dicitur lis Inducta , etiamſi in actis , non
fuerit reproductum , vt declarat Add. ad Buratt. dec.
8 109. litera A. Vndè illis ampliùs non citatis , non
potuit ritè , & rectè nouum iudicium inuocari , &
9 terminari , Fulgoſ. conſul.114. Rum. conſil 19. nu fin.
libr.1. Gabriel. conſul.28. numer.40. & 41. libr.2. Dec.
conſil.575. Laderch conſul.47. num.4. Scacc. de Comm.
& Camb. §. ſeptimo. gloſſ.6. numer.8. & 10. verſic. aut
creditor ſciebas ; In contrarium , verò citati , & ſi-
gnanter , Anton. de Amat. reſolut.56. numer. 26. &
27. non aduerſantur , dum non loquuntur , quando
fuit inſtitutum Iudicium, monitis fideicommiſſarijs ,
& intereſse habentibus , vt hic , ſed vbi electa fuit
via deputandi curatorem , & cum eo lis agitata .

Item inualida fuit adiudicatio , admiſſi etiam , ci-
trà veri præiudicium, pro legitima curatoris , depu-
10 tatione , & proceſſu , coram illo, fabricato : Quia non
fuerunt ſeruata alia remedia , quæ in huiuſmodi adiu-
dicationibus de Iure , & de ſtylo , ſeruari conſueue-
rint, legitur enim facta , non præcedente ſubaſtatione
bonorum Imò , nec decreto , de illa ſubaſtando , & ta-
men hæc eſt ſolemnitas neceſſaria , quæ prætermitti
11 non potuit , l. ordo Cod. de execut. re iudic. Rot. coram
Seraphin. deciſ.984. numer.2. & apud Pacif. de Salutan.
deciſ.2.num.1. vbi quod paſſim , in aula iudicaria ſer-
uatur , & receptus eſt hic iuris ordo, & in recent dec.
391. numer.1. part.3. alijque cumulati per Modern.
12 Peruſin. de ſubhaſt. quæſt.45. nu.1. & 5. vbi, quòd ſub-
haſtatio eſt , de forma adiudicationis , & inuenta ad
euitandas fraudes, Fenzon. ad ſtat. Vrb. cap.194.numer.
69. Seraphin. deciſ.358 numer.2. & ob id , ea non præ-
cedente, adiudicatio non ſubſiſtinetur, dict. l. ordo Sera-
phin. deciſ.1005. in princ. Mangil. quæſt 59. nu.5. de ſu-
baſtat .

Tertio in hoc quoque peccat adiudicatio, quod ema-
nauit , eadem die , qua factum fuit decretum , abſque
aſſignatione vnius menſis, vt eo elapſo , ſequeretur ,
quemadmodum inoleuit ſtylus , in faciendo delibera-
tiones, & adiudicationes, poſt decreta , de conſignan-
do ad effectum ſubhaſtandi , Rot. coram Buratt. dec.124. 13
num.13. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.26.nu 24. & 25.Poſt.
inſpect.24. numer 80 110. & 128. Habet enim, vim em-
ptionis , & venditionis, & eiſdem regulis , & terminis ,
ordinatur . Gratian. cap.545. num.45. Rot dec.306. nu. 14
6. part.4.tom.3. recent. & in ea ſeruanda ſunt ea omnia ,
quæ in ipſa venditione, Soc.Iun.conſ.47.nu.7 & 8.libr.2.
Rot. deciſ.68. numer.5. & ſeqq. apud eundem Peruſ. de 15
ſubaſt.

Deficit, demùm in adiudicatione æſtimatio , quod eſt
alterum requiſitum , & pariter debet præcedere , ante-
quàm res creditori, in ſolutum detur, alias à nullitatis vi- 16
tio ſaluari nequit, Caſtren. conſ.15 lib.2.Surd.conſ.256.n.1
Duran dec.37.n.13. alijque latè cumulati , per d. Peruſ.
de ſubhaſt. inſpect.47.n.22.

Et quamuis ſi non agitur de exactione publicarum
functionum , qui eſt caſus, magis priuilegiatus , ſed de-
bito priuatarum perſonarum, æſtimationem, non eſſe
de forma , & ſubſtantia addictionis , ſed potiùs facien-
dam eſse , per modum Conſilij , & cauthelæ , & pro-
ptereà, ſine æſtimatione , illam valere , dixerunt Gra- 17
tian. d.cap.545.num.26. Rot coram Buratt.dec.26.num 5.
quam refert Mangil.quæſt.18. num.14. Poſt. d.inſpect.47.
num.96. In propoſitu tamen caſu, ceſsat diſceptatio, nec
ſuper ea, exiſtimarunt, Domini , eſse aliquid definien-
dum, quia tunc demum inhærendum eſset huic opinio-
ni, quando in addictione interceſserunt ſolitæ oblatio-
nes, iuxta conſuetam formam factæ ea ratione, quia per
illas, innoteſcit bonorum adiudicandorum valor, & Iu-
dex permanet informatus, aliter dicendum eſt, vbi , vt
hic, non expedito mandato, de ſubhaſtando, minuſque
publicatis conſuetis edictis , per Curſorem, ſed priuatim,
& quaſi clandeſtinè factis , per oblatores, coram Nota- 18
rio , tribus vtilibus oblationibus , quarum vltima ad
ſcut.10.m. tantùm aſcendebat , nec elapſo, poſt hæc ,
menſe, ſed paulò poſt emanauit decretum adiudicatio-
nis abſque alio inſtrumento, & actu . His enim deficien-
tibus, ignoratur bonorum pretium, indequè intrat ſuſpi-
cio fraudis, quòd addictio, pro viliori pretio facta fuerit ,
in gratiam creditoris , omiſsa æſtimatione, per peritos ,
facienda, & ideò non teneat, ad tex. in l.1.C ſi cauſ. Iudic.
Gratian. cap 7.nu.23. Mangil.de ſubhaſt. quæſt.18.n.6. &
ſeqq. Poſt. inſpect.47. nu.28. 29 & 98. vſque ad 110. Rot.
in Romana Officij 3. Decembris 1607. coram Sacrato poſt
Marcheſ part.1. fol.137 n 6. & in alijs relatis per add. ad
Buratt. dec.96. lit A, & dec.124.n.13. & in ſpecie, quod
res non debeat ſtatim adiudicari parti, ſed poni ad incã-
tum, & ſubhaſtari, Iodocch. de ſubhaſt. cap.3 n.9. quem re-
fert, Poſt. eodem tract. inſp.30.n 11. cum ſeqq.

Vtrumque concurrere in præſenti, iniuſtitiam pretij,
& fraudis ſuſpicionem, colligitur , videlicet, iniuſtitiam
pretij, ex confeſſione partis , quæ non comprehenſis
melioramentis , in domo ad Vallem , in ſumma ſcut.
5400. vt prætenditur factis , & ſibi reſeruatis , obtulit
ſcuta 16200. & pro totidem bona adiudicari obtinuit :
Vndè deficit requiſitum certitudinis pretij , ad quod in-
dagandum inuenta eſt æſtimatio , non extantibus 19
oblationibus, Gratian. d.cap 7. num 22. & cap.706.nu.5.
Mangil d. quæſt.18.nu.5. Caſtren. conſ.156. nu.1. verſ. non
obſtat, Poſt. d. inſpect.47. num. 109. nec alias poteſt omitti
æſtimatio, niſi adſint oblationes , vel pretium ſit noto-
rium, & manifeſtum, taliter, quòd ceſset ſuſpicio , frau-
dis, & æſtimatio eſset fruſtratoria, l.2. vbi Bart. nu.24. C. 20
de reſcid. vendit. & in l. pretia rerum §. nec vllam n.9. ff.
ad leg. Falcid. Mangil. d. q.18. num.6. Gratian. cap.811. n.12
Poſt. inſpect.45. num.31. & 32.

Fraudis verò , & colluſionis ſuſpicionem reſultare ,
Domini cenſebant, nedum , ex defectu citationis fidei-
commiſsariorum , & noui iudicij , ipſis inſcijs , moti ,
æſtimationis, nec non, ex inordinato proceſsu , præcipi-
tanter , fabricato , quod reddit decretum adiudicatio-
nis nullum , Nat. conſil.162. numer.1. & conſul. 352.
numer.5. Magon. deciſ. Florent.135. num.5. & 6. Verum

etiam, quia curator deputatus, non aſtitit defenſioni hę-
reditatis, contrà propriam obligationem, in acceptatio
ne curæ factam, & ad quam, de iure, erat aſtrictus, *l. fin.*
22 *§. omnem, Cod. de Adminiſt. tut l curatorem, ff. de tu*
tor. & curat dat. &c. Monticul. de tutel. capitul. 27.
numer. 1. Gratian. capit 830. numer. 1. cum ſeqq. Nul-
litas enim, oppoſuit exceptiones, contra Iacobi credi-
tum, & inſtantias factas, ſemelque tantum, in actis
cauſæ comparoit, actum contrarium defenſiooi fac eo-
du, quia conſenſit adiudicationi, pro ſumma oblata,
per d. Iacobum; circumſtantia enim, omiſſæ defen-
23 ſionis, indicat colluſionem, *Alciat. conſil. 43. numer.*
66. lib. 9. Menoch. conſil. 212. numer. 77. Poſt. de ſu
baſt. inſp. 25. numer. 15. & ſeqq. & in ſpecie de vti-
litate pretij oblati, & omiſſis ſolemnitatibus, in adiu-
dicatione, quæ propterea nulla redditur, *l. prima, &*
24 *tot. tit Cod. de Colluſ. Rot. coram Merlin. deciſ. 13.*
numer. 1. & 2. ſicuti, è contra excluderetur collu
ſionis ſuſpicio, ſi fuiſſent defenſa iura, & alia ſer
uanda, ſeruata, *Rota coram eodem deciſ. 304. nu-*
25 *mer. 2.*

Quare non facit, quod, vbi fit adiudicatio, de con-
ſenſu debitoris, & creditoris, pro pretio, per hunc
26 oblato, & conuento benè ſubſiſtat, quaſi tunc cen
ſeatur, per ipſos contracta emptio, & venditio, in qua,
ex reciproco partium conſenſu, ſequatur certitudo pre-
tij, rei adiudicandæ, abſque alia æſtimationis, & ſuba-
ſtationis, ſolemnitate, arbitrio iudicis remiſſa, quia quic-
quid ſit, reſpectu creditoris, ſibi ipſi præiudicantis, in
recipiendo rem, iuſto pretio, non emptam ſanè, quo
ad aliorum præiudicium, non valet excuſari iniquitas
adiudicationis, ſi pretio iuſto, bona addicta non fuerint,
27 & pluris æſtimabantur, tempore addictionis, *auth hoc*
niſi, Cod. de ſolut d. l. ſi quos, Cod. de reſcind. vendit. &
in ſpecie reſpondit *Nig. in tract. Iudic. capit. 35. numer.*
7. & 26. quod abſque hæſitatione recipiendum eſt,
in caſu iſto, in quo conſenſus præſtitus fuit, per cura-
torem penitus negligentem, in defendendo hæredita-
tem, ex prædictis. Iudici autem, ac ſi, pro ſuo arbi-
trio licitum ſit, ex cauſa, prorogare ſubhaſtationes, &
tempus, ad deliberandum, ad finem, vt maiores ad-
28 ſint oblationes, fauore debitoris, *Magon. dec. Florent.*
132. numer. Rot apud Poſt. de ſubhaſt. deciſ. 32. num. 6.
29 non tamen, valet eas minuere. *Bartol. in l. ſi tempora*
numer. 1. & numer. 8. Cod de fid. inſtrum lib. 10. Surd
conſ. 49. numer. 21. vbi de veriori ſententia, *Mangil. de*
ſubaſt qu. 10. num. 8. Poſt. inſpect. 24. num. 85. & inſp. 30.
numer. 30.

Ex capite exceſſus influentis, in iniuſtitiam, viſa
quoque fuit, corruere adiudicatio, tanquam facta, vl
trà ſummam, Iacobo debitam, *l. ſi non ſortem, §. ſi*
30 *centum, & ibi Bart. numer. 6. ff. de cond. Indeb. Bald.*
conſil. 223. numer. 2. lib. 2. Gratian. cap. 545. numer 5.
Rot. poſt Pacif. de Salut. deciſ. 273. numer. 12. Egit,
namque, pro credito dotali Panthæ matris, in ſumma
ſcut. 11. mill. vt præmiſſum fuit, & pro tota quantita-
te obtinuit adiudicari bona fideicommiſſaria Pauli,
quod fieri non licuit, dum ſolam medietatem conſequi
poterat, dum alia medietas ſpectaret, ad hæreditatem
Tiberij fratris prædefuncti, quæ fuit ab ipſo repudiata,
quapropter nullum ius in ea habebat, ſed, de medio,
ob talem repudiatinoem, ſubductus, ad alios fuit de
31 lata, *l. 3. in fine, & l. 4. ff. de poſſ. bon contra tabul.*
Gionagn. conſil. 2. numer. 16. & conſil. 3. numer. 14.
& conſil. 91. numer. 6. libr. 1. De repudiatione, au-
tem, non videbatur dubitandum, quia apparet, per
actum publicum, medio iuramento, coram iudice,
factum per verba expreſsè, illam importantia, ibi,
Dixit, & declarauit nolle eſſe hæredem q. Tiberij ſui
32 *fratris, imò hæreditatem illius repudiauit, & repudiat*
etiam medietatis &c l. qui ſe patris ſibi Bart. & alij. Cod.
vnd. liber. l pro hærede, & l. recuſari, ibique Angel. &
Caſtren. ff. de acquir. hæred. Peregr. conſ. 55. numer. 12.
lib. 4. Gratian cap. 706 num. 31 Rot. in Romana Retrouen-
ditionis domus 7. Iunij 1058. viſum enim fuit, & 9. Iunij
1660. §. neque aduerſus coram R. P. D. Priolo. Attendique
debet, non obſtante quod prius hæredem ſe feciſſet, quia
in illius præiudicium repudiatio admittitur, quicquid
eſſet in detrimentum tertij, cui ex primo actu aditionis
fuit ius quæſitum, *Angel. inter conſ. Bald. 403. lib. 3. Cra-* 33
nett. conſ. 26. num 6 Rot. dec. 115. num. 16. & 17. part. 4.
tom. 2. rec. & in Romana ſeu Vrbeuetana pecuniaria 27.
Nouembris 1647. in fine coram Reuerendiſs. Terraci-
nen.

Rurſus arguebant, Domini iniuſtitiam, ex accollatio-
ne cenſus, ſcut. 3000. in ſorte principali, impoſiti, per
Paulum teſtatorem, ad fauorem Cæſaris Alberini, facta
per Iacobum, in computum pretij oblati, attenta illius
extinctione, ab ipſo impoſitore, ideoq; non erat amplius, 34
in rerum natura nec per conſequens habenda ratio, in
adiudicatione, quæ, in hoc quoque corruit, cum ſufficiat
exceſſus in minima parte, *Canaler dec. 84. in fine.* A quo 35
quidem exceſſu excuſari non valet, ſub prætextu igno-
rantiæ extinctionis, nam de illa conſtat, ex ipſo inſtru-
mento quietantiæ dotis Panthæ, ad inſtantiam ipſius
Iacobi, repetito pro fundamento ſuæ intentionis; quo
circa, quemadmodum indubitata fuit reſiſtentia reſpe-
ctu patris, continentis dotem, ita, reſpectu alterius, re-
ſpicientis extinctionem cenſus, *ad l non eſt ferendus, ff.* 36
de tranſact. Cranett. conſ. 72. numer. 2. Surd. conſil. 82.
numer. 35. Menoch. lib. 6. præſumpt. Gionagn. conſil 100.
num. 62. lib 1. Rot. dec 134 num. 9. part 4. tom. 2. recent.

Firmata ex prædictis inſubſiſtentia adiudicationis, &
ſic tituli inepti, ad impediendam petitam immiſſionem,
exiſtimatum fuit, minus poſſe retardari, exceptionem re-
tentionis bonorum, ex alijs creditis, in notula ad partes,
data expreſſis; quia, vltrà quod non eſt retentioni lo-
cus, quando bona non fuerunt adiudicata, pro illis cre-
ditis, iuxta diſtinctinoem. *Bart. in l ſi non ſortem 26. §.* 37
ſi centum numer. 8. Bald. in fine Caſtr. num 5. ff. de Condit.
Indeb. Buratt. dec. 449 num. 3 & in Amerina ſucceſſionis
22 Iunij 1657. §. ex alio coram Me: illud vnum indubi-
tatum eſt, quod ſemper exigitur creditum eſſe certum,
& liquidum in ſubſtantia, & quantitate, alias, ſi ali-
quam patitur controuerſiam, non ſuffragatur ad im-
pediendam immiſſionem, Doctores *in l vnic. Cod. de com-* 38
penſat. Cyriac. controu. 180. num. 39. Surd dec. 46 in fine,
Buratt dec. 160. numer. 14. Merlin. dec. 317. num. 7 & in d.
Amerina ſucceſſionis, §. quia ad effectum. Huiuſmodi au-
tem clara, & liquida, haud viſa ſunt, quæ in d. notu-
la continentur, pro d. immiſſione impedienda.

Non enim quæ prætenduntur, ex perſona Tiberij
fratris; nam, cum Iacobus, vt dictum eſt, illius hæ-
reditatem formiter repudiauerit, nullum ius ei, ſuper
illa, competere potuit; Ideoque, mediante donatio-
ne, non fuerunt tranſlata in Clementiam donatariam,
Cephal conſil. 318. numer. 91. Gionagnon. conſil 91.
numer. 6. lib. 1. & conſil. 14. numer. 12. & 18. libr.
ſecundo.

Aliud creditum ſcut. 5400. vt aſſerebatur, per Ia-
cobum expenſorum, in melioramentis in domo, ad Val-
lem factis, non valet, ad hunc effectum, retardandi im-
miſſionem, opponi, dum, omiſſis alijs reſponſionibus
per fideicommiſſarios allatis, non conſtat, de anterio-
ri ſtatu domus, vt debuit, alias melioramenta fir- 40
mari non poſſunt, *Seraphin. deciſ. 952. numer 2. Bu-*
ratt. deciſ. 834. numer. 11. & quantum fuerit meliora-
tum, eùm, in hac materia, ſemper inſpiciatur id, quod 41
minus eſt, pro refectione, *ad text. in l in fundo 39. ver-*
ſic. & ſi plus, ff. de re vendicat l. domus 62 ff. de leg.
primo, Rota coram Merlin. deciſ. 546. numer. 1. &
Rauennaten. Domus 9. Maij 1653. §. nec dicatur co-
ram Me, qua probatione deficiente, immiſſio non re- 42
tardatur, *Merlin. dec. 118. num. 6.* melioramenta verò
facta in vinea extra portam Numentanam exiſten-
te, & conſiſtentia, in plantatione arborum, tanquam
non

non duratura perpetuò, in fundo dubitari poteſt, ao
ſint reficienda, & negatiuam ſententiam tenuit *Rot. co*
43 *ram Duran dec.*118.*n.*15. *& apud Reuerendiſs. Tarra-*
*conen. dec.*116.*num.*8. Cętera verò, credita, ex pertona
propria Iacobi, vel non apparebant iuſtificata, vel non
releuant.

Creditum, denique ex perſona Eq. Fuluij fratris
Pauli fideicomittentis prætenſum proueniens, ex poc-
tionibus Caſalium, domorum, & aliorum bonorum, pro
quarta parte, illi obuenta, viſum quoque fuit, pati ſuc-
biditatis exceptionem, orientem, tam ex inſpectione re-
ſolutionis donationis, per eundem Fuluium factæ, intui-
tu profeſſionis emiſſę, nec non diſpoſitioois. de iiſdem
44 bonis. per d Paulum, vti de re hæredis, attenta ampliſſi-
ma cuiuſque portionis prohibitione, in teſtamento adie-
cta, *ad l. vnum ex familia §. ſi rem, & l. cum pater § cum*
*pater, ff. de leg Duran. dec.*93 *num.*2. *dec.*119. *num* 8. *&*
*in rec. deciſ.*444. *num.*2. *in fin. part.*4. Tum ex omiſſa de-
ſcriptione cenſum hęreditariorũ ipſius Pauli fideicõmit-
tentis, & alterius crediti, cum Pantha de Cithera in in-
uentario, per Iacobum, & Tiberium, coofecto, vt de
45 iure tenebatur, *l. fin. vbi Iaſ. num.*3. *C. de Iun. de lib. Dec.*
*conſ.*633. *num.*10. & è contra plurimorom ex deſcriptis
diſtractorum longè excedentium creditũ prędictũ; Vnde
46 fit, vt ex capite ſatisfactionis, inde reſultaotis veoiat dene-
ganda retentio, vel in omnem caſum, negari noo po-
teſt, quin ad firmandom hoc, & alia credita, requiratuc
altior indago, quæ non admittitur ad retardandam im-
miſſionem fideicommiſſarijs, eſtò quod poſtea melius
47 diſcuſſa poſſint prætendi, & deduci, *l ille a quo §. de te-*
*ſtamento. ff. ad Trebell. l.*2 *C. de Edict. diu. Adr. toll. Pereg.*
*de fideic. art.*46. *n* 35. *Rot. coram Buratt. deciſ.*386. *n.*4. &
in alijs paſſim.

Et ità, modo, quo ſupra, concluſum fuit dandam eſ
ſe immiſſionem, in bonis, per Paulum, tempore ſui obi-
tus, poſſeſſis.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Beuilaqua.

Romana Fideicommiſſi de Maximis.

Ven. 8. Februarij 1664.

A R G V M E N T V M.

Fideicommiſſario, probata exiſtentia, & pertinentia
fideicommiſſi, & identitate bonorum, datur im-
miſſio, in vim l. fin. vel vigore Saluiani, etiam con-
tra tertium poſſeſſorem, in quem fuerunt aliena-
ta bona fideicommiſſaria, nec impeditur immiſ-
ſio, per exceptionem detractionum prætenſa-
rum, ab alienante, niſi clarè conſtet, quod de-
beantur.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſarius, probata exiſtentia, & purificatio-
ne fideicommiſſi, atque identitate bonorum, immit-
titur in vim l. fin.*
2 *Vel vigore Saluiani.*
3 *Deciſiones Rotæ ſupponi debent.*
4 *Identitas probatur ex diuiſione.*
5 *Tam contra diuidentes, quam contra habentes cau-
ſam ab illis.*
6 *Fideicommiſſarius non agit contra emptorem fideicom-
miſſi, bona fide, empti.*
7 *Sed debet ire contra hæredem alienantis, pro pretij con-
ſecutione.*
8 *Deciſio Rotæ iterùm propoſita, & non reſoluta, ob du-
bietatem articuli non poteſt allegari.*
9 *Bona fides excluditur, in alienante fideicommiſſum, ex
illius ſcientia.*
10 *Hypotheca bonorũ non transfert dominiũ in creditores.*
11 *Obligatio generalis non trahitur ad prohibita alienari.*
12 *Fideicommiſſarius agit contra tertium emptorem bo-
norum fideicommiſſi.*
13 *Subiecta particulari fideicommiſſo non veniunt in ge-
nerali.*
14 *Exceptio detractationum, quæ non debentur, non re-
tardat immiſſionem.*
15 *Detractiones non competũt in bonis alterius fideicõmiſſi.*
16 *Filio debetur legitima in bonis patris.*
17 *Alienatio bonorum imputatur in legitimam.*
18 *Hæres, qui non confecit inuentarium, & alienauit, præ-
ſumitur, de legitima ſatisfactus.*
19 *Niſi probet legitimam excedere alienationes.*
20 *Etiam ſi agatur contra tertios poſſeſſores.*
21 *Creditor ſupplementi legitimæ non impedit immiſſio-
nem fideicommiſſario.*
22 *Trebellianica non detrahitur, ex bonis ſpecialiter pro-
hibitis alienari.*
23 *Cenſetur prohibita ex conſtitutione fideicommiſſi, in
omnibus bonis.*

D E C I S I O L.

POſt ſecuodam cauſę propoſitionem, Rota cenſuit, D.
Fabritio, & alijs de Maximis, dandam eſſe immiſſio-
nem, in Caſale Braui fideicommiſſacio, quondam Do-
minici de Maximis pro vncijs 7. cum dimidia, eo, quia
probant exiſtentiam fideicommiſſi, eiuſque purificatio-
nem, ad ipſorum fauorem, ac Identitatem, quibus concur-
rentibus, non poteſt denegari immiſſio, in vim *l. fin. C. de*
Ed &c & l penultima §. cum autem vbi gloſſ. Bartol & alij 1
*ad Trebell. Gabr. conſ.*44. *n* 8. *lib.*2. *Hond conſ.*64. *n.*56. *lib.*1
*Duran. dec.*24. *&* 432 *vbique nu.*1. vel ex remedio vtilis 2
Saluiani interdicti. quod fideicõmiſſario competit, ratio-
ne hypothecæ *Gabr. conſ* 46. *nu.* 20. *lib.* 1. *Pereg. de fideic.*
art 48 *n.*55. *Seraphin. dec.* 228. *n.*1 *Canaler. deciſ.*104.

De exiſtentia fideicommiſſi, & purificatione, non con-
tingit amplius dubitare, nam vtraque comprobata fuit,
ex rationibus, deductis io quinque deciſionibus, in cauſa,
emanatis, & in hac diſputatione ſupponendis: Identi- 3
tas, verò Caſalis, ſuper quo petituc immiſsio, à reis con-
uentis poſſeſſo, & à Dominico fideicommittente tempo-
re ſui obitus, admittitur, abſque controuerſia, & proba-
tur, ex inſtrumentis diuiſionum, inter primos filios Do-
minici, & alios deſcendentes, factarũ, io quibus inter alia
bona hæreditaria, hoc Caſale eonciatuc, & dioiditur, &
inde inſurgit concludens iuſtificatio, tam contra ipſos
diuidentes, *Dec conſ* 76. *n.* 9 *lib.*3. *Rimnald. Iun. conſ.*203. 4
*n.*280 *Pereg. de fideic art.*44. *nu* 5. *Rot. deciſ* 417. *n.*5 *par.*4
*tom.*4. *rec.* quàm etiam coutra habentes cauſam ab illis, 5
*Rim. conſ.*128. *num.*16 *lib.*2. *Rot. coram Seraphin. dec.*553.
*n.*3. *Coccin deciſ* 120. *num.*2. *Merlin. dec.* 262. *num.*8. *in rec.*
*dec.*84. *num.*9. *part.*5.

Hanc autem immiſſionem, haud viſum fuit, retarda-
ri poſſe, ex eo, quòd Rota, coram Robuſterio, *in deciſio-*
nibus 118 *part.*1. *&* 230. *part.*2. *diuerſ.* firmauerat,
fideicommiſſum Dominici, expiraſſe, & ſub hac credo-
litate, & bona fide, fuit impoſitus cenſus, & deinde,
à reis conuentis, emptum Caſale, ad inſtantiam credi-
torum Alexandri, diſtractum, & his attentis fideicom- 6
miſſarij, ab eis vindicare non valent, ſed debeot ſe verte-
re, cootra hæredes alienantis, pro pretij conſecutione, 7
*§. vltimo l. fin. de leg.*2. *Pereg. de fideic. art.*4. *num.*38. *Ma-*
*gon. dec. Florent.*102. *n.*12. Nam, & ſi io prima dictarum
deciſionom, ſub die vltima Aprilis 1574. fuit pro ter-
minatione fideicommiſſi, reſponſum, repropoſita tamen
cauſa 6. Octobris, & denuò, diſcuſſo articulo, Rota de vi-
ribus illius reſolutionis, dubitans, nihil voluit firmare, nec
illam confirmare, vt liquet, *ex d. dec.* 118. *ſub d. die facta*
in fine. Ibi verò, Domini, noluerunt capere reſolutio-
uem, qoapropter oullum in priori, fieri poteſt funda-
mentum, dum reuocata, in dubium, tali reſolutione,

deinde remanſit indeciſa. vt in his caſibus, Rota ipſa ſæ-
pe aduertit, & ſignanter *coram Penn deciſ.*211.*nu.*27 *&*
8 *in deciſ.*246. *in fin. poſt Moder. de manus & in rec. deciſ.*
405.*num.*54 *part.*5. Ex hoc penitus eliditur iuſtæ cre-
dulitatis, & bonæ fidei, poſſeſſorum obiectum, quia ſu-
baſtatio, & deliberatio Caſalis, in ipſos, facta fuit, de
anno 1630. coram Pirouano, & 1649. coram Reueren-
diſs Decano, fuit concluſum, illud adeſſe, & quidem
perpetuum, & reciprocum, inter omnes deſcendentes;
Vnde excluditur bona fides, pro ſubſiſtentia alienatio-
9 nis, de d, tempore, ſequutæ *l. bona fides. ff. de Verb. ſi-
gnificat. can. ſi vinco* 34. *quaſt.*2 *poſt imol. conſil.* 88. *nu-
mer.*7.

Non vrget replicatio quòd cenſus, & alia debita, pro
quorum ſolutione fuit alienatum Caſale, fuerit impoſi-
tus, & reſpectiuè contracta de Anno 1624. & ſic multò
ante captam reſolutionem, ſuper exiſtentia, & purifica-
tione fideicommiſſi, à qua die, cum deſumendum ſit ius
creditorum, ſemper ſubſiſtat bona fides emptorum, il-
los ſaluans a moleſtijs fideicommiſſariorum: Quia, fuit
in facto animaduerſum, non fuiſſe ſubaſtatum Caſale,
pro cenſu, ſuper illo impoſito, ſed pro alijs debitis, in ge-
nere. Cenſum verò fuiſſe impoſitum ſuper Caſale S,
Proculæ, per Valerium, ſub fideiuſſione Alexandri hæ-
redis grauati, quæ non importat illius alienationem, in
tertios, ignorantes fideicommiſſum, à Rota reuocatum
in dubium, in quibus terminis, procedere poſſunt iura
allegata, ſed ſimplicem generalem hypothecam, per
10 quam non abdicatur dominium à fideiubente bonorum
domino, nec transfertur in creditores, *l pignus C. de pigno-
rat. act. Caphal. conſ.*189. *Pereg. de fideic. artic.*39.*num.*9.
Mangil. de imputat. quaſt 136 *num.*36, *Rot. deciſ.*248.*nu.*
20. *& deciſ.*484. *num* 17. *& ſeqq. par.*9. *Merlin. deciſ.*39.
*num.*10 & multò minùs, attenta prohibitione omnimo-
dæ alienationis bonorum, per teſtatorem facta, ne exeant
de familia, ſed in illa perpetuò remaneant, ſub pœna
11 nullitatis, ob quam, Caſale non compræhendebatur in
generali obligatione, vt tradunt, *Doctores in l filiusfa-
milias* §. *diu ff. de leg* 2, *Bald. in l.*1 *in princ. C. quæ res pi-
gnor. oblig poſſ. & in l voluntas num.*14. *C. de fideicomm.
Rot. coram Gregor. deciſ.*256.*num.*5. *& ibi Add. numer.*8,
*Canaler. deciſ.*433.*numer.*3. *&* 4 *Coccin. deciſ.*50.*num.*4.
*Buratt. deciſ.*223 *num.*7. *& poſt Cenc de Cenſib. deciſ.*41,
*num.*4 *& dec.*313. *num.*16. Et hinc ſequuto hæredis gra-
uati obitu benè valent fideicommiſſarij retractare effe-
ctiuam alienationem, poſt firmatum fideicommiſſum,
12 ad ipſorum fauorem, præuia immiſſione aduerſus bo-
norum poſſeſſores, ex allegatis.

Nec pro dicta immiſſione impedienda, viſæ ſunt ob-
ſtare detractiones, ex perſona Alexandri, prætenſæ;
Nam, incipiendo à portione bonorum, prouenientium
ex hæreditate Petri patrui Dominici, qui illum hære-
dem fecit, & tres nepotes ſubſtituit, ſi ſine filijs morerен-
tur in certa Florenorum quantitate, quæ vel ſubiecta
diſpoſitioni D. Petri, non cadit, ſub fideicommiſſo Do-
13 minici. *Laderch. conſ.*65. *num* 9. *Seraphin. deciſ.*263. *n.*6
*Rot. diuerſ deciſ.*748.*num.*3 *part.*1. *& dec.*151. *numer* 2.
*part.*7 *rec.* non fuit habita in conſideratione, ex quo Ca-
ſale Braui, ad quod petitur immiſſio, non prouenit, ex
hæreditate Petri, ſed Dominici, & poſteà obuenit Ange-
lo filio, in diuiſione bonorum hæreditariorum patris;
atque ideò, hac exceptione, non poteſt retardare, ad tra-
14 dita, per *Rot dec.*444 *num.*5 *part* 4 *rec. dec.*67 *nu.*21, *cum
ſeqq. part.*6. *Merlin. deciſ.*787 *num.*1 *& in Bononien. fi-
deicommiſſi de Barzellinis* 10. *Februarij* 1652. *coram Bi-
chio*.

Neque altera deductio, prætenſa pro tertia parte do-
tis Iuliæ vxoris Dominici, & Angeli matris, in ſumma
ſcut. mille auri, & aliorum 4017. ſimiliter auri de Ca-
mera, per eundem, & alios fratres, ſolutorum hæredibus
Iuſtiniani Cæſarini, ex cauſa reſidui pretij Caſalis Pa-
triæ, & S. Proculæ, à Dominico acquiſitorum. Si quidem
hæc omnia credita, eſto, citra veri præiudicium, quòd
deberentur, fuerunt conſolidata, in perſona præfati An-
geli, & ſubiecta fideicommiſſo, per ipſum, inſtituto, in
omnibus ſuis bonis, ad fauorem Alexandri, Fabritij, Ti-
berij, & aliorum deſcendentium in infinitum, de vno, in
alium, ad inſtar illius, Dominici, & per obitum Alexan- 15
dri ſine filijs, ad commodum Petri, & aliorum de Maxi-
mis, pariter purificati, vt firmatum fuit in *deciſionib.*97.
& 128. *Eminentiſs. Ottob.*

Prout dixerunt, Domini, non competere detractio-
nem legitimæ de iure, in bonis patris filio debitæ, *l. quo-
niam in prioribus. ff. de inoff. teſtam. Grattan. cap.*637 *nu-* 16
mer, 19 Quia legitima debita Angelo, in bonis Domini-
ci, excluditur, eodem capite comprehenſionis illius, in
d, fideicommiſſo Angeli: legitima verò debita filijs in
bonis Angeli, dum conſtat, de alienationibus domus, Vi-
neæ, & partis Caſalis Peſcarelli hæreditariorum Domi-
nici, & Angeli, certum eſt, quod legitima remanſit con-
ſumpta, *l. Marcellus* §. *reſque, ff. ad Trebell Surd. deciſ.*
170.*num.*10. *Gregor, deciſ.*580.*num.*6. *Merlin. deciſ.*39.*n.*3 17
& in alijs paſſim.

Iuncta potiſſimùm omiſſione inuentarij, quo caſu
intrat concluſio, quod bona alienata præſumuntur ab- 18
ſorbere portionem legitimæ, & Trebellianicæ, niſi hæ-
res grauatus, vel ab eo cauſam habens, iuſtificet illa non
ſufficere, pro prætenſis detractionibus *Natt conſ.*199. 19
*numer.*11. *Merlin. deciſ.*644. *num* 2. *& deciſ.*113. *nu-
mer.*11. *apud de pignor. Add ad Gregor. deciſ* 266. non
obſtante, quod agatur, contra tertios poſſeſſores,
quibus non officit omiſſio, niſi quoque oſtendatur, gra-
uatum tot bona alienaſſe, quę integras detractiones con-
ſumpſerunt. *Peregr. de fideicomm. art.*39. *num.*13. *Rot.* 20
in Romana fideicommiſſi de Candidis 10. *Martij* 1649. *co-
ram R P. D Veroſpio*. Quandoquidem conſtat, Alexan-
drum, in alienatione partis Caſalis Peſcarelli, declaraſ-
ſe, velle, in ſua legitima imputare. quo fit, vt cenſea-
tur, de illa ſatisfactus, vel ſaltem remanet creditor ſup-
plementi, pro quo, non licet retinere bona fideicommiſ- 21
ſaria, & vocatis immiſſionem impedire. *Riminald. Iun.
conſ.*589.*num.*3. *Mareſcott. variar, reſolut lib.*2. *cap* 121.
*num.*72. *& ſeqq. Rot. dec.*121.*num.*9. *part.*6. *rec. Peruſina
Bonorum* 30. *Maij* 1650. §. *pro intelligentia coram Reue-
rendiſs. Decano, & penes Reuerendiſſimum Tarraconen.
deciſ.*443 *num.*8. *& deciſ.*455. *in fine*.

Inſubſiſtens, tandem, apparebat exceptio deductio-
nis Trebellianicæ, Quia verò nullatenus fieri poteſt, ex
hoc Caſali, ſtante indiuidua prohibitione alienationis,
ad hoc, vt in familia conſeruaretur *ad text in auth. ſed &* 22
in eam, Cod. ad leg. Falcid. Rot. cor. Canaler. deciſ.
540 *nu.*5 *& coram Eminentiſs. Ottob, deciſ.*28.
*nu.*36. *& in rec. deciſ.*155. *num.*2. *part.*2.
*& deciſ.*5 *num.*9. *part.*6. vel quate-
nus prætendi poſſet, adhuc
cenſetur de illa Iulium
diſpoſuiſſe in d. fi-
deicommiſ-
ſo,
ordinato, ſuper omnibus eius 23
bonis, ex iuribus præal-
legatis. Et ita vtra-
que, &c.

R. P. P.

Digitized by Google

R. P. D. Beuilaqua.

Romana Legati.

1. *Martij* 1660.

ARGVMENTVM.

Ponderantur, in hac deciſione, plures coniecturæ, ex quibus præſumatur, quod teſtator noluerit, in reſtitutione fideicommiſſi, venire prælegata. Et, quomodò, nomine hæredum, veniant ſolum illi Sanguinis, vel extranei.

SVMMARIVM.

1 *Prælegatum non cadit ſub fideicommiſſo.*
2 *Hæres, & legatarius nemo eſſe poteſt.*
3 *Legatum relictum heredi corruit.*
4 *Hæres grauatus poteſt habere à defuncto legatum, quod non teneatur reſtituere ſubſtituto.*
5 *Prælegatum, vbi eſt voluntas teſtatoris, non venit, in reſtitutione fideicommiſſi.*
6 *Qui totum habere debet. nihil tenetur reſtituere.*
7 *Legatum vnum cenſetur relictum, vt aliud.*
8 *Copula Et, coniungit, & repetit præcedentia.*
9 *Legatum non debet eſſe inutile legatario.*
10 *Facultas diſponendi repugnat reſtitutioni.*
11 *In teſtamento comprahendi non poſſunt ea, quæ ſpectant ad tertium.*
12 *Promiſſio pro filijs hæredibus, non purificatur, niſi probata vtraque qualitate.*
13 *Cum præcedit genus & ſubſequitur ſpecies, requiruntur vtraque qualitates.*
14 *Inſtitutus in legitima habetur loco legatarij.*
15 *Hæredes ſanguinis dicuntur ſolum deſcendentes.*
16 *Conditio ſi ſine hærede, intelligitur, ſi ſine filijs.*
17 *Hæredum, & ſucceſſorum appellatione, in re indifferenti, veniunt etiam extranei.*
18 *Qui vult adire hæreditatem, tenetur acceptare teſtamentum, in omnibus.*

DECISIO LI.

IN concordia, ad dirimendam litem, inita, Fabius dimiſit vineam Ludouico fratri, & è contrà Ludouicus donauit Fabio, eiuſque hæredibus domum hic, Romæ, poſitam, cum promiſſione, in caſu obitus, ſine filijs, relinquendi eidem Fabio, vel ſuo hæredi, nuncupato Iacobo Antonio, filio naturali, tunc anniculo vineam ſibi, vt ſuprà dimiſſam. Præceſſit, primò Fabius, qui in teſtamento condito, inſtituit Ludouicum, & in eius defectu, Fauſtinam ſororem, quibus ſubſtituit Monaſterium S. Silueſtri, cum onere reſtituendi hæreditatem, vel, vel pluribus filijs legitimis, & naturalibus d. Iacobi Antonij, & Angeli fratris, in legitima à ſe inſtitutorum. Deinde obijt Ludouicus, ſine filijs, inſtituta Quintilia vxore, contra quam petentibus Iacobo Antonio, & filijs immiſſionem, in domo, & vinea prædictis, Domini, in vtroque denegandam reſponderunt, moti, quoad domum ex eo quia Fabius, cui fuerat a Ludouico donata, illam ei prælegauit, ideò non cadit ſub fideicommiſſo per eundem Fabium, ordinato ad fauorem filiorum Ioannis Iacobi, &
1 Angeli, *l. ſi Titius ex parte 93. ff. de leg. 3. Pariſ. conſil. 74. num. 15. lib. 2. Soccin. Iun. conſ. 89 num 12. lib. 4. Rot. coram Buratt. dec. 268. num. 1.*

Nec dicatur, quod Ludouicus fuerit etiam inſtitutus hæres vniuerſalis, in proprietate, & vſufructu, per illa verba; *Inſtituit cohæredem vniuerſalem, & vſufructuarium, il Signor Lodouico mio fratello*: at, cum quis non poſſit eſſe heres, & legatarius, & ſic ſibi ipſi legari, contrà
2 *tex. in l. plane 34. §. ſi duobus, & l. legatum 119. §. hæredi, ff. de leg. 1. Pereg. de fideic. art. 7 num. 2. Rot decif. 421. nu. 30.*
part 5. rec. corruit legatum, & venit in fideicommiſſo hæ- 3
reditatis reſtituendæ, *Corn conſ 91. num. 2 lib. 1. Ruin. conſ.*
170. num. 10 lib 3 Decian. reſp. 41 num. 131. lib 1. & conſ.
92. num 12. lib. 5 Menoch conſ. 484. numer. 11. Soccin. Iun.
conſ 89. num. 4. lib 4. Cyriac. contr. 204 num. 100, cum duobus ſeqq. Quia, quicquid ſit, an prædicta verba, importent inſtitutionem, lo ſoln vſufructu, vt contendebant informantes pro Quintilia, concluſio, quod in eadem perſona reſpectu euſdem rei, debitum, & creditum conſiſtere nequeat, & hæredibus, a ſe ipſis legari non poſſit, ad effectum retentionis prælegati, non accipitur, quando ijdem hæredes reperiuntur grauati fideicommiſſo, & datus eſt ſubſtitutus, cui teneotur hæreditatem reſtituere, vt in propoſito caſu, in quo, Ludouico, & Fauſtina decedentibus, fuit vocatum monaſterium, cui ſimile onus iniunctum, ad fauorem filiorum Iacobi, & Angeli, vbi, ad ætatem 20 annorum perueniſſent, tunc enim, veniēte caſu reſtitutionis, legata ſibi relicta, & perceptiones
deducunt. *l. acceptis 92. ff. ad l. Falcid. l. fideicommiſſum 3.* 4
§. cum poſſidens ff. de vſur. d. l. plane, §. ſi duobus de leg. 1. Dec. conſ. 80 num. 4. verſ. non obſtat Honded. conſ. 63. num. 24. & 25 lib. 2 Pereg de fideic. d. art. 7 num. 16. & 20. Menoch. de præſ. lib. 4. præſ. 194. num. 34. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 160. num. 9.

Vlterius, vbi ex diſpoſitis in teſtamento, vel ſaltem, ex coniecturis, elicitur contraria voluntas teſtatoris, a qua totaliter pendet materia reſtitutionis, prælegatum non
venit in reſtitutione fideicommiſſi, nam lex mentem di- 5
ſponentis inſtituendo, facit, vt ille, cui prælegauit, totum
habeat, & reſtitutioni minimè ſubiaceat. *ad tex. in l. cum* 6
virum 16. vbi omnes *C. de fideic. Siluan. conſ. 49. numer. 24. Soccin. Iun. d. conſ. 89. num 8. Honded conſ. 11. num. 2. & 31. lib 1. & conſ. 62 num. 19. lib. 2. Surd. conſ. 253. numer. 6. Menoch conſ. 86 num. 18. Pereg de Fideic. loco cit. num. 21. & 40. Mantic de coniect. lib. 7. tit. 7. num 7. Cyriac. controu. 204. num. 30 Buratt d. dec 68. num. 10. & 25.*

In propoſito autem, vna coniectura deducebatur, ex eo quia teſtator, vnica periodo, & verborum ſtructura, reliquit Ludouico, Polumbrum argenteum, cum ſuo Guturnio & controuerſam domum, ibi *Vn bacile d'argento co'l ſuo boccale, & vna caſſa*; Cumque veriſimile non ſit, quod teſtator legauerit huiuſmodi argenta, cum onere reſtituendi, ita centendum eſt, nec voluiſſe, ſub eo domum comprahendi, ſed vtrumque legatum fuiſſe ſe-
cluſum, & liberè relictum, ad tradita *per Pariſ. d. conſ. 74.* 7
num. 10. & 11. lib. 2. Soccin Iun. conſ. 107. num. 48 lib. 3. Dec. conſ. 80 num 4. verſ. ſecundò reſpondetur Menocch d. conſ.
86. num. 93. iuncta præſertim copula Et quæ coniungit, 8
& repetit præcedentia *l. Seia, § Caio vbi Bart. de fund. inſt. Buratt d. dec. 168 num. 10.*

Altera verò inſurgit, quia data comprahenſione prælegati, in fideicommiſſaria ſubſtitutione, fruſtratorium, & inutile prorſus fuiſſet Ludouico, qui aliud commodum non conſequebatur, quam vſumfructum, vita ſua durante, & tamen in inſtrumento concordiæ illum ſibi per dictum tempus reſeruauit; Ad quam igitur, inutilitatem euitandam, & diſpoſitio contineus prælegatum operetur effectum, congrua interpretatio voluntatis teſtatoris, ea videtur quod intellexerit, domum, ab alijs ſeparare, eamque prælegatarius poſſet, abſque onere reſti-
tutionis. retinere *d. l. Titia 35. § primo de leg. 2.* & latè pro- 9
bat *Peregr de fideic. d. art. 7 num. 16. & ſeqq.*

Reſpectu autem, vineæ tam denegandi immiſſionem fuit, quia Fabius teſtator tribuit Ludouico facultatem, ad libitum, de ea, diſponendi, non obſtante immiſſione facta in tranſactione, hoc enim, quod diſponere poſſit, repugnat reſtitutioni, & colligitur de intentione teſtatoris, fuiſſe eam excipere, ab vniuerſo corpore ſuæ hære-
ditatis, prout concludunt *Zanch in l. hæredes mei 57. §.* 10
cum ita part. 5 num. 49. ff ad Trebell. Pariſ. conſ. 79. numer. 15. lib. 2. Io de Monte Sperell. conſ. 68 num. 1. Peregr. de Fideic. d. art 7. num. 14. Menoch. d. præſumpt. 194. numer. 19. lib. 4.

Digitized by Google

lib. 4. Fuſar. d. quæſt. 650. numer. 45. & per eum congeſtl.

Quibus non refragatur, quod in concordia fuerunt
principaliter contemplati filij Fabij, illiſque ſuper vinea
ius irreuocabile quæſitum, ità vt in eorum præiudicium
non licuerit d. Fabio, in ſuo teſtamento Ludouicum ab
obligatione, de illis relinquendo, abſoluere, & faculta-
11 tem, ad libitum, diſponendi, dare *l. fideicom. §. interdum*
de leg. 3 Franch. dec. 205. num. 3. Gratian. cap. 294. num.
32. & 45. qoia pro reſponſione aduerterunt Domini,
quod promiſſio non loquitur ſimpliciter, de filijs, ſed de
filijs hæredibus, ideò ad effectum immiſſionis, non ſuffi-
cit, quod ſint filij, niſi etiam iuſtificetur, quod ſint hære-
12 des, vt tradit *Bart in l. ius 7. §. ſi liberi numer. 4. ff. de oper.*
libert l. ex facto §. vlt. verſ. & ibi etiam *Caſtren. num. 4.*
in fine verſ. ſed ſi ponatur ff. de liber. & poſth. Bald conſ.
455. num. 1. lib. 3. Crauett. conſ. 131. num. 7. Rot in rec. dec.
663 num. 17. & 18. par. 1. & in Senogallien Fideic. 6 Fe-
bruarij 1654. in princ. coram Reuerendiſſimo Decano. Et
multò magis, quia expreſſum prius fuit nomen hæredis,
& deinde adiectom nomen proprium, filij, ibi, *ò ſuo he-*
rede chiamato Iacomo Antonio, quo caſu, qoia præcedit
genus, & ſubſequitur ſpecies omnes conueoiunt, neceſſa-
13 rium eſſe concurſum vtriuſque qualitatis, adeòvt non
admittatur hæres, niſi ſit, de deſcendentibus, oec deſcen-
dens, niſi ſit quoque hæres *l. cum ità datur 93. §. ex his*
verbis, & ibi gloſſ. de cond. & demonſt. Rot. coram Mantic.
dec. 19. nu. 4. & in d. Senogallien. Fideicom. §. dixerunt au-
tem; Tantum autem abeſt, quod Iacobus Antonius, &
Angelus, immiſſionem petentes, oſtendant ſe eſſe Fabij
hæredes quod imò, ex teſtamento deſumitur oppoſitum,
dum leguotur inſtituti in legitima, quod facit habere il-
14 los pro legatarijs, *l. ex facto 35 ff. de hæred. inſtit. l. quoties.*
C eodem Franch. dec. 1. nu. 20 & dec 293. nu. 3 Rot. coram
Canaler. dec 173. nu. 4 Gregor dec 495. nu. 3. & in rec. dec.
646. nu. 7 par 4 Gratian. cap. 77. nu. 16.

Non ſubſiſtit obiectum, quod de mẽte traoſigentium,
hæredes intelligi deberent de hæredibus ſanguinis com-
15 præhendentes ſolum deſcendentes *l. ex facto 17. §. fin. ff.*
ad Sen. Conſ. Trebell. vbi Diuus Pius conditionem illam,
ſi ſine hærede, de liberis intelligendam eſſe, reſpondit,
16 *Gabriel conſ. 10. num. 4. & conſ. 11. num. 1. lib. 2.* Quia con-
futatur huiuſmodi intellectus, ex eo, quod noo fuerunt
contenti, exprimere ſolom Iacobum Antonium filium,
ſed additi fuerunt alij hæredes, & ſucceſſores, ad quos vo-
loerunt vineam peruenire, vt patet ex illis verbis, *O altri*
ſuoi heredi e ſucceſſori, quorum appellatione, in re, & con-
tractu qoi ſui natura, tranſit ad hæredes, veniunt qui-
cumque, ſecuodum eius propriam ſignificationem, nec
17 reſtringuotur ad hæredes ſanguinis *l. ſciendum 70. ff. de*
verb ſignif. l. Gallus 29 §. etiam ff. de liber. & Poſt. Gabriel
conſ. 10. num. 6. & 27. lib. 2. Roland conſ. 70. num. 39. lib. 3.
Rot. coram Penn dec. 48. num. 7. & ſeqq. & num. 16. Add. ad
dec 523. & 118. & 119 par. 4 tom. 3. rec. & in ſpecie, quod ſi
ſint vocati hæredes, & ſucceſſores, admittantur extra-
nei, & hæredes bonorum, aduertit *Corn. conſ. 32. num. fin.*
lib 2.

Neque tandem dicatur, quod immiſſio ſaltem debea-
tur filijs ipſorum Iacobi Antonij, & Angeli, qui de tem-
pore obitus Ludouici, vigore ſubſtitutionis, factæ in te-
ſtamento Fabij, dicuntor hæredes vniuerſales, & in qui-
bus proindè qualitas hæreditaria concurrit; quia eodem
teſtamento vndè ſumont d. qualitatem, Fabius liberaue-
rit Ludouicum, à promiſſione, in concordia facta, dede-
ritque ei, tanquam Domino, liberam facultatem relin-
qoendi domom, cui voluerit, abſque alicuius pęnæ in-
curſu; vtique filij ſubſtituti illam petere non valent, ſed
tenentor hanc patris diſpoſitionem acceptare, cui pla-
18 cuit, ità de vinea teſtando, aliter diſponere *l. cum à matre*
C. de rei vind. l. ſi ab eo ff. de neg. geſt. l. ſi Titius §. final. de
aqua pluu. arcen.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Beuilaqua

Romana Redditionis Rationis.

Ven. 25. Febr. 1665.

A R G V M E N T V M.

Ex bonis, fideicommiſſo, ſuppoſitis, qoomodò ali
debeat vocatus, antequam veniat caſus ſuæ voca-
tionis, & quid de eo, qui retinet bona, ex quo ſuc-
ceſſio eſt in ſuſpenſo.

S V M M A R I V M.

1 *Vocatus ad fideicom. ali debet, ex eius redditibus, antè ſuum caſum.*
2 *Bona fideicommiſſi obligari poſſunt pro dote, quando teſtator iubet matrimonium.*
3 *Vocatus, ſub conditione nullum ius habet, antè eius purificationem.*
4 *Quando eſt ius ſucceſſionis in aliquo, ille interim habet alimenta.*
5 *Variato facto variatur diſpoſitio.*
6 *Alimenta, ex fideicom. non prætendit, qui ea habet aliunde.*
7 *Limitatur, quando eſt præſumpta mens teſtatoris.*

D E C I S I O LII.

FIrmatom fuit, in deciſ. *9. Iunij præteriti* D. Vgolinum
Amadorum, ex legali, & conuentiooali obligatione,
teneri, ad reddendam rationem hæreditatis Franciſci
Amadori, per ipſum diu admioiſtratæ, nec ipſum poſſe
conſequi in illà alimenta: A qua reſolotione, in hac par-
te, hodie cenſuerunt Domini, recedere, & ſic prædicta
alimeota deberi.

Nam d. Franciſcus in eius teſtamento, ſub quo, deceſ-
ſit, Amadoro hærede inſtituto, cum filijs maſculis dece-
denti, illos ei ſubſtituit, abſque filijs verò, morienti voca-
uit primogenitum filiorum legitimorum & naturalium
ex d. Vgolino, naſcendorum. cumque per obitom Ama-
dori, ſine filijs, ſuccedere debeat d. primogenitus Vgoli-
ni, in neceſſarium antecedens, iſte dicitur inuitatus, ad
contrahendum matrimonium, ſine quo primogenitus
oriri nequit, & ſic de conſequenti etiam ex coniecturata
mente teſtatoris, ex redditibus ſuæ hæreditatis, alendus
eſt, vt benè, ad propoſitum notatur *in l. 1. § etſi incertum,* 1
ibi, *æquum enim eſt &c.* & probat *Surd. de Alim. tit. 1. qu.*
8 num. 4. Rot. dec. 13. § minùs obſtat poſt Fenzon ad Stat.
Vrb. Et in ſimili quod ſi quis vocaoit ad fideicommiſſum
primogenitom ſui filij depræhendator, voluiſſe illum,
matrimoniom contrahere, & pro reſtitutione dotis reci-
piendæ, poſſe bona fideicommiſſo ſuppoſita hypothe-
care, tradunt *Fab. in ſuo Cod lib. 4. tit. 9. defin. 7. Surd. dec.* 2
62. num. 33 & alij congeſti per *Rot. in dec. 43. num. 4. cor.*
Eminentiſs. Ottob.

Non obſtat, quod ſubſtitotio primogeniti Vgolini,
fuerit concepta, ſub conditione, quatenus naſcatur, quæ
neque euenit, oeque defecit, ſed adhuc eſt in ſuſpenſo.
ideò ea pendente, nullom ius fuit ei quæſitom, ad peten-
dum emolomentom, requirens prius conditionis imple-
mentom *l. cedere diem ff. de verb. ſignif. Roland. à Vall.* 3
conſ. 63 num. 20. lib. 4. quia ſubſtitutio non deducitor, ad
effectum conſequendi primogenituram, & domioium
bonorum, illi ſubiectorum, quæ abſque dubio, exigit or-
tum filiorum, ſed allegatur ad oſtendendam voluota-
tem Franciſci teſtatoris, erga Vgolinom, ſic inuitatom,
ad primogenituram, & vſquequò ſit purificata condi-
tio & nati filij ipſe bona retineat, & alimenta habeat *l. 2.* 4
§. ſi ſub conditione ff. de bonor. poſſeſſ. cont. tab. l. cui demum
ff. eod. l. filiusfam. ff. de liber.

Nec

Digitized by Google

Nec d. Vgolino obſtare poteſt, quod teſtator, eidem
fructus Officij Mareſcialatus Capitanei reliquit, cum
quo nihil amplius prætendere poſſet, ex allegatis in alia
deciſ. 9. de voluntate cum ſeq. quoniam de tempore teſta
menti, Vgolinus erat, in ſtatu Clericali, & beneficijs Ec
cleſiaſticis, abundè prouiſus, cum quibus, eo modo, ſe
ſuſtentare poterat: Vnde prudenter egit teſtator, in
prohibitione facta de aliud petendo, in ſua hæreditate
primogenituræ ſuppoſita: Quia defuncto Amadoro hæ-
rede, ipſe præuia diſpenſatione Apoſtolica, clericalem
habitum, & beneficia dimiſit, vxoremque duxit, ceſſauit
cauſa inductiua prioris partis diſpoſitionis, continentis
prædictum legatum, & prohibitionem, & ſucceſſit alte-
ra, conſiderans illum ſæcularem, & in ſtatu coniugato,
& iſte debet attendi, vt poſſit alimenta prætendere, pro
ſe, vxore, & familia, ex trita iuris concluſione, quod va-
5 riato facto, mutatur diſpoſitio, quæ intelligitur rebus in
eodem ſtatu permanentibus, *l. quod ſenes vbi Iaſ. num. 8. ff.
de condit. cauſ. dat. Roman. conſ. 137 num 11 lib. 23. Crauett.
conſ. 95 nu 4. Menoch conſ. 27. nu. 4. Socin. Iun. conſ 60 num.
74. lib. 2. Rot dec. 312 nu. 6. par. 4. rec.*

Minus, quod retineat hæreditatem Felicis Amadori,
mediante diſpenſatione Apoſtolica, & concordia, cum
ſubſtitutis inita, cuius redditus, vti ſufficientes ad ſub-
ſtentationem, illum repellunt, à petita alimentorum con-
6 ſecutione, ex bonis Franciſci, *l. ſi quis à liberis in princ. &
§. 1. verſ. 25 num. 5. lib. 1.* Quia, præterquod non conclu-
dit, quod non valeat conſequi alimenta, in caſu, qui eue-
nit, ex mente ipſius teſtatoris, debita ex prædictis, hoc
7 potius reſpicit diſcuſſionem ſufficientiæ, & quantitatis
alimentorum, circà quam nihil Domini, pro nunc, deter
minarunt ſed reſeruerunt ad aliam diſputationem.

Ex quibus, demum deprehenditur, non releuare, quod
obijciebatur de defectu inueſtimenti fructuum hæredi-
tatis, per Vgolinum, ſub obligatione Cam. promiſſi:
Quia cum tunc temporis, in ſtatu Clericali, exiſtens non
poterat, ex dicta hæreditate petere alimenta, fructus
erant inueſtiendi, à die verò contracti matrimonij, fru-
ctus debebant cedere in cauſam alimentorum, & ideo,
pro eorum rata declaranda, non erat locus inueſti-
mento.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. Beuilaqua.

Tiburtina Caſtrorum.

16. Febr. 1660.

ARGVMENTVM.

Hæres, etiam in re particulari, imò & hæres hæredis,
immittitur in vim l. finalis, in omnibus bonis poſ-
ſeſſis per defunctum, non attentis exceptionibus,
contra teſtamentum, & contra dominium bono-
rum, per defunctum poſſeſſorum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres docto de teſt. identitate &c. immittitur in vim
l. finalis.*
2 *Sicut hæres hæredis.*
3 *Hæres, vt immittatur debet probare poſſeſſionem de-
functi.*
4 *Ex confeſſione probatur poſſeſſio.*
5 *Poſſeſſio probatur ex teſtibus.*
6 *Teſtamentum non vitiatur ex quo addatur, & can-
celletur diſpoſitio & ſcriptura in parte.*
7 *Interlineatura præſumitur facta de voluntate teſta-
toris.*
8 *Caſſatura, quæ non tollit ſenſum teſtamenti, non
nocet.*
9 *Hæres, in re certa, non immittitur in vim l. final.*
10 *Hæres particularis, non dato vniuerſali, ipſe ſit vni-
uerſalis.*
11 *Hæres particularis immittitur in vim l. fin.*
12 *Exceptio turbida non impedit immiſſionem hæredis.*
13 *Hæres immittitur, eo ipſo, quod appareat bona fuiſſe
per defunctum poſſeſſa.*
14 *Etiam ſi poſſeſſa eſſent iure pignoris.*
15 *Immiſſio non impeditur, per exceptionem requirentem
altiorem indaginem.*

DECISIO LIII.

Reaſſumpta, hodie, ad inſtantiam Excellentiſſimi
D. Ducis Bracciani, diſputatione dubij, *ſub die 1.
Febr.* 1608. per Card. Marchemontium, tunc Sacræ Ro-
tæ Auditorem, propoſiti, & non reſoluti, ſuper immiſſio-
ne, petita à bo: me: Duce Virginio, in vim teſtamenti
bo: me: Ioannis Baptiſtæ Vrſini, in Caſtris Cantalupi, &
Bordellæ, de quibus agitur, DD. dandam eſſe dixerunt,
ſuper duabus, ex tribus partibus illorum, quia conſtito,
iam ex deciſionibus, deinde coram Cardinali, & me, ſub
die 31. *Martij* præteriti, emanatis, de recognitione eiuſ-
dem teſtamenti exhibiti, non aboliti, nec in aliqua ſui
parte vitiati, de poſſeſſione, & identitate Bonorum,
quemadmodum eidem Duci Virginio, hæredi, ibi ſcri-
pto, debebatur immiſſio, *ex l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* 1
*vbi gl. & Bart. nu. 3. Peregr. de fideic. art 48 per tot. Rot cor.
Greg. dec. 206. nu. 1. Duran. dec. 179 nu. 5. & dec. 180. num.
1. & in rec. dec 637. num. 1 par. 4. tom. 3.* & alibi paſſim, ita
pariter competit moderno D. Duci illius hæredi, idem
Bart. in d. l. fin. nu. 15. Bald. nu 35. verſ idem in hærede hæ- 2
*redis, & in conſ. 186. nu. 7. lib. 1. Menoch. de adipiſc. remed.
4 nu. 236 Rot. dec. 116. num. 1. par. 3. rec. & dec. 79. num. 4.
cor. Eminentiſſ. Ottob.*

Poſſeſſio, autem bo: me: Io: Baptiſtæ teſtatoris iſto-
rum Caſtrorum, pro duabus, ex tribus partibus, de tem-
pore obitus, quod eſt alterum d. l. requiſitum *Duran. dec.* 3
321. & 358. nu. 2. & dec. 682. nu. 1. par. 2. rec. probata ex-
tat, tum quia bo: me: Catharina auctrix partis colliti-
gantis ſequuto Io: Baptiſtæ obitu, prætendens, illi ab in-
teſtato ſuccedere, Procuratorem, ad capiendam, eius no-
mine poſſeſſionem dictorum Caſtrorum, conſtituit, pro-
vt ille actualiter eam apprehendit, cum ſubſequuta
vaſſallorum recognitione d. Catharinæ, & eius ſucceſ-
ſorum, in Dominam, ex quibus reſultat confeſſio illius,
per quam probatur poſſeſſio Io: Baptiſtæ *Rot. dec. 51.* 4
num. 6 apud Modern. de manut. tum etiam, ex teſtibus, de
ea optime deponentibus, *Rot cor. Andr. dec. 12. num. 3.* 5
*Duran. dec 118. nu. 1. Canal. dec 629. nu. 5. & in rec. dec.
135 nu. 1. 2. par. 1. & dec. 131. nu. 2 par. 2. & dec. 539. num.
2. par 4.*

Nec, ad tollendam fidem dicti Teſtamenti, obſtant
ſuperadditi nominis Virginij Ducis hæredis in narrati-
ua, & cancellatio inſtitutionis eiuſdem, in diſpoſitiua;
nam quoad additionem nominis Ducis Virginij, ſuprà
poſt illa verba, & eumdem Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D.
ex depoſitionibus teſtium patet, fuiſſe ſcriptam manu
Tarquinij de Prætis Notarij, qui fuit, de eo, rogatus, & ex
inſpectione fuiſſe ſuperadditum nomen, ad maiorem
declarationem, eo quia verba eumdem Illuſtriſſ. & Ex-
cellentiſſ. ſatis exprimebant perſonam D. Ducis Virgi-
nij, ſuperius nominatam, ideoque non vitiat teſtamen-
tum, ſed fides eſt ei adhibenda *Bald in Rubr. num. 2 C. de* 6
*fide inſtr & in l noſtram 30. C. de teſt Alex. conſ 59. verſ.
non obſtat lib. 2. Rot. cor. Cocc. dec 407. num. 2 & ſeqq. & dec.
270. num. 3 par. 2. & dec. 122. num. 6. 7. poſt Cenc. de cenſ.*
præſumitur enim talis interlineatura, & ſuperadditio
facta, de voluntate teſtatoris, *Bertazzol. conſ. crim. 14. nu.* 7
*10. Rot. dec 367. num. 1. poſt 2. vol. conſ. Farin & dec. 698.
num. 11 par. 4 tom. 3 rec. & in Vrbinaten. Pradij 13 Maij
1059. §. nec alias cor. me.* Caſſatura, autem inſtitutionis
eiuſdem Ducis Virginij, in proprijs ipſius Teſtatoris, &
maternis bonis, manu eiuſdem Notarij, facta, nihil, etiam

officit,

Digitized by Google

officit, quia, cum ipſe fuiſſet inſtitutus, in ſuperiori parte teſtamenti, potuit deleri iſta generalis inſtitutio, tamquā ſuperflua, nec tollit ſenſum aliorum verborum quæ cla-
8 ra ſunt *Alex conſ.14.num.10.lib.6.Rot.dec.276.num.4.& dec.453.in fin.par.2.rec.*

Non obſtat, quod Dux Virginius, in nulla parte teſtamenti legatur ſcriptus vniuerſalis hæres, ſed in re certa, nempè in controuerſis Caſtris; Quare non poteſt ipſi,
9 neque hæredi competere edictum *l. fin.* vt admonent *Alex.in l.quoties nu.7.C.de hæred.inſt. Menoch. de adipiſc. remed. 4. nu. 145.* nam cum nullus alius cohæres datus fuerit, ipſe retracta mentione rei certæ, debet conſequi to-
10 tam ſubſtantiam, *ad tex.expreſſ.in l.cohæredi 4.§.videri, ff. de vulg.& pupill ſubſt l.1.§.ſi ex fundo.& ibi gl.in verb. in ſtuno l.quoties 9.§.ſi duo l.ſi vlterius 10 & ibi gl.& l.ex falſo 33 § ita igitur ff.de hæred inſt.Cyriac.contr 43.nu.25.26. & contr.221.nu.11.12.& contr.498.num.24. Buratt dec. 257.nu.4.Seraphin.dec.584 nu.6.*& pro ipſa re certa, aliiſ-
11 que omnibus Bonis, competit huiuſmodi hæredi *d.l.fin.* remedium *Craſſ in §.Inſtitutio qu.22 n 9.Argel.de acquir. poſſ qu.17.nu.58.& ſeqq.& num.103.* de receptiſſima opinione teſtatur *Bellon.de Iur.accreſc.c 7.qu 9.num.35 Rot. dec.83 nu.20.21.par.6.rec.*

Nec obſtare videbatur Donatio, per Paolum Iordanem, facta Io:Paulu Catherinæ, nedum, quia eſt priuata ſcriptura, non recognita, neque effectum ſortita, dum Caſtra pro duabus partibus à Io: Baptiſta & pro alia tertia, per ipſam Catherinam, donatarij hæredem, fuerunt poſſeſſa, verum, etiam, quia, vti exceptio turbida, requi-
12 rens diſcuſſionem reiicienda eſt ad petitorium, & minùs apta redditur, ad impediendam immiſſionem hæredis ſcripti, in teſtameoto *Menoch. conſ 180.nu.27.& de adipiſc.remed 4 nu.759.Cyriac.contr 426.nu.58. Rot.dec.36. nu.1.par.1.& dec.131 nu.9.par.2.& dec.773 num.3 par.3. & dec.07.nu.25.& ſeqq.par.6.rec.*

Neque etiam releuant, quæ dicebantur de poſſeſſione iſtorum Caſtrorum à bo:me: Io:Baptiſta, Iure pignoris, mediante aſſignatione, facta in ſecunda tranſactione, de anno 1539.ad fauorem Franciſci Patris, per Paulum Iordanum, cum dilatione vſque ad annum 1659. conceſſa d Paulo, aſſignando Franciſco, & eius filijs actualiter Caſtrum S Gregorij ſeu aliud, annui redditus ſcut. 1000. ita quod facta actuali aſſignatione, teneātur relaxare dicta Caſtra eidem Paulo; Siquidem quidquid ſit, an ipſa aſſignatio ſit temporalis, vel perpetua, & an dictum Pactum expirauerit, vbi quoque, hæc ita ſe haberent, non indè excluderent immiſſionem debitam hæredi Io: Baptiſtæ, pro qua ſufficit, quod appareat bona fuiſſe de-
13 tenta, per defunctum, ex verbis *d. l. vbi gl.* ibi, *in dic ſiue poſſeſſionem*, ſiue detentionem habuerit defunctus, *Alciat. conſ.162.nu.2.Roland.conſ.3.nu 30.lib.3 Rot. dec.613. nu. 6.par.1.diuerſ.& in rec dec.131 num.5.in fin par.2.* vbi lo-
14 quitur, de retentione Iure pignoris, abſque eo, quod opus ſit probare Dominium, *Caſtren in l.2 num.6 C.de edict. D.Adr toll. Alex.nu.22.Zuccard.num.355. Oldrad.conſ. 339.nu.12.Menoch.de adip remed.4.nu.368.Rot.dec.614. nu.14.par.4.tom 3 & in alia Romana, ſeu Tiburtina Caſtror.cor.Buratt.dec.380.nu.2.* cuius inſpectio quoque requirit altiorem indaginem; ideoque non impedit immiſ-
15 ſionem *d.l.Dec.conſ.424.nu.4.& 588 nu.12. Buratt. ibid. num.4.& dec.444.nu.1.par.4.& d.dec.677. num.26.par. 6.recens.*

Minus denique viſum fuit, poſſe retardari D. Duci immiſſio ex eo, quia ipſe non ſolum ſit hæres Io: Baptiſtæ Teſtatoris, & creditoris, ſed etiam Pauli Iordani debitoris, abſque Beneficio legis, & Inuentarij, quia præter quod id, in facto, controuertebatur, vti pariter altiorem indaginem requirens, & reſpiciens petitorium, non eſt, in hoc Iudicio poſſeſſorio, diſcutiendum &c.

R. P. D. Bourlemont.

Bononien. Bonorum.

Lunæ 1. Iulij 1665.

A R G V M E N T V M.

Diſputando articulum, quando ſtatutum Bononiæ, de duabus Conformibus, habeat locum, in iudicio Saluiani, firmatur, quod diuidens ſibi non præiudicet in hypotheca, & quod conſenſus non extenditur, de caſu, ad caſum, in præiudicium conſentientis.

S V M M A R I V M.

1 *Diuiſio non renunciat hypothecæ, niſi expreſſè dicatur.*
2 *Vel niſi ex neceſſitate inferatur.*
3 *Conſenſus, in præiudicialibus, non extenditur de caſu ad caſum.*
4 *Datus ad vnum effectum non præiudicat quoad alium.*
5 *Ex ſtatuto Bononiæ quomodò appelletur à ſententia, ſuper iudicio Saluiani.*
6 *Statutum de duabus conformibus, vbi habeat locum.*

D E C I S I O LIV.

DIſcuſſa, ſub die 6. Martij præteriti, ſubſiſtentia deciſionis æditæ, in Rota, 20.*Iunij* 1664.qua dictum fuerat, eſſe locum ſtatuto, de duabus, quia aderant duæ ſententiæ validæ, & iuſtæ; Domini, agnoſcentes pleraque deciſionis fundamenta ſubſiſtere, dubitantes ſolummodo circa Iuſtitiā ſententiarū; An Antonius Maria, conſentiendo diuiſioni, & diſtractioni communium bonorum, Io Co. de Pepulis ſui fratris creditore ſibi ita præiudicauerit, vt potuerit poſteà contra eadem bona, de eius conſenſu relata, regreſſum habere, & circa illarum executionem; An verè intraret ſtatutum, de duabus conformibus, mandarunt ſtrictè, ſuper his duobus tantum informari, & hodie iterum cauſa propoſita, in deciſis abſolutè perſiſten. putarunt.

Diuiſio enim, viſa eſt iterum non obſtare, quia licet Antonius Maria illam petendo, aſſentitus fuerit, quod Comes, cum quo prædium diuidebat, retineret partem obuentam, quia tantùm diuiſio noſcebatur petita ad effugiendam communionem, quam nolebat cum Comite, indè non infertur, quod hypothecam, diuidendo, remiſerit, quia diuiſio erat compatibilis, cum reſeruatione hypothecæ, cui ideò numquam cenſetur renunciatum, niſi expreſsè id fuerit dictum *Rota dec.84.num.15.& dec.* 1
15.num 4.part.1.& dec.80.num.21.part.6.rec. vel niſi ex præciſa neceſsitate inferatur, *Cranett conſ.57 numer.8.* 2
verſ. 8.Rota deciſ.342. num.6.part.5. Conſenſus enim, in præiudicialibus, non extenditur, de caſu, ad caſum, ex plenè deductis, per *Salgad. Labyr.credit.part.prima* 3
cap.14.num.78.Rota d.dec.115.num.4 part.1 rec. Cardin. Ottob. dec.131.num.22, nec præſtitus, prout hic, ad effectum euitandi communionem, debet trahi præſumptiuè, ad renunciationem hypothecæ in præiudicium conſentientis, vt conſuluerunt, *Grat.conſ.17 Cyriac. contr. for.cap.15.num.4.& ſeqq.& Rota dec.14.num.30. coram Buratt.& dec.80.num.20.& 21.part.6.rec.*

Vnde reiecto hoc vnico obiecto, quod videbatur aliqualiter releuare, probatiſque in reliquis reſponſionibus deciſionis, penitus ſubſiſtentibus, habuerunt Domini pro ſufficienter probata ſententiarum Iuſtitia.

Adeò vt, dubitauerint intrare ſtatutum, *ſub rubr. de Inſtr. & teſtam. & laudo executioni demandandis*, de

quo

Digitized by Google

quo meminit deciſio, quæ reuidetur, ſaltem certu certius
illud ſub *rubr. de appellat. §. præterea*, litteraliter diſponen-
5 te quòd in quolibet Iudicio poſſeſſorio, prout eſt de quo
agitur cum ſententiæ emanauerint, ſuper interdicto
Saluiani, ſemel tamen liceat appellare, quod ſtatutum
pluries, in propoſito admiſit, *Rota dec. 266. in princ. part.
1. & dec. 133. num. 2. part. 8. rec.* vt admittitur *in Bononien.
fideicomm. de Bologninis 19. Maij 1643. §. & hinc patet co-
ram Reuerendiſſ. Carillo, & in alia Bonon. Bonorum 17.
Martij 1649. §. cui regula coram b. m. Bichio.*

Nec obſtant *deciſiones 144. & 244. & 245. poſt Pacif.
de Salu.* quia procedunt circa Aegidianam, de qua hic
non eſt quæſtio, nec ſumus in caſu, quod prima ſenten-
tia ſit nulla, vel iniuſta, prout in dd. deciſionibus firma-
tur, & latius in dec. quæ reuidetur, & ideò retorquen-
tur, quia ſicut in hoc caſu intraret Ægidiana, ità, & indu-
bitanter intrat ſtatutum, vt præter mox citatos fuit, etiã
6 firmatum *in dec. 330. num. 4. par. 2. diuerſ. & in Aueniomen.
bonorum 18. Februarij 1639. §. quod autem coram bo: me:
Dunozetto.*

Et ideò, cauſa bis propoſita, partibus hinc inde infor-
mantibus, ſtatuto locum eſſe reſponſum fuit, & in deciſis
perſiſtendum.

R. P. D. Bourlemont.

Bononien. Fideicommiſſi de Peppulis.

Mercurij 27. Iann. 1666.

A R G V M E N T V M.

Confirmantur deducta in alia deciſ. quod, ex reſer-
uatione iurium, contra tertios, inducitur remiſſio
fideicommiſſi, inter diuidentes; & quando Capitu
la inſtrumenti diſcordant ab inſtrumento, potius
ſtatur Capitulis, quam inſtrumento.

S V M M A R I V M.

1 *Preſeruatio iurium, quoad aliquos, inducit remiſſionem,
quoad cæteros.*
2 *Fideicommiſſum quoad perſonas tranſigentes, cenſetur
remiſſum.*
3 *Dictio,* ſolamente, *eſt reſtrictiua.*
4 *Dictio,* non mai, *aufert omnem potentiam ab actu.*
5 *Includit omne futurum tempus, & omnem caſum.*
6 *Inſtrumentum ſi diſcordet a Capitulis, ſtatur potiùs di-
ctis Capitulis, quam inſtrumento.*
7 *Præcipue, ſi inſtrumentum ſe refert ad capitula, &
num. 10.*
8 *Contrarietas eſt euitanda inter inſtrumenta, & capi-
tula.*
9 *Reſeruatio non poteſt intelligi, de iuribus anteà re-
miſſis.*
11 *Declaratio, velle addere Capitulis, in inſtrumento, in-
telligitur de clauſulis acceſſorijs, non contra ſubſtan-
tiam dictorum Capitulorum.*
12 *Dictio,* fortaſſe, *inducit dubitationem.*
13 *Actus non debet conſeri fruſtatorius.*
14 *In materia fideicommiſſi, nomine heredum, veniunt ſo-
lum heredes ſanguinis.*
15 *Contra, in materia indifferenti.*
16 *Legitima tranſit ad heredes extraneos.*
17 *Tertij nomine, veniunt ſolum ſingulares ſucceſſores, non
heredes.*
18 *Heredum quorumcumque nomine, veniunt extra-
nei.*
19 *Remiſſio fideicommiſſi inducitur ex diuiſione, vbi eſt
clauſula,* ad habendum.
20 *Proueniens ex radice infecta, non admittitur ad ſuc-
ceſſionem.*
21 *Aequalitas eſt ſeruanda inter diuidentes.*
22 *Exceptiones contrà teſtes non admittuntur, quando de-
clarant actum dubium.*

D E C I S I O LV.

DVæ, in hoc Sacro Tribunali, emanarunt ſententiæ,
fauore hæredum quondam Com. Franciſci de Pep-
pulis, in quibus pronunciatum fuit, fideicommiſſum con-
uentionale, per Iacobum, & fratres de Peppulis, inſtitu-
tum, fuiſſe remiſſum, per tranſactionem, initam, inter
Com: Io: & d. quondam Com: Franciſcum; Cauſaque
mihi commiſſa, in gradu appellationis, cenſuerunt, DD.
illas eſſe confirmandas.

Validitas enim reſultat ex clara conuentione, inita, in
Capitulis tranſactionis, per hæc verba, *s'habbia per eſpreſ-
ſa ogni preſerua delle ſue ragioni delli fideicommiſſi, e queſto
però contro à terzi ſolamente, e non mai contro il Sig. Con.
Franceſco, e ſuoi heredi, e ſucceſſori*, quæ limitatio, & reſtri- 1
ctio facta contra tertios operatur, quod portio Franciſci
remaneat libera, & fideicommiſſum, quoad ipſum cẽſea-
tur extinctum, nec poſt eius mortem poſſint hæredes
moleſtari, *Crot in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig.* 2
*Giouagn conſ. 110. num. 17 lib. 1. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 553.
num. 31.* cum aliis alleg. *in deciſ. cor. bo: me: Veroſpio, &
R. P. D. meo Ottalora*; attentis, præſertim dictione, *ſola-* 3
mente, cum taxatiua, & reſtricta ad tertios, *dec. 426. nu. 5.
par. 2. rec.* & dictione, *non mai*, quæ aufert omnem poten- 4
tiam ab actu, vtendi ſcilicet, iuribus reſeruatis, contra Co:
Franciſcum eiuſque hæredes, & ſucceſſores, atque omne
futurum tempus, & omnem caſum includunt, vt *in Rom.* 5
Reſidui Dotis 11. Septembris 1658. confirmata *7. Iannar.
1660. cor. Reuerendiſſ. Decano.*

Quibus non obſtat repetita exceptio, quod nempè,
contrahentes receſſerint, per Inſtrumentum, deindè ce-
lebratum, in quo voluerunt remouere, ſalua iura fortaſſe
purificanda, ad fauorem alterius tranſigentium, altero
deſcendente ſine filijs capacibus fideicommiſſorum, quo-
niam, vel Inſtrumentum, ſi eſſet incompatibile cum Ca-
pitulis, non eſſet attendendum, cum potiùs ſit ſtandum
Capitulis factis à partibus, quam Inſtrumento à Notario 6
extenſo *per tex. in l. item quia*, vbi communiter DD. *ff. de
pact. Alex conſ. 158. num. 8. lib. 4. Rot. cor. Merl. dec. 608. nu.
17. in rec. dec. 250. num. 16 par. 6. & dec. 287. num. 7. 8. par.
9. rec. & in Rom. Caſalis Veteris 4. Iunij 1655. & 11. De-
cembris 1658. cor. R. P. D. Albergato*, maximè, quia In-
ſtrumentum ſe refert ad Capitula, *add. ad Greg. dec. 168.* 7
nu. 8. in fine, vel ad euitandam contrarietatem, dicendum, 8
verba Inſtrumenti fuiſſe concepta, retento eodem the-
mate Capitulorum, quod, nempè, reſeruatio fieret contrà
tertios, cum ea non poſſit intelligi, de Iuribus anteà re-
miſſis, & renunciatis, *Socc. Sen. conſ. 113. num. 4. lib. 4. Cyriac.* 9
contr. 283. num. 57. 58. cum alijs alleg. *in 2. deciſ. bo: me:
Veroſpij 11. Febr. 1654. §. hinc vero remiſſionem in fine*, præ-
ſertim, quia, vt ex præmiſſis Inſtrumentum refertur ad
Capitula, ibidem inſerta, etiam in eorum executionem
proceſſit, imò cum proteſtationibus, declarationibus, & 10
reſeruationibus, de quibus in iiſdem Capitulis, & non
alias, aliter, nec alio modo, & obſeruant *deciſ. bo: me: Ve-
roſpij*, ſcilicet, 1. *§. hinc obeſſe, & 2. §. à tenore.*

Non aduerſatur, quòd contrahentes proteſtati fue-
rint, velle ſtipulari Inſtrumentum, cum additionibus,
& declarationibus, vltrà pacta, &c. quia hoc ſemper in-
telligitur, circa clauſulas, & alias cauthelas non immu- 11
tantes ſubſtantiam Capitulorum, quam ſeruandam eſſe
voluerunt, imò ex eis ſola declaratio, & incluſio, non
autem immutatio poteſt inferri *ad tex. in l. heredes §. ſi
quidem poſt ff. de teſtam. Surd. dec. 285. num. 9. Rot. coram
Buratt. deciſ. 79. num. 5.* & in omnem caſum poſſunt ve-
rificari, in alijs fideicommiſſis, in Capitulis non expreſ-
ſis, tranſigentibus, non ignotis, non autem in conuen-
tionali purificato, & remiſſo, vt benè colligitur, ex illa
dictione, *fortaſſe purificanda*, quæ tradit diſpoſitionem
ad fideicommiſſa futura, & ignota, de quibus contrahen- 12
tes

tes dubitabant, cum talis dictio, ſit notę dubitationis
*l. Gallus § forſitan, ff. de lib. & poſth. Rot. dec. 333. num. 3. in
fine part. 4. rec.*

Quæ omnia comprobaotur, ex incompatibilitate, quę
alias reſultaret in tota diſputatione, ſi enim bona diuiſ-
ſa, per obitum Com Franciſci, ſine filijs, ad eumdemmet
Com. Io: deuoluenda forēt, euaderet fruſtratoria promiſ-
ſio, antea facta, de non loferendo moleſtias hæredibus,
13 & ſucceſſoribus Fraociſci, & *Ruin conſ. 135. numer. 13.*
14 lib. 2. & alios ponderat *1. deciſio b. m. Veroſpy 5. Mar-
tij* 1660, §. 1.

Nec iſta incompatibilitas ſaluari poteſt, ex reſponſio-
ne data, quod nomine hæredum in hac materia fidei-
14 commiſſi, veniant ſolum hæredes Sanguinis, tum, quia
tranſactio, oecdùm emanauit, ſuper bonis fideicommiſ-
ſarijs, ſed etiam liberis, illiſque in diuiſionem poſitis, &
in eo caſu, ſub appellatione hæredum, certum eſt com-
15 præhendi etiam extraneos, *Bero. conſ. 61. numer. 74. lib. 1.
Alex. conſ. 120. numer. 1. lib. 1.* & firmauit, *Rot. in Romana
Legati 5. Martij* 1660. *§. non ſubſiſtit in fine coram R. P. D.
Meo Beuilaqua*, tum, quia in reſeruatione fideicommiſſi,
fuerunt etiam complicata Iura legitimæ emphyteoſis,
16 & alia credita, reſpectu quorum, nullo pacto intrat re-
ſtrictio ad hæredes ſanguinis, propterea, nec iotrare de-
bet, quoad reſeruationem fideicommiſſi ad tradita per
Surd. conſ. 471. num. 42. eoque minùs, dum reſeruatio eſt
contra tertios, tantùm, & nunquam contra Com. Fran-
ciſcum, ſuos hæredes, & ſucceſſores, ſicque nomen hære-
dum ponitur aduerſatiuè ad contra diſtinguendum eos
17 a tertijs, quorum appellatione continentur ſolum ſin-
gulares ſucceſſores, non autem hæredes extranei. *Carle-
ual. de Iudic. tom 2. diſp. 11. num. 3. verſ. tertium poſſeſſorem,
Guſman. de euict. cap. 11. num. 35.* tum demùm, quia in In-
ſtrumentis tranſactionis & diuiſionis, adiectæ ſunt clau-
ſulæ, remiſſionem importantes extraneos includeotes,
hoc eſt, pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque
18 ad habendum &c. vt pluribus relatis firmauit *Rot. in Bo-
non. fideic. de Villanis* 1644. *coram Bichio*, & fuit dictum
in 1. deciſione b. m. Veroſpy, 1. Martij 1660. *§. quibus dein-
de, & in ſecunda, § hinc perſpecta.*

Et io caſu noſtro, d. clauſula, *ad habendum*, eſt ſpecia-
liter à partibus conuenta, vt ex Inſtrumento tranſactio-
19 nis, in proceſſu *pag. 8.* nec poteſt intelligi, quoad bona
libera tantùm, dum conuenitur, quoad bona omnia di-
uidenda, & particulariter, quoad bona omnia fecit ex-
preſsè, imo pro qualibet eorum parte, vt in dictis Inſtru-
mentis tranſactionis & diuiſionis, & in puncto reſpondit
Rota in d. Bonon. fideic. de Villanis cor. b. m. Bichio.

Præterea magna concurreret inæqualitas reſpectu
Com. Franciſci, qui poſuit in diuiſione eius detractio-
nes, & alia bona libera ingentis valoris, quæ Com Io: ir-
reuocabiliter acquiſiuit, & vice verſa debuiſſet recipere
medium vſumfructum ſua vita duraote, in bonis fidei-
commiſſi, pro cuius conſecutione, nec eius filij poterant
20 eſſe capaces, tamquam prouenientes, ex radice infecta,
quare ad euitandam tàm inueriſimilem inæqualitatem,
dicendum eſt quod benè intellexerint relaxare ionicem
bona diuiſa, libera ab omni fideicommiſſo *Dec. conſ. 2.
21 num 86 lib 2*, cum alijs allegatis *in d. dec. 1. b. m. Veroſpij*
1660 *& in fine* aduertendo, quòd calculo dato, pro Com.
Io: bene reſponderunt informantes pro hæredibus Com.
Franciſci.

Eoque facilius attentis depoſitionibus plurium teſtiū,
& ſignanter vnius Inſtrumentarij, probantis volunta-
tem contrahentium fuiſſe, quod quiſque ſuam ratam
obuentam liberè detineret, qui licet prætendatur habere
exceptionem, non tamen præterquamquod eæ fuerint
ſubiatæ per informantes pro hæredibus, in omnem ca-
22 ſum bene deſeruiunt pro adminiculo, in declaratione
actus dubij, *Alex. conſ. 74. num. 14. lib. 5. Gabr. conſ. 51 n. 8.
Rot. coram Seraph. deciſ. 120. num. 1. coram Buratt deciſ.
268. num. 22. & deciſ. 616. numer. 16. vbi add. lit. B, & in
Anconnen. legitima 8. Iunij 1657. § tum quia cor. R. P. D.
M Priolo*, & fuit deciſum *in d. deciſione b. m. Veroſpij* 1660
§. praterea & in §. penult.

Cætera verò quæ denuò ab informante pro Com. Io:
adijciuntur, fuerunt abundè ſublata in deciſionibus, in
præteritis ſententijs, emanatis, quorum fundamenta ite-
rùm DD. placuere.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Bourlemont.

Bononien. Pilarum.

28. *Nouembris* 1661.

ARGVMENTVM.

Societas, ex pacto, etiam iurato, traoſire non poteſt
ad hæredes, maximè, quando fuit electa induſtria
perſonæ, etiam ſi fuerit facta in contractu tranſa-
ctionis.

SVMMARIVM.

1 *Societas, ex pacto non tranſit ad heredes.*
2 *Etiam ſi pactum eſſet iuratum.*
3 *Iuramentum contra bonos mores non operatur.*
4 *Societas particularis, ex pacto, tranſire poteſt ad he-
redes.*
5 *Quando non fuit electa induſtria perſona.*
6 *Secus, quando fuit electa d. induſtria.*
7 *Societas, in contractu tranſactionis, inita, durat, vt
tranſactio.*
8 *Duobus contractibus in eodem inſtrumento mixtis, qui-
libet eſt independens ab alio.*
9 *Tranſactio de ſua natura tranſit ad heredes.*
10 *Societas non tranſit.*
11 *Societas non poteſt durare in aeternum.*
12 *Solemnitates ſtatuti requiruntur in renouatione ſo-
cietatis.*

DECISIO LVI.

SEntentiam Rotalem, in qua prononciatum fuerat Iu-
liam Mariam non teneri ſtare in Societate, hodie
DD. confirmandam eſſe cenſuerunt.

Validitas enim non impugnabatur, & iuſtitia reſul-
tabat, ex eo, quòd cum fuerit Societas, per mortem triū,
ex Socijs diſſoluta, cogi non poterat Iulia, in ea conti-
nuare, quia nec ex pacto particulari, Societas traoſit ad
hæredes, ex diſpoſitione clari *text. in l. nemo poteſt, & l. ſi* 1
fratres, §. idem reſpondit il primo *ibique gl. in verb. ideo, ff.
pro Socio* cum alijs in præcedenti *dec. cor. R. P. D. Celſo,
§. conuentio*, quod procedit, licet Pactum fuerit Iuramen- 2
to firmatum, cum vti bonis moribus repugnans, non
obliget, vt præter adductos, in præterita *Dec. R. P. D.
Celſi §. qua opinio*, tradunt etiam, reprobando ſingula-
rem opinionem, *Fabri §. ſoluitur Inſt. de Societ. Aym.* 3
*conſ 875. num. 2. ad fin. Ruin. conſ. 54. numer. 6. lib. 1. Surd.
conſ. 20. num. 67. Mant. de tacit. tit. 24. lib. 6. num. 19. Ioſeph.
Ludou concl. 53. verſ. ſed hac fallentia, Capyc. deciſ. 174.
numer. 7.*

Et licet à regula recedendo, firmauerint poſſe Socie-
tatem particularem, per pactum iuratum, tranſire ad
hæredes, ſi iſti nominatim expreſſi non fuerint, nec 4
electa Sociorum Induſtria, *Felic. de Societ. cap. 42. nu. 33.* 5
*Seraph. de priuil. iur. priu. 57. num. 15. & Rot. dec. 87. num.
10. 11 part. 4. tom. 2. rec.* ſecus tamen eſt, quando prout in
præſenti, fuit electa induſtria conſocij, vel, ratione labo-
ris, duodecima lucri pars aſſignabatur, vt admittūt prę- 6
citati DD. *& Rot. in d. dec. nu. 11.* & tenet diſtinguendo,
*Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 5. gl. 3. part. 1. numer. 26. &
Mant. de tacit. lib. 8. tit. 24. nu. 25.*

Nec ſubſiſtit, quod Societas, tamquam inita in Con-
tractu

Digitized by Google

7 tractu tranſactionis ; ab ea ita dependeat, vt ſit æquè
tranſitoria ad hæredes, prout tranſactio.

Tum, quia ex illius lectnra apparet fuiſſe ſocietatem principaliter, & independenter conſideratam, à tranſactione, & initam, in Capitolis ſeparatis: tom etiam, quia iſta vnio Cootractuum ſub vnico Inſtrumento, non poteſt illorum propriam naturam immotare, ſed vterque remanet in ſuo robore, & diſtinctim eſt accipien-
8 dus, licet vnitim celebratus, *Surd. conſil. 101 numer. 38. & ſeqq. Rot. in Roman. Cambij, ſeu pecuniaria 22. Iunij 1639. coram Dunozett.* & ploribus relatis, reſponſum fuit in *Romana, ſeu Velsterna. reſtitutionis in Integrum 2. Decembris 1646. §. maximè, quia, & in Romana Domus 24. Ianuarij 1658. §. neque vrget coram Bichio*, & ideò tranſactio, ſecundum propriam naturam, ad hæ-
9 redes pertranſit, ſocietas verò non, vt in terminis de-
10 clarat *Alsog. conſ 9. num. 34.* ne ſequatur abſurdum, qood
ſocietas doret in æternum, pront ſemper durat, traoſa-
11 ctio contra expreſſ. *text. in l. nulla ff. pro ſocio*, ibi, *quod
nulla ſocietatis in æternum coitio eſt*.

Nec ſaltem tacitam ſocietatis renouationem indocere potoeruot participatio lucrorum, alijque actus à Iulia facti, dum in illis adhibitæ non fueruot ſolemnitates à Stat. Bon. requiſitæ ad effectom obligandi pupillam, prout erat tunc temporis Iulia, vt præter relatos, in *deciſ. R. P. D. Celſi §. penultimo*, tenet pluribus adductis, *Mant. de conıect. libr. 6. tit. 26. numer. vltimo*, & firmat etiam, *Rot. deciſ. 467. numer. 2. 3. coram Buratt. & in Anconitana Officiorum, ſeu nullıtatis Concordiæ, 10. Decemb. 1647. cor. Arguelles, §. vltra quod.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. Bourlemont.

Foroliuien. Emphyteuſis.

Vener. 1. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Deſtruuntur, in hac deciſione, duæ aliæ, in hac cauſa, emanatæ, pro renouatione emphyteuſis, ad fauorem matris, in concurſu amitæ; ex quo comparuit fęmina vna, ex compræhenſis, & ideò, hic reſoluitur, quod quando eſt aliquis, ex compræhenſis, oon habet locum pactum renouandi, de tot in tot annis, & examinatur articulus, quando emphyteuſis ſit temporalis, vel perpetua.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina, quando eſt vocata poſt maſculos ad emphyteuſim poſt defectum maſculorum admittitur tanquam vocata non iure renouationis.*
2 *Inueſtitura, quando ex pacto, de 29. in 29. annis, debet renouari, in ea vocati admittuntur tantùm intra dictos 29. annos.*
3 *Emphyteuſis, quando eſt perpetua, non reſtringitur, ob pactum renouandi, de 29. in 29. annis.*
4 *Emphyteuſis conceſſa, per viam renouationis, eſt eadem inueſtitura.*
5 *Emphyteuſis temporalis, cum hypotheca bonorum non eſt perſonalis.*
6 *Inueſtituræ poſteriores non præiudicant vocatis in prioribus.*
7 *Vocatus, & poſſeſſor emphyteuſis non præiudicat ſucceſſoribus venientibus ex propria perſona.*
8 *Dominus directus non præiudicat comprahenſis.*
9 *Præſcriptio obſtat non petenti emphyteuſim vigore renouationis, ſed non obſtat non petenti, vigore comprahenſionis.*
10 *Actio petendi inueſtituram, iure comprahenſionis, præſcribitur 30. annis.*
11 *Proximior vltimo inueſtito, ſemper præfertur in emphyteuſi.*
12 *In præiudicium comprahenſi, emphyteuſis non poteſt transferri de vna linea ad aliam.*
13 *In renouatione attenditur proximitas ſanguinis.*
14 *Fœmina, vbi plures vocatæ exiſtunt, quomodo detur Domino directo gratificatio.*
15 *Præſumptio non eliditur, niſi per contrariam probationem.*
16 *Proximior, & ex vocatis, qui comparet, præſumitur, niſi ſit in cauſa alius, qui ſe prætendat vocatum.*

DECISIO LVII.

CVm in binis deciſionibus, coram Me, datis ſub diebus 30. *Ianuarij* 1665. & 23. *Martij* 1667. firmatum fuerit, renouationem emphyteuſis, de qua agitur, competere Matri vltimæ emphyteutæ, non autem, illius amitis, ſuperuenit commiſſio admiſſionis ad cauſam, obtentam, fauore Catherinæ de Merlinis, ad illios inſtantiam, hodiè propoſui dubium, an conſtet de Iure, & Intereſſe ipſius, in præfata emphyteuſi, quod DD. affirmatiuè reſoluerunt.

Ex facto perſoaſi, d. Catherinam, in Inneſtitora renouata, per concordiam, de anno 1620. inter Dominum directum, & Io: Baptiſtam, Ioannem, & Clementem, fratres de Merlinis, eſſe compræhenſam, & poſt maſculos, vocatam, ſub his verbis, *pro ſe, &c. eorumque filios maſculos tantùm, & ſi ipſos non habuerit pro vna fœmina filia legitima tantum. Summ.* Catherinæ, *num.* 1. Vndè, cum omnes maſculi compræhenſi defecerint, vt eſt in confeſſo, apud Patres, & Catharina eſt filia Ioannis, quod non controoertitor, & conſtat, ex datis in d. *Sum. num.* 7. vtiqoe ex pacto eiuſdem Inueſtituræ, non attenta proximitate vltimi Inueſtiti, eſt admittenda, ex not.
ſuper ſimili quęſtione apud *Gabr. conſ. 85. numer. 12. &* 1
ſeqq. libr. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 18. num. 29. Fulgin. de ſucceſ. in bonis emphyt. qu. 11. Roſental. de feud cap. 7 q. 41. num. 34. & q. 42. num. 1. Rot. in deciſ. 221. num. 1 part. 7. rec. & in Romana Emphyt. 18. Febr. 1666. coram R. P. D. meo Priolo.

Non obſtat, quod compræhenſi, in hac inneſtitura, conceſſa pro 29. annis, ad renouandum, nihil ad Inneſtituram prætendere poſſint, niſi ante lapſum tempo-
ris 29. annorum prædictæ compræhenſionis, vtendi oc- 2
caſionem habeant, & nanciſcantur, vt tradunt *Corbul. de Iur. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob finit. temp. num. 1. & ſeqq. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 23. numer. 11.* & reſpondit *Rot. in rec deciſ. 215. num. 1. 2. part. 1. dec. 23. nu. 6 part. 11. coram Greg. deciſ. 348. per tot. in Ceſenaten. Bonor. 20. Maij, & 9. Decembris 1588. cor. Bubalo, & in Bonon. Bonor. emphyt. 10 Aprilis 1649. coram Emmentiſs. Card. Celſo, §. & hac eo facilius.*

Quia vera, qnidem eſt conclofio, quod vbi ioneſtitura ſimpliciter, & abſolotè limitatur, ad certum tempus, cum pacto renouandi, ad hoc, vt operetor vocatio compræhenſorum, debet illius caſus euenire, antequàm præſcriptum tempus expiret, & in hoc ſenſo loquuntur authoritates proximè adductæ, ſed vbi emphyteuſis eſt indefinita, & perpetua, vel ad certas generationes, quorum exiſteotiam percutiat ſubſtantia conceſſionis, vt in præſenti, pactum de renouando cenſetur appoſitum, pro faciliori probatione Domini directi, & ooo attingit ſubſtantiam Contractus, veluti ad explicandam vim pacti de renouando, in vtraque emphyteuſi, temporali, videli-
cèt, & perpetua, declarant *Alciat. conſ. 82. lib. 8. Bero. conſ.* 3
116. num. 19. vol. 1. Corbul. de cauſ. priuat. ob finit. temp. numer. 17. add. ad Gregor. deciſ. 348. num. 6. Rot. deciſ. 348. num. 3. part. 1. recent. coram Duran dec. 402. num. 7. cor. Royas dec. 22. num. 43.

Emphyteuſis autem controuerſa, indefinita, & perpetua, quamdiù compræhenſi durauerint, iudicata eſt à Dominis, tum ex deciſionibus *Foroliuien. Bonorum*

4.*Decembris* 1618.*cor.Rembol.&* 15.*Martij* 1620.*coram*
Pironano, in quibus, hęc qualitas perpetua huiuſmet Em-
phyteuſis, ſcilicet, illius primordialis, cum eadem forma,
inita, rata fixaque habetur, dum illius Inueſtitura adiu-
dicata fuit fratribus de Merlinis, vigore antiquarum io-
ueſtitorarum, io quarum tenore, compræhenſi erant,
tom etiam ea eadem met Inueſtitura, de anno 1620. quę
renouando conceſſa eſt d. *Summ.num.*1. ibi, *Abbas Mo*
naſterij.&c. ad renouandum dedit, *& renouando conceſ*
ſit, quæ verba clariſſimè facioot hanc emphyteuſim eſ-
ſe perpetuam, non creatur nouus titulus, ſed prioris cõ-
4 ceſſio renouatur *Curt Sen.conſ* 48.*num*.46. *Felin.in cap.*
de cauſ. numer.1. *de offic. de legat. Vallaſc. de Iur. em-*
phyt. quæſt.11.*numer* 15. *ad fin. Cald de renouat. emphyt.*
quæſt.3.*numer*.1. vbi plura, *Lamm. deciſ*.222. *numer*.7.
Rot. coram Coccin.deciſ.343 *num*.3. *& dec*.176.*numer*.3.
part.5.*rec.*

Præterea etiamſi prædicta emphyteuſis eſſet tempo-
ralis, quia tamen in ea pactum de renouaodo, oon eſt
ſimplex, ac purum, ſed veſtitum eſt hypotheca om-
nium Bonorum, vt in Calce repetitionis facti, pro Ca-
tharina, ceſſaret obiecta concluſio, dum noo amplius
ſolummodò competit actio perſonalis ad factum, ſed
5 Ius in requiſitum dicitur, io quibus terminis, loquun-
tur deciſiones *Callien. Bonor*. 8. *Aprilis* 1647. *&* 24. *Ia-*
nuarij 1648.*coram Reuerendiſs. Papien. alleg. in dec*.230.
num.14.*part*.11 *rec.*

Minuſque ſuper firmatis, obſtare vellent ſubſeqoen-
tes inueſtituræ 1622.& 1630. & taciturnitas partis Ca-
tharinæ, qooniam totum habetur axioma, in Iure, quod
poſteriores inueſtituræ compræheoſis, & vocatis ex pa-
cto, & actionibus, præiudicium inferre non poſſunt,
6 *Pariſ. conſil*.20. *numer*.17. *&* 26. *libr*.1. *Fulgin. de con*
tract. emphyt. quæſt 39. *coram deciſ*.273.*numer*.20. *coram*
Mantic deciſ.231.*numer*.5.*part*.4. *diuerſ dec*.21.*numer.*
16 *part*.7.*rec.* quodque pariter, qui noo colligitur, ex
ponderatis in § emphyt. autem ſiue alienando, ſiue
qoomodolibet, diſponendo, aut negligeodo, non po-
toit nocere Cathariοæ, veoienti ex pacto, & prouideo-
7 tia, aut ex propria perſona, quemadmodum dixit *Rot.*
in deciſ.176 *num*.37.*part*.5.*rec.* vbi quod nec primo lo-
8 co, vocati nec Dominus directus, præiudicare poſſuot
compræheoſis in Inueſtitura, idque comprobauit, *in*
Bonon. Bonor. emphyt. 10.*Iunij* 1648. §. *hanc vero, confir-*
mata 11. *Decembris* 1662. §.2. *&* 3. *coram b.m. Veroſ-*
pio.

Minoſoè quoque moult Dominos præſcriptio alle-
gata, quia non verſamur, in terminis petendæ renoua-
9 tionis, ſed continuandæ, inueſtituræ, vigore compræ-
henſionis, & quatenùs etiam locus eſſet præſcriptioni,
nihil tamen ex ea aduerſus præfata reſultaret, cum à
tempore obitus Patris Catharinæ, de aono 1653. ſicuti
d. *Summ. num*.5. quo illius compræhenſio io emphy-
teoſi vices exercere potuit, vix effluxerunt 14. anni, &
tamen illius actio, ad peteodam ioueſtituram, dura-
10 ret per 30. annos, ex eo, quod extraneus fuit inueſtitus
Mareſc. variar. reſolut. libr.1. *cap*.3.*numer*.32. *Tiraq. de*
retract. lignag. §.1.*gl*.10.*num*.9. *Rot. coram Seraph. deciſ.*
610.*num*.8. *dec*.630 *numer*.1. *& in rec. deciſ* 46.*numer*.16.
part.10.*rec.*

Nullius denIqoe roboris viſum eſt, aliud argumen-
tum, contra Catharinam adductum, quod nempè hęc
11 emphyteuſis ſit translata in lineam Marcelli de Mer-
linis, & propterea ſit præferendus proximior vltimo
inueſtito, per ea, qoæ tenuit *Rot. in deciſ*. 230. *num*.16.
part.11. *recent*. Si qoidem in caſo hoius deciſionis, noo
aderat Ius compræhenſionis, & executio non validæ
12 translationis, quæ duo in præſenti facto, coocurruot,
fauore Catherinæ, quæ compræhenſa eſt io Inueſti-
tura renouata, de auno 1620. ex quo liquet, emphy-
teuſim noo potuiſſe validè transferri, in lineam Mar-
celli cum euidenti Catherinæ præiudicio, à qua ratio-
ne, nullo modo diſcordat, ex allegatis *dict. deciſ*.230.
numer.16. *part*.11.*recent*. nec pariter, hic agitur, vt ibi,
de renouatione, in qua attenditur proximitas, ſeu ſuc-
ceſſio ſanguinis, ſuper qua fuodatur æquitas, §.*permit-*
titur l.1. *ff. de aq. quot. & æſtiu.* de qoa abundè tractaut 13
dictæ duæ deciſiones editæ io hac cauſa cor. Me, ſuper
puncto renouatioois, ſed de compræhenſione, quæ effi-
cit, vt inueſtitura debeator, ex pacto adiecto io Contra-
ctu emphyteutico, ex primis allegationibus in hac de-
ciſſione recenſitis.

Sicut, & oihil ſlocique facta eſt illa obiectio, quod
quando vna fęmina, taotum, poſt maſculos, in emphy-
teuſi, eſt vocata, & plures exiſtont, oulla verò, electa,
aut à domino directo, aot ab emphyteuta, primus
titulus emphyt. eſt gratioſus, ſeu oneroſus, intelligitur
diſpoſitio de ſeniori concepta, *Grat. diſcept. forenſ. cap.*
30.*numer*.12. *Cyriac, controu*.56.*numer*.7. *& diſceptat*.8. 14
num.55. qualem ſe oon probat Catherina, etenim eſt fi-
lia Ioannis de Merlinis compræhenſi io ioueſtitura,
d. *Summ. numer*.7. oullaque alia concurrit, quæ qua-
litatem potiorem probare intendat, ex quibus oritur
præſumptio, qoæ elidi oon poteſt, niſi per contra-
riam probationem, *l. fin. in principio, ff. quod met. cauſ.* 15
Aret. conſil.38.*vol*.2. *Rot. deciſ*.353.*numer*.84.*part*.5. *&*
deciſ.333.*numer*.9.*part*.11.*rec.* & Catherina ſufficien-
ter ſe probat Seniorem, aſſerendo non alium exiſte-
re, & re vera, oulla alia compareat, cum vertatur con-
trouerſia inter ipſam, & perſonas non compræhenſas,
in ioueſtitura, licèt ſecùs dicendum foret, ſi ageretur, 16
ioter perſonas, æqualem titulum allegaotes, ex Iuri-
bos ſuper conueoienti materia relatis, per *Iaſ. conſil*.34.
in princ. lib.1. *Tiraq. de retract. lignag*. §.11.*gl*.1.*num*.5. *&*
ſeqq. & Seraph. dec 1282.*num*.8.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Bourlemont.

Rauennaten. Donationis.

Luna 7.*Februarij* 1661.

ARGVMENTVM.

Donatione facta patri, & filijs, non poteſt à pa-
tre retrodonari, in præiudicium filiorum, licèt
abſentium, ante acceptationem. Vbi, quod do-
nario, ex titulo lucratiuo, facta ad fauorem ab-
ſentis, non poteſt reuocari, ante acceptatio-
nem.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos collata, poſt mortem, non poteſt*
reuocari.
2 *Donatio, ad fauorem plurium abſentium, dat ius,*
ante acceptationem, vigore obligationis Camera-
lis.
3 *Donatio oneroſa requirit ſpecialem acceptationem.*
4 *Donatio, cum reſeruatione alicuius portionis, non dici-*
tur oneroſa, ſed in minori quantitate.
5 *Donatio ante acceptationem, non dat ius donatario, ſed*
non poteſt reuocari à donante.
6 *Donatio ad fauorem abſentium, cum ſtipulatione No-*
tarij, eſt irreuocabilis.
7 *Filius hæres patris, poteſt petere donationem ſibi fa-*
ctam, contra voluntatem patris.
8 *Ius hæredis non cenſetur in dubio remiſſum.*
9 *Contrauentio vnius plurium vocatorum, aperit viam*
ſubſtitutis ſuccedendi.

D E C I S I O LVIII.

Titulo irreuocabilis donationis, inter viuos, etiã ſub
hypotheca umnium ſuorum bonorũ, Franciſcus,
& Vincentius, fratres de Zanchis, eorum agnationi pro-
ſpicere voleotes, portiones, ad ſe ſpectantes ſuper 30. tor-
naturis terræ, cum Palatio inibi cooſtructo, donauerunt
Paulu de Zanchis, eorum fratri, & poſt ejus mortem, filijs
d. Pauli, & Io: Baptiſtæ alteri fratri, vel quatenus, tunc
temporis ampliùs non eſſet ſuperſtes, eiuſdem filijs, vel
nepotibus, per ſtirpes, ordine ſucceſſiuo, ad diuiſiunem
rerum donatarum, venturis, cum expreſſa reſeruatioue,
ſuper fructibus dd. bonorum 30. annuorum ſcut. Fran-
ciſco, vita ipſius durante, ſoluendorum; Poſt lungum tẽ-
poris interuallum, d. Paulus de coodonatariorum cõmo-
do, & vtilitate, parum ſollicitus, eorum intereſſe aſperna-
tus, eadem bona retrodonauit Franciſco de Zanchis, qui
paulò poſt nulla habita ratione præcedentis donationis,
aliam io fauorem Audreæ de Zanchis, celebrauit; Sed
Iu: Antouius filius Pauli, poſt mortem patris, vti pacto, &
prouidentia donatorum, in prima donatione vocatus, iu-
dicium aſſociatioois, aduerſus Aodream ſecundom do-
natarium iotentauit, atque abſoluto Aodrea, ab impeti-
tis, cauſaque, io gradu appellationis, mihi commiſſa, du-
bium, ſuper prælatiooe vtriuſque donationis, propoſui,
& quæ nam donatio ſuffragetur, & Domini, iura pri-
mæ douationis reſponderunt.

Perpeoſo enim, & mature diſcuſſo, prætenſæ dona-
tiouis articulo, compertum eſt, nullatenùs fuiſſe locum
pęnitentię, adhoc, vt licitè Paulus, & Franciſcus de Zan-
chis, potuerint à d. prima donatione recedere, concurren-
te præſertim, vioculo indiſſolubili, & irreuocabilitate
donationis, inter viuos, cuius obligatio, iuramento cum
promiſſione multoties geminata, non reuocandi, cum
clauſulis prægnantibus, & efficaciſſimis, alijſque ſolem-
nitatibus de iure requiſitis, conroborata, & licet eius exe-
cutio, poſt obitum ſit collata, tamen alteri nequit, aut
1 quomodolibet immutari, iuxta *eex. in l. perfecta, C. de do-
nat. Alexand. in l. ſtipulatio nu. 14. ff. de verb. oblig. Rom.
conſ. 26. num. 4. Ruin. conſ. 172. Soc. Iun. conſ. 118. num. 12.
lib. 2. Honded conſ. 44. numer. 6. lib. 2. Oldrad. conſ. 139. in
princ. Cyriac. plenè controu. 322. Seraph. dec. 472. Duran.
dec. 48 num. 16. Rot. in Tudertina donationis 17. Iunij 1652.
coram Reuerendiſs. Decano.*

Quæ fortiori fundamento innixa, comprobantur, at-
tento, quod iu prima donatione ius quæſitum fuerit
alijs condonatarijs, vigore obligationis Cameralis, per
2 quam, cuilibet abſenti, ſine alia ceſſione, ius quæſi-
tum, & actio *Rot. deciſ. 285. numer. 9. & 1u. & deciſ. 46.
numer. 7. part. 6. recent. & coram Buratt. deciſ. 788. num. 3*
& quidem etiam miniſterio Pauli, primi donatarij, qui
acceptauit *l. quoties, C. de donat. Rot. dec. 683. nu. 3. part. 1.
diuerſ.*

Nil obſtante, quod donatio dici potuerit onerosa, &
ideò requirens acceptationem donatarij, cum abſens po-
3 terat non acceptare, ità donator potuit antè acceptatio-
nem reuocare.

Quia non ſubſiſtit, donationem foiſse oneroſam, nam,
ex reſeruatione annuorum ſcut. 3u. ſuper fructibus bo-
norum donatorum, nullam exigendo obligationem, ex
parte donatariorum, dici quidem potuit, miuùs dona-
tum, ſed ouo onus donationi ioiunctum, quia iu illud
plus, quod bona dooata redolebaut, remanſit donatio
merè gratuita, & pura, ſicque ex ea per acceptationem
primu donatarij, fuit ius irreuocabile quæſitum alijs
4 coodunatarijs, ex ſuperius adductis, præſertim, quia
tunc eraot nati, vt latè comprobat *Cyriac, controu. 312.
numer. 89. & ſeqq.* Quio imò, & ſententia *Ruin. conſ. 119.
numer. 8. verſ. antequam ergo contradicat, & conſ. 116. n.
10. verſ. in tam vtili, & eiuſdem Cyriac. controu. 332. n. 26.
& ſeqq.* Hinc eſt conſideranda diſtinctio, an donatio
ſit onerosa, vel merè lucroſa, ad effectum firmandi; An
per ſtipulatiooem Notarij quęratur ius irreuocabile ab-
ſenti; quia cum ſit in illius arbitrio, acceptare, nec ne,
nunquam donatio dici poterit oneroſa donatario, ſi il-
lius acceptatio eſt eiuſdem donatarij arbitrio commiſſa, 5
qui quamuis ſibi non expediat, poterit noo acceptare,
oec interim eſt Iure illius electionis priuandus, *Cyriac.
dict. controu num. 9. & 29. verſic. & quam*, cum actus, ex
parte donantis ſit vndequaque perfectus, & irreuoca-
bilis, licet ex parte donatarij, ab eius arbitrio peo-
deat, vt aduertit ad propoſitum *Anguſciol. conſ. 30.
num. 213.*

Vnde Paulus, inconſultis alijs donatarijs, nullo mo-
do, potuit ad retrodonationem, in eorum præiudicium
deuenire, quia illius acceptatio iniuncta, cum ſtipula-
tione Notarij abſentium vices gerentis, ſatis officioſè di-
citur inſeruire, ad hoc, vt antè acceptationem ius quæ-
ratur abſentibus, & reuocandi via donatori præcluda-
tur, non obſtante multorum contradiceotium ſtrepitu,
æquiorem, & veriorem upiuionem impugnantium, vt
teſtantur *Bald. in l. cum à ſocero, col. vlt. num 7. C. de iur.* 6
*dot. Caſtren. Alexand. Iaſ. & alij in l. qui Roma §. Flam-
mius ff. de verb. obligat. Cranete. conſ. 29 num. 11. lib. 1. Ro-
land. conſ. 29 num. 19. lib. 1. Cephal. conſ. 33. numer. 5. lib. 2.
Menoch. conſ. 92. num. 76. & conſ. 1153. nu. 52. & fuſè per
Surd. dec. 206. nu. 6. Rot dec. 38. nu. 13. part. 7. rec. & coram
Buratt. deciſ. 149. n. 4. & ibi add nu. 1u.*

Quapropter verba diſpoſitiua d. donatioois, Paulum,
& alios donatarios, in paritate vocationis, attingentia,
faciunt, vt effectus beneficæ voluntatis irreuocabilis di-
rectè adſit io perſooa filiorum, ac in perſoua patris,
qui huius donationis ooo auctor, ſed immediata dooa-
torum munificeotia reputatur, & ideò filij, quamuis
hæredes patris, venientes ex propria perſona nou offen-
dunt paternam reuerentiam, imò, nec dicuntur venire
contra factum patris. *Bellon. conſ. 45. numer. 8. & conſ. 46.
num. 3. Venturin. conſ. 14. numer. 79. Fontanell. de pact. nupt.* 7
*clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 1. num. 10. Theſaur. quæſt. 90. num. 23.
lib. 3. Capyc. Galeott. controu. cap. 57. numer. 18. lib. 1. Oſaſch.
dec. 18. num. 5. Surd. dec. 324 num. 6 eique add. ad dec. 322.
num. 2. Rot. in Florentina donationis 2. Aprilis 1650. §. non
obſtat coram Peutingerio, & prius in Amenonen. fideicom.
4. Februarij 1647. §. hac autem irrelenantia cor. R. P. D.
Veroſpio.*

Quod potiori iure valere debet, ex eo quod Paulus re-
troceſſit donationem ſibi factam, quod re vera intelli-
gendum eſt, de iure ſibi competenti, non autem, de iu-
re filiorum, aut hæredum, cum oullum verbum illud
ſpecificè ſonet, iu tota retrodonatione, quæ iu dubio
extendi oon poteſt, ad ius competens hæredibus, ex
propria perſona, nec compræhendit ius ipſis radica-
tum, vt fuſè per *Peregr. de fideicomm. art. 52. numer.* 8
92. Cancer. variar. reſolut. cap. 15. num. 60. part. 3. cum alijs
cougeſtis io *Interamnen. fideicomm. 11. Martij 1654. cor.
R. P. D. Celſo.*

Denique noo vrgent addocta, ex non obſeruantia
dictæ donationis, ex qua infertur validitas retrodona-
tionis; quia vltra quòd cooſtat motiuum, ex eo, quòd
ſemper remanſit in poſſeſſione dictorum bonorum, con-
trauentio vnius, ex vocatis, uocere non poteſt alijs ſub-
ſtitutis, venientibus proprio iure, ſed potiùs ipſis ape-
ritur via ſuccedendi, ex caducata prima parte per con-
trauentionem, aut quouis alio modo ſit locus vocationi 9
aliorum ſubſtitutorum, *l. peto §. fratre ff. de leg. 2. l. hoc
amplius, Cod. de fideicom. l. vnica §. in primo, & §. in ſecun-
do, Cod. de cad. tollend. Rot. dec. 494. num. 1. part. 2. & dec.
270 num. 8. part. 5. rec. & poſt Zacch. de oblig. Cam. deciſ.
194 num. 20. & ſeqq.*

Digitized by Google

R. P. D. Bourlemont,

Reatina Caſtrorum,

Luna 21. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Sententia, in re, quæ patitur diuiſionem, poteſt, pro parte valere, & pro parte non valere, præcipuè, quoad diuerſas perſonas citatas, & quoad alias non citatas.

SVMMARIVM.

1 *Minor, quando citatur debet citari eius curator.*
2 *Ex ſtatuto Vrbis, maior 20. annis, dicitur maior, & non eſt amplius ſub cura.*
3 *Statutum habilitans perſonam trahitur extra territorium.*
4 *Minor, cum iuramento poteſt conſtituere procuratorem.*
5 *Defectus citationis annullat ſententiam, quoad non citatos, non quoad citatos.*
6 *Sententia, ratione connexionis, nulla in parte, annullatur in totum.*
7 *Sententia, quando patitur diuiſionem, poteſt pro parte valere.*
8 *Et poteſt, pro parte executioni demandari.*
9 *Poteſt renunciari nullitati ad renunciantis fauorem inducta.*
10 *Sententia quando eſt iuſta, eius nullitas non attenditur, niſi ſit clara.*
11 *Pactum reuerſiuum, in renunciatione, non ſuffragatur, non purificata conditione, ſub qua eſt conceptum.*
12 *Pactum reſpiciens plures perſonas reſoluitur in ſingularitates.*
13 *Veriſimilis contrahentium intentio attenditur in quauis diſpoſitione.*

DECISIO LIX.

IN deciſione edita. cor. Me, ſub die 22. *Iunij* 1665. fuit dictum, ſententias latas, fauore D. Thomæ Mareri, ſuper nullitate aliarum præcedentium, contra eum promulgatarum, eſſe infirmandas, coi non aquieſcente D Thoma. poſt binam cauſæ repropoſitionem, DD, placuerunt illius fundamenta, ideoque confirmandam reſoluerunt.

Tota namque difficultas videbatur reſtringi, ad nollitatem deductam, ex eo quod Thomas, qui prętenditur minor 25. annis, fuerit minùs citatus legitime, cùm citatio, ad terminos ſubſtantiales, contra ipſum, & non contra eius curatores, fuiſſet executa, ſed viſa fuit euitari,
1 hæc nullitas, animaduertendo, quod, vel attendatur Statutum Vrbis, vbi cauſa agebatur, & intrat diſpoſitio illius Statuti *cap. 47. lib. 1.* quod poſt lapſum 20. annorum
2 repræſentat hominem maiorem, vel conſtitutio Regni, habilitans maiores 18. annis, & vtroque modo, apparet de illius legitima citatione, præcipoè, quia ſtatutum, habilitans perſonam, trahitur etiam, extra Territorium,
3 *Bald. in l. cunctos populos, num. 14. Cod. de ſumm. Trinit. Cathol. Femon. ad Stat. Vrb. d. cap 47. num. 12. lib. 1. Rot. coram Seraph. dec. 746 nu 3.* & in præciſis terminis conſtitutionis Regni, qood minor cenſeatur etiam in Vrbe habilitatus, ita vt ei non ſit in Iudicio deputandus Curator firmauit *Rot. in vna Panormitana Fundor. coram Put. dec. 365. per tot. lib. 3.*

Sub hac præſenſa nullitate, in nihilum poterit Thomæ ſuffragari, altera nollitas, deducta, ex defectu legitimæ citationis, contra Angelum, & Octauium, minores, qui fuerant admiſſi, ad caoſam; Quoniam ex ponderatis, in d. deciſione, ſatis euidenter, conſtat ipſos conſtituiſſe Procuratorem, qui ſemper fuit citatus, & caoſam acerrimè defendit, præcipuè quoniam conſtitutio fuit facta cum Iuramento, quod operatur illos haberi, pro maioribus *auth. Sacramenta Puber. cap. 4. aduerſ. vend. & ibi gl.* 4
verb. conſtitutionibus in fin. Bart. in l. ſi minor 37. C. de minor. Vant. de null tit. de null. & inhabil. ſeu defect mand. Proc. comp. num. 35. Boer. deciſ. 92 num 4. Add. ad Gregor. dec. 391. num. 9 in fin. cum alijs abundè congeſtis *in d. dec. cor. Me, §. quidquid in fin.*

Sed quatenus poſſet, quoad eos aliqua oriri difficultas, quoad validitatem ſenteotiarum, ſubſtinentur tamen, reſpectu Thomæ, qui fuerat legitimè citatus, *Rot. deciſ.* 5
691. n. 14. part. 4. tom. 3. rec. & cor Greg. dec. 467. n 3.

Non obſtat, quod eum Intereſſe Thomæ eſſet connexum, cum Intereſſe illorum, ratione connexionis, ſeo- 6
tentia corrueret in totum; Contrarium enim apertè conuincitur ex eo, quod licèt, vterque niteretur excludere Tancredem, diuerſa tamen, Iura ſe ſe inuicem exclodere conantes, à diuerſis cauſis deducebant, qua diuerſitate 7
attenta nullitas reſpectu illorum, Thomæ ſuffragari oon poteſt, vt propter allegatos, probant *Bart. in auth. ſi omnes num. 3. C. ſi minor ſe ab hæred. abſtin. Rom. conſ. 410 n. 2. Rot dec. 561. nu. 13 part. 1. rec.* maximè, quia poterat fieri executio contra portionem, à Thoma poſſeſſam, ſine præiudicio aliarum partium Angeli, & Octauij, in 8
qoibus terminis, illi ſuffragari non poſſe nullitatem, *add. ad Greg. dec. 319. num. 7.*

Quæ fortius ſibi locum videbantur, In præſenti vindicaſſe, dum prædicti Angelus, & Octauius, tranſigendo, cum Tancrede præfatæ nullitati renunciarunt, eaqòe nolle vti declararunt, quare nimis durum eſſet, quod 9
Thomas maior, & legitime citatus vteretur nullitatibus, ad fauorem minorum, inductis, contra eorum voluntatem, *Rot. dec. 577. n. 3. part. 4. & dec. 256. n. 7. part. 9. rec.* cum alijs allegatis io *d. dec. §. dum illi.* Accedente, præſertim, bono Iure Tancredis, optimè reſultante, ex duabus ſententijs, ad eius fauorem latis, præuijs pluribus deciſionibus, quo caſu, reijciuntur nollitates, niſi de eis 10
clarè, & euidenter conſtet, ex deductis *in d. deciſ. coram Me, §. fin.*

Nec viſum fuit hoc bonum Ius excludi, ex deductis *in dec. huius cauſa edita cor. R. P. D. Priolo. ſub die 9. Iunij 1659. §. non obſtat,* quod nempè pactum reuerſiuum ap- 11
poſitum, in tranſactione d. Tancredis, non ſuffragetor, cum adhuc non deceſſerint omnes patrui, quibus facta fuit renunciatio.

Quoniam ex facto corruit obiectum, cùm ex lectura Inſtrumenti, non appareat vlla dictio vniuerſalis, ob quam debuiſſet omniom obitus expectari, ſed pactum fuit appoſitum, habito reſpectu, ad plures perſonas; 12
Ideòque reſoluitur in ſingularitatem, *l. falſa demonſtratio §. fin. ff de cond. & demonſtr. Alex conſ. 38. num. 3 lib. 1 Menoch præſ. 186. num. 12. 14. Cyriac. contron for. cap. 114 nu. 5. 41. Rot. cor. Seraph. dec. 1290. num. 4. & dec. 429. nu. 9. & ſeqq. part. 4. tom. 3. rec.* & ſine difficultate fuit admiſſum, in *d. dec. R. P. D. Priolo, §. ratio autem eſt,* licet ex facti diuerſitate fuerit contrarium reſolutum.

Et fortiùs diluitur obiectũ, attenta veriſimili cootrahentiom voluntate, quam potiſſimùm eſſe attendendam, fuit dictum, in d. dec, §. ratio autem eſt; congruit, autem voluntati contrahentium, quod non eſſet expe- 13
ctaodus obitus omnium patruorum; Tum quia in Inſtrumento fuiſſent appoſita verba, *quolibet caſu,* conuenta reuerſio vix vmquam potuiſſet ad eius fauorem verificari, & ſic Tancredi nimis fuiſſet læſiua, ex allegatis *in deciſione edita in hac cauſa coram b. m. Dunozett. 27. Februarij 1651. §. Ponderato.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. Bourlemont.

Romana Cenſus.

Lunæ 2. Martij 1665.

A R G V M E N T V M.

Replicantur omnia motiua alterius deciſionis, quod mulier obligari non poſſit ſine interuentu proximiorum, & ſine cauſa, etiam ſi contraheret cum Eccleſia, non intuitu pietatis, ſed tanquam perſona priuata.

S V M M A R I V M.

1 *Ex ſtatuto Vrbis, in obligatione mulieris, debent interuenire proximiores.*
2 *Curator dari non poteſt, quando poſſunt vocari aliqui ex proximioribus.*
3 *Si ſunt impediti differtur ſtipulatio.*
4 *Nec attenditur aſſertio iurata mulieris.*
5 *Mulier debet obligari cum cauſa.*
6 *In contractu, cum Eccleſia inito, non requiruntur ſolemnitates ſtatuti.*
7 *Dummodò fiat cauſa pietatis.*
8 *Hæres beneficiatus, antequam firmetur ſtatus hæreditatis, & reddat rationem, non poteſt conueniri.*
9 *Cauſa, ex parte falſa, vbi interuenit decretum, annullat totum contractum.*
10 *Mulier pro ſoluendis debitis, obligatur ſine ſolemnitate.*

D E C I S I O LX.

SEntentiam Rotalem, qua dictum fuerat, cor. R.P.D.
Beuilaqua, d.Clementiam nulliter ſe obligaſſe, pro
rata ſcut.3212. 50. accedendo, vti principalis, & in ſolli-
dum, Inſtrumento Cenſus ſcut.6000.per bo:me:Cardin.
Cecchinum, impoſiti ad fauorem Bernardi Mauri, vti
validam, & iuſtam confirmandam eſſe, reſpondit Rota.
Validitas admittebatur, & iuſtitia, ex duobus potiſſi-
mum firmiter videbatur fulciri.
Primum erat, quod in contractu præfatæ obligationis
D. Clementiæ, non adſtiterunt duo proximiores, à Sta-
tuto Vrbis *cap.*151. præcisè requiſiti, ex quorum defectu,
notam obligationis nullitatem induci, pluries reſpondit
Rot. vt tradit *Fenzon.ad d.ſtat.num.*13. & latè *congeſt. in*
1 *princ. deciſ. huius cauſa* 17. *Martij* 1664. *cor. R.P.D. Beui-*
laqua. Quæ euitari haud quaquam potuit, ex eo, quòd
fuerit citatus frater germanus D. Clementiæ, ad intereſ-
ſendum, quodque fuerit, loco alterius proximioris ab-
ſentis, deputatus curator; Quia, dum aderant plures alij,
qui poterant commodè interuenire, vt, de ſe met teſta-
tur, D. Petrus Caffarellus, & de alijs, nempè Franciſco
Guttifredo, & Equite de Aſte probatur, ex eorum acti-
bus antecedentibus, & ſubſecutiuis d. obligationi, ij vti-
que erant citandi, & ſolùm in caſu, quo accerſiti non ac-
ceſſiſſent, ſuppleri potuiſſet, per deputationem Curato-
ris, non autem, ante illorum vocationem, vt latè fuit fir-
2 matum in *d. deciſ. R.P.D. Beuilaque §. vtrumque enim*;
Quin imò, ſi fuiſſent impediti; erat in ſequentem diem
3 differenda ſtipulatio Contractus; vt *in Rauennaten.*
Releuationis indemnitatis 1. *Iulij* 1661. *§. reſultat, & ſeqq.*
cor. Reuerendiſs. Gerunden.
Quamuis etiam D. Clementia iuraſſet alios non habe-
re conſanguineos, quia nè, per huiuſmodi mulierum, &
minorum aſſertiones, eludatur diſpoſitio Statuti, eas pro-
uide iuſſum fuit haberi pro doloſis, & coactis, & ideò
prorſus inefficacibus, vt ex mente Rotæ firmatum refert
4 *Fenzon.ad d. Stat fol.*247. *nu.*75. *& fol.*384. *numer.* 1. cum
alijs *in d. dec. Beuilaque, §. non obſtat in fine.*
Alterum, & potiùs erat, quod cauſa narrata Iudici, pro
obtinendo decreto, in hoc Contractu, non ſubſiſtit, quia
debita pro d. rata ſcut. 3212. nullo modo, ſpectabant ad
D. Clementiam, vt fuerat expreſſum, ſed bo. me. Caroli
eius cognati; Indè propterea, reſultabat falſitas cauſæ,
quia D. Clementia ſe adſtringebat debitis, quibus nullo
tenebatur, & ob id, remanſit inſubſiſtens illius obligatio,
vt latè fuit firmatum, in *d. deciſ. Beuilaqua, §. defectus cum* 5
ibi relatis.
Ad quam nullitatem ſaluandam, incongruè iterum
replicabatur, cenſum fuiſſe emptum à Bernardo, vt mi-
niſtro Cappellæ S. Ilarij, ad quam ſpectabant pecuniæ, cũ
qua ideò contrahens D. Clementia remanſit efficaciter
obligata, etiam non ſeruatis ſtatutarijs ſolemnitatibus, in
Contractu, cum Eccleſia non requiſitis, & *deciſ. Verall.* 6
172. *in fine, &* 194 *par.*3. cum alijs apud *Galganett. ad d.*
*ſtatut. Vrb limit.*22.
Quia ceſſat obiectum, de Iure, & de facto, vt in alia
dec. fuit animaduerſum; nam, concluſio procedit ſolum,
ſi ex motiuo charitatis, & pietatis, pro ſalute animę exer-
ceatur opus pium, cum Eccleſia, non autem ſi cum ea cõ-
trahatur, vti cum priuato, vt magiſtraliter diſtinguit,
Rot. cor. Cocc. in Rom. nullitatis obligationis 13. *Nouembris*
1628. *cum alijs in dec. R.P.D. Beuilaqua, §. non ſubſiſtit*, &
tradunt *Zabarell. in c. perpendimus nu.*13. *de ſent. excom.*
*col.*15. *circa fin. verſ. ſi autem, & Cancer. var reſ. lib.*2. *cap.*1. 7
*nu.*117. & cenſus fuit emptus à Bernardo, vti priuata per-
ſona, & abſque vlla expreſſione miniſterij, & de proprijs
ſuis pecunijs, vt ex Inſtrumento impoſitionis, ibi, *Vendi-*
dit D. Bernardo præſenti, ac pro ſe ſuiſque hæredibus, &
ſucceſſoribus &c.
Prout, ibidem viſum fuit inſubſiſtens, quod D. Clemẽ-
tia teneatur ſaltem vti hæres Franciſci filij, & D. Cardin.
Nam, quamuis poſset Bernardus agere contra bona
hæreditaria vtriuſque, non tamen poteſt conuenire D.
Clementiam, nec realiter, nec perſonaliter obligatam, dũ
non eſt hæres Franciſci, & hæreditatem Cardin. adiuit,
cum beneficio legis, & inuentarij; Vndè, ante firmatum
priùs ſtatum hęreditatis, & redditã rationẽ, minimè tene-
tur, vt in ſpecie, *Rot. cor. Emin. Ottob. dec.*47. *n.*4. *& ſeqq.* Vl- 8
trà quod hoc reſpicit diſputationẽ diuerſã à præſenti, re-
ſtricta ad ſubſiſtentiã cenſus, & obligationẽ D. Clemẽtię.
Cœterùm, quamuis ſtante hac nullitate, prætenderet
D. Clementia nec teneri pro reliquis ſcut. 2787. 50. ex in-
diuiduitate decreti, ſuper falſa cauſa, emanati quæ infi-
cit Contractum in totum, etiamſi cauſa ſit in parte vera,
vt dixit *Rot. dec.*190. *nu.*11. 12. *par.*6. *rec.* DD. inhærendo 9
æquitati cenſuerunt eam teneri, pro d. ſumma, quæ verè
probatur ſoluta in extinctionem debitorum, quibus ipſa
premebatur, etiam cum maioribus vſuris, & quæ etiam
teneretur perſoluere, niſi cum dd. pecunijs perſoluiſſet,
quo caſu, ne cum aliena iactura locupletetur, ſubſtinetur
obligatio, etiam ſine alia ſolemnitate, ſaltem actione de
in rem verſo, quidquid ſit ſi pecuniæ fuiſſent ſimpliciter
ſolutæ D. Clementiæ, vt fuit latè deductum in penulti- 10
mo, & vltimo, *§. deciſ. Beuilaqua.*
Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Bourlemont.

Romana Cenſus ſeu Fideicommiſſi.

Veneris 9. Aprilis 1666.

A R G V M E N T V M.

Diſpoſitio, iuxtà declarationem faciendam, quando dicatur perfecta, ità vt ſubſtineatur etiam non facta declaratione reſeruata.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio, iuxtà declarationem faciendam, dicitur imperfecta.*

G 3 *Nec*

2 *Nec attenditur, ad effectum inducendi perfectam diſpoſitionem.*
3 *Limitatur, quando conſtat de perfecta voluntate.*
4 *Operatio voluntatis imperfecta debet perfici, per aliam operationem.*
5 *Voluntas præparatoria nihil operatur.*
6 *Voluntas dicitur perfecta, quando de ea clarè conſtat.*
7 *Voluntas perfecta elicitur ex verbis.*
8 *Reſeruatio facultatis mutandi non ſequuta mutatione nihil operatur.*
9 *Imperfecta dicitur voluntas, quandò eſt dubium, quis ſuccedat.*
10 *Fideicommiſſum inducitur ex conſeruatione agnationis.*

DECISIO LXI.

VSque de Anno 1634. firmatum fuerat, obiter, ac per tranſennam, *in deciſione 535. par. 5. rec.* fideicommiſſum inſtitutum, in teſtamento Fabij Vrſini, fauore filiorum Neapolionis eius filij, & hæredis vti relatiuum, ad declarationem faciendam, in Codicillis, ijs non exhibitis, non probare certam, & determinatam voluntatem, vti eſt neceſſaria, ad inducendum fideicommiſſum, ſed ſolùm imperfectè, & præparatoriam, ideoque non attendendum. Reuiſio, verò huius articuli caſtigatior, licet, merentis, ab eo tempore, Supino ſilentio iacens hodie eſt excitata cor Me, & dubio, ſuper ea propoſito DD. reſponderunt conſtare, de fideicommiſſo, & in hac parte recedendum à deciſis.

Concipientes DD. hanc facti ſpeciem, arctiori inueſtigatione indigere, ad tollendam quamlibet anſam æquiuocandi, in applicatione Iurium, quæ ob problematicam veriſimilitudinem caſuum, in hac materia, occurrentium, peregrinos intellectus ſæpè coguntur ſubire, extrema deliberationis poſuere, ſub his verbis teſtamenti, dicti Fabij Vrſini. *Nomino, e fo mio herede il Signor Neapolione mio figlio legitimo e naturale &c. e perche intendo, che li miei beni ſi conſeruino nei figlioli, e ſucceſſori del Sig. Neapolione ſuddetto però mi riſerbo di far dichiaratione nel Codicillo, ò altra diſpoſitione che io farò ſecondo la quale circa la ſoſtitutione, e fideicommiſſo ſi habbia à regolar il preſente mio teſtamento in tutto, e per tutto s'attendi, e s'oſſerui, perche queſta è la mia volontà, la quale voglio che habbia effetto non ſolo come teſtamento, ma anche, &c.*

Inter quod examinandum, prima fronte colligi videbatur, ſubſtantiam fideicommiſſariæ diſpoſitionis, fauore filiorum, & ſucceſſorum Neapolionis conceptæ, collatam eſſe in futurum, & relatiuam eſſe, ad codicillos, aut aliam diſpoſitionem, ſubſtitutionem, & fideicommiſſum ordinare debentem, ex illis verbis. *Però mi riſerbo far dichiaratione nel Codicillo, ò altra diſpoſitione, che io farò, ſecondo la quale, &c.* & hac declaratione non apparente, remanſiſſe, in terminis ſimplicis pollicitationis,
1 ac Velleitatis, atque puræ Inſtitutionis hæredis, *iux. text. in l. ſi teſtamentum. C. de inſt. & ſubſt. l. 2. ff. de hæred. inſt. vbi Paul. de Caſtr. Alex. & alij in l. ſi quis ita ſcripſero heredem ff. eodem titulo l. qui plures ff. de vſufruct. legat. Menoch. conſ. 224. n. 20. Aym. conſ. 147. nu. 6. Rot. apud Cenc. de Cenſib. dec. 11. num. 5. & ſeqq. dec. 12. num. 24. part. 8. rec. & in Romana fideic. de Bremis coram Reuerendiſs. D. M. Decano, § huiuſmodi enim teſtandi modus* confirmata, in hoc motiuo 1. *Februarij 1664. coram eodem § licet enim.*

Et comprobari Teſtatoris volontatem, ad actum diſpoſitiuum perfectum, & abſolutum, nullatenus proceſſiſſe, ſed tantùm ſignificaſſe quandam præparatiuam volitionem, & deſiderium inſtituendi fideicommiſſum, per declarationem faciendam, in Codicillis,
2 aut alia diſpoſitione, ex traditis per *Cyriac. controu. 340. num. 18. Menocch. de arbitr. Iud. caſ. 236. numer. 18. & ſeqq. Surd. conſ. 236. num. 8. Rot. dec. 12. num. 26. part. 8. rec. & coram Ottob. deciſ. 10. num. 58. & poſt 2. vol. conſil. Farinac. deciſ. 336. num. 8.*

Sed benè enucleato germano ſenſu tenoris teſtamenti, eoque adamuſſim, comparato, cum legalibus argumentis, compertum eſt DD. actum diſpoſitionis fideicommiſſariæ, in ſubſtantialibus, ſub conditione, de futuro minimè poſitum eſſe, ex eo, quod arguatur, de præſenti indubitata, & perfecta voluntate, quod bona conſeruentur in filijs, ac ſucceſſoribus Neapolionis, per hæc verba, *perche intendo, che i miei beni ſi conſeruino ne figli, e ſucceſſori del Signor Neapolione*, quæ prænotant, & ſignificant diſpoſitionem actualem, & completam
voluntatis intenſi, ſuper Bonorum conſeruatione, in filijs, ac 3
ſucceſſoribus Neapolionis, per tradit. *ab Hoſtien. & Abb. in Cod. ex literis* il primo *de Sponſal.* cum alijs cumulatis per *Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 496. num. 28. vbi num. 9.* verba omninò ſimilia exemplificantur, nempè, ſi quis dicat, *volo bona mea maneant in familia*, conſtitutum, atque iniunctum fideicommiſſum cenſetur, ex reſponſo *Socc. Sen. conſ. 43. num. 7. & conſ. 57. num. 1. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 54. num. 5.*

Ne autem argumenta legalia, in Cortice verborum, conſiderata facti determinatione adumbrent, ſub categorica diſtinctione, placuit DD. eas collocare, nempè,
aut operatio voluntatis eſt perficienda, per aliam eius 4
operationem, in diſpoſitione facta, *volo eligere, volo legare*, & donec prima operatio voluntatis purificatur, à ſecunda electione, aut legatum, in eſſe ponente, voluntas dicitur impurificata, indeterminata, & præparatoria, & in hoc ſenſu, intelligendæ ſunt authoritates ſub-
ſtantiam diſpoſitionis, ad futuram conditionem eſſen- 5
tialiter referentes, vt *Bald. in l. volo, C. de fideic. Rum. in l. ſeruus electione in principio col. 7. verſ. & quod verbum, ff. de legat. cap. ibique Iaſ. num. 7. rip. nu. 23. Caſtrenſ. conſ. 137. col. lib. 2. cum pluribus per Menoch. d. caſ. 496. num. 22. Seraph. dec. 623. num. 3.*

Aut prima operatio voluntatis conſtituit actum præſentem, de per ſe abſolutum ac independentem, ab alio futuro eiuſdem voluntatis, vt in præſenti caſu, quo voluntas Teſtatoris circa conſeruationem bonorum, in filijs, ex ſucceſſoribus Neapolionis, nihil aliud requiritur, ad abſoluendam diſpoſitionem conceptam integraliter, & perfectè in illo modo, loquendo, *perche intendo ſi conſeruino*, quod latinè ſonat, *voglio, e deſidero*, vt conſeruentur, & in tali caſu, dicitur voluntas tranſire, in diſ-
poſitionem, & nullum conditionis euentum, quoad ſub- 6
ſtantiam expectare, vt demonſtrat, *text. in l. etiam hoc modo 118. vbi cupio des, opto des, credo te daturum, in l. & eo modo 121. ibi deſidero, vt des, ff. de leg. 3. l. filiam 17.* ibi, *etiam filia mea reſeruentur, ff. de aur. & arg. l. fidei-
commiſſum inducere valent, Grat. diſc. 220. n. 28. Menoch. 7
conſ. 45. n. 8. verſ. non inquam hoc repugnat, Rot. deciſ. 640. num. 15. 16. part. 1. diuerſ.*

Quibus ità perpenſis concludebant DD. in præfatis verbis, *perche intendo ſi conſeruino &c. però io mi riſerbo far la dichiaratione, ſecondo la quale &c.* actum voluntatis, vt ſupra perfectum, determinatum, & abſolutum, importantibus, adeſſe quaſi duplicem ſubſtitutionem, vnam, ſcilicet, puram, & abſolutam, in illis verbis, *perche intendo ſi conſeruino*, & aliam modificatam, ibi *però mi riſerbo &c.*
vnde non ſequuta declaratione dictæ modificationis, re- 8
manet pura fideicommiſſaria diſpoſitio, *ex text. in l. 2. ff. de hæred. inſt. l. ſi teſtamentum C. de inſt. & ſubſt. l. hæredes mei § ſi quid poſt teſtamentum*, quando procedunt ex eo, quod duplex ſenſus, ad eam ſcripturam commodè adhi-
beri poteſt, vt explicat doctiſs. *Cyriac. in d. l. 2. ff. de hæred. 9
inſt. eius oper. tom. 1.* vbi ſoluit obiectionem in contrarium adductā *ex l. Titia in princ. ff. de leg. 2.* quod ibi conditio erat iniecta libertati fideicommiſſariæ, ſi legando, *ex l. qui plures ff. de vſufruct. legat.* quod ibi incertæ erant legatariorum perſonæ, & ſimilia, ſicut *in l. penult. C. de inſt. & ſubſt. verſ. neque obſtat tom. 4.* qui ex Cod. Iuſtinian. inſcribitur, non refragante, præſertim, iuxtà intellectum *d. l. 2.*

ff. de

Digitized by Google

ff. de hæred. inſt. voluntate teſtatoris, qui in toto contextu teſtamenti prægnantem, & geminatam expreſſit rationem conſeruandi bona pro filijs Neapolionis, ad hoc vt iuxtà gradum condecentius, poſſent viuere, quæ ſola ra-
10 tio ſufficit ad inducendum fideicommiſſum, vt in puncto *Rot. dec. 10. num. 1. 2. 3. par. 1. rec.*

Ex quibus luculenter oſtenditur, declarationem faciendam, non importare vim conditionis ſubſtantiam fideicommiſſariæ diſpoſitionis ſuſpendentis, imò potiùs præſupponere actum, in ſubſtantia, perfectum iuxtà ce-
11 lebrem *§. ſi quid poſt teſtamentum l. hæredes mei ff. de hæred. inſt. Surd. conſ. 234. num. 23.* ſed ſolum modos, & qualitates, ſub quibus fideicommiſſum inſtitutum valet, & ſubſiſtetur, etiamſi de his non conſtet, *text. eſt expreſſ. in l. cum pater §. duos ff. de leg. 2.* in ſpecie tradunt *Iaſ. Alex. Paul. de Caſtr. & ſcripſit idem Caſtr. in l. 2. ff. de hæred. inſt. Canc. in l. legatum 16. ff. de vſu, & vſufruct.* ibi, nec fuit relictum ſub conditione propriè, ſed ſub modu *tom. 3.*

Quod maximè voluntati Teſtatoris conforme dignoſcitur, ex his verbis, *E non facendolo il preſente mio teſtamento in tutto, e per tutto s'attenda &c.* quæ apertiſſimè ſignificant teſtatorem voluiſſe, quod fideicommiſſum inſtitutum, fauore filiorum Neapolionis, ſubſiſtineretur, etiamſi codicillum non faceret pro regulandis ſubſtitutionibus.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. Bourlemont.

Romana Fideicommiſſi de Steccatis.

Ven. 10. Februarij 1662.

ARGVMENTVM.

Renunciatio abdicatiua, facta ab ingrediente Religionem, non reuertitur, ex quo deficiant perſonæ, in ea, contemplatæ, & compræhendit etiam bona fideicommiſſaria, maximè ſi ſit facta, ad fauorem compræhenſorum, in dicto fideicommiſſo.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians reuerti non poteſt ad bona renunciata.*
2 *Renunciatio realis præiudicat renuncianti, etiam ex defectu perſonæ contemplatæ.*
3 *Præcipuè ſi facta ſit ab ingrediente religionem.*
4 *Renunciatio non compræhendit fideicommiſſum, de quo non fuit facta mentio.*
5 *Contrà, ſi ſit per verba ampliſſima.*
6 *Prohibitus alienare poteſt renunciare abdicatiuè, non translatiuè.*
7 *Nomine hæredum, in fideicommiſſo, non veniunt extranei.*
8 *Prohibitus alienare alienat in vocatos.*
9 *Manutentio datur poſſidenti.*
10 *Poſſeſſio, ex clauſula conſtituti, ſufficit pro manutentione.*

DECISIO LXII.

INſtituerat Petrus Paulus de Steccatis, perpetuum reciprocum fideicommiſſum, inter Franciſcum, & Ludouicum filios, eorumque deſcendentes, in infinitum, in quorum defectum, vocauerat Aemiliam, & Cangeuam filias, omneſque earum poſteros, cum ſtrictiſſima alienationis prohibitione, ſub pena caducitatis; Defecerũt, ſine prole, Franciſcus poſtmodum, & Ludouicus, relicta, tantum Hippolita filia, quæ pariter, obijt relicta Maria Virginia Moniali, D. Dominici, & Sixti, & Conſtantia, quæ vltimo loco deceſſit, per cuius obitum, orta controuerſia, ſuper manutentione bonorum fideic. inter monaſteriũ, & Antonium Zambottum deſcendentem, ex Aemilia filia teſtatoris, placuit DD. quod videretur, de bono Iure, & hodie, de eo conſtare, ad fauorem Zambotti reſponſum fuit.

Non enim controuertebatur, Mariam Virginiam, ſiue Monaſterium, ex illius perſona, eſſe priorem in vocatione, tamquam deſcendentem filiorum teſtatoris, ſed eidem obſtare dicebatur, ampliſſimam renunciationem, & abdicationem, omnium bonorum, in ingreſſu Monaſterij, factam, etiam per viam donationis, inter viuos, cuius vigore, ità renuncians, de medio ſublata remanſit, vt ad eam bona donata numquam reuerti potuerint, iuxta *Clar. tex. in l. 1. ff. de donat. & l. ſi quis argentum § fin. ad fin. C. eodem. l. quæritur 14. §. ſi venditor ff. de edil. edict. l. Senatus ff. de donat. cauſ. mor. Bald. conſ. 195. vol. 4. Roland. conſ. 77. nu. 12. lib. 1.*

Quod in præſenti, etiam procedere viſum fuit, quamuis defecerint Curtius frater, & Conſtantia ſoror, quorum contemplatione, fuit donatum, & renunciatum.

Cum enim, verſemur in renunciatione reali, quidquid
ſit, ſi ageretur, de ſimplici renunciatione perſonali, & in
perſonis directis, in quibus terminis, procedit *dec. 186. nu.*
6. par. 3. rec. cum alijs in contrarium adductis, licet perſo-
næ contemplatæ defecerint, tamen renunciatio realis
non expirat, ſed ſemper renuncianti præiudicat, vt præ- 2
ter mox relatos, tradunt etiam *Craueti. conſ. 166. num. 6. Alex. conſ. 195. lib. 1. ad fin. Rum. conſ. 204. nu. 4. lib. 1. Gratian. c. 786. num. 17. & ſeqq. & c. 168. num. 1. 2. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 20. Noguerol. alleg. 37. num. 23. poſt med. Gurb. de conceſſ. feud. §. 2. gl. 13. num. 96. verſ. certi vero Iuris*, quam opinionem ſemper in ſimili renunciatione, amplexa eſt, *Rot. cor. Put. dec. 274. nu. 4. 5. lib. 3. & dec. 587. par. 1. rec. & in Rom. Fideic. de Toſcanellis 31. Mart. 1649. cor. Reuerendiſſ. Papien. & in alia Rom. ſimili 3. Decemb. 1655. §. non etiam poterit, & 19. Maij 1659. §. hinc regreſſum cor. R. P. D. Veroſpio*, & faciunt nouiſſimè adducta *in Rom. hæreditatis de Lanucijs 1661. cor. R. P. D. Taya*

Eo fortius, quod agatur, de renunciatione, facta ab ingrediente Monaſterium, vt faciliùs, omnibus ſæcularibus curis ſepoſitis, liberius Deo famulari potuiſſet, ex quo patet, cauſam finalem renunciationis, non reſtringi, ad ſolam agnationem, ſed reſpicere etiam perpetuo ſuam abdicationem, proindeque, per ſolum defectum agnationis,
non ceſſauit renunciationis effectus, vt ponderat *Molin.* 3
de Iuſtit. & Iur. diſp. 579. nu. 19. verſ. dixi Regulariter Rouit. conſ. 44. num. 7. 14. lib. 1. Gratian. c. 168. num. 27. Rot. dec. 614. in fine par. 2. rec. & cor. Eminentiſſ. Otthob. dec. 10. num. 38. 45. 46. & in Rom. Fideic. de Coſciarijs 16. Martij 1648. §. emiſſa vero cor. Eminentiſſ. Corrado cum alijs relatis in alleg. *Rom. de Toſcanellis cor. Reuerendiſſ. Papien. & in Rom. hæreditatis 23. Iunij 1659. §. non obſtat cor. Eminentiſſ. Cerro.*

Nec ſubſiſtere viſum fuit obiectum, quod ſub hac re-
nunciatione, ſeù donatione, non compræhendatur fideic.
proauum, quale eſt controuerſum, ex quo, de eo non le- 4
gatur facta expreſſa mentio.

Quia, cum verba donationis ſint generalia, & geminata compræhendentia ſucceſſionem quorumcumque deſcendentium, & alias quaſcumque, in quibus ipſa renuncians ſuccedere potuit, vel poterit, non dubitarunt DD. etiam huic fideicommiſſo cenſeri renunciatum, ſi non
nominatim, ſatis, per verba æquipollentia, & compræ-
henſiua, quod ſufficit *ad tex. in l. pluribus ff. de except.* 5
Bald. conſ. 184. in fine lib. 4. Rot. in d. Rom. Fideic. de Coſciantijs cor. Eminentiſſ. Corrado §. voluntas vero, & in d. Rom. Fideic. 3. Maij 1659. cor. R. P. D. Veroſpio, & in d. Rom hæreditatis cor. Eminentiſſ. Cerro, §. etenim, & ſeqq.

Neque obſtat, quod tum renunciatio à Moniali facta Patri, & hæredibus, cum ceſſio Conſtantiæ facta Zembotto ſit nulla ex defectu poteſtatis ad prohibitam alienationem bonorum fideic. in extraneos.

Quia, quoad primum, vltrà quod erat renunciatio
abdicatiua potius Iuris, à ſe, quam translatiua, in alium, 6
ſicque non dicebatur alienaſſe Monialis ſeſe inhabilitans

ad ac-

Digitized by Google

ad aequirendum per clar. *tex. in l. qui autem ff. quæ in fraud.credit.* cum ibi notatis, adhuc antè, aeeeptante patre, pro hæredibus, non fuit, in extraneos traslatum fideic. cum aeceptatio intelligatur tantum pro hæredibus
7 ſanguinis,ſieqoe capaeibus,etiam à teſtatore, non excluſis, *Rot in Auenionen.Fideic.11. Martij 1648.§. quer. cor. Emmentiſſ Otthob num.20.* quod etiam militat,quoad ſecundam factam à Couſtantia Zambotto, quia vti de-
8 ſcendens à filia teſtatoris non dicitur extraueus, ſed vocatus,erga quem proindè non erat prohibita bonorum alienatio, vt tradit *Alciat. conſ.18. num. 46. lib.5. Surd. conſ.351.num.45.Cyriac.contr.2.num.18. Rot. in Bonon. de Dulphis 12.Martij 1656.§ ceſſat enim cor. Alberg.*

Hinc propterea ſtante bono Iure Zambotti,coucedenda eſt ei manutentio,dum illius poſſeſſio ſatis probatur;
9 Tum ex appræhenſione, ex elauſula Conſtituti, per Conſtantiam in ceſſione appoſita, ab ea aceeptata, quæ ſufficit pro obtinenda manutentione, vt dieit *Rot. dec. 549.num.3.part.1.rec* eum alijs relatis per *Poſt.de manut.*
10 *20 num.7.28 & dec.339. num. 1.& 356.par.9.rec.& in Rom.Fideic.de Cenys 14.Martij 1657.§.1.cor.Dunozett.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Bourlemont.

Romana Fideicommiſſi de Steccatis.

Luna 15. Iunij 1665.

A R G V M E N T V M.

Renuuciatio, per quæuis verba, realitatem importantia, expirat, ex defectu perſonæ in ea contemplatæ, & nunquam extenditur ad fideicommiſſum, in præiudicium vocatorum, & ipſius renunciantis.

S V M M A R I V M.

1 *Renunciatio verè realis eſt illa, quæ nullum habet reſpectum ad perſonas.*
2 *Renunciatio, ad fauorem certæ perſonæ, illa deficiente, expirat.*
3 *Renunciatio facta ab ingreſſuro religionem præſumitur abdicatiua.*
4 *Renunciationis cauſa ad eius realitatem arguendam attenditur.*
5 *Renunciatio quantumuis realis, ſi in ea ex contemplatione certæ perſonæ, ex defectu illarum expirat.*
6 *Renunciatio, per viam donationis, transmittitur ad extraneos.*
7 *Bona non quæſita donanti non poſſunt donari.*
8 *Donatio, in renunciatione, facta, reſtringitur, ad illius naturam.*
9 *Renuncians fideicommiſſo paterno non renunciat auito.*
10 *Renunciatio ſucceſſionis plurium graduum non extenditur vltra nominatos.*
11 *Renunciatio, nunquam comprahendit ea bona, ad quæ extendi non poterat.*
12 *Admiſſum non dicitur, quod alteri ablatum eſt.*
13 *Renunciari non poteſt fideicommiſſo in præiudicium proximè ſucceſſuri.*

D E C I S I O LXIII.

DIctum fuerat cor.Me, *die 10.Febr.1662.* conſtare, de bouo Iure Zambotti, ad exeluſionem Monaſterij S. Dominici, & Sixti, ex perſona Mariæ Virginiæ initi, profeſſam,& quod renunciatio facta,ab ea ingreſſu Monaſterij,iſta non fuit ſolum generalis,& comprahenſiua omnium bonorum ſed etiam realis,& ideò, poſt mortem Curtij fratris, & Conſtautiæ ſororis non expiraſſe; hodiè vero,ſuper Iuribus dictæ deciſionis,iam repropoſitæ, & melius Inſtrumenta renunciationis, ab informantibus deducta ab ea recedendum putarunt eſſe Domini.

Quia fuit animaduerſum renunciationem, quamuis in res,& bona, directam non fuiſſe prorſus quorumcumque Iurium abdicatiuam, nulla habita conſideratione,ad quas perſonas bona & Iura deuenirent, dummodò à renunciante,quoquo modò abdicarentur, quæ eſt vera
qualitas renunciationis perpetuò, & realis, vt tradunt, 1
Gurb.conſ.89 num.12. 17. lib.1. Surd. conſ. 517. num.14. poſt med.verſ.cum ergo prædictis, Peregr. de fideic. art. 52. num 2.& Rot.dec.185.num.5.par.3.rec.& penes Gallerat. de renunc.dec.43 num.3.& ſeqq. ſed fuiſſe reſtrictam, ad fauorem Patris,vt ex Inſtrumento, ibi, *Animo reuoluens M. Antonium Patrem duobus filijs grauatum, vno Curtio, & altera, Conſtantia infraſcriptam refutationem, & donationem, erga illum, vt commodius, gradum ſuæ nobilitatis ſubſtinere poſſit & familiam honorificentius ſubſtentare facere,cenſuit* & inferius, *renunciat, & refutat ad fauorem dicti M. Antonij ſui Patris,& verſus dicto M. Antonio ſuo Genitori præſenti, & acceptanti, elargita eſt*, & inter hæc refutationem fecit erga ſecundum Genitorem.

Vndè primò inferebant DD.quod non ſine Iuris præiudicio,ſub prædicta renunciatione, dici debuiſſet comprahenſum hoc fideicommiſſum, prout non compræhendi firmius putarunt, adhuc quia renunciatio non fuit merè realis, & abdicatiua, ſed veriùs perſonalis, &
translatiua,reſtricta ad fauorem Patris,vel eius filiorum, 2
remanſit propterea, cum ipſis renunciatarijs extincta, nec potuit operari, erga fideicommiſſarios extraneos, in quorum fauorem præſumi non debet renunciatio voluiſſe diſponere, & extraneos in concurſu illorum excludere,vt in terminis longè fortioribus,tradent *Honded. conſ.96.num.20.& conſ.29. num.19. lib.1. Donat. Ant. de Marin.reſol.lib.2.c 189.num.26.& ſeqq.Cyriac. contr.for. 475.num 1.& ſeqq Altogr. conſ.42. num.77. cum ſeqq. & conſ.543.num.13.vſque 18.par.5.tom.2.rec. ord.44. num.5. cum ſeqq apud Gallerat R.P.D.meo Emerix.*

Non obſtante,quod verſamur in renunciatione facta, ob ingreſſum Monaſterij, quæ ſemper præſumitur ab-
dicatiua,& realis,vt *in dec.quæ remidetur § fortius.* 3

Quia ex renunciationis contextu,ſuprà relato,partim ibi, *Animo reuoluens ad M. Antonium eius Patrem duobus filijs grauatum.* & ibi, *vt incommodius gradum ſuæ Nobilitatis ſubſtinere poſſit, & familiam ſubſtentare*, patet, ingreſſum religionis dediſſe, quidem occaſione renunciandi,ſed cauſam finalem renunciationis, fuiſſe Patris, & familiæ decorem, & ſubſtentationem iuxtà diſpoſi-
tionem præcitati *text. in l.cum alimenta 22. §. quo fratris* 4
ff de alim. & ideò, quando adeſſent verba omnimodam realitatem importantia; dum poſteà reſtringitur finaliter, ad fauorem certarum perſonarum, licet illis viuentibus,duret realitas renunciationis, ijs tamen defectis ex-
pirat, & habetur, ac ſi fuiſſet perſonalis, vt tradunt *Me-* 5
noch.conſ.706.num.41. verſ.reſpondeo Fuſar. de ſubſt. qu. 269 num.2.& in Auenionen. fideic. 22. Aprilis 1652. cor. b.m.D.M.Celſo penes Tondut. qu. ciuil. dec.121. num.22. lib. 2. & in terminis renunciationis ſimilis factæ à Moniali poſt *Conarr.tradit Don.Ant.de Mar.reſol.109.num. 6.cum ſeqq lib.2. Altogr.d.conſ.43 num.59.lib.2.& Cyriac. contr.475 per tot Rot apud Merl.de legit. dec.48. num.18.* & in fortioribus terminis *in dec. 38. num. 35.& ſeqq. & num 39.& ſeqq.apud Gallerat. de Renunc.* & in caſu, quo fuerat dictum, quod renunciatio debet eſſe perpetua, realis,& realiſſima,omni tempore valitura, quia defecerunt perſonæ, quorum fauore emanauerat, diſtinguendo,pluribus adductis,firmauit, *Rot.in Marſiana Succeſſ. 4.Febr.prox.§.nec denique,cor.R.P.D.Emerix*; minuſque
obſtare viſum fuit,quod renunciatio proceſſit, per viam 6
Donationis, quæ operatur, vt bona tranſmittantur, ad hæredes vltimi donatarij.

Quia bona,de quibus agitur,cadere non poterant, ſub titulo donationis,dum de eo tempore, donanti nondum

erant

Digitized by Google

7 erant quæſita, *Rot.dec.320.num.15.lib.6.& 33.& dec.
325.num.6.& ſeqq.par.6.rec.* nec po:erant tranſmitti, in
Zambottum qoi noo erat, de familia teſtatoris, extrà
quam ſtrictiſſimè vetitum erat, transferri vt infrà.

Et tamen donatio complicata, in ſimilibus renonciationibus, noo alterat illius naturam, quando oon princi-
8 paliter, ſed conſecutiuè, ad renunciationem, & pro maiori illius corroboratione, vt in caſu, de quo agitur, procedit, primo in his terminis declarat. *Rot dec.26. Martij
1643. cor. Bichio impreſſ. apud Gabr. de Renune, dec.23.
num.14.27.*

Inferebant DD. quòd fideicommiſſum, de qoo agitur, oon poterat dici comprehenſum, ſub prędicta Renuociatione, quæ licet expiret per gradus diſiunctos, fi-
9 deicommiſſa, & ſucceſſiones aſcendentium, nullam tamen fecit mentionem, de fideicommiſſis proauorum, qualis fuerat Petrus Paulus, de cuius teſtamento hodiè eſt quæſtio, quià cùm in fideicommiſſo legato caducitatis conſulto pręſumendum eſt contrahentes, de eo meotionem non feciſſe, ne io prędictam caducitatem irruereot, vndè nun ſolum inerat concloſio, quòd quando de pluribus ſucceſſionibus, io renuuciatione habita eſt mentio,
10 cum enumeratlooe plurium graduum, ſeu perſonarum, de quarum hæreditate agitur, non comprehendãtur hereditates, gradus, ſeu perſonæ non nominatę, *Rot.dec.33.
num.11.& ſeqq. apud Galer.de Renune.* Verùm dicendum viſum fuit, & minùs per d. fideicommiſſum eſſe tacitè comprehenſum, ſub quacumque generalitate verborum d. renunciationis, quia numquam cenſentur comprehenſa illa bona, quæ ſi compreheoderentur, fuiſſet inci-
11 dere renunciaotem in caducitatem, & reouociatario non profuiſſent, tamquam extraneo, & incapaci illorum acquiſitionis, per *text.in l. nec vtile 20. ff. ex quibus cauſ.
minor.* ibi, *neque enim intelligitur admiſſum, quod oblatum*
12 *alteri non eſt, vbi gl.in verb. oblat.* explicat queſitum, & tradit magiſtraliter &c. *Bartol. in l.in Codicillis § inſtituto
n.5 ff. de leg.2, Alex conſ.16.nu.4.conſ.168.nu.6. lib.2. Cyriac.contr.222.nu.61. Rot.cor.Card Seraph.dec.1290.nu.
1.& dec.426 la 1. num.1.& ſeqq.diuerſ.& dec.186.num.
2. monetur par.3.& dec.489.num.7.& dec.623.num.3.
par.2.& dec.503.num.25.par.5.rec.* & fuit pro Indubitato ſuppoſitum, in *Vrbeuetana ſucceſſionis 31. Iannarij 1661.
ſub §. minus denique cor. Alberg.*

Reiecta impropria limitatione, quæ aſſerebatur contrà doctrinam *Bart.* aſſerendo noo procedere, quandò renanciatio fit, io proximi ſucceſſionem, ſeu vocationem, vt fuerat ſuppoſitum *in deciſ. qua remidetur §. quia
quoad primum.*

Quia, ex ſuperius relatis apparet, Mariam Virgineam, non renunciaſſe priori loco, Cortio, nec Conſtantię,
13 quo dici poteraot vocati, ſed fratri, qui nec de proximo, nec vmquam, in his bonis erat ſucceſſurus, & nihil, ſi idem Pater potuiſſet conſiderari, vti vnus, de vocatis, nihil ei profuiſſet, niſi etiam eſſet, de immediatè ſucceſſionis, in d. fideicommiſſo, certo ordine, poſt mortem grauati, reſtituendo, Iure directo, de gradn In gradu *Dec.conſ.57.ſub n.24.lib.3,* & alij relati per *Fuſar.de ſubſt.q 380.n.18.* cum alijs *in Rom.
Fideic. de Boncompagnis 22. Martij
1662.§.nec facit & 18.Iun.1663.
§. monetur obiectum cor.
R.P.D.meo Beui-
laqua.*

Et ita vtra-
que, &c.

R. P. D. Bourſemont.

Romana Fideicommiſſi de Steccatis.

Veneris 4. Februarij 1667.

ARGVMENTVM.

Magiſtraliter diſcutitur ma:eria renunciationis, in alijs deciſionibus tractata, quod ſcilicet; Renunciatio concepta, etiam per viam donationis, & clauſulis ampliſſimis, roborata, expiret, ex defectu perſonarum, in ea contemplatarum, & reuertatur ad renunciantem, vel ad Monaſterium, ex perſona renunciantis.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio realis, & abdicatiua operatur, vt renuncians non ſit ampliùs in rerum natura.*

2 *Monaſterium ex perſona Monialis, qua renunciauit, non poteſt aſpirare ad bona renunciata.*

3 *Renunciatio, etiam perſonalis, & translatiua, quando eſt facta, per viam donationis, nunquam reuertitur ad renunciantem, & num.5.*

4 *Talia renunciata bona, vadunt, ad hæredes, ſi non iure comprahenſionis, ſaltem, iure tranſmiſſo.*

6 *Renunciatio, quantumuis realis, deficientibus perſonis, in ea, contemplatis, expirat, & reuertitur.*

7 *Monaſterium, ex perſona monialis renunciantis, reuertitur ad bona renunciata, quandò deficiunt perſonæ, in ea contemplata.*

8 *Renunciatio filia recepta à patre, cenſetur fauore deſcendentium.*

9 *Pater nunquàm præſumitur extraneum poſteritati propria anteponere voluiſſe.*

10 *Renunciatio filia regulariter cenſetur, ad fauorem familia & ea deficiente, euaneſcit.*

11 *Renunciatio, cum verbis ampliſſimis reſtringitur ad cauſam pro qua eſt facta.*

12 *Renunciatio reſoluit, ceſſante cauſa, & ratione, pro qua eſt facta,*

13 *Deciſiones reuocata poſſunt allegari, quando in reuocatione ſubſtinetur prima conclusio, & num.15.*

14 *Renunciatio difficilius reuertitur, & reſoluitur, quando ille ad cuius fauorem eſt facta, de bonis renunciatis diſponit.*

16 *Monaſterium excluditur eo ipſo, quod ingrediens renunciat,*

17 *Renunciatio durat, donec exiſtunt perſona contemplata in ea.*

18 *Renunciatio, vt aſſumat naturam donationis irreuocabilis, verbum,* donatio, *debet eſſe principaliter prolatum non incidenter.*

19 *Renunciatio concepta, per viam donationis, imò & ipſa donatio irreuocabilis expirat, quandò donantem conſtat voluiſſe reſtringere donationem ad perſonas contemplatas.*

20 *Tranſmiſſio non habet locum, in donatione, quando ceſſat cauſa, & ratio donationis.*

21 *Renunciatio dici non poteſt donatio, quando eſt, de rebus, ſuper quibus renuncians, nullum ius habet de præſenti.*

22 *Donatio, pro hæredibus, & ſucceſſoribus, de re non tranſitoria ad extraneos intelligitur pro hæredibus ſanguinis.*

23 *Renunciatio, adeò ſtrictam interpretationem recipit, vt nunquam extendatur, vltrà bona nominata.*

24 *Renunciatio non extenditur ad perſonas, quæ in ea expreſsè non nominantur.*

25 *Clauſula generales ſunt acceſſoria ad ſpecificata, nec vltrà ea extenduntur.*

26 *Præcipuè, ſi ſint concepta, per verba relatiua.*

27 Re-

Digitized by Google

27 *Renunciatio generalis non comprahendit prohibita alienari.*
28 *Clauſula generales reſtringuntur ſecundum ſubiectam materiam.*
29 *Monaſterium eſt incapax fideicommiſſi quando prohibitio alienationis comprahendit commoditatem fructuum ad hoc, vt ceſſet in familia.*
30 *Monaſterium, durante vita Monaci, & Monialis ſuccedit in fendo, emphyteuſi &c. tranſitoria ad extraneos.*
31 *Monaſterium, durante vita Monaci ſuccedit, ad fideicommiſſum pro conſeruatione agnationis.*
32 *Monialis dum viuit retinet Iura Sanguinis, & dicitur de familia.*
33 *Renunciatio facta, pleno Iure, non poteſt reſtringi ad ſolam commoditatem.*
34 *Manutentio datur heredi, etiamſi fideicommiſſarius, eo non citato, apprahenderit poſſeſſionem.*

DECISIO LXIV.

IN prima diſcuſſione facta ſuper Inſtrumento renunciationis Sor. Mariæ Virginiæ, ante emiſſam profeſſionem, in Monaſterio SS. Dominici, & Xiſti, deciſum eſt, die 10. *February* 1662. conſtare, de bono Iure Zambotti attento, quod d. renunciatio exiſtimata fuit realis, & abdicatiua bonorum, & conſequenter illorum, de quibus agitur, à qua reſolutione, DD. receſſerunt, ſub *die* 15. *Iuny* 1665. Iudicantes, ex tunc deductis, præfatam renunciationem fuiſſe reſtrictam, ad fauorem certarum perſonarum, atque perſonalem eſſe, & non compræhendere bona controuerſa, vt firmatur *in ſecund. dec.* cuius fundamenta, DD. in hodierna diſputatione omninò approbauerunt.

Reiecto duplici dilemmate ſtudioſa, quidem Iuris diſquiſitione, contrà fundamenta ſecundæ deciſionis, adſtricto, ſed inefficaci remanente ob defectum, in vtroque applicabilis conſequentiæ. Primum enim, ità poſitum eſt, aut renunciatio, de qua agitur eſt realis, & abdicatiua
1 quorumcumque iurium, & conſequenter renuncians cenſetur de medio ſublata, quaſi in rerum natura non exiſteret; Vndè Monaſterium, ex eius perſona, nullatenus venire poteſt, nec vmquam ad bona renunciata aſ-
2 pirare, *Menocch. conſ.* 335 *num.* 29. *& conſ.* 401. *num.* 102. *cum ſeqq Franch. dec.* 375. *num.* 2. *Maſtrill. dec.* 65. *nu.* 12. *Rot. cor Merl. dec.* 62 *nu.* 11.

Aut renunciatio eſt perſonalis, ſeu translatiua, & cum facta fuerit, per viam donationis irreuocabilis, inter viuos, Marco Antonio Patri ſtipulanti pro ſe, & hæredibus
3 &c. bona renunciata ad hæredes donatarij, ſi non, Iure comprehenſionis, ſaltem Iure tranſmiſſo ſpectare debent
4 *Mantic. de tacit. tit.* 13. *num* 2. *Gratian. diſc for. cap.* 386. *nu.* 14. *& cap.* 566. *num.* 1. *Acchil. dec. vnic. num.* 6. *de donat.* & in terminis renunciationis, titulum donationis, inter viuos præſeferentis, contra renunciantem, Rota reſoluit *in*
5 *Rom. Fideic.* 3. *Decemb.* 1655. *§ non etiam & 9 May* 1659. *§. non obſtat cor Veroſp.* confirmata *cor. R. P. D. Beuilaqua* 21. *Iuny* 1660. quæ eſt *penult. deciſ. apud Cutell. de donat.* cuius argumenti primum membrum nihil vrgere cenſuerunt DD. quia, ex oculari inſpectione Inſtrumenti, clarè conſtat renunciationem ſiue realem, ſiue perſonalem, ſiue vtraque qualitate commixtam, reſtrictam eſſe
6 ad exiſtentiam perſonarum, quorum fauore celebrata, fuit; Quapropter, illis deficientibus, expirat realitas, & remanet ſola qualitas perſonalitatis; ita vt, eo caſu Monaſterium, ex perſona renunciantis, benè ſuccedere poſſit, ex notat communiter à DD. *in cap. quamuis pactum de pact. in* 6. & inter alios *Natt. in repet. d. cap col.* 11. *vlt. limit. Marcian. diſp.* 8. *num.* 11. *Donad. de renunc. cap.* 7. *num.* 30. *Molphes. ad conſt. Neapol tit. de renunc. qu.* 3. *numer.* 20. 21. *Scip. Theodor. alleg.* 36. *num.* 31. *Franch Rocch. reſp.* 48. *n.* 6. *& ſeqq. lib.* 2 *Merl. Pignatt. contr. for. cap.* 32. *num.* 25. *Hond. conſ.* 29. *num.* 79. 80. *lib.* 2. *Roland. conſ.* 26. *nu.* 34. *lib.* 3. *Lanar. conſ.* 49 *per tot. Alteg. conſ* 43. *num.* 54. *lib.* 2. cum alijs viden. *Donat. Ant. de Marin var. reſol cap.* 190. *per tot. lib.* 2. *Rot in Rom. Succeſſ. de Comitibus* 15. *Ian.* 1642. *§. vlt. cor. Dunozett.* impreſſa *apud d. Donat. Ant. de Marin. d. cap.* 190. & recentiùs in *Marſicana Succeſs.* 4. *Febr.* 1665. *cor. R. P. D. Emerix, § nec denique verſ. quoniam placuit.*

Pro qua perſonalitate ſubſtinenda, efficaciter operatur non ſolum præſumptio Iuris, quod Pater cẽſetur huiuſcemodi renunciationem recipere à filia, fauore deſcen-
dentium, & agnationis conſeruandæ, adeò vt Pater nũ- 8
quam præſumatur extraneam poſteritatem propriæ an-
teponere voluiſſe, *l. ſcripto* 6. *ff. Vnd liber l. nam, & ſi pa-* 9
rentibus 15. *ff. de inoff. teſt.* cum alijs, quos refert, *Corn. conſ.* 291. *num.* 4. *verſ. & votum lib.* 4. *Alex conſ.* 29. *num.* 4. *lib.* 3. Quodque, vice verſa, renunciatio filiæ exiſtimetur facta, fauore familiæ, aut agnationis, ita vt, ea deficiente, dicatur euaneſcere, & non impedire, quò minùs renuncians,
ad bona renunciata redire poſſit, *Bald. conſ.* 437. *numer.* 2. 10
verſ. in contrarium lib. 1. *Pariſ. conſ* 26. *nu.* 19. *lib.* 3 *Menoch. conſ.* 335. *num.* 74. *Io Franc. de Pont. conſ.* 39 *num.* 1. & optimè *Alteg. d. conſ.* 43. *num.* 50. *lib.* 2.

Verùm etiam nominatio perſonarum, in præſenti renunciatione, expreſſim facta, ſub illis verbis, ibi; *Animo reuoluens ad d. Marcum Antonium eius Patrem, duobus filijs grauatum, vno Curtio, altera Conſtantia, infraſcriptam refutationem, & donationem erga illum, vt commodius gradum ſuæ nobilitatis, & familiam honorificentius ſubſtinere valeat facere cenſuit*; & alibi, *renunciat, & refutat ad fauorem D. Marci Antony*, quæ efficit, vt renunciatio, non obſtantibus generalioribus clauſulis, perſonalis reputetur, cum qua diſtinctione, DD. contrarium te-
nentes intelligendos eſſe tradit, *Gabr. conſ.* 89. *num.* 13. *lib.* 11
1. *Rum. conſ.* 166. *num.* 11 *lib.* 1. cum concordantibus apud *Gratian. diſc for. cap.* 557. *num.* 52. Quod ità verum eſt vt ceſſante ratione conſeruationis, & decoris familiæ, & deficientibus perſonis, ad quarum commodum facta fuit renunciatio, illa reſoluatur, ac renuncianti, non noceat,
Bald. in l. pactum num. 9. *verſ. quarto quæro, Cod. de collat.* 12
Alex. conſ. 29 *num.* 3. *lib.* 3. *Menocch. conſ.* 6. *num.* 2. *Oſaſch. dec* 98. cum adductis in *dec.* 869. *num* 6. *& dec.* 894. *num.* 1. 4. 5. *cor. Merl. & in d. Roman. Succeſſ. de Comitib.* 25. *Iunij* 1642. *§. reſpectu verò cor. Dunozetto.*

Non obſtat, quod dictæ *Deciſiones* 869. *&* 894. *coram Merl.* & illa *Rom. Succeſſ. de Comitib.* fuerint reuocatæ,
quia, in ſimili reuocatione iuxtà varias, & mutabiles fa- 13
cti circumſtantias, & figuras contingentes remanſit illæſa Iuris concluſio, ſuprà firmata, & Rota ſolum fundauit receſſum à deciſis *cor. Merl.* in eo, quod Pater deceſſe-
rat teſtatus, qua de cauſa, renunciatio non expirauerat, 14
ſtante diſpoſitione teſtamentaria, & aliæ aderant circũſtantiæ quæ plures cauſas finales indicabant, vltrà contẽplationem perſonarum, vt in *dec.* 10 *num.* 5. 45. *& per tot. cor. Emin. Ottbob.* quæ quidem pariter dederat cauſam reuocationi dictæ deciſionis editæ *in Rom. Succeſſionis de Comitib.* 15. *Ian.* 1642. *cor. Dunozett.* At, in præſenti caſu, Pater deceſſit ab Inteſtato, & nullæ adſunt cauſæ finales, quæ contemplationem perſonarum obſcurent, aut diminuant: Proindeque nulla vis fieri poteſt, in reuocatione dictarum deciſionum, dum caſuum diuerſitas eſt mani-
feſta, & adaptatio concluſionis Iuris ſuprà expoſitę nul- 15
la facti exceptione laborare dignoſcitur.

Minuſque obeſt, quod, vigore dictæ renunciationis, de qua agitur iam excluſum fuerit Monaſterium in deciſione *edita* 31. *Maij* 1649. *cor. Reuerendiſs. Papien.* quia ſolummodò reſolutio capta eſt, contrà Monaſterium ex eo, quòd adhuc extaret Conſtantia, vna ex perſonis, quarum contemplatione, facta fuerat renunciatio, quod innuit vſque de illo tempore, ſenſum Rotæ fuiſſe, quod illa renunciatio tantùm duraret, quantum exiſtentia perſo-
narum in ea nominatarum, ex recenſitis *in d. dec. §. quia* 17
contrarium, cum quibus benè conueniunt allegati *in dec.* 24. *nu.* 9. *cor Eminentiſs. Ottob.* ideoque, cum poſt caſum dictæ deciſionis *cor. Emin. Papien.* d. Conſtantia, in donatione,

Digitized by Google

tione, contemplata deceſſerit, benè Monaſterium adſpi-
rat ad bona renunciata, & donata, iuxtà ſenſum Rotæ,
in prædicta deciſione.

Quò verò ad ſecundum membrum præfati dilemma-
tis, vim æquiuocam, ſub eo, latere dixerunt DD. quod,
in renunciatione controuerſa, non emicat æquè princi-
palis contractus donationis irreuocabilis, vt in caſibus
dd. deciſ. quæ emanarunt *coram Veroſp.* confirmatarum
*cor. R.P. D. Beuilaqua, vt ex penult. dec impreſſa apud Cu-
sell de donat.* vbi paſſim renunciatio comitem habet qua-
litatem donationis irreuocabilis, non ſolum in Proemio,
ſed etiam, in contextu, abſque vlla ſubſcriptione, quod
18 longè excedit terminos renunciationis Sor. Mariæ, io
qua verbum donationis aliquando legitur irrepſiſſe ac-
ceſſoriè, & dependenter à principali actu renunciationis
& propterea illius naturam immutare non valuit, vt
præter allegatos *in ſecund. deciſ. §. & tandem, Bero. conſ.
179. num. 51. lib. 1. Rota in Rom. Reſciſſionis tranſactionis 16.
Iuny 1651. §. nam verba cor. Corrado.*

Quin, imò concluſio firmata per ſcribentes, pro hære-
de mediato Marci Aotonij, & Zambotto circa renun-
ciationem conceptam etiam, per viam donatioois, ſem-
per intelligendam eſſe, dixerunt DD. in dubio, & quan-
do non conſtat, de voluntate donaotis, reſtringendi ſuã
19 diſpoſitionem, ad certas perſonas, vel ex certa cauſa, ſed
quando, vt in propoſito caſu, concurrit, non ſolum con-
templatio certarum perſonarum, indiuidualiter nomi-
natarum, ſed etiam deficientia cauſæ finalis, decoris ſci-
licet, & ſubſtentationis illarom, vt fuit ponderatum *in
praced. deciſ. 15. Iunij 1665. §. quia cor. Me*; Tunc eoim, In-
congruum eſſet dicere, quod ceſſaotibus cauſa, & perſo-
nis contemplatis, non debeat ceſſare, etiam donatio, &
per *Dec. conſ. 86. num. 5. ad med. verſ. & iſta donatio, Me-
nocch. conſ. 188. num. 55. poſt med. Altog. conſ. 43.* & dixit
*Rot. cor. Merl. dec. 120. num. 70. cum ſeqq. & dec. 194. num.
102. 103. par. 5 rec.* Et huiuſmodi titulo donationis ceſ-
ſante, ex ceſſatione cauſæ finalis, & reſolutiooe conditio-
20 nis voluntariæ ceſſat etiam tranſmiſſio bonorum in hæ-
redem Conſtantiæ, in donatiooe contemplatæ, *Menocch.
conſ. 388. num. 55. Cancer. var. reſol. c. 21. num. 116. lib. 3.* &
dixit *Rot dec. 782. num. 25. par. 1. diuerſ. & dec. 125. numer.
1. 2. cor. Mantic.*

Præterea DD. reflectebant prædictam renunciationẽ,
qualicumque donationis nomine, veſtitam nuſquam aſ-
ſumere poſſe qualitates, & caracterem veræ, & propriæ
donationis, reſpectu bonorum fideicommiſſariorum, de
quibus agitur, ſed reſtringitur ad terminos ſimplicis re-
nuociationis Iuris de futuro, dum, de tempore dictæ re-
21 nunciationis, nullum Ius quæſitum erat, ſuper illis, à d.
Sor Maria Verginia, ad *text. in l. ſponſus, §. conceſſa, & in
l. quod autem §. 1. ff. de donat int. vir. & vx. Bald. in l. illud
num. 11. C. de Sacroſ. Eccl. Tiraq. in l. ſi vnquam verb. do-
natione nu. 18. Rot. dec. 12. num. 16. 18. dec. 320. num. 16.* &
dec. 323. num. 26. par. 6. rec. Quidquid dicendum eſſet, ſi
renunciatio fuiſſet, de Iure quæſito, quo caſu, benè com-
miſceri poteſt donationis Contractus, *Caſtr. in l. actione n.
20. C. de Pact. Dec. conſ. 86. nu. 5. verſ. quantum verò Aym.
conſ. 242. num. 7. Rot. in d. dec. 323. num. 53.*

Ideoque potentiùs quilibet ſcrupolus remouebatur, ex
eo quod, etiamſi dicta renunciatio naturam veræ dona-
tionis eſſet adepta, vt prætenditur, nihilominus, com re-
ſpecto bonorum fideicommiſſariorum facta fuerit, de re
non tranſitoria, ad extraneos, certo certius eſt ſtipulatio-
22 nem pro hæredibus, & ſucceſſoribus, intelligendam eſſe,
de hæredibus Sanguinis, & non extraneis, iuxtà theoricã,
Bart in l. Gallus, § quidam rectè nu. 8. ff. de lib. & poſth. &
cum pluribus allegatis probant *Bald. conſ. 339. n. 19. lib. 1.
Caſt conſ. 343. n. 2. lib. 1. Menocch. conſ. 286. n. 17. & de praeſ.
lib. 3. praeſ. 48. n. 10. Mantic. de tac. lib. 13. tit. 23. nu. 22. Rot. in
Rom. fideic. 22. Ian. 1663. §. altera verò cor. Veroſp.* & meliùs
in caſu renunciationis cum donatione implicatæ, & con-
fuſę *d. dec. 10. n. 20. cor. Emin. Ottob.* Vodè cum Iura, in cõ-
trarium allegata percutiant bona, ad quoſcumque hęre-
des tranſitoria, prædictis obſtare neqoaquam poſſunt.

Atque omnis vmbra difficultatis diſſipari viſa fuit, ab
exceptiooe data quod bona fideicommiſſaria proaui, de
quibus eſt quæſtio, non compræhenduntur in d. renũcia-
tiooe, dum in ea non leguntur ſpecificata. Regula enim
eſt inconcuſſa in materia renũciationis, quæ ſtrictam in- 23
terpretationem recipit nollam fieri extenſionem ad bo-
na, & perſonas, quæ non expreſsè cõpræhenduntur, *Bald.
conſ. 437. n. 2. verſ. itẽ Hond conſ. 29. nu. 93. & 107. lib. 1. Pe-
reg. de fideic. art. 52. n. 25.* cum alijs adductis *in dec. 22. nu 7.
cor. Merl.* quæ pari paſſu procedit, reſpecto perſonarum,
quæ ſimiliter in reounciationibus non intelliguntur cõ-
præhenſæ, niſi oculariter io eis legantur, *Gabr. conſ. 90. nu.
39. lib. 1. Becc. conſ. 111. n. 31. Surd. conſ. 431. nu. 20. 32. Grat.* 24
diſc. for. c. 659. n. 30. cũ pluribus, qui referuntur *in dec. 564.
num. 20. cor. Merl. & in dec. 543. num. 10. 11. 12. part. 5. rec.*

Clauſulæ verò generales non ſuot aptæ in hac mate-
ria, ad ſupplendum intellectũ, nõ expreſſorũ ſed cũ ſtent
acceſſoriè & correſpectiuè adſpecificata, ad ea ſolum mo-
dò referuntur, nec vltra. extendi valẽt, iuxta *gl in l. ſi Pa-* 25
*tronus, verb. Faniana in fine ff ſi quid. in fraud. patron. Gab.
de clauſ concl. 10. n. 1. Surd conſ. 453. nu. 38. Petr. Barboſ. in l.
1. n. 129. ff. de vulg & pupill.* vltra quod ſunt concepta, per
verba relatiua; Quorum omnium prædictorum &c. quæ
reſtringũt diſpoſitionem ad perſonas, & res, expreſsè no- 26
minatas, & ad oculum demonſtrabiles, vt benè aduertit,
Add. ad Burat dec. 142. n. 12. ex Rip. in l. filiusfam. §. Diui n. 27
111. ff. de leg. 1. Aym. conſ. 98. n 8. Dec. conſ. 465. n. 8. 9. & ex
alijs ibi congeſtis.

Firmius etiam prædicta ſubſiſtere debent, quia verſa-
mur, in caſu fideic. in quo eſt expreſsè prohibita alienatio,
vndè ſub generali renunciatione compræhendi non po-
teſt, *Decia conſ. 16. n. 6. lib. 6. Riminald. Iun conſ. 276. nu. 25.
conſ. 223. n. 6.* & fusè *Galerat de Renũc. lib. 4. c. 2. n. 53. verſus
med. verſ neque poteſt*, Sicque ex natura verborum patiũ-
tur reſtrictionem, ſecũdùm ſubiectam materiam, *Rot. dec.* 28
630. n. 87. to. 3 par. 4. rec. & paſſim ex iis, quæ expreſſa fue-
runt hæc renunciatio reſtringẽda eſt ad nominata *Barc.
in l. qui habebat ff. de leg. 3. l. cum lege vbi Arct. ff. de teſt. l. in
generale §. vxori, ff. de leg. 3. Rui. conſ. 25. nu. 19. lib. 1. Collect.
apud Galerat de Renunc. d. c. 2. lib. 4. n. 41.* qoæ omnia vni-
ta, cum deductis, *in 2. dec. §. ſecundò inferebant &c.* pro ex-
cluſione compræhenſionis ſufficere dicta ſunt.

Multoque minoris pooderis exiſtimatum eſt, aliud di-
lemma, quod ab informantibus, pro Zambotto, hoc mo-
do dedocebatur. Vel bona renunciata, ex diſpoſitione fi-
deicommiſſaria, ſunt affecta, vt ad extraneos etiã, quoad
ſolam commoditatem tranſire nequeant, & Monaſteriũ
eſt incapax illius commoditatis, attenta prohibitione alie-
nationis ioiuncta à teſtatore, vt bona conſeruentur io fa- 29
milia, vt *Altogr conſ. 95. num. 18. & per tot. lib. 1. & Rot. in
Rom. Fideic. de Lupis 18. Iuny 1657. § certior cor. Eminen.
Papien.*

Vel dicta Bona tranſire poſsunt, in extraneum quoad
ſolam commoditatem, & illud Ius ſpectare debet, ad hæ-
redem mediatum Marci Antonij Donatarij, durante vi-
ta Monialis, argumento ducto à bonis feudalibus, & em-
phyteoticis, *Decian. reſp. 39. n. 65. lib. 2. Rot. in Rom. Salma-* 30
*ni 17. April. 1643. cor. Reuerendiſs. Decano, quæ eſt dec. 167.
nu. 9. rec confirmata 9. Decemb. 1644.*

Qooniam neutra, ex dictis illationibus placuit DD.
Non quidem prima, quia quoties non conſtat, de contra-
ria volũtate teſtatoris, Monaſterium alioquin capax ſuc-
cedere poteſt, ex perſona Monialis grauatæ, dum in hu-
manis exiſtit, non obſtante prohibitione alienationis ei
ioiuncta, & conſeruatione bonorum in familia, cum Mo- 31
nialis donec viuit retioere dicitur Iura Sanguinis, & dica-
tur de agnatione, & familia Patris, *Rot. dec. 118. nu. 1. dec.* 32
*151. n. 1. p. 3. rec & in Mediolanen. Bonor. 18. Marty 1648.
§. 1. cor. Bichio 31. Maij 1649. cor. Corrado, Roman fideic. de
Carpianis 10. Iunij 1652. §. 1. cor. R.P. D. Alberg.* & reſpon-
dendo contrariis, in ſpecie, *in Bonon. fideic. de Sanijs 17.
Ian. 1666. §. ea potiſſimum cor. Me.*

Minuſque

Minuſque ſecunda, quia conſtitit, DD. renunciationem non poſſe ſubſiſteri, quoad commoditatem, & perceptionem fructuum, nàm vltrà ſuperius firmata conſi-
33 derabatur, renunciationem, vti factam pleno Iure, non
poſſe reſtringi, ad ſolam commoditatem, *Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 25. num. 16. Rot. dec. 135. num. 4. part. 7. rec & in Rom. Saluiani 4. Febr. 1661. §. nec renunciatio cor. Reuerendiſſ. Decano* vbi in ſimili dicitur reſponſum, *in Rauennaten. ſeu Ferrarien. Decimarum 6. Iulij 1647. cor. Reuerendiſſ. Papien. & 19. Ian. 1650. cor. Veroſp.* Ex quibus optimè colligebatur Zambottum licet, de familia, non debere prętendere dicta Bona fideicommiſſaria, niſi ſuo loco, gradu, & tempore purificationis, neque hęredem mediatum Marci Antonij renunciatarij aliquid prętendere poſſe vigore dictę renunciationis.

Itaque, detecto bono Iure Monaſterij, ſuper quo DD. in principio huius cauſę, ſuper controuerſia manutentionis inter partes videri mandarunt, manutentionem illi concedendam eſſe decreuerunt, attenta illius poſſeſſione, adepta, de mandato Iudicis, antequàm illam, Monaſterio non citato, appręhenderit Zambottus, qui pro-
34 ptereà illam eidem Monaſterio non poteſt impedire, vt
in his terminis dixit, *Rot. in Rom. hereditatis 14. Iunij 1663. §. nec viſum cor. Reuerendiſſ. Decano*, & paſſim in alijs.

Et ita vtraque parte acerrimè, &c.

R. P. D. Bourlemont.

Romana Prętenſæ Donationis.

Ven. 18. Martij 1661.

A R G V M E N T V M.

Donatio poteſt ſemper reuocari, antè inſinuationem, & cenſetur reuocata, per retrodonationem donatarij, vel declarationem, quod donatio eſſet nulla, etiam in præiudicium ſucceſſiuè, & ex propria perſona vocatorum.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio, antequam inſinuetur, reuocari poteſt.*
2 *Donatio non cenſetur reuocata, ex intentione reuocandi.*
3 *Voluntas exiſtens, in propoſito, abſque eo quòd reducatur ad actum, nihil operatur.*
4 *Inſinuatio nihil operatur poſt reuocatam donationem.*
5 *Mandatum datum ad inſinuandum reuocari poteſt.*
6 *Donatio per retrodonationem dicitur reuocata.*
7 *Actus agentium non trahitur vltrà eorum mentem.*
8 *Inſinuatio non validat donationem nullam declaratam.*
9 *Procuratori non eſt intimanda reuocatio, quando eam ſciuit.*
10 *Procurator reuocatus non poteſt inſinuare donationem.*
11 *Sublato contractu donationis, tolluntur omnia, quæ ſequuntur.*
12 *Procurator ad reſignandum reuocato mandato, nihil poteſt.*
14 *Actus nullus declarat voluntatem.*
15 *Donator, antè inſinuationem, poteſt præiudicare donatario.*
16 *Sententia lata in iudicio criminali nocet in ciuili.*
17 *Acquiſitio prima vbi eſt nulla, nocet omnibus ſucceſſiuè vocatis.*
18 *Cauſa doloſa annullat contractum bonæ fidei.*
19 *Sententia lata, facit ius, quoad omnes.*
20 *Teſtes examinati informiter, habiti pro ritè examinatis probant plenè.*
21 *Sententia in iudicatum tranſacta habet executionem paratam.*

D E C I S I O LXV.

SVb *die 25. Iunij proximè præteriti coram Reuerendiſſ. Papien.* reſolutum fuit, donationem, factam Pompeię Aracę, & eius filijs, ab Hyppolita Arace eius ſorore,
intrà tempus quo locus eſt pęnitentię, videlicet, antè in- 1
ſinuationis actum, validè reuocatam, doloſiſque laborantem exceptionibus, ſubſtineri non poſſe. nec eius vigore, prætenſum mandatum, in aliquo eſſe relaxandum.

Sed huius reſolutionis fundamenta, pro donatione agentium, Vobis parum grata, & pro habendo maioris examinis ſolatio, repetitæ diſcuſſionis, ſuppoſita iterum, per Dominos in omnibus hodie, coram Me, fuerunt approbata.

Quamuis, enim animus reuocandi, in actuali diſplicentia conceptus, & intrà lacrymoſam agniti præiudicij,
& læſionis pęnitentiam, non inferat actum poſitiuum, 2
& perfectum reuocationis, cùm voluntas, remanens in
ſimplici propoſito, nil operetur niſi reducatur ad actum, 3
l. quidam cum filius, ff. de hered. inſtit. Gratian. Diſc. for. 22. num. 2. Caſtren. conſ. 160. num. 2. lib. 2. Caualer. dec. 635. num. 1. Rot. penes Zacch. de Oblig. Cam. dec. 289. num. 26.

Non tamen Domini, ex ea regula potuerunt aduerſus deciſionem moueri; Quia ipſis conſtitit, ex ſerie facti, donatricem, non ex ſimplici interno propoſito, ſed poſitiuè, & realiter prædictam donationem reuocauiſſe, an-
tè inſinuationis actum, ad hoc, vt nullum ius, per ſub- 4
ſecutam inſinuationem quęri poſſet donatarię, & alijs condonatarijs, fragilis, enim illa mulier, ſuę libertatis
neſcia, cuius beneficio, mandatum ad inſinuandum, 5
ſine cooperatione donatarię, poterat reuocare, tot, & tantis reclamationibus, & querulis vociferationibus, expreſſam, & extrinſecam donationis reuocationem, importantibus; immediatè poſt donationem factam, perſequuta auctores extortæ libertatis, vt, re vera ſequenti die talis donatio, de conſenſu donatarię, caſſata fuerit, & ab eodem notario à quo donationis inſtrumentum rogatum fuerat, eſt oppoſita retrodonatio, in calce inſtrumenti donationis, quæ actualis donationis annullatio, ante inſinuationem interpoſitam habetur pro reuocatione, ſiuè ſaltem ęquipollet reuocationi, cum nihil aliud poſſit elici ab huiuſmodi ſubitanea pęnitentia, niſi, quòd donans, meliori deliberatione mota, voluerit, in ſubſtantia, donationem illam, ſeu potiùs mandatum
ad inſinuandum, reuocare, licet per viam indirectam,
proceſſerit ad reuocationis actum, qui ſub retrodonatio- 6
nis imagine, & ſpecie, ſufficienter Dominis, viſus eſt inſeruire, ad reuocandam facultatem procuratoris, ad inſinuandum conſtituti, illudque facilius admittendum
in fęmina, modum reuocandi, & quid iuris ſibi faue- 7
ret, ignorante, ne actus agentium trahantur vltra eorum intentionem, ſed ab ea interpretationem recipiant *l. non omnis ff. ſi cert. pet. 1. Bero. conſ. 67. n. 33. lib. 1. Decian. reſp. 3. n. 13. lib. 1. Surd. dec. 71. n. 11. Rot. cor. Buratt. deciſ. 54. n. 11. Merlin. dec. 888. n. 9.* & conſequenter reuocata
donatio, ex poſteriori inſinuatione, incongruo, & in-
tempeſtiuo modo, facta, non potuit conualeſcere, vt be- 8
ne probatur *in deciſ. Reuerendiſſ. D. Papien. §. 1.*

Non obſtat, quod talis pęnitentia, & voluntatis mutatio, non fuerit intimata procuratori, conſtituto ad inſinuandum, quia ex oculari inſpectione inſtrumenti inſinuationis, procuratori neceſſe innotuit, donationem fuiſſe reuocatam, attento tenore retrodonationis, in eodem inſtrumento, adiunctę, ex cuius conſequentia, ſinè dubio, procurator præſumitur habuiſſe notitiam reuocationis, cum eſſet impoſſibile, donationem
inſinuare, quin appareret, de pœnitentia, & caſſatio- 9
ne, & ſic talis intimatio non fuit neceſſaria, cum mutatio

tatio voluntatis habeatur apud acta *Franc. dec.* 490. *nu.* 3. *Rot. apud Put. dec.* 109. *num.* 4. *lib.* 2.

Additu, quòd intimatio non erat neceſſaria, quia
10 reuocatio erat facta, de ſcientia donatariæ, quo ca-
ſu, non opus eſt, eam intimare procuratori, *Pariſ. de
reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 27. *numer.* 10. *Aym. conſil.* 542. *nu-
mer.* 5. vbi in ſimili caſu, inſinuationem factam, per
procuratorem, in eademmet donationis ſcriptura, con-
ſtitutum, ad inſinuandum, nullius eſſe momenti,
11 reſpondetur; Quia, ſublata donatione, quæ ſequun-
tur in ea, fiunt pariter irrita, *l.* 1. *§. huius rei*, *ff. de
Offic. eius*, *l. ſed & hoc*, *§. præter*, *ff. de procurat. & l. ſi
homo mortuus*, *vbi Iaſ. ff. de verb oblig.* & quòd ſcien-
tia donatarij ſufficiat, à paritate reſignatarij, dedu-
citur, cui intimata reuocatio mandati, aut animi mu-
tatio, impedit, quò minus procurator validè ad vl-
12 teriora procedat, optimè, *Pariſ. de reſignat. d. lib.* 9.
quæſt. 26. *&* 27. *num.* 10. *Rota deciſ.* 130. *numer.* 24. *par.*
6. *recent.*

Minus aduerſatur, iterum allegatus ſolemnitatum
defectus, ex quarum non ſubſiſtentia, prætenditur,
retrodonationem eſſe nullam; Ad cuius obiecti refu-
tationem, vltrà quod nulla ſubſiſtens ſolemnitatum ne-
ceſſitas reperitur in ea retrodonatione, aduertendo,
quod, ex præuia animi mutatione, & pænitentia, an-
13 te inſinuationem nullum ius fuit quæſitum donata-
rijs, vt egregiè reſpondet *deciſio Reuerendiſſ. D. Papien.*
§. fin. accedit etiam, quod licet actus retrodonandi fuiſ-
14 ſet nullus, adhuc, tamen obtineret ad reuocandum
mandatum, *Mohed. dec.* 28. *num.* 1. *&* 2. & per alios
cumulatos, *Lancell. de attent. cap.* 4. *in præfat. numer.*
309.

Hæc potentius oppugnat deciſionum conſideratio ad-
ducta, ex intereſſe condonatariorum, quibus per re-
trodonationem præiudicare non potuiſſe donataria di-
citur, quippe retunditur hæc replicatio, ex eo, quòd
antè inſinuationem, totum ius pendet, à voluntate
donantis, ita, vt nihil transeat, ab eius perſona, ad do-
natarium, donec, per inſinuationis actum, arbitrium
donantis, in neceſſitatem contractus euaſerit; Exindè
enim ante inſinuationem, ius, ſi quid in ſpe condonata-
rij effulget, per non perſeuerantiam, aut contrariam
15 animi declarationem, penès donantem, poteſt retrahi,
& retineri, *Imol. in l. Aquilius*, *ff. dein. Gratian. diſceptat.*
483. *num.* 15.

Præterea doloſa machinatio reſultans ex artificioſis
ſuggeſtionibus, quibus inducta fuit Hyppolita, ad do-
nandum, prolata, per duas ſententias condemnatorias,
16 in iudicio criminali, quæ tranſitum fecerunt, in rem
iudicatam, fuit impedimento, quo minus ius aliàs præ-
tendere poſſent ſe eſſe vocatos ex propria perſona,
Surd. conſ. 373. *numer.* 35. *&* 36. *Honded. conſ.* 32. *num.*
6. *lib.* 1. *Rot. dec.* 292. *num.* 5. *&* 6. *par.* 8. *rec.* qui dolus,
17 vbi eſt cauſa immediata acquiſitionis, noceat conſe-
cutiuè omnibus alijs, licet, de dolo non participanti-
bus, *Surd conſ. proximè citato*, *Honded. conſ.* 23. *num.* 64.
lib. 1. quod procedit, ex eo, quod ſubſtantia contra-
18 ctus bonæ fidei omnino vitiatur à cauſa doloſa, *l. & ele-
ganter cum gloſſ ff. de dol. mal. l.* 1. *ff. de dol. except. Rot. dec.*
192. *num.* 1. *par.* 2. *diuerſ.*

Leuioris ſunt momenti rationes inſiſtentes, in eo, quod
condonatarij non fuerint citati in iudicio criminali; quia
reſpondetur legitimum adfuiſſe contradictorem, in eo
iudicio, nempè Adamum Pompiliæ donatariæ maritum,
artificioſæ donationis participem, & conſcium, qui in ea-
19 dem donatione, interfuit, & fide in ſſit, pro curatore ad fa-
ctum Hyppolitæ, contrà quem latæ ſententiæ faciunt
ius, quoad omnes *l. ingenuum*, *ff. de ſtat. hom. vbi Bald in
addit. num.* 1. *Pinell. in l.* 1. *par.* 3. *num.* 43. *ff. de bon. mat. Co-
uarr. quæſt pract. cap.* 13. *num.* 5. *verſ. nempè.*

Exceptiones, ſuper defectuoſo teſtium examine, remo-
uentur ex eo, quod habiti ſint, pro ritè, & rectè exami-
20 natis, ità vt probent, ac ſi, examinati fuiſſent cum citatio-
ne, *Capyc. dec.* 74. *per tot.* & quamuis illorum examen non
attenderetur, veritas deducitur ex confeſſione rei, quæ
omni probatione, maior eſt, *Rot. dec.* 762. *num.* 2. *par.* 2. 21
rec. & quando ſuper eo, fuit iudicatum, vt in præſenti,
Rot. dec. 253 *num.* 2 *poſt Farinacc.* & ſententiæ, auctoritate
rei iudicatæ, executioni demandatæ, omnem prorſus ex- 22
ceptionem repellunt, *Pen. dec.* 670. *num.* 1.

Et ita, vtraque parte acerrimè informante deciſum
fuit.

R. P. D. Bourlemont.

Romana Societatis de Rotignis.

31. *Ianuarij* 1661.

ARGVMENTVM.

Societate intimata correſponſalibus, non poſſunt ſo-
cij, nec ſocietatem diſſoluere, nec facere conuen-
tiones, inter ipſos, non intimatis omnibus dictis
correſponſalibus, qui bona fide continuarunt in ne-
gocio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione deſerta, ſententia tranſit in iudicatum.*

2 *Validitas ſententiæ probatur ex reuolutione actorum.*

3 *Epiſtola probat contra ſcribentem.*

4 *Pacta ſecreta, inter ſocios, inita non præiudicant alijs mercatoribus.*

5 *Socij debent ſubiacere vtili, & damno.*

6 *Socius obligatur ex facto conſocij.*

7 *Præpoſitus ſocietatis obligat omnes conſocios.*

8 *Pacta, inter ſocios, non afficiunt tertios.*

9 *Societas, vt validè diſſoluatur, debet participari diſſolutio correſponſalibus.*

10 *Omnia geſta à ſocijs debent participari mercatoribus.*

12 *Habens nomen in ſocietate tenetur ad debita ſocietatis.*

13 *Societas morte vnius diſſoluitur.*

14 *Societas non diſſoluitur per mortem vnius qui nomen non habet.*

15 *Societas diſſoluta tacitè renouata cenſetur ex actibus ſocietatis.*

16 *Teſtis varius in ſubſtantialibus nihil probat.*

DECISIO LXVI.

PRæuijs tribus deciſionibus bonum ius creditorum ſocietatis Io: Mariæ, & hæredum Io: Andreæ, de Rotignis, firmantibus, lata fuit ſententia Rotalis; A qua cum fuerit, ex parte Io: Mariæ de Rotignis, interpoſita appellatio, ea tamen, intrà biennium, ab eo, & eius hæredibus non proſequuta, dubitatum fuit, an conſtaret, de re iudicata, ſeu potius, de cauſis reſtitutionis in integrum; Et cauſa *cor. Reuerendiſſ. Papien.* propoſita ſub die 28. *Iannar.* 1656. & non reſoluta, hodie, pro tertia vice, coram Me, vti in eius locum ſubrogato, ſuper eiſdem, repropoſita, Domini, reſponderunt, affirmatiuè, quoad primam partem dubij, & negatiuè quoad aliam.

Quippè hæredes Io: Mariæ proſequuti non fuerunt
appellationem interpoſitam de anno 1649. nec curaue-
runt prorogari fatalia, & ideò cauſa remanſit deſer- 1
ta, & ſententia tranſiuit in iudicatum, perindè, ac ſi
non fuiſſet appellatum, *cap. cum Romana de appell Clem.
ſi appellat eod. tit. Buratt. dec.* 226. *num.* 3. *& in rec. dec.* 6.
nu. 2. *par.* 6. *& in Romana Locorum Montium* 3. *Iunij* 1650.
cor. Reuerendiſſ. Papien.

H Con-

Digitized by Google

Concurrentibus præſertim v⸱liditate ſententiæ, ex re-
2 uolutione actorum iuxtà *Caputaquen dec.260 part.2.* Et
Iuſtitia ex eo quod aperto Romæ negocio, ſeù ratione Bancaria, ſub nominibus Io: Mariæ Rutigni, & Io: & Franciſci eius nepotum hæredum q. Io: Andreæ, expeditæ fuerunt literæ oblatoriæ mercatoribus commercia, in diuerſis Europæ Emporiis exercentibus, quibus inuitabantur, ad honeſtum legitimum, & mercantile commercium, *Summ. creditorum, numer.3.* & apparet, tales literas inuitatorias demandatas fuiſſe, de notitia, & conſenſu Io: Mariæ, tunc temporis Anconæ degentis, cum apertè illud fateatur in Epiſtola ſcripta nepotibus ſocijs, 18. *Nouembris 1638. Summario creditorum, numer.6.* ibi, *E ben vero, che habbiamo inuitato tutti gli amici, per negotiare con loro, con quella vera realta, e termine mercantile, che ſi deue*, quæ confeſſio contra confitentem, & illam ſcribentem maximè probat
3 *Boer.deciſ.333.num.8. verſic & magis Coſt. de retrotract. caſ.6.cap 8.n.5. Rot. Iannen.dec.142 n.2.*

Neb obſtant, verba ſubſequentia eiuſdem Epiſtolæ, *mà non già per ſoggiacere ad alcun danno*; quia illud refertur ad ſecretam conuentionem, inter ipſos conſocios Initam, in capitulis ſocietatis, quoad eorum particulare intereſſe, nec vnquam id fuit in literis obligatorijs publicatum, ſuper quo fundatur negociatio inuitatoria ad commercium, aliàs mercatoribus bonæ fidei illuderetur, ſi ſecreta arcana ſocietatis negociantium rimari, & pe-
4 netrari debere prætenderetur, *Amat. Dec. March.8 numer,15. Rot deciſ.641 num. fin part.1.recent.* cum ſit incompatibile inuitare mercatores ad negociandum, ſub talibus verbis ſinceris, *con quella vera realtà, e ter-*
5 *mini mercantili, che ſi deue*, & poſteà non ſubiacere obligationibus, quæ ſunt inſeparabiles, à contractu ſocietatis, fideliter initæ.

Cum igitur dicta verba referantur, tam ad Io: Mariam, quam ad nepotes, vt omnes ſocij in literis obligatorijs nominati, & debitum ſocietatis nomine, contractum fuerit, meritò, ad illud ſoluendum indiſtinctè dicuntur obligati, quia ſocius, ex facto ſocij obligatur *iuxtà tex.in l. nè in plures 2. ff. de exerc act. Menoc.*
6 *conſ.4 0.num.31. Surd.deciſ.213.num.1. Gregor.deciſ.502. num.1 ibiq. Add.nu.9.* & latiſſimè *in deciſione huius cauſa coram Terracinen.*

Nec releuat, quod Epiſtola Inuitatoria non fuerit ſubſcripta à Io: Maria, & ideò non fuit impleta promiſſio, ibi contenta, quod ſtatim, ac Io: Maria rediſſet Ancona, mercatoribus tranſmitteretur caracter ipſius, cum inuitamentum factum ſit purè, & ſimpliciter negociandi cum aperta ſocietate, inter Io: Mariam Franciſcum, & Ioannem de Rotignis: *ſi ſono reſoluti di piantare nuouo negotio, ſotto nome di Gio: Maria loro Zio, e de gl'heredi di Gio: Andrea Rotigni*, ſcilicet, Franciſcus, & Io: & licet additum fuerit, *douerete preſtar fede alla mano del noſtro Signor Gio: Maria, quale vi ſi manderà al ſuo felice ritorno d'Ancona*; Iſta tamen promiſſio, non eſt conditio appoſita mercatoribus inuitatis, de non negociando, com ſocietate, vſque dum tranſmitteretur ipſis caracter, ſed potiùs illud intelligi debet, quod ſocij promittunt caracterem Io: mercatoribus tranſmittere, vt ſi fortè propter vrgentem neceſſitatem ſocietatis, nomine proprio, Epiſtolas ſcripſiſſet ſine participatione duorum nepotum ſocietati præpoſitorum, fides adhiberetur characteri noto, & tranſmiſſo. Exindè enim, nequit inferri, donec talis character mercatoribus innotuiſſet, non potuiſſe Io: Mariam, à præpoſitis ſocietati obligari, præſertim, qoia inuitatoriæ literæ, cum eius ſcientia, & participatione fuerunt expeditæ, vt ipſemet fatetur.
7 *Habbiamo inuitato gl'amici*, alias deſtrueretur communis omnium mercatorum, & negociatorum vſus, ſi præpoſitus ſocietati conſocios obligare non poſſet, cùm hoc ſit de natura ſocietatis.

Neque apoca priuata facta inter ſocios, vbi limitatur tempus ſocietatis ad triennium, vt patet ex articulo ſe-
cundo capitulorum, importare valet ſcientiam merca- 8
torum, quia res eſt inter conſocios acta, quæ nullo modo, per inuitatorias, & oblatorias literas declarata fuit; quin imò, cum literæ, nedùm fuerint abſque vlla temporis reſtrictione conſcriptæ, ſed Inuitantes in illis promiſerint denunciare diſſolutionem ſocietatis, prout intimauerant vnionem, per illa verba, *à quali*, ſcilicet conſocijs, *preſtarete ſolamente fede ſino in contrario vi ſarà detto*, vſque debebant mercatores inuitati certiorari de reuocatione, vel per alias literas,
vel per publicationem, in loco, vbi exercebatur ratio 9
bancaria, *l. ſed ſi pup.llus §. de quo palam ff de inſtit.act. Pariſ.conſ.93.nu.6 lib.1. Gomez. variar. tom.2.cap.5. de ſociet num 6.* ibique *add. litera B*, & latè firmat tertia *deciſio § neque obſtat*.

Et licet Franciſcus promiſerit, de menſe Nouembris, non ampliùs adhibere nomen Io: Mariæ, & talis promiſſionis apoca repoſita fuerit In Archiuio Vrbano, cum ea non fuerit negociatoribus Romæ præſentibus intimata, & abſentibus per literas denunciata, nequicquam releuat, vt latè firmatur in antecedenti deciſione huius cauſæ, §. *nec releuat*; Indeque Io:
Maria, tùm ob publicam ſui nominis continuatio- 10
nem, etiam poſt confectam apocam, tùm ex alijs pluribus actibus ſocietatis continuationem præſeferentibus,
ad debita, ſocietatis nomine contracta, remanſit ad- 11
ſtrictus, ad *tex. in l. ſi quis mancipijs, §. ſi impubes in fine verſ. non enim imputandum ei eſt, ff. de inſtit. act.* fuitque dictum in allegatn, §. *nec releuat in fine præcedentis deciſionis*.

Nec ſubſiſtit, ſocietatem diſſolutam fuiſſe, per obitum Ioannis; Siquidem, cum ea fuerit publicata,
ſotto nome di Gio: Maria, & heredi di Gio: Andrea Ro- 12
tigni, vt ſunt expreſſa verba literæ Inuitatoriæ, *Summario creditorum, numer.3.* cum ex duobus illis generibus perſonarum hæredum, ſcilicet, Io: Andreæ, ex vna parte, & Io: Mariæ patrui, ex altera, totum coaleſcat compoſitum ſocietatis, ſofficit, vt ſuperfuerit Franciſcus, vti hæres Io: Andreæ, & Io: Maria eius patruus, ad ſobſiſtentiam ſocietatis, ſecundum binas
partes ſuas integrantes enunciatæ, vt tradit *Pariſ. conſ.* 13
82 num.15. & 32. lib.1. Felic. de ſociet. cap.32. num.14. in fine.

Prætereà ceſſat omnis difficultas, ex eo, quod poſt mortem Ioannis acceſſit Io: Maria ad Vrbem, vbi publicè, cum proxenetis, de negocijs rationis tractabat, mandando capſerio ſolutionem, & receptionem literarum cambij, habitando in eadem domo ſupradictæ rationis bancariæ, vbi palam eius nomen expendebatur, ex qoibus actibus, quatenus admitteretor ſocietatis diſſolutio, per mortem Ioannis, prout negatur, ſatis infertur eiuſdem ſocietatis renouatio, vt benè con-
ſuluit *Caſtren. conſ.349. in princ. lib.1.* allegatus in ſecon- 14
da deciſione, §. *non obſtat*, & firmarunt, etiam aliæ duæ deciſiones, & latiùs in vltima, §. *ſtante autem*.

Nec obſtat apoca facta à Io: Maria, pro ſecuritate pecuniæ, mutuò receptæ à Franciſco, per manus Michelini complementarij Arrigonij, in qua Io: Maria renunciat auctoritati ſuæ, & hypothecæ, concedendo licentiam, & facultatem Franciſco obligandi effectus illius, enunciando eius exiſtentiam, tonc temporis, ſub eius, & dictorum hæredum nomine, re vera Franciſcus egebat tali licentia, propter capitula, Inter ſocios inita, vbi expreſsè cauetur, nè quis debitis ſe ſe intricare valeat, *ſi compri di contanti, o non in credenza, ne ſi faccia debito di ſorte alcuna, e chi lo farà, vada à ſuo conto proprio, cap.5.* Sed quod magis vrget, nullo modo probatur Arrigonium, nec Michelinum expoſtulaſſe talem apocam, nec illius confectioni interfuiſſe, ideoque ex ea præiudicare nequaquam potuerunt.

Demùm, nec releuat teſtis deponens Micheli-

num

num Io: Mariæ faſſum fuiſſe, ſe ſcire eundem Io: Mariam, nullam partem habere in ſocietate, quia, cum ſit vnicus, & varius, & contradicens in ſubſtantialibus, vt apparet *ſum. creditorum num. 7.* & fuit animaduertum
15 in tertia cauſæ *deciſione*, § *minus releuat*, nullam meretur fidem, & falſi valdè ſuſpectus apparet, *Pariſ. conſ. 58. num. 29. 51. & 52. lib. 1. Bero quæſt. com. 55. num. 2. Merlin. dec. 70. num. 11. cum ſeqq.*

R. P. D. Calataiù.

Bononien. Separationis Bonorum.

Lunæ 18. *Martij* 1669.

ARGVMENTVM.

Damna, & lucra prouenientia, ex negocio, continuato, de ordine teſtatoris, minuunt, & augent hæreditatem, nec cadunt, damno aut lucro hæredis, niſi quatenus eſt hæres.

Donatio facta à Patre vni ex filijs non imputatur, in legitimam d. filio debitam, præcipuè ſi d. donatio habet onus fideicommiſſi.

Ius detrahendi legitimam, ex primogenitura &c. transmittitur ad hæredes extraneos, & creditores.

SVMMARIVM.

1 *Vendens aliqua bona, ſuper quibus competunt alicui detractiones, ille, ea bona vendita, cenſetur eligere, pro dictis detractionibus.*

2 *Bona omnia, reperta in hæreditate alicuius, quæ non ſubijciuntur reſtitutioni, pertinent ad eius creditores.*

3 *Lucra obuenta, ex negocio continuato, de ordine teſtatoris, veniunt ad commodum fideicommiſſi ordinati à d. teſtatore.*

4 *Sicuti damna prouenientia, ex dicto negocio, diminuerent hæreditatem d. teſtatoris, & ad ea hæreditas tenetur.*

5 *Ità lucra d. negocij augerent hæreditatem.*

6 *Limitatur quando lucra venirent, ex induſtria hæredis.*

7 *Hæreditas aucta, ſine induſtria hæredis, non cadit, commodo dicti hæredis.*

8 *Hæres grauatus non tenetur negociari in gratiam fideic. teſtatoris.*

9 *Contra, quando eſt teſtatoris præceptum.*

10 *Negotium non dicitur continuari, quando continuatur pro faciendo, vt dicitur* in ſtralcio.

11 *Donata à patre filijs, non imputantur in legitimam.*

12 *Præcipuè ſi donatio ſit, in vim primogenituræ.*

13 *Donatio, vt imputetur in legitimam, debet conſtare per claras coniecturas, de voluntate patris donantis*

14 *Coniectura non attenditur quando ex ea ſequeretur correctio iuris.*

15 *Legitima debetur filio immuni ab omni onere, & num. 23.*

16 *Argumentum, à contrario ſenſu, non valet, vbi eſſet correctio iuris.*

17 *Exceptio eximit rem, & caſum exceptum à diſpoſitione.*

18 *Donata, vt imputentur, in legitimam, vel non imputentur attenditur diſcretiuus modus loquendi teſtatoris.*

19 *Pater dummodo reſeruet filijs legitimam, de reliquo patrimonio ad libitum ſuæ voluntatis diſponit.*

20 *Donatio, ob cauſam conſeruationis agnationis, imputatur in legitimam.*

21 *Ad hoc autem, vt donatio, ob cauſam, imputetur in legitimam, cauſa debet eſſe neceſſaria non voluntaria.*

22 *Donatio propter fideicommiſſum, fauore primogeniti dicitur ob cauſam.*

24 *Donatio, cum onere fideicommiſſi vt imputetur in legitimam, requiritur conſenſus patris, & filij.*

25 *Conſenſus filij, ad hunc effectum, non debet eſſe generalis, ſed per neceſſe concludens.*

26 *Ius detrahendi legitimam, de bonis fideicommiſſi tranſmittitur non ſolum, ad filios, ſed etiam ad heredes extraneos.*

27 *Portio debita vni ex filijs, excluſi à legitima, ob legatum pro omni, & toto eo &c. accreſcit alijs fratribus.*

28 *Rota, quando difficultas eſt extra dubium propoſitum relinquit, vt particulariter diſputetur.*

DECISIO LXVII.

IN iudicio ſeparationis bonorum fideicommiſſariorũ q. Iacobi Dondini, reſolutum fuit coram Me 25. *Maij anni præteriti*. Separanda eſſe, fauore Creditorum, Pauli filij d. Iacobi fideicommittentis argenta, gemmas, & localia reperta in hæreditate eiuſdem Iacobi, quæ præuia venditione facta à tribus alijs fratribus memorato Paulo ipſius propria euaſiſſe dicebatur, tertiam partem legitimæ debitæ Pompeo alteri filio d. Iacobi, & tertiam partem dotis maternæ Scut. 6280. auri eidem Paulo tangentem; bona vero à Patre illi donata titulo Primogenituræ non eſſe imputanda, in eius legitimam, ex alijs bonis, in hæreditate Iacobi relictis beneficio eorumdem Creditorum, detrahendam relicta in ſuſpenſo partita lucrorum negotij Anconæ, de ordine d. Iacobi continuati, ab anno 1631. quo ipſe deceſſit, vſque ad annum 1633. ſuper qua ob diſcrepantiam ſuffragiorum non fuit capta reſolutio, cuius deciſionis vires, cum hodie ad trutinam fuerint reuocatæ, pro ipſius confirmatione in hunc, qui ſequitur modum fuit reſponſum.

Et proſequendo ordinem meæ præteritæ deciſionis argenta, gemmæ, & localia, cum alijs, quæ ſiuè per duos, ſiuè potius tres fratres, Paulo vendita fuerunt, vſque de anno 1631. pro libris 25766. 8. *Summ. DD. de Dondinis num.* 2. in eo, quòd excedunt portionem eidem Paulo competentem in hæreditate Iacobi communis Patris, & poſt mortem ipſius Pauli, in eius hæreditate reperta fuerunt, non poſſunt, ſub clypeo fideicommiſſi, ſaluari, ſed fauore Creditorum ſunt ſeparanda, eo, enim ipſo, quòd fratres prædicti ad d. venditionem venerunt, pro rata detractionum ipſis tangente ea omninò elegiſſe cenſentur, ex præſumptione Iuris. de 1
qua *in l. Marcellus 3. §. reſque ff. ad Trebell.* vt præter relatos in mea *deciſ. §. argenta*, firmauit, *Rota in Romana Domus de Vzazzijs* 13. *Martij* 1662. *coram Eminentiſſimo Cardinali Corro §. Immo*, quod enim ſupereſt, detracta propria portione, ſiue à fratribus acquiſitum 2
mediante emptione, ſiuè ab alijs, tanquam factum proprium ipſius Pauli patrimonium, in eius hæreditate repertum eiuſdem debitis remanet prorſus obnoxium, vt admiſſum fuit, in præcedenti deciſ. huius cauſæ 28. *Iunij* 1658. *§. in hæreditate coram Reuerendiſſ. Meltio Epiſcopo Papien. & in vltima mea deciſ. §. Argenta in fine.*

Quo verò, ad lucra negotij Anconæ, ſuper quibus in præterita propoſitione, reſolutio capta non fuit, viſum eſt DD. ea nullatenus ſeparari debere, à d. fideicommiſſo, cum enim negotium prædictum fuerit cę-

ptum, cum proprijs pecunijs Iacobi fideicommitten-
tis, & vſque ad annum 1633. de eius expreſſo præ-
cepto continuatum, eodem modo, vt anteà, exerce-
batur, vt cantat teſtamentum datum *in ſumm. impreſſo*
DD. de Dondinis num. 6. lit. E, Lucra, & acceſſiones
3 indè ſequuta, adſcribenda eſſe ad commodum vocato-
rum ad fideicommiſſum probatur ex *text. in l. Qui ne*
gotiationem 58. ff. de admin. & peric. Tut facit *Surd.*
dec. 15. num. 28. verſ. Præterea contrarium, cum alijs cu
mul. *in deciſ. iſtius cauſæ 28. Iunij 1658. § nec vrgere coram*
Reuerendiſſ Papien. & in terminis in *Bonon Pecun. 2. Maij*
1661. § & DD. cum ſeq coram R P. D. meo Alberg, vbi
redditur optima ratio, quod. ſicuti, ſi damna euenif-
ſent, in d. negotio, ob illud Teſtatoris præceptum eius
hæreditas ad ea teneretur *l. 1. §. Magiſtrum Nauis cum*
4 *ſeq ff. de exercit. action. Bart. in l cum Tabernam num. 34.*
in fin. verſ. Quod tamen intellige ff. de pignorat. Ita, è con-
uerſo, lucra, quæ inde prouenerunt hæreditatem præ-
5 dictam accreſcunt, *& 19. Iunij 1662. coram bo: me. Eme-*
rix per tot. quarum prima habetur impreſſa apud *Rodri-*
guez de concurſu Creditorum deciſ. 25. num. 1. & 2. ſi-
gnanter *verſ. Sicuti vtilitatem.*

Neque aduerſatur opinio Rotæ Florent. penes *Fœlic.*
6 *de ſociet. cap. 15. num. 95. cum ſeqq.* quia ea potiſſimè
fundatur in induſtria hæredis grauati, quæ in propoſi-
to caſu, nullatenus iuſtificatur; Paulus, enim, vt plu-
rimum, Bon. degens, nullam induſtriam poſuit in præ-
dicto negotio, ſed totum illius regimen, & gubernium
extabat penes Pieritum, & Vaccarium deputatos, in te
ſtamento præfati Iacobi, *d. ſum. num. 6. lit. E*, Vndè, cir
cumſcripta opera, & induſtria hæredis grauati, non ad
ipſum, ſed ad fideicommiſſum lucra adſcribantur, ex cu
7 mulatis *in deciſ. iſtius cauſæ 18 Iunij 1660. §. reſpectu vero*
cum ſeq. coram Reuerendiſſ Papien. ac in d. bona *Bonon.*
Pecun. ſupra allegatis.

Et tunc applicantur *Noguerol. alleg. 3. num. 4. & Cuc-*
8 *cin deciſ. 409.* firmantes, quod hæres grauatus, non tene-
tur negotiare, nec in gratiam fideicommiſſariorum lu-
crari; etenim præter quod Paulus, nunquam negotia
uit, quia potius ipſemet, agnoſcens, inſubſiſtentiam
iſtius prætenſionis, longè ante contracta debita, omnia
bona empta, cum dd. lucris vti fideicommiſſaria Iacobi
diuiſit *d. ſum. impreſſo num. 7.* ex quibus omne augu
mentum commodo fideicommiſſi ceſſiſſe proſequitur,
Rota in d. deciſ. 18. Iunij 1660. §. Quia: tale obiectum non
procedit, quando expreſſum adeſt, vt hic Teſtatoris præ-
9 ceptum. *Soccin. Sen. conſ. 249 num. 27. lib. 2. Molin de Pri-*
mog Hiſpan. lib. 4 cap 4. num. 34. in ſecundo Caſu Peregr.
de fideic. art 44 num. 28. verſ Quorum opinio, Surd. d. deciſ.
15. d. verſ Præterea contrarium in recent. dec. 653. numer.
2. par. 3 dec 30 num. 1. 2 & 3. & dec. 70 num. 6. & 7 par. 9.
Atque, eo ſtante, vna cum onere ſubeundi damna, &
incommoda. quatenus ex negotio ſucceſſiſſent, non ap-
plicatur, *text. in l. in fideicommiſſaria 18, ac in l. facta 63.*
§. ſi heres. ff ad Trebell. vt benè aſſequitur, ex omni-
bus deciſionibus, tam in hac cauſa *coram Reuerendiſſ.*
Melzio, quam in *d. Bononien. Pecuniaria ſupra alle-*
gata.

Suppoſitum, verò; quod negotiatio fuerit continua-
ta, vſque ad annum 1637. ex facto ruit; quia, ab anno
1633. vſque ad d. annum 1637. proſequutio facta fuit,
10 vt dicitur, in illis partibus, *pro ſtralcio*, debita ſoluendo,
& exigendo credita, nullo primitus tunc ſubſecuto
lucro.

Bona autem valoris Scut. 30. mil. memorata, Paulo
donata à Iacobo Patre, iterum dixerunt DD. non eſſe
11 imputanda in legitimam ipſi debitam, ex alijs bonis,
in hæreditate Iacobi remanſis, idque ſiue attenta na-
tura Primogenituræ ad cuius titulum data fuerunt,
quæ cum eximat filium Primogenitum, ab onere col-
lationis, ità nec in propriam ipſius legitimam impu-
tantur, vt præter relatos, in mea præterita deciſ. te-

nuerunt, *Bald. in auth. ex teſtamento numer. 14 Cod.* 12
de Collat. de Menocch conſil. 1166. numer. 6. Cyriac con-
tr. 312. numer. 67. & 117. & ſeqq. Michalor. de duob.
fratr par. 1. cap. 32 num. 1. Andreol contr. 380. num 17. &
Thomat. dec. 50. nu. 17. Siue potius, ex diſpoſitione Patris
donantis, dici enim nō poteſt quod Pater huiuſmodi im-
putationem fieri voluerit, ex eo, quod Iudici narrauerit,
ſe plura alia bona habere, ſufficientia pro legitima debita
alijs filijs, inferēdo, ex hoc à contrario ſenſu; quod, ſi ha-
bebat alia bona, pro alijs filijs, ergo pro Paulo iſta aſſi-
gnare volebat, quia vltrà quod. vt in mea deciſ. dicebatur
iſta coniectura eſt nimis vaga. Ideoque non attendenda,
in iſto caſu, in quo coniecturæ per neceſſè concludere de-
bent, vt inquit, *Surd. conſ. 361. n. 33. Socc. Sen. conſ 127 nu.* 13
13. verſ. ſed hic inſurgit cum alijs ibidem allegatis *in §. nec*
eſt applicabilis, manifeſta exindè Iuris Correctio reſulta- 14
ret, dum legitimā quæ filio immunis, ab omni onere, de-
betur vinculo perpetuæ primogenituræ, ſub pœna etiam
totalis priuationis, in caſum alienationis, ſupponeretur
quia correctione Iuris data argumentum, à cōtrario ſen-
ſu admitti non ſolet. *gloſ. in §. penult. verſ Curatores Inſtit.* 16
tit de Curat. l. 1. C. de condit. inſert. Borgn. Caualcan. dec. 5. n.
21 Maſtrill dec. 261. n. 101. Greg. dec. 297. præſertim, quia
idem Iacobus dicitur quidē habere bona ſufficientia, pro
legitima aliorū filiorum, ſed indè nō valet ſequela, quod
ea, ex tunc ipſis filijs aſſignauerit, vnde cum ſucceſſi-
uè, in ſuo teſtamento, omnibus filijs hæredibus inſtitutis,
& ſic etiam Paolo alienationē prohibuerit, excepto tamē
Iure legitimæ, hinc eſt, quod vigore illius exceptionis,
poterat, ex reliquis bonis ſuæ hæreditatis; ea enim eſt vir-
tus exceptionis, vt eximat rem, & caſum exceptū, à cor-
pore diſpoſitionis, vt dictum fuit in deciſ. iſtius cauſę 15. 17
Iunij 1661. §. Hinc oſtenditur cor. bo: me: Veroſpio & dixit
Crauett conſ. 685. nu. 8. & Rot. cor. Eminen. D. Cardinali
Celſo deciſ. 367. num. 18.

Et in omnem caſum, ſicuti in D. Gulielmo Profeſſo
in Societate Ieſu, expreſſè imputationem fieri mandauit,
dum ei particulare legatum reliquit cum hoc, quod de
ſua hæreditate nihil prætendere poſſet, ſiue ratione legi-
timæ, & dotis maternæ, ac ex alia quauis cauſa, ita & in
Paulo clarè expreſſiſſet, ſi eam, de donatione fieri vo-
luiſſet, vt arguendo, ex diſcretiuo modo loquendi, pro- 18
bat in puncto *Gabr. conſ. 133. qu. 2. num. 17. verſ Accedit*
lib. 1. & firmauit *Rota in Auenionen. legitimæ 17. Nouemb.*
1953. coram bo: me: Peutingerio inter recent. deciſ. 326. nu-
mer. 25. part. 11.

Excluſa autem, ex his, expreſſa Patris voluntate; quod
filius donationē præfatam, in ſuam legitimam, imputaret,
facile eſt reſpondere, ad appoſitam coniecturam, reſul-
tantem, ex inæqualitate, quæ circumſcripta iſta imputa-
tione alias, inter cæteros filios reſultaret, quia cum Pa-
ter erga eos, ſolum teneatur reſpectu legitimæ dummo-
dò hanc filijs præſeruet, de reſiduo proprij Patrimonij,
in perſonam ſibi magis benè viſam poteſt diſponere, vt 19
eſt *text. in auth. de triente & ſemiſſe ex princ.* ibi *Reliquum*
verò iacet in voluntate Parentum, Burſatt conſil. 179. nu-
mer. 75. lib. 2. Honded conſil. 89. numer. 14 & 15. Cyriac.
contr. 312. num. 6. cum alijs relatis in alia mea *deciſ. § mi-*
nuſque facit.

Alteram coniecturam voluntatis Iacobi deducebant
Informantes pro DD. de Dondinis Iacobi, ex eo, quod iſta
donatio facta fuerit, pro conſeruatione agnationis, & ſic
ob cauſam, quæ imputatur in legitimam, *ex l. Quoniam* 20
nouella & l. omnimodo §. imputand. Cod. de inoffic. teſt. Sed
neque iſta viſa fuit vrgere, cum ad hunc effectum, cauſa
debeat eſſe neceſſaria, ſed ad quam Pater cogi poſſit, alias
quoties voluntaria eſt, vt in propoſito, in legitimam non
imputatur, vt in puncto ſcripſit, *Crauett. conſ. 136. num. 3.* 21
& per tot. & Merlin. de legit. tit. 2. lib. 2. quæſt. 29. nu-
mer. 40.

Nec poteſt dici ob cauſam, propter fideicommiſsū in
ea, ordinatō fauore Primogeniti, pro tēpore, *dec. 794. n. 20.*
coram

Digitized by Google

coram Dunoz. Iun. cum alijs, ibi relatis, quia cum legiti-
23 ma filijs, à Iure, reſeruata, à quocumque onere Immunis
omnino debeatur, *l. quoniam in prioribus, & l. ſcimus in
princ. & §. cum autem C. de inoffic. teſt.* ad effectum, vt do-
natio taliter ordinata, per filium, imputaretur; require-
24 batur vtriuſque, patris, ſcilicet, & filij expreſſus conſen-
ſus, quoniam tamen neuter, in præſenti iuſtificatur, ex-
cluſa, enim, ex ſupradictis voluntate Iacobi Ionanis eſt
25 quæſtio, de filij acceptatione quæ tamen ad effectum,
de quo agitur, non ſufficiat generalis, & vaga, ſed per
neceſſe concludens impoſiti oneris approbationem eſ-
ſe deberet, vt *ex l. ſi quando 35. §. & generaliter C. de inoffic.
teſt.* probant cumulati *in alia mea decіſ. §. nec eſt applicabi-
lis in fine.*

Cenſuerunt etiam DD. fauore Creditorum, detra-
hendam eſſe 3. partem legitimæ, debitę Pompeo, in bonis
Iacobi commonis Patris, qui, quamuis, in vita, legitimam
ſuam velle agnoſcere non declarauerit, non tamen, pro-
hibebantur Paulus, & alij fratres, & hæredes ipſius no-
mine, eam detrahere. Ius enim deducendi legitimam li-
cet non agnitam, non ſolum ad filios tranſmittitur ve-
26 rum etiam ad hæredes extraneos, vt præter relatos in
præterita deciſ. *§. fin. eſt text. ad litteram in l. Quam-
quam 10. C. ad legem falcid. Dec. conſ. 81. num. 1. Peregr.
conſ. 63. num. 6. lib. 1.* & ad Creditores, vt ex *Magon deciſ.
Floren. dec. 10. nu. 12.* tenet *Merl. de legit. lib. 5. tit. 3. quaſt.
9. num. 10.*

Neque eſt verum, quod ea ſit quarta pars, non autem,
tertia, ex quo mortuo Pompeio quatuor fratres ſuper-
eſſent, etenim, cum Pater Gulielmus excloſus fuerit à
Patre mediante particulari legato, ipſi facto, pro omni,
& toto eo quod prætendere poſſet tam ratione legiti-
mæ, & dotis maternæ, quam etiam, ex quacumque
27 alia cauſa, portio, quæ ipſi competebat in hæreditate me-
morati Pompæi, cæteris tribus fratribus accreuit *auth.
quib. mod. natural. effic. ſui §. Si quis autem verſ. ſi vero ali-
qui, collat. 7. Gomez. var. reſol. to. 1. c. 10. n. 37. Craſſ. de ſuc-
ceſſ. §. Ius accreſcendi quaſt. 23. per tot.* cum alijs, pleno
calamo, congeſtis, per *Bellon. de Iur. accreſc. cap. 6. quaſt.
8 num.* 8. Quod etiam agnouerunt reliqui tres fratres,
dum ſolum inter ſe diuiſerunt hęreditatem Pompei *ſum.
pradicto Creditorum num.* 4. & aduerſus d. diuiſionem, P.
Gulielmus vſque adhuc non reclamauit.

Cæterum, cum ſententia Rotalis bo: me: Veroſpij,
quæ hodie, in gradu appellationis, coram Me, reuidetur,
nihil loquatur, de portione dotis maternæ d. Paolo tan-
geoti, ideò cum ſit, extra dubium, DD. remiſerunt, ad
28 particularem diſputationem, ex inueterato ſtylo huius
Sacri Tribunalis, de quo teſtatur *Rota in Bononien. Pe-
cuniaria 20. Maij 1661. §. Parum etiam coram R. P. D.
meo Albergato*, cum alijs paſſim, in qua diſcutiendum
particulariter erit, ad quam ſummam veram dos
Materna aſcendat, cum acriter aſſeratur à
ſcribentibus, pro DD. de Dondinis,
nullatenus iuſtificari, in præ-
tenſis Scut. 6280.
auri.
Et ita vtraque parte infor-
mante reſolutum
fuit.

R. P. D. Calataiù.

Cæſenaten. Dotis.

Lunæ 11. Febr. 1669.

ARGVMENTVM.

Dos aſſignata à patre filiæ, quæ renunciauit, ſuccedit loco legitimæ, ideò eius fructus debentur, à die conſtitutionis dictæ dotis, etiam ſoluto matrimonio, non expectata morte dotantis.

SVMMARIVM.

1 *Ex diſpoſitione ſtatuti Caſenæ dos ſuccedit loco legitimæ.*

2 *Dos, quando ſuccedit loco legitimæ debentur eius fructus etiam diſſoluto matrimonio.*

3 *Legitima debetur tantum à die obitus patris.*

4 *Legitima, accedente conſenſu filij, aſſignari poteſt in vita patris.*

5 *Filio Prodigo Euangelij fuit aſſignata legitima in vita patris.*

6 *Filia renuncians ampliſſimis verbis in conſtitutione dotis cenſetur renunciare legitimæ & eius ſupplemento.*

7 *Pater dotans filiam, quæ renunciauit ad eius fauorem cenſetur dotem conſtituere pro legitima.*

8 *Præcipuè, ſi pater det dotem, in recompenſam renunciationis.*

9 *Legitima, quando aſſignatur in vita non dicitur inofficioſa.*

10 *Dos recepta ab ea, quæ renunciat, ſuccedit loco legitimæ.*

11 *Filia dotata, quæ renunciauit, poteſt à patre præteriri in teſtamento.*

12 *Legitima ſi fuerit aſſignata in vita, ſi filius dilapidat nihil aliud prætendere poteſt.*

13 *Dos in vita patris, aſſignata, quando aſſumat naturam legitimæ, antè mortem patris.*

14 *Fructus dotis, quæ aſſumit naturam legitimæ debentur ante mortem patris.*

15 *Contrarium, quandò recipiens dotem non renunciauit.*

16 *Tutor negligens inueſtire pecunias iuxtà præceptum teſtatoris tenetur ad vſuras de ſuo proprio.*

17 *Tutor, qui non adimplet, quod debet, non poteſt ſe tueri ſub clypeo contutoris.*

DECISIO LXVIII.

EX quo, ſub die 16. *Ianuar.* 1668. viſum fuit DD. do-
tem Scut. 660. promiſſam, per Sebaſtianum Buſchũ
Vincentiæ filiæ nuptæ cum Thoma de Altinis, ex diſpo- 1
ſitione ſtatuti Cęſenæ, ſuccedere loco legitimæ; reſolutũ
fuit Auguſtinum Buſchum, filium, & hæredem d. Seba-
ſtiani, teneri ad ſoluendum fructus d. dotis promiſſæ, &
non ſolutæ, etiam matrimonio diſſoluto, per deceſſum d.
Vincentiæ, vt in dec. deſuper extenſa, de cuius viribus 2
cum fuerit diſputatum *die 15. Iunij* eiuſdem anni 1668.
aduertentes, quod legitima debetur, dumtaxat à die obi-
tus patris, declarando primam deciſ. ab ea tantum die fru-
ctus etiam eſſe debitos DD. reſponderunt, ſed repropoſi- 3
to hodie dubio, an ſit ſtandum, in primo, vel ſecundo
loco deciſis, pro diſceſſu à dicta vltima deciſione, ema-
nauit reſolutio.

Et quidem, licet legitima verè de iuris rigore non
antea debeatur quam à die, qua moritur pater, acce-
dente tamen filij conſenſo poteſt pater adhuc viuente il-
lius aſſignatione ad libitũ peruenire, vt ſunt *tex. clar. in l.* 4
cum quo de pecul. 56. §. finali, ff. ad leg. falc. l. ſi quando 35.

Digitized by Google

§. & generaliter C. de inoffic. teſt. Bald. in l. cum quis verſ. ſed quid ſi donat. ff. de condit. cauſa data, Iaſ. in l. in ſuis 11 *num.* 18. *ff. de liber. & Poſth.* vbi referens parabolam
5 Euangelij de filio prodigo *Lucæ cap.* 15. tenet quod pa-
ter etiam in vita, poteſt filio legitimam aſſignare, dum-
modò, & ipſe conſentiat, optimè *Dec. conſ.* 616. *num.* 5.
verſ & iſta legitima Caſtr. conſ. 372. *num.* 5. *lib.* 1. *Alto-
grad conſ.* 85. *num* 36. *& ſeqq. lib.* 1. cum pluribus relatis
per *Vincent de Franc. dec.* 132. *num.* 2. *&* 3.

Nec dubitari poteſt, in propoſito caſu, quod in con-
ſtituenda tali dote, vtriuſque partis conſenſus, non inter-
uenerit, ad inducendam iſtam præuentionem, ipſa enim,
in eodem actu promiſſionis dotis, ampliſſimè renuncia-
uit bonis paternis maternis, fraternis, ſororijs, & auitis, &
generaliter omnibus alijs iuribus ſibi competentibus, &
in futurum competituris, & quacumque legitima por-
tione, & ſupplemento Iure naturæ *ſum.* 1. *poſitionis ille-
rum de Afflictis num.* 5. & pater correſpectiuè ad factam
ſibi renunciationem, congruam dotem filij promiſit, vn-
dè ex hac contemporanea renunciatione, fauore patris
dotantis in ipſo actu dotationis, emiſſa manifeſtè reſul-
6 tat, & quod ipſa propter dotem ſibi promiſſam, omnia
iura ſibi competentia, & competitura, etiam nomine le-
gitimæ, illiuſque ſupplementi remiſerit, & quod pater, in-
hærendo prædictæ renunciationi, ad huc viuens, in aſſi-
gnatione legitimæ præuenire voluerit, vt poſt, *Bald. in
7 l. cum oportet §. non autem num.* 8. *C. de boniſque liber.* in
puncto conſuluerunt *Caſtren. d. conſ.* 372. *num* 4. *lib.* 1.
Cran. conſ. 84 *num.* 4. *&* 5. & admittit *Rota in dec.* 813.
num. 5 *verſ. præterea cor Card. Seraph.* & in indiuiduo fir-
mauit *in dec.* 267 *num.* 4. 5. *&* 6. *cor. b. m. Amat. Dunoz.*
etiam aduertit, quod quando (prout hic) pater dotat fi-
liam in recompenſam portionis hæreditatis, & legiti-
8 mæ; non ſolum dicitur voluiſſe præuenire in vita, quod
facere tenebatur poſt mortem, ita vt tempus talis
promiſſionis dotis dicatur ſubrogatum, loco tempo-
ris mortis patris, ſed vlterius talis aſſignatio, eo ad-
9 huc viuente ſuccedit loco legitimæ; quod etiam aper-
tiſſimè deſumitur ex verbis *text. in l ſi non mortis Cauſa*
25. *ff de inoffic. teſt.* ibi *ſi non mortis Cauſa fuerit donatum,
ſed inter viuos. hac tamen contemplatione, vt in quartam
habeatur, poteſt dici inofficioſi querelam ceſſare*; vndè, cum
in caſu noſtro, dubitari non poſſit, quod dos in vita pa-
tris aſſignata fuerit, vt ſuccederet loco legitimæ, dum de
ea etiam pater, explicitam reportauit renunciationem,
etiam in eius vita legitimæ naturam aſſumere debet, vt
10 in punctualibus terminis dotis Scut. 600. aſſignatæ per
patrem filiæ, quæ pluribus hæredibus ipſius fauore re-
nunciauerat, quod ſucceſſerit loco legitimæ, etiam in vi-
ta patris, ità vt potuerit in eius teſtamento impone præ-
teriri, conſuluit *Dec d conſ.* 616. *num.* 3. & conferunt in ſi-
11 milibus terminis cumulati per *Altograd. d. conſ.* 85. *num.*
31. *&* 32. vbi aduertit quod eſt adeò verum, vt talis aſſi-
gnatio præuenta, in vita patris legitimæ ſucceſſionem
12 importet, vt ſi filius eam dilapidet pater ad nihil vlteriùs
teneatur, & clarius *num. ſeqq.*

Neque huic intellectui contradicit *Boſſ. de dote cap.* 6.
13 *§.* 9. *num.* 712. in præterita deciſ. allegatus, ipſe, enim lo-
quitur in terminis patris ſimpliciter dotantis, in cuius
vita quidquid ſit, an d. dos illico aſſumat naturam legiti-
mæ filio inuito, & diſſentiente, ſi vterque, vt in caſu no-
ſtro, conſentiat, & pater competentem dotem filiæ aſſi-
gnet, non ſimpliciter, ſed correſpectiuè ad generalem re-
nunciationem à filia reportatam, in qua ipſa etiam ius
petendi legitimã ſolemniter à ſe abdicauit, non videtur
poſſe controuerti, quin etiam in vita patris talis dos indi-
cat naturam legitimæ; vt optimè ad propoſitum firmat
Rota d. dec 267. *num.* 4. 5. *&* 6. *cor. b. m. Dunoz. Iun.*

Cum itaque de vtriuſque conſenſu iſta dos aſſumpſe-
rit, etiam in vita patris, naturam legitimæ, vndè aſſequi-
14 mur, quod ex ea fructus debentur, *l. Papinianus* 8.
§. vnde ſi quis, ff. de offic. teſtam. Rot. dec. 528. *num.* 27.
coram Dunoz. et. Iun. cum alijs cumulat. *in prima deciſ.
huius cauſa* 16. *Ian.* 1668. & quamuis *Andreol. contron.*
391. *num.* 12. in præterita dec. relatus in contrarium ſen-
ſiſſe videatur, ipſe tamen non loquitur, in terminis Dotis
aſſignatæ, pro omni, & toto eo, quòd filia, quæ renun-
ciauit omnibus bonis paternis, prætendere poterat, qui 15
eſt caſus noſter, quinimò idem *Seraph.* ab eo allegatus
in deciſ. 815. *numer.* 5. *verſ. præterea*, hoc ipſum ad-
mittit.

Vltrà quòd etiam, ex alio Capite viſum fuit DD. An-
goſtinum petitam fructuum ſolutionem euitare non
poſſe, cum enim Sebaſtianus pater, in actu promiſſionis
dotis iniunxerit onus, Thomæ genero, vt eam omnino
inueniret, poſtquam deindè, in teſtamento eiuſdem
Thomæ, relictus fuit tutor, & Curator Io: Baptiſtæ, fi-
lij, ex d. matrimonio ſuſcepti, & in ſolemni ſuſceptione
tutelæ declarauit ſe debitorem Scut. 400. pro reſiduo d.
Dotis ad huc non ſolutæ ſibi ipſi, breui manu, d. reſi-
duum ſoluere, illudque ad commodum pupilli in em-
ptionem fundi fructiferi erogare, alios enim vti negli-
gens in adimplendo onere, quod anteà in genero adeo 16
enixè requiſiuerat, tenetur à die ſaltem ſuſceptę tutelæ,
hoc eſt 7. *Martij* 1643. *d. ſum. nu.* 1. *in fin.* pupillares vſu-
ras perſoluere iux. perſcriptum *Imperat in l. tutores* 24. *C.
de admin tut. & l. ſi tutor conſtitutus* 15. *& l. ob fenus* 49. *ff.
eodem, Franch. dec.* 16. *num.* 6. *verſ. qua æquitas, Rot dec.*
360. *num.* 5. *par.* 11. *rec.* cum alijs nouiſſimè congeſtis in
Tiburtina redditionis rationis 2. *Martij* 1668. *& itaque de-
cebatur cor. R. P. D. meo Taya.*

Et hoc licet haberet in cotutorem Thomam Santo-
linum, vltra quod enim ipſe tantum adminiſtrabat, mi-
nuſque vſque ad hoc inſtificauit, contutorem in aliquo
defeciſſe, illius negligentia ſemper redditur, inexcuſa-
bilis, dum ſibi ipſi non ſoluens pecunias pupillo debitas
nec cotutori denuncians eas tenere otioſas, officio pro-
prio non ſatisfecit, tutor autem qui minus propriè, & ſoli- 17
citè non adimplet, ſub clypeo cototoris ſe excuſans non
auditur, inquit *text in l tutor qui repertorium* 7. *§. ſi tutor.
ff de admin. & periculo tut.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Calataiud.

Brundnſina Beneficij.

Luna 1. *Iulij* 1669.

ARGVMENTVM.

Dicto, de exiſtentia, & pertinentia Iuriſpatronatus, & de legitima præſentatione, adiudicatur beneficium; Iuſpatronatus gentilitium, mortuo vltimo, de familia, fit hæreditarium; Donatio Iuriſpat. nulla, non abdicat ius à donante.

SVMMARIVM.

1 *De exiſtentia Iuriſpat. non dubitatur quando vterque venit ex eadem vacatione.*
2 *Præcipuè, ſi lis verſetur inter compræſentates, & ordinarius non ſit in cauſa.*
3 *Patronus laicus habet* 4. *menſes ad præſentandum.*
4 *Dicto de exiſtentia Iuriſpat. præſentatione intrà legitima tempora, & pertinentia ad præſentantem, beneficium adiudicatur præſentato.*
5 *Hæres illius, qui vltimo loco, præſentauit ad beneficium, dicitur legitimus patronus.*
6 *Hæres, quòd quis alicuius ſit, probatur ex ſententia declarante talem hæredem.*
7 *Iuſpatronatus gentilitium, mortuo vltimo, de familia, fit hæreditarium.*
8 *Iuſpatronatus hæreditarium tranſit in hæredem, cum vniuerſitate bonorum.*
9 *Donatarius, tamquam donatarius, præſentans ad beneficium,*

neficium, fatetur ante donationem Iuſpatronatus pertinere ad donantem.
10 *Confeſſio præſentantis nocet præſentato.*
11 *Confeſſio alicuius nocet tertio, qui à confitente ſuum ius metitur.*
12 *Donatio Iurispatronatus facta à laico in laicum ſine licentia ordinarij non valet.*
13 *Donatio Iurispatronatus nulla non abdicat ius à donatore, & ideo donans, veniente vacatione præſentat.*

D E C I S I O LXIX.

PEr obitum Stephani Villanouæ, vſq; de anno 1624. vacauit ſimplex Beneficium, ſub inuocatione S. Hippolyti, de Iurepatronatus familię de Caracciolis, & ad illud fuit præſentatus, ab Io: Andrea Caracciolo, Io: Baptiſta Villanoua, per cuius obitum, de menſe Feb. 1666. ſequuta denuo vacatione; Petrus Fenſinus aſſertus donatarius Petri de Curte, Nepotis, ex filia, prædicti Io: Andreæ 9. *Aprilis* eiuſdem anni præſentauit Donatum filium, qui cum præfatæ præſentationi in actis ſolemniter renunciaſſet, 10. *Ianuarij* 1667. idem Fenſinus 25. *Febr. immediatè ſeq.* præſentauit Canonicum Petrum Caſtiglium. Cùm autem Ioſeph de Curte vſque ſub die 16. *Martij*, præcedentis anni 1666. præſentatus fuerit, à d. Petro de Curte Patre, nec non 28. *eiuſdem menſis & anni* ab Iſabella Campiſelli, Nepote præfati Io: Andreę, introducta inter eos lite, corā ordinario, emanauit ſententia declarans Petrum Caſtiglium eſſe inſtituendum; In gradu verò, appellationis, commiſſa mihi cauſa, dedi Dubium, An, & cui ſit adiudicandum Beneficium, quod fauore Ioſephi tantum Informantis reſolutum fuit.

Et præmiſſo, quod de vacatione, & exiſtentia Iuriſ-
1 patronatus, dubitari non contingit, ex quo vterque venit, ex eadem vocatione, & reſpectiua patronorum præſentatione, quod ſufficit dum, vt hic, lis eſt tantum inter compræſentatos, & ordinarius non eſt in cauſa, vt dixit
2 *Spada conſ. 9. num. 2. & conſ. 27. num. 7. lib. 2. Rota coram Eminentiſſ. D. Cardinali Celſo dec. 144. numer. 2. & in Gneſnen. Iuriſpatron. 21. Aprilis 1665. coram Eminentiſſimo D. Card. Cerro, §. exiſtentia, & in Piſana Beneficij 7. Iunij 1666. §. litteras autem cor. bo. me. Emerix*, vbi, quod dum lis agitur inter vtrinque præſentatos, exiſtentia Iuriſpatronatus, quoad eos probata cenſetur; Iuſtificat, etiam Ioſeph propriam præſentationem, intrà legitimum tempus quatuor mēſium patronis Laicis ad præſentandum conceſſum, vt in eius *ſumm. num. 5. & 6. cap.*
3 *quoniam 3. & cap. cum propter 27. de Iurepatronatus*, & pertinentiam ad eos, qui illum pręſentarunt, ideoq; eidem controuerſum beneficium venit ad iudicandum *cap. cum*
4 *Bertold. 18. de ſent. & re iudic. & cap ſi tibi cap. 5. de conceſſ. preben. Rota in Pampilonen. Beneficij 15. Febr. currentis anni §. de vacatione, & in alia Pampilonen. Beneficij hac eadem die §. cum igitur coram Me.*

Et quidem reſpectu Iſabellæ pertinentia patronatus probatur, ex eo, quod ipſa eſt hæres Io: Andreæ, qui in vltima vacatione præſtauit, ipſiuſq; præſentatio fuit effe-
5 ctum ſortita, juxtà doctrinam *Rip. in cap. cum Eccleſ. Sutrina nu. 91. & ſeq. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Abb. conſ. 54. nu. 2. lib. 1. Rota cor. Eminentiſſ. D. Card. Celſo dec. 144. nu. 6. & in Aquilana Iuriſp. 1. Febr. 1651. coram Reuerendiſſ. Meltio Epiſc. Papien. Beneficij 9. Aprilis 1666. §. in quam ſententiam cor. R.P.D. meo Bourlemont*, quod autē ipſa ſit
6 hæres illius, deſumitur, ex eo, quod mortuo ab inteſtato d. Io: Andrea, per ſentētiam ſer. ſer. latam, talis declarata fuit *d. ſumm. nu. 6.* Vndè quamuis controuerſum Beneficium eſſet gentilitium, per mortem tamen illius, vti vltimi de familia Caracciola, immutauit naturam, & qualitatem, & de gentilitio factum fuit hæreditarium, iuxtà
7 doctrinam *Anchar communiter ſecutũ conſ. 81. per tot. Calderin. conſ. 4. de Iurepatr.* & reiecto Geminiano, tamquam contra communem, ſcribente, dixit *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 11. num. 10. & ſeqq.* & firmauit *Rota in Mediolan. Iuriſpatronatus 28. Martij 1661. §. Deniq; coram Emin. D. meo Cerro Decano & in dict. Regien. Beneficij 9. Aprilis 1666. §. At hodie conſtitut. 16. Nouemb. 1667. cor. R.P.D. meo Bourlemont*, & tranſiuit in Iſabellā hæredem, cum vniuerſitate bonorum, *Clemens plures de Iurepatron. Seraph. dec. 725. num. 8. verſ tranſit enim Dunozetto Iun. dec. 300 num. 4. & dec. 324. num. 3 cum alijs cumulatis* 8
in Lunen. Sarzanen. Beneficiorū 22. Maij 1662. §. finali coram Reuerendiſſ. Ninot Epiſcopo Illerden.

Et quando iſta præſentatio, de per ſe, non ſuffeciſſet, ad effectum, vt Ioſeph petitam adiudicationem poſſet obtinere ad abundantiorem cautelam, habet etiam præſentationem Petri de Curte Patris, cuius pertinentiam impugnare nō valet Caſtiglius præſentatus à Fenſino, dum enim, iſte tamquam Donatarius præfati Petri præſentauit Caſtiglium, inde tacitè faſſus fuit illum an- 9
te donationem patronum fuiſſe, iſtaque confeſſio, quamuis ſolius præſentantis, nocet tamen præſentato, cuius totum Ius à dicta præsētatione deriuat, vt in proximis terminis dixit *Rot. cor Buratt. dec. 153 num. 2. & dec. 183. nu. 9. & ſeqq & dec. 792. num. 4.* & generaliter, quod confeſ- 10
ſio alicuius noceat, etiam tertio, qui non confitendo, ius ſuum metitur, probat *text in l. cum à matre 14 Cod. de rei vindic* cum cumulatis per *Rotam in Romana Saluiani 19. Ianuarij 1665. §. nam cum, coram R.P.D. meo Bourlemont,* 11
& in Romana Cenſus 17. Martij 1668. §. quibus accedit coram R.P.D. meo Priolo.

Non refragante donatione præcedenter facta à dicto Petro de Curte, fauore Fenſini, quia, cum facta fuerit à Laico, fauore alterius Laici, & non doceatur munita, conſenſu ordinarij, vel eius Vicarij, ad id ſpeciali mandato 12
ſuffulti, inanis eſt, & nullatenus ſubſtinetur, iuxtà notata per DD. *in cap cum ſæculum, & in cap. illud de Iurepatron. Ferret. conſ. 343. num. 7. cum pluribus ſeqq. Rota cor. Mantic. dec. 86. num. 6. & dec. 231. nu. 3. coram Reuerendiſſ. D meo Royas Epiſcopo Abulen. & coram S. me: Greg. dec. 420. num. 1.* & ibi *Adden. lit. A. & in Feſulana Beneficij ſeu Oratorij 5. Decembris 1646. §. verum hodie, & 26. Iunij 1648. §. nullitas donationis coram bo: me: Bichio*, neque per eam, ius proprium à Donante fuit inde abdicatum, & eueniente vacatione, ea donatione non obſtante potuit validè præſentare, ad notata per *Abb. in d. cap. cum ſæculum in fine de Iurepatr. ad Gregor. dict. deciſ.* 13
420. nu. 7. in princ. & in rec. dec. 337 num. 7. part. 7. & deciſ. 306 num. 13 & 14. part. 11. & in d. Lunen. Sarzanen. coram Reuerendiſſ. Illerden. d. §. finali.

Et ità per contradictas &c.

R. P. D. Calataiù.

Romana Concordiæ.

Lunæ 25. Iunij 1668.

A R G V M E N T V M:

Donatio, ſeù Tranſactio correſpectiua, ex defectu adimplementi, reſpicientis cauſam finalem, reſcinditur, non obſtante, quod ſit contractus nominatus, maximè, ſi agatur ad reſciſſionem, per viam exceptionis, non actionis.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio reuocatur, per ſuperuenientiam filiorum.*
2 *Obligatus correſpectiuè, ceſſante cauſa correſpectiuitatis liberatur.*
3 *Cauſa finalis dicitur, quando quis aliter non contraxiſſet.*
4 *Ceſſante cauſa finali ceſſat diſpoſitio.*
5 *Tranſactio dicitur Contractus nominatus.*
6 *Euictio ſecuta, in tranſactione non reſcindit contractum.*

7 *Sed*

Digitized by Google

7 *Sed dat actionem pro adimplemento contra inobſeruantem.*
8 *Ex defectu adimplementi reſpicientis cauſam finalem reſcinditur Contractus etiam nominatus.*
9 *Maximè ſi agatur ad reſciſſionem, non per viam actionis, ſed exceptionis.*
10 *In contractibus nemo eſt decipiendus.*

DECISIO LXX.

Reliquit Benedictus de Arpa, titulo particularis inſti-
tutionis, Gabrieli filio, & Ioſepho nepoti, omnes
domos, quas habebat, in Clauſtro Hebræorum, cum one-
re, vt, ex penſionibus earumdem, ſoluerent Laurentio,
& Simoni alijs filijs annua ſcut. 20. Defuncto teſtatore,
accepit Ioſeph poſſeſſionem medietatis dd. domorum,
deinde Gabriel eius patruus; ſuper altera ex illis, idem ceſ-
ſit, & aſſignauit annua ſcut. 51. vt ad Sacros ordines poſ-
ſet promoueri, & ſucceſſiuè ipſe Gabriel totam ſuam me-
dietatem omnium earumdem Domorum Simoni Fratri
donauit; Hinc, orta inter eos, controuerſia, tandem de
anno 1643. terminata fuit, mediante Concordia, in qua
conuentum fuit, inter partes, vt nullo habito reſpectu,
ad credita, hinc indè deducta, penſiones omnium domo-
rum indiſtinctè, pro medietate inter eos diuiderentur, tra-
ctu autem temporis Gabriel prædictus, duxit vxorem, &
ob ſuperuenientiam filiorum, donatio facta Simoni, per
Sententiam A.C reuocata remanſit, vndè, renuente Io-
ſepho ampliùs ſoluere medietatem conuentam, Cathari-
na de Arpa filia Simonis prædicti, introduxit Iudicium,
ſuper executione præfatæ concordiæ, contra eumdem,
& ſententiam fauorabilem reportauit, deuoluta poſtmo-
dum, cauſa ad Rotam, dubitatum fuit an. & ad quid Io-
ſeph de rigore teneatur & ipſum nō teneri ad aliud, niſi
ad quod tenebatur ante Concordiam fuit reſolutum.

Ratio verò reſolutionis ea potiſſima fuit, quia in Con-
cordia in tantum, Ioſeph poſuit in communi fructus ſuæ
medietatis domorum in quantum Simon pariter aliam
ſuam medietatem reſpectiuè, in communione ponebat,
ideoque ei Simon ſuam medietatem ampliùs communi-
care non valet, ex quo donatio eidem facta à Gabriele,
per ſuperuenientiam filiorum ipſius reuocata remanſit,
1 ad *term text in l ſi vnquam 8.C.de reuocan. donat.* dicto-
que Simoni fuit euicta medietas donata, correſpectiuorū
inde natura ſuadet, vt neque etiam Ioſeph ſuam promiſ-
ſam medietatem amplius cōtribuere teneatur, *iuxta tex.*
2 *in l.1 C.de donat.quæ ſub modo Rota in Romana fideicomm.
de Diaz. 30. Aprilis 1663.§.nec vrgere coram Reuerendiſs.
D.meo Cerro Decano, & in Placentina hæreditatis 15.Iun.
1665.§ nec inter bona coram R.P.D.meo Albergato.*

Non obſtat, quod cauſa finalis prædictæ Concordiæ,
non fuerit præfata donatio, ac proinde quamuis ea fuerit
reuocata, adhuc tamen, Concordia veniat ſeruanda, quia
cum d. Simon conuentam communicationem, nullo
alio Iure, promittere poſſet niſi in vim donationis præ-
dictæ, & ſine ea Ioſeph non fuiſſet aliam ſuam medieta-
tem contributurus, hinc eſt, quod allegata donatio fuit
obiectum intentionis agentium, & cauſa finalis conuen-
3 tæ deciſionis, pro medietate, *iuxtà text.in l. damus 52.ff.
de condit.indeb.Rota coram Buratt.dec.377.numer.4.& in
recent.dec.102 num.1.par.9.* ideoque, ſi ea deficiat, omnis
diſpoſitio corruit, quia deficit principaliter voluntas
4 agentis, & diſponentis, *l.cum te fundum 6.C.de pact.inter
empt.& vend.l.fin.ff. de hæred. inſtit.l.fin. ff.de acceptilat.*
cum cumulatis in *Firmana Primogenitura 13. Ianuarij
1663. coram bo: me: Leone Veroſpio § ſi quidem.*

Minuſque facit, quod tranſactio ſit contractus nomi-
5 natus, ac proinde non ſit locus illius reſciſſioni, ne lites
per eam ſopitæ inſtaurentur, ſed ob ſecutam domorum
euictionem competat ſolum actio præſcriptis verbis, pro
6 adimplemento aduerſus inobſeruantem. *iuxtà text.in l.ſi
pro fundo 33.C.de tranſact.& l.ex conditione 14.Cod.de re-
ſcind. vendit.* dum enim implementum reſpicit ſubſtan-
tiam, & cauſam finalem contractus, ſine qua Ioſeph nul-
latenus contraxiſſet, hinc eſt quod deficiente re aſſigna-
ta, quæ fuit cauſa finalis Concordiæ, etiam à contractu
nominato tranſactionis recedi permittitur, vt *eſt text. ad* 8
*litteram in l.cum te 6.ibique gloſ.in verb. conueniat, Cod.
de pact.inter empt.& vendit. Rota coram Gregor. dec.130.
num 4.& ibi adden. litt.C. & in Romana penſionis Domus
16.Nouembris 1611.coram Pirouano penes Marcheſan.de
commiſſ.par.1.fol.1085.num.7.* & reſpondendo huic obie-
cto pluribus exornat, & firmat *Rota in Firmana Primoge-
nitura 15 Maij 1662.§.& licet.& 13.Ianuarij 1663.§.non
vrget coram bo:me:Leone Veroſpio,* præſertim quia talem
Concordiæ reſciſſionem Ioſeph non deducit, per viam
actionis, ſed ope exceptionis, ſoffultus à participatione
ſuæ medietatis, ſe tuetur, quo caſu, contractum quan- 9
tumuis nominatum ex defectu cauſæ finalis reſcindi, non
autem agi, pro adimplemento, probat *text.in l.2.circa fi-
nem, ff.de dol. mal.except.* & arguit in propoſito, *Cardin.
Mantic.de tacit.lib.1.tit.12.num.53.* cum alijs de quibus,
Rot.in dict.Firmana primogenitura dict.§.& licet, vbi quod
alias ſequeretur inconueniens, quod ille, qui contraxit,
cum hac correſpectiuitate remaneret poſteà deceptus,
quod non eſt permittendum *iuxtà text.expreſſum in his* 10
præciſis terminis in *l.tres fratres 36.ff.de pactis, & in alia
in §. nec vrget coram bo: me: Veroſpio.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Calataiù.

Romana Fideicommiſſi.

Lunæ 11. Februarij 1669.

ARGVMENTVM.

Maritus acquirens, titulo oneroſo, emphyteuſin, pro ſe, & vxore, ſi de ſuo ſoluat laudemium, & capiat poſſeſſionem, ipſe ſolus dicitur primus acquirens, & poteſt præiudicare dictæ vxori, præcipuè, ſi non probetur, quod illa acceptauerit, re integra:

SVMMARIVM.

1 *Acquirens, pro ſe, & alio, non poteſt, in præiudicium illius, de re acquiſita diſponere.*
2 *Primus acquirens dicitur ille, qui pretium dedit, & poſſeſſio non cœpit, etiam ſi eſſet nomen alterius.*
3 *Primus acquirens, titulo oneroſo, poteſt præiudicare vocatis, in inueſtitura.*
4 *Acquirens, titulo oneroſo, eſt ille, qui in ingreſſu fecit melioramenta, & ſoluit quantitatem pecuniæ.*
5 *Stipulante marito, pro ſe, & vxore abſente, vtrique medietas acquiritur.*
6 *Quod habet locum, in conceſſione lucratiua non oneroſa.*
7 *Conceſſio lucratiua acquiri poteſt abſenti.*
8 *In conceſſione oneroſa requiritur acceptatio abſentis.*
9 *Acceptatio non inducitur, ex actibus æquiuocis.*
10 *Præcipuè, quando conceſſio poteſt eſſe damnoſa.*
11 *Teſtes ſingulares non probant.*
12 *Teſtis conuictus de mendacio non probat.*
13 *In concurſu ſtatur potius confeſſioni partium, quam depoſitionibus teſtium.*
14 *Vxor dicitur acquirere emphyteuſin non à Domino directo, ſed à marito, eam acquirente, eius nomine.*
15 *Acquiſitio emphyteuſis dicitur facta ad fauorem eius in cuius perſonam Dominus conſenſit.*
16 *Primus acquirens, dicitur talis, etiam ſi poſt acquiſitionem addat nomen alterius.*
17 *Acquiſitio facta ad fauorem abſentis acceptari poteſt ab herede.*

18 *Ad*

Digitized by Google

18 *Ad hoc res debet eſſe integra, vt valeat acceptatio.*
19 *Nepos includitur in tertia generatione.*
20 *Eccleſia eſt mater iuſtitiæ, & æquitatis.*
21 *Durante inueſtito, non mutatur inueſtitura.*
22 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſio non poteſt extendi ſine ſolemnitatibus.*
23 *Maxime ſine conſenſu comprahenſorum.*
24 *Tertius poteſt opponere nullitatem conceſſionis Emphyteuticæ factæ ab Eccleſia.*
25 *Præcipue, per viam exceptionis non actionis.*

DECISIO LVIII.

OBtenta, per Eliſabetham Salamoniam hæredem
Equitis Antonij Fabrini, noua audientia aduerſus
deciſionem, coram Me, emanatam 22. *Iunij præteriti*, in
qua dictum fuit, ſententiam Rotalem R.P.D. mei Otta-
lora, decernen. Io: Andreæ Fabrini immiſſionem, in poſ-
ſeſſione domus controuerſæ, eſſe confirmandam; Infor-
mantes pro ea mordicus inſiſtebant, quod ſtante acquiſi-
tione de iſta facta, per Alexandrum Fabrinum, æque
principaliter, cum Angela Lombardoſia vxore, non po-
1 terat ille, in præiudicium vxoris, & ab ea cauſam habē-
tis, ſuper tota domo fideicommiſſum ordinare. Vnde
propoſita bis cauſa, & materia ad ſocietatem DD. di-
ſcuſſa, pro informatione d. meæ deciſionis, hodiè ema-
nauit reſolutio.

Dici, enim non poteſt, quòd Alexander, & Angela
æque principaliter fuerint primi acquirentes, dum ille,
vſque de anno 1586. pro ſcut. 315. emit controuerſam
Domum, à Flauio Ventura pro Bono tantùm, & non
nomine Angelæ, *Summ. Fabrini, num.* 1. Cumque idem-
met Alexander, de proprio, in d. domo ſic, vt ſupra em-
pta, diuerſa fecerit melioramenta valoris ſcut. 1000. &
nollet, ampliùs currere periculum vitæ, prædicti Ven-
turæ, qui illam, in emphyteoſim receperat, ad tertiam
generationem, præuia vlteriori ſolutione, ab ipſo tan-
tùm, facta aliorum ſcut. 80. Monachis, D. Vincentij, &
Anaſtaſij, proprietarijs, obtinuit ab eis inueſtituram, pro
ſe, & Angela Vxore abſente ad tertiam ipſorum genera-
tionem maſculinam, & in illius defectu fœmininam, ac
in defectu prædictæ generationis ad vnam tantum no-
minationem, d. *Summ. nu* 2. & ſucceſſiue, de anno 1595.
præmiſſa etiam enunciatiua, quod in præfata domo
Alexander quamplura fecerat melioramenta, quæ
etiam in poſterum de proprio facere ſe obligabat, ac vl-
teriùs facta per eumdem oblatione de ſcut. 150. in pecu-
nia numerata, pro donatiuo conceſſionem in perpetuũ,
tàm proprio, quàm Vxoris nomine à prædictis Mona-
chis reportauit *d. Summ num* 3. Vnde cum ipſe, dumta-
xat primam fecerit emptionem, ſcut. 1000. pro meliora-
mentis, alia ſcut. 80. & demùm alia 150. de proprio per-
ſoluerit, nulla vnquam imaginabili, pecuniæ Vxoris fa-
cta mentione, nomen illius postea adiectum præſumitor
ſimulatè appoſitum, illeque verus reputatur acquirens,
2 qui pretium, de proprio numerauit, & poſſeſſionem re-
cepit, *iuxt. theor. Angel. in l. quamuis, C. ſi quis alteri, vel
ſibi*, cum qua procedunt, *Dec. conſ. 543. num. 15. Menoch.
de arbitr. caſ. 470. num. 20.* cum alijs cumulatis, per *Grat.
diſc. 950. num. 42. & ſeq. & per Surd. dec. 325. num 9. verſ.
ſecundum eſt*, idemque Alex. tanquam talis primus ac-
quirens, titulo oneroſo, potuit etiam in præiudiciũ An-
3 gelæ literaliter comprehenſe, ſuper integra domo fidei-
commiſſum apponere, *iuxt originalem doctr. Baldi in l.
prima, num. 32. C. per quas perſonas nob. acquir. Mareſcott.
variar. reſolut. lib. 1. cap. 74. n. 1. & ſeq. add. ad Gregor dec.*
829. *num.* 23. vbi, in propoſito aduertit, quod ille dicitur
primus acquirens, titulo oneroſo, qui in ingreſſu ſoluit
quamdam quantitatem pecuniæ, & deinde fecit melio-
4 ramenta notabilis valoris, *Rot. deciſ. 699. numer. 5. coram
Merlin. & dec. 111. num. 3. & dec. 266. num. 6 part. 11. rec.*
& admiſſum fuit, *in Bonon. domus. 11. May præteriti, cor.
Me, §. non obſtat.*

Iſtud autem aſſumptum non remouetur, ex eo, quod
ſtipulante marito, pro ſe, & Vxore abſente, vtique me-
dietas quæſita dicatur, *ex doctr. Speculat. in tit. de locat. §.* 5
nunc aliqua num 175. *Dec. conſ 58 nu. 1. & per tot. & Rot.
deciſ. 219. num. 9. coram Card. Canal.* quia obiectum poſ-
ſet forſan procedere, ſi conceſſio reportata à marito, pro
ſe, & vxore, eſſet in totum fauorabilis, & lucratiua, cum
verò ex recenſita facti ſerie liberalitas concedentis omni-
nò excluſa remaneat, vt potiùs oneroſa noſcatur, non
vtrique pro medietate, ſed ſoli viro præſẽti, & de proprijs
pecunijs ſoluenti, vſque ab initio conceſſio dicitur facta,
vt eſt *tex.* in puncto *in l. multum intereſt 6. Cod. ſi quis alt.* 6
vel ſibi, ibi, *Quod ſi tu quidem emiſti, & tibi tradita eſt poſ-
ſeſſio, tantum autem nomen vxoris tuæ inſtrumento inſcri-
ptum eſt, res geſta potior, quam ſcriptura habetur*; quam
refert, & ſequitur in noſtris fere terminis, *Decia. conſ.*
542 *num.* 16. & diſtinguendo inter conceſſionem, titulo
lucratiuo, quæ ipſo Iure abſenti acquiritur, pro medieta- 7
te, & eam titulo oneroſo, factam, quæ præſenti, & de
proprio tantum ſoluenti, quæſito, ipſo Iure, eleganter, in
propoſito docuit, *Bart in l. ſi mihi, & Titio 110. n. 4. verſ.
quandoque conceditur, ff de verbor. obligat.* quam Doctri-
nam, vti notabilem, ſequitur *Alex. conſ. 24. num. 6. libr. 5*
in toque caſu, ad arguendam Vxoris abſentis acceptatio-
nem, non ſufficiunt actus æquiuoci, aut nulli, prout
ſunt plures ab Eliſabetha deducti, & in præcedentibus 9
deciſ. ſemper reiecti, ſed propter admixtam poſſibilita-
tẽ damni, & oneris, requirebatur vera expreſſa, & ſpe-
cifica acceptatio, *gloſſ in l. 1. verb. liberalitatem, ff. de do-* 10
nat. Roman. conſ. 292. num. 11. circa med & vltra relatos *in
deciſione iſtius cauſa 19. Aprilis 1663. coram Emmentiſſ.
Cerro, §. nec enim firmatum fuit in deciſ. 25. num. 5. poſt
Merl. de pignor. & dec 21 n. 5 coram Eminentiſſ D Card.
Celſo, & in Fauentina bonorum 9. Iunij 1664. cor. Cerro,
§ & cum verſemur.*

Talem, verò DD. viſum fuit non probari, ex teſtibus
exaduerſo examinatis, quoniam vltra ſingularitatem eis 11
obiectam, conſtat fuiſſe conuictos, de mendacio, eo,
quia in alio examine depoſuerunt, controuerſam do- 12
mum, non ad Angelam, ſed ad Alexandrum ſpectare,
vt fuit animaduerſum *in deciſione iſtius cauſa 26. Februa-
ry 1663. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, § non obſtat
teſtes*, vbi etiam contra teſtium depoſitiones ſupradictas
conſideratum fuit, quia ipſi deponebant contra gemi-
natas confeſſiones, tam eiuſdem Angelæ, de quibus
latè per informantes pro Io: Andrea, quam etiam An-
tonij illius filij, & auctoris Eliſabethæ, qui domum præ-
dictam non ſolum, vti hęreditariam Alexandri Patris,
in Inuentario deſcripſit, verum etiam, in calculo legiti-
mæ ſibi debitæ, in bonis Patris, vti paternam adnota-
uit, in eorum concurſu, potiùs geminatis confeſſionibus 13
partium, quam teſtibus venit credendum, vt præter ibi-
dem relatos. probat, *Felin. in cap. cum tu, numer. 9. cum
ſeq. de teſt. Caſar. de Graſſ. deciſ. 6. num. 317. num. 2. de teſt.
Rota coram Burats. deciſ. 317. num. 8. & dec. 40. num. 16.
coram Eminentiſſ. Card. Celſo, & in Romana cenſus 27.
Aprilis 1663. §. quibus accedit coram R. P. D. meo Al-
bergato.*

Et hinc diluitur etiam alterum obiectum, quod An-
gela, non habeat eam à marito, ſed ab Eccleſia conce-
dẽte, in qua nõ poteſt cadere ſiniſtra ſuſpicio ſimulatio-
nis, cum etiam ex ſupra deductis, ad integram ſolutionẽ
a marito de proprijs tantum pecunijs factam, conceſſio
vſque ab initio, ipſi dumtaxat fuerit quæſita, Angela
Vxor non ab Eccleſia domina directa, ſed à marito de
proprio acquirente, Ius ſuum metitur, vt reſpondendo
huic obiecto firmatum fuit, *in deciſione huius Cauſa 2.* 14
*Decembris 1667 cor. R.P.D. Ottalora, § non obſtat, quod
præſumptio & in mea prædicta deciſione, §. fin.*

Minùs etiam refragatur, quod in ſubiecta materia nõ
ſit attendendum cuius pecunia fiat acquiſitio, ſed non
habeatur in conſideratione perſona, in quam dominus
directus conſentit, iuxta relata, per *Capyc. Galeott. lib. 1.* 15
contr.

contr.c.28.n 17.& Capyc.Latr dec.168.n.5.lib.2. quia ad
effectum dignnſcēdi,an, & quis ſit primus acquirens,aut
pecuniæ ratin debeat haberi, aut potiùs perſonæ , cuius
cūtemplatione facta fuit conceſſio, & vtroque caſu nul-
lum Ius vnquam po:uit in Angela vſque ab initio radi-
cari, dùm pecnnia tota fuit mariti , ipſique præcedenter,
vſque de aunn 1586. dumtaxat, facta fuit venditio, vn-
de ſubſequens adiectio nomine Vxnris, non fuit capax
16 tollendi marito primo acquirenti titulo nneroſo faculta-
tem,vt ad libitum ſuæ vnluntatis, poſſet de controuerſa
domn diſponere, vt poſt *Iſer.& Afflict.* benè In propoſi-
tn ratiocinatur, *Merl.decıſ.699 num.8.*

Prout,non meretur attendi,replicatio,quod dato etiā,
quod ex actibus, ab Informantibus pro Eliſabetha dedn-
ctis, conſtare non poſſet, de poſitiua Angelæ acceptatio-
ne, cùm tamen conceſſio ab Alexandro reportata fuerit
17 hæreditaria, & tranſitoria, ad quoſcumque ſucceſſnres,
poſſit adhuc ab eius hæredibus acceptari, *iuxt. doctr.
Marcabrun.conſ.10.n 15.& ſeq & Couarr.reſol.lib.1.c.8.
num.43.* qua propter, qnod res ampliùs non eſt integra ,
ex quo idem Alexander maritus, & primus acquirens ,
præuia ennnciatina,quod domus controuerſa fuerat à ſe
fabricata, ſuper ea fideicommiſſum ordinauit *d. Summ.
nu.4.* qun caſu,ob factam,ab acqnirente ſpecialem diſpo-
18 ſitionem hæredum, non habere ampliùs facultatem ac-
ceptandi, inquit, *text.in l.bonorum 20 & ibi gloſſ.verb.non
poteſt.ff.rem ratam haberi,* & tenet idem *Cancer alleg.60.
n.41.verſ.cenſeretur,* & eo clarius, in propoſito, *Tiraq.de
Iur.conſtit.poſſeſ.part.3.limit.30.num.73. & Vincent. de
Franc.dec.339.num.3.verſ.vnde ex prædictis* , in omnem
caſum excitari non poteſt,quod ſtante præcedenti inne-
ſtitura reportata ab Alexandro de anno 1592. ad ter-
19 tiam generationem maſculinam,ſub qua proindè litera-
liter eſt compræhenſus Io:Andreas, modo agens, vt ne-
pos dicti Alexandri, vel non poterat Eccleſia , quæ eſt
20 mater, & cultrix Inſtitiæ , & æquitatis, durante adhuc
linea, primi inueſtiti, ſupplātando ſucceſſores,conceſſio-
nem, in perpetunm extendere, contra *tex. in cap.1. qui
21 ſucceſ.feud.dare tex. & in cap.1. §. vbi verè de cleric. qui
inueſt.fac. & cap.11. §.moribus verſ.ſecus eſt in Eccleſ. ſi
de feud de funct. controuerſ. ſit int. domin. & agnat. Va-
ſall.* aut ſaltem conceſſio , vti ab initio reſtricta, ad ter-
tiam generationem, non poterat citra vitium nullitatis,
non concurrente vtilitate, & neceſſitate Eccleſiæ copu-
latiuè , cum beneplacito Apoſtolico in perpetuum ex-
22 tendi,vt latiſſimè firmatum fuit, *in Romana deuolutionis
domus 11.Iunij 1654.§.neque Angela, & §.fin. cor. Reue-
rendiſs. Papien.* cum alijs cumulatis *in d. dec. ſtin cauſa
2.Decembris 1667.coram R.P.D.meo Ottalora, §.nec di-
catur* ; maximè, nnn docto, de conſenſn omnium,in pri-
ma inueſtitura, literaliter compræhenſorum,per ea,quæ
23 notat in præciſis terminis, *Cald.de Iur. emphyt.libr.2.qu.
15.numer.6.per tot.* de qua nullitate poſſe dari etiam te-
ſtium examina, cuius intereſt , quamuis Eccleſiam non
24 excipiat , probat in puncto relictis principalibus, *Alex.
conſ.38 num.6.per tot lib.2.* & firmauit *Rot.decıſ.39 num.
36.& 37.part.8. rec.* præſertim , cum Io:Andreas non
deducat talem nullitatem , per viam actionis , ſed per
viam exceptionis, hoc enim caſu , ſemper licitum eſſe ,
25 eam allegare, etiam à tertio, probat *Falin. in cap. Lator.
num.1.verſ & dixit Bald.* & firmauit *Rot.dec.175.nu.11.
part.1.diuerſ.& in Rom pecuniaria 26.Ianuarij 1667.§.fin
coram R.P.D.meo Taya.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Calataiu.

Romana Fideicommiſſi.

Ven. 27. Martij 1669.

A R G V M E N T V M.

Fideicommiſſarius , probans exiſtentiam fideicommiſſi, in ſuam vocationem , & identitatem bonorum, immittitur, in vim l.fin.C.de Ed.diu. Adr. toll. Nomine deſcendentium venit fœmina , quæ non excluditur, ob renunciationem reſolutam, ex quo defecerint perſonæ contemplatæ : Hæres, qui alienauit, & non fecit inuentarium cenſetur ſatisfactus de detractionibus.

S V M M A R I V M.

1 *Docto de identitate bonorum, & purificatione fideicommiſſi datur immiſſio in vim l. fin.*

2 *Dicti* In infinitum *inducit perpetuum , & abſolutum fideicommiſſum.*

3 *Fideicommiſſum purificatur ad fauorem ſubſtitutorum mortuis inſtitutis.*

4 *Profeſſio in religione non tollit iura ſanguinis.*

5 *Nomine filiorum nepotum,&c. veniunt tam maſculi, quam fœminæ , vbi voluntas teſtatoris non aduerſatur.*

6 *Etiam ad excluſionem ſubſtituti.*

7 *Non obſtante, quod concurrat, tanquam ſubſtituta pia cauſa.*

8 *Renuncians non poteſt habere regreſſum ad bona renunciata.*

9 *Renunciatio facta à moniali ad fauorem patris, & fratrum, illis mortuis reſoluitur , & monaſterium ex perſona renunciantis ſuccedit.*

10 *Renunciatio perſonalis non extenditur per clauſulas generales .*

11 *Renunciatio concepta , per viam donationis eſt realis.*

12 *Limitatur, quando donatio,&c. eſt conſecutiua ad verba renunciationis prius facta, tunc enim ad illius terminos reſtringitur.*

13 *Identitas bonorum probatur, ex quo, quis poſſidet bona in loco, vbi poſſidebant aſcendentes ab eo , a quo poſſeſſor habet cauſam.*

14 *Identitas bonorum probatur, ex confeſſione partis , petentis, bona tanquàm fideicommiſſaria.*

15 *Succeſſor non impugnat confeſſionem ſui auctoris .*

16 *Identitas probatur ex aſſertione iudiciali.*

17 *Talis aſſertio non poteſt dici erronea , niſi docto de errore .*

18 *Detractiones non poteſt prætendere hæres, qui non fecit inuentarium.*

19 *Hæres aliquid alienans, cenſetur , hoc pro legitima ſibi aſſumere.*

20 *Retentio non datur, quando quis ex poſſeſſione bonorum potuit ex fructibus ſatisfieri.*

21 *Creditum illiquidum non retardat immiſſionem , nec dat ius pro retentione.*

D E C I S I O LXXII.

POſtquàm, per deciſionem,coram me, emanatam 13. *Aprilis anni præteriti* , denegata fuit Immiſſio Ven. Hoſpitali Conſolationis ſubſtituto, in teſtamēto Hipolytæ de Fabijs, ex quo adhuc viuebat Suor Maria Virginia profeſſa, in monaſterio SS. Dominici, & Sixti , admiſſo ad cauſam d. Monaſterio, nomine , quo ſupra petijt hodiè immiſſionem , in duobus domibus fideicommiſſarijs

miſſarijs d. Hipolytę, & quia ſolita requiſita, exiſtentiæ
fideicommiſsi illius purificati, vna cum bonorum con-
1 trouerſorum identitate, abundè viſum fuit iuſtificare,
eidem propterea decreta fuit immiſſio, ex rem l. fin. C. de
Edic. D. Adr. toll Rot in Vrbenet. ſucceſſionis 19 Ian. 1665.
coram bo: me: Emerix in princ.

De fideicommiſſo, vix fuit controuerſia inter partes,
& in omnem caſum, illud manifeſtè deſumitur ex teſta-
mento, memoratæ Hipolytæ, dato in Summario Mona-
ſterij num. 3. in quo inſtitutis Franciſco, & Ludouico filijs,
eiſque ad inuicem ſubſtitutis, illis poſteà decedētibus ſub-
ſtituit eorum, & cuiuſdam ipſorum filios legitimos, & na-
turales, ac nepotes, & pronepotes legitimos, & naturales
in infinitum, vulgariter pupillariter, & per fideicommiſ-
2 ſum, quibus verbis in infinitum cenſeri inductum perpe-
tuum, & abſolutum fideicommiſſum dixit Imol. in l. Gal-
lus, §. inſtituens num. 48. ff. de lib. & poſth. Menoch. conſ. 281.
nu 3. verſ. quod ſanè verbum, Craſſ. de ſucceſſ. in §. fideicom-
miſſum q. 4. num. 17. cum alijs cumulat. in Rom. Fideic. de
Iuſtis 5. Martij 1646. in princ. coram Reuerendiſs. Meltio,
& in Bononien. Lauds 14. Martij anni præteriti §. concurrē-
te cor. Me; cumque ex prædictis verbis teſtamēti per obi-
tum Franciſci, & Ludouici, primo inſtitutorum, illorum
3 filij, nepotes, & pronepotes, in infinitum vocentur, inde
reſultat purificatio (quod eſt alterum requiſitum) fauo-
re, Sor. Mariæ Virginiæ Toſcanellæ, proneptis, ex Hi-
polyta iuniore, quæ licet fęmina, & Monialis profeſſa, cū
tamen profeſſio iura ſanguinis nullatenus perimat, vt in
indiuiduo reſpōdet, Rota in Romana Fideicom. de Stecca-
4 tis 4. Februarij 1667. §. quoniam, cor. R. P. D. meo Bourle-
mont &c adhuc venit appellatione proneptū: quicquid
5 enim ſit, in contractibus, & in vltimis voluntatibus prout
hic, vbi agitur fauore deſcendentium, & voluntas teſta-
toris non aduerſatur, maſculinum concipit fęmininum,
& ſub nomine filiorum, nepotum, & pronepotū, veniunt
indiſtinctè, tàm maſculi, quam fęminæ, l. ſi ita ſcriptū 45.
ff. de leg. 2. & l. Lucius 93. §. quæſitum in fin. ff. de leg. 3. l. ſi quis
ita 16. ff. de teſtam tut. Menoch conſ. 435. num. 4. 5. Peregr.
de fid. art. 25. num. 2. Ludouiſ. dec. 514. nu. 2. 3. 4. & ibi Add.
6 nu. 16. vbi ſub verſ. & ideo, inquit quod procedit concluſ-
ſio, ſignanter vbi agitur ad excluſionem ſubſtituti, Mer-
lin. dec. 864. nu. 13. & ſeqq. & in præciſis noſtris verbis, fir-
mauit Rot. in Rom. Vineæ 20. Martij 1665. §. identitas cor.
Cerro, idque quamuis agatur, ad excluſionē Ven. Mona-
ſterij Conſolationis ſubſtituti, quia vbi teſtatoris intentio
non eſt contraria, tam maſculi, quam fęminæ veniunt,
ſub nomine nepotum, & pronepotum, quantumuis aga-
tur de excluſione piæ cauſæ, Bald. in l. cum acutiſsimi 30.
num. 2. C. de fideic. Bart. Soccin. in l. cum ſuus num. 86. verſ.
7 quintus caſus, ff. de condit & dem. Theſaur. dec. 188. nu. 8.
Rot. dec 317. num. 5. verſ idque procedit, dec. 514. num. 16.
par. 5. & dec. 60. num. 13. part. 10. rec.

Nec meretur attendi exceptio; quod prædicta Monia-
lis ampliſſimam, in ingreſſu monaſterij, fecerit renuncia-
8 tionem, Ideoque ad bona refutata non poſſit amplius
habere regreſſum, quia cum illa fuerit merè perſonalis,
& fauore Patris, & fratrū emiſſa, per prædeceſſum eorū
omninò ceſſauit, nec impedit monaſterio, quin, ex per-
ſona Monialis, adhuc ſuperſtite admitti non debeat, vt
omiſſis generalibus, in indiuiduo prænarratæ renuncia-
tionis reſponſum fuit, in Romana Fideic. de Steccatis 15.
9 Iunij 1665. §. vndè primo, vbi quod non eſt veriſimile,
quod in renunciatione perſonali, defectis renunciatarijs,
in ea contemplatis, adhuc Monialis ſe voluerit exclude-
re, & 4. Februarij 1667. §. aut renunciato cum §. §. ſeqq cor.
R. P. D. meo Bourlemont, & in Romana, ſeu Sabinen. im-
miſsionis 13. Iunij præteriti, §. non obſtat cor. R. P. D meo Ot-
talora dictum fuit in hac ead. cauſa Romana fid. 13. April.
1658. coram Me, in §. neque obſtat cum vbi vlterius fuit
animaduerſum quod renunciatio prædicta ex vi ver-
borum non loquebatur de fideicommiſſo Proauiæ, qua-
lis erat Hipolyta, & clauſulæ quantumuis prægnantes,
vti acceſſoriæ, & conſequutiuę, ad ſpecificata, non pote-
rant, per extenſionem illud includere, vt præter ibi re- 10
latos, eſt elegans tex. in Clem. prim. in fin. de præben. & con-
ſuluit Dec. 2. numer. 10. cum alijs cumulat. per Oſaſc. dec.
164 numer. 2.

Non refragante, ſæpiùs repetito, & reiecto obiecto,
quod allegata concluſio, non procedat, vbi renunciatio
legitur concepta, per viam donationis, ad terminum dec. 11
in Romana Fideicomm. 5. Decembr. 1655. & 9. Maij 1659.
coram b: m: Leone Veroſpio & 21. Iunij 1660. coram R. P. D.
meo Beuilaqua & 13. Februarij 1661. & 24. Maij 1662.
coram R. P. D. meo Taya, quia cum ea emanauerit conſe-
quutiuè, vt renunciatio pleniorem effectum fauore re-
nunciatariorum ſortiretur non autem de per ſe, & per
viam ſeparatę, diſpoſitionis generalis, vt, in caſu deciſ.
in obiecto allegatorum, non extendit proindè renuncia-
tionem, vltrà perſonas, & intentionem renunciantis, ſed, 12
tamquam dependens, à principali actu renunciationis, il-
lius terminos, nullo colore, debeat excedere, vt firmauit,
Rot in Rom. reſciſſionis tranſactionis 16. Iunij 1651. §. nam
verba cor. Corrado poſt Salgad. Labyr. cred. dec. 27. num. 33.
& reſpondēt in indiuiduo dict. Rom. fideic. de Steccatis 15.
Iun. 1661. §. & tandem, & 4. Febr. 1667. §. quo vero, & præ-
ter ibi notata, optimè firmat Rot dec. 187. nu 8. cor. Royas,
tertium requiſitum, identitatis Domorum controuerſa-
rum, ex eo potiſsimum reſultat, quod vſq; de anno 1518.
quod Petrus de Fabijs pro ſolutione dotis Hipolytæ, ſe-
nioris eius filiæ, & Fideicommiſſariæ, tradidit in ſolutum
quondam Petro Paulo de Steccatis, illius marito contro-
uerſas domus Summ. Monaſterij num. 1. quæ poſt obitum
Hipolytæ deuenerunt ad Emiliam vſufructuariam, reli-
ctam in teſtamento eiuſdem d. ſumm. num. 4. & ſucceſſiuè
locatæ probantur ab Hipolyta iuniore d. num. 4. litt. E.
Vnde cum ex hac ſucceſſiua facti ſerie reſultet etiam,
quod teſtatrix ipſa, in eodem loco duas domos poſſede-
rit, eaſque hodie poſſideat Clementinus, habens cauſam
à deſcendentibus ipſius teſtatricis, non docto de interme-
dijs acquiſitionibus, legalis præſumptio inſurgit, quod 13
iſtę ſint eędem ab aſcendente antea poſſeſſæ iuxta conſ.
Fulgoſ. 145 num. 2. verſ ſi aliunde, cum quo tranſiuit Celſ.
dec. 108. num. 4. & dec. 173. nu. 7. cum alijs cumulat. in Pla-
cent. bonor. 1. Aprilis 1661. §. nec viſus fuit, & in §. reſpectu,
& in Neapolitan. bonor. 10. Iunij eiuſdem anni, §. & patet cor.
R. P. D meo Priolo, & in Interamnen. Fideicom. 28. Martij
1667. §. nec releuare cor. Eminentiſſ. Carpineo.

Et quod magis vrget, eadem Conſtantia de anno
1648. prætendens ſe vocatam, ad fideicommiſſum de
quo agitur, petijt iudicialiter controuerſas domos, tam- 14
quam fideicommiſſarias eiuſdem Hipolytæ, & mandatū
de immittendo vna cum poſſeſſione deſuper ab A. C. re-
portauit, ſum. num. 4. litt. E. ex quo duo, præcipuè reſul-
tant, & quod ipſe confeſſionem ſuæ auctricis modo im-
pugnare non valeat, vulg. l. cum à matre 13. Cod. de rei 15
vindic. & quod & illa iudiciali aſſertione, identitas rema-
net efficaciter probata tā circa eādem Conſtātiam quam 16
circa habentem cauſam ab ea l. conditioni 2. in fine, Cod. de
inſtit. & ſubſtit. Rot. dec. 163 num. 3. part. 5. rec. Otthob. deciſ.
28. num. 18. 19. Celſ. dec. 354. num. 4. vbi quod talis aſſertio
non poteſt redargui, quod emanauit erroneè, niſi error
concludenter iuſtificetur, & in Piſana Tenutæ 23. Ianu. 17
1666. §. quibus accedit cor. R. P. D. meo Bourlemont.

Neque ad impediendam petitam immiſſionem poteſt
Clementino ſuffragari exceptio retentionis ex cauſa le-
gitimæ Conſtantiæ competens, ex perſona Franciſci,
& Ludouici filiorum Hipolytæ, cum enim ipſi Inuenta-
rium bonorum eiuſdem minimè fecerint, quin potiùs
quamdam domum in foro Boario dotalem Hipolytæ,
alienauerint, nec de ea reddant rationem, præſumptio
Iuris eſt, quod ea in legitimam ſibi competentē, ipſi im- 18
putare voluerint, ad text. in l. Marcellus 5. §. res, quæ ff. ad 19
Trebell. Rota in Romana Domus 13. Martij 1662. coram
Emin. Cerro §. imò cum alijs cumulatis in Bononien ſepara-
tionis bonorum 25. Maij 1668. §. argenta confirmata 18. hu-
ius menſis coram Me, & in omnem caſum cum Clemen-
tinus

Digitized by Google

tinus dd. Domos controuerſas, per decennium, & vltrà poſſederit, vel ex fructibus illorum ſatisfactus remanſit, de omnibus detractionibus ſibi competentibus aut ſaltē eius creditum, inde remanſit illiquidum, ideoque inſuf
21 ficiens, ad retardandam petitam à Monaſterio immiſſionem. *Rot in Bonon fideicommiſſi de Amorinis 17. Martij 1664. § fin. cor. R.P.D. meo Priolo & in Firmana fideicomm. 9. Iunij eiuſdem anni cor bo me. Emerix, § pro reliquis, cum ſeqq. & in Roman. fideic 2. deciſ. 1667 cor R P.D. meo Ottalora & in Romana bonor. 4. Iulij præteriti cor. R.P. D. meo Beuilaqua vtrobique, §. fin.*

Et ità vtraque &c.

Emin. D. Card. Carpineo.

Caſalen. Prætenſæ Nullitatis Contractus.

Mercurij 19. Iunij 1669.

ARGVMENTVM.

Contractus locationis, & emphyteuſis, non reſcinditur, vigore *l. 2. C. de Reſcind. Vendit.* niſi clarè conſtet, de læſione, vltra dimidiam, quæ excluditur, ex pluribus hic enumeratis. Minor, præcipuè mercator, obligatur ſine ſolemnitatibus, in acquiſitione Emphyteuſis, & in contractu locationis tanto magis, ſi acquirat ab Eccleſia, & contractus habeat iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus cenſetur locationis, quando affictus correſpondet fructibus.*
2 *Secus quando ſoluitur anticipatè, pro pluribus terminis.*
3 *Contractus cenſetur emphyteuticus, ex perpetua conceſſione, ſolutione laudemij, pœna caducitatis, & alijs.*
4 *Conducta, vt recedat à contractu, requiritur læſio vltra dimidiam.*
5 *Et idem eſt de emphyteuta.*
6 *Pactum redimendi minuit tertiam partem valoris.*
7 *Contractus emphyteuticus dicitur iuſtus, quando annuus redditus 20. annis valorem rei non ſuperat.*
8 *Penſio, quæ ſe conformat cum redditu ſolito dicitur iuſta.*
9 *In emphyteuſi à principio ſolet dari certa quantitas, & annuatim quid modicum.*
10 *Contractus non deſinit eſſe emphyteuticus, quando pro eo ſoluitur penſio correſpondens fructibus.*
11 *Læſio excluditur, ex quo læſus nullum damnum patitur.*
12 *Læſio non attenditur in contractu qui ex poſt fit damnoſus dum poterat eſſe lucroſus.*
13 *Onera de natura emphyteuſis, non attenduntur, ad arguendam læſionem.*
14 *Pactum reſarciendi conuenit naturæ emphyteuſis.*
15 *Bona emphyteutica Eccleſiæ non ſubiacent collectis laicorum.*
16 *Minor contrahens cum Eccleſia non tenetur ſeruare ſolemnitates ſtatuti.*
17 *Minor pubes validè obligatur ſine ſolemnitatibus iuramento.*
18 *Clauſula,* ſincerè, fideliter, *habet vim iuramenti.*
19 *Sed non inducit periurium.*
20 *Minor acquirit emphyteuſim ſine ſolemnitatibus in contractibus minorum requiſitis.*
21 *Minor mercator validè contrahit ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs.*
22 *Etiam in rebus non pertinentibus ad mercaturam.*
23 *Mercator non matriculatus publicè exercens mercaturam eſt verè mercator.*
24 *Notarius qui publicè ſe gerit pro notario validè ſe rogat etiamſi non ſit deſcriptus in albo notariorum.*
25 *Nullitas contractus Eccleſiæ ab ea ſolum allegari poteſt.*

DECISIO LXXIII.

Ex capite læſionis, & nullitatis, impugnabat Benedictus Poggius contractum inueſtituræ vnius domus, cum Stabulo, quam perpetuo, & fratrum nomine, anno 1656. ſuſceperat à Capitulo Caſalen. pro filijs maſculis legitimis, & naturalibus, ac pro omnibus, ex vero matrimonio, per lineam rectam deſcendentibus, mediante ſolutione dublarum decem aurearum, pro laudemio, & annua promiſſione dublarum ſex ſimilium pro affictu, ſed, neutro ſubſiſtentiam habente, Rota ſenſit, Contractum prædictum ſubſiſtere, vt prius ſenſerat Vicarius Caſalen. & deinde A. C.

Nã, ſiue contractus iſte acciperetur pro locatione per-
petua, vt ſuadere poterat annua præſtatio dublarum, ex 1
fructibus rei venditę, ferè correſpondens, vt præmiſſa, no-
mine affictuum, in duobus terminis, anticipatè, vt fieri
ſolet, in conductionibus, præſoluenda ex not. per *Carocc.* 2
de locat. & conduct. par. 4. in princ. tit. de reſcind. vendit. num.
46. 47. ſiue ille conſiderandus eſſet pro contractu em-
phyteutico, vt indicant tempus perpetuæ conceſſionis,
ſolutio laudemij, pactum trahendi, ſingulo nouennio, 3
copiam Inueſtituræ, cui adiecta fuit pœna caducitatis,
quę potiùs conueniunt naturæ emphyteoticæ, vt expo- 3
ſitis varijs, inter vtrumque contractum, differentijs, lo-
culenter habentibus, apud *Card. Mantic. de tacit. & amb.*
conuent. lib. 22 tit 2 & apud Menoch. de præſ. 105. adhoc,
vt ex capite læſionis locum habeat conditio *l. 2. C. de reſc.*
vend. probari debuiſſet conductorem, ſeu emphyteotam
tempore contractus, magnum incommodum, damnum-
que habuiſſe intolerabile, ità vt remanſiſſet, vltrà dimi-
diam deceptus, vt de conductione, tradunt communiter 4
Canoniſtæ, & ſignanter *Anton. de Butr. Io. de Imol. &*
Abb in c propter ſterilitatem de locato, Fulgoſ. in l ſi mer-
ces §. lus maior, ff. eod. Roman. conſ. 423 num. 2. Corn conſ.
128. num. 26. verſ. alia autem eſt opinio lib. 2. Pariſ. conſ. 38.
num. 22. 23 lib 1. Alex. conſ. 3. num. 6. lib. 1. ac Rot. in Roman.
locationis 2. Maij 1657. §. inquam cor. Veroſpio; de emphy-
teutica, verò tradit, *Cagnol. in l. 2. num. 203 C. de reſc. vend.* 5
Fulgin de emphyt. tit. de contract. qu. 28 num 2. verſ. retenta
tamen, Valaſc. eod tract. q 13 num. 19. verſ. ſed quamuis, &
latè diſcuſſo articulo, fuit dictum in *Romana Emphyteu-*
ſis 12. Decembris 1664 §. quis præmiſſis coram Beuilaqua,
& in alia *Romana Emphyteoſis 14. Maij 1666. § eadem fa-*
cilitate coram Me.

Huius autem intolerabilis damni nulla adducta fuit
probatio concludens, quin potiùs DD. contrariũ deſum-
pſere, ex annua reſponſione dublarum ſex, quam, non
exceſſiuam, ſed ſatis modicam reputarunt, ſiue regulan-
da eſſet à valore rei conductæ, quam conſtat alias 1623.
fuiſſe duplarum 150. cum pacto redimendi quandocum-
que diminuente de vero valore contra tertiam partem 6
iuxta alleg. per *Tiraque de retract conuent. in præfat. num.*
20. *per Couarr. lib. 5. var. c. 10. num. 1.* cum alijs adductis *in*
deciſ Mart. Andr. 109. num 4. in Rom. Domus 24. Aprilis
1667. *§. talis coram Beuilaqua,* ſecundum quam penſio
non exceſſiſſet ſcuta tria pro centenario, & tamen ſalua-
tur iuſtitia contractus emphyteotici, quoties annuus red-
ditus in 20. annos collectus, valorem rei non ſuperat *iux.* 7
tex. in auth perpetua vbi gl. in verſ. iuxta approbata in c. 2.
vbi gl. in verſ. ſubtiliter 10. *quæſt.* 2. & in corpore, vnde ſu-
mitur *in §. quia vero læſionis, de non alien. & permut. rebus*
Eccleſ. Tiraquel. de retract. conuent. § primo gl. 6. nu. 18. Ar.
Pinell. in l. 2. part. 3. cap 4. num. 29. C. de reſc. vendit. Specul.
in tit de locato, §. nunc aliqua in 7 quæſt. verſ dicitur, Natt.
conſ. 49. numer. 168 & conſil. 498. numer. 10. ac Rot. in Præ-
neſtina Simulationis Contractus 16. Iunij 1660. coram
R.P.D. Veroſpio.

Siue

Siue potiùs regulanda eſſet, ex ſolito redditu ipſius rei
cum diuino Iore dedicaretur, vt inquiunt præfati, *textus
in auth. perpetua, & in §. quia verò Leonis*, cumq; ex text.
conſtet pluries hanc domum, cum ſtabulo, fuiſſe loca-
tam, pro duplis 9. annuis, & quandoque etiam pro ma-
iori penſione, vt vnus, ex illis refert, *E l'habbiamo affit-
tata 8. 10. e ſino in 12. doppie di Spagna*. Certior reddi-
tur Iuſtitia huius annuæ præſtationis reſtrictæ ad duplas
ſex; indubitata namque eſt Iuris regula, quod penſio il-
la dicitur iuſta, quæ ſe conformat cum redditu ſolito, *Pi-*
8 *nell.in d.l.2.par.1.cap.3 num.18 C. de reſc. vend. Roman.
d.conſ.423.num.1 Natt.conſ.49.num.16.Valaſc de Iur.em-
phyt.q.11.num.10.Rot.dec.424.num.15.cor.Buratt. & in
Romana locationis 20.Febr.1660 § fin cor Veroſp.*

Et quamuis, vt inquit *Bart.in l.1.C. de Iur emphyt. in
prin.* ſolet in contractibus emphyteoticis ab initio dari
9 certa quantitas, & deinde annuatim quid modicum, non
indè ſequitur, quod, ſi à principio, vel nulla, vel modi-
ca, vt hic, quantitas numerata fuit, & iuxta quot annis
conſtituatur penſio redargui poſſet contractus de exceſ-
ſu, vel deſinat eſſe emphyt. vt in his præciſis terminis,
10 aduertit, *Natt.conſ.49.num.18.* & ſenſit *Rot.in alleg. Rom.
emphyt. 4. Maij 1666. § præterea cor. Me.*

Sed magis confirmata fuit congruentia, & Iuſtitia hu-
ius contractus, ex facto ipſiuſmet Poggij inueſtiti, quan-
doquidem ille hanc eamdem domum cum ſtabulo ſta-
11 tim ſoblocauit Iuliæ Beccamaiori, vita illius durante, pro
eodem Canone, & cum eadem ſolutione laudemij, vndè
quælibet vmbra læſionis fugatur, nullumque vel mino-
rum damnum remanſit, & ſi aliquod temporis ſucceſ-
ſu, ſuper veniſſet, non eſſet habendum in conſideratio-
ne, de eodem modo poterat lucrū euenire, ità vt ob hanc
12 incertitudinem contractus ſoſtinetur, quidquid ex po-
ſteà eueniat *c. adhæc nauiganti extra de vſuris c. ex pathio-
ne 8. q. 2.* & per d. Iura *Rom.conſ.423. in fin. optimè Rot. in
Rom emphyt. 11. Decembr. 1664. § quibus opinionibus, & §.
præterea cor. Beuilaqua*, & latiùs *in d. Rom. Emphyt. § quo-
niam, & ſeqq. cor. Me.*

Non obſtant onera in augumentum læſionis conſide-
rata, quia pleraque ſunt de natura emphyteoſis, vt eſt
13 promiſſio laudemij, exhibitio inueſtituræ, ſingolo no-
uennio, pęna caducitatis, & prælatio fauore Capituli re-
ſeruata, in caſu alienationis; Illud autem, de reſarcienda
domo, pariter conuenit naturæ emphyteoſis, *l. 2. C. de*
14 *Iur. emphyt. & Rot. in Rom Canonis 21. Iunij 1666. cor. Re-
uerendiſſ. D. meo Decano*, & demùm illud de ſoluendo ta-
xas Cameræ Ducali, non erat, in conuentione, cumque
bona eſſent Eccleſiaſtica, non poterant eſſe huic oneri
affecta, niſi in prædictis taxis concurrerent omnia illa re-
quiſita, quæ recenſent magiſtrales Deciſiones, *in Brun-*
15 *duſina Gabellæ 17. Febr. 1604 cor. Pen. in Albanen. Gabel-
læ, ſeu onerum 902. nu 55. & ſeqq cor. Merl. & in Barchio-
nen. exemptionis 20. Iunij 1636. cor. Coccin.* cum quibus ſo-
let tranſire Sac. Cong Immunit; & ſæpius reſoluiſſe, in
his taxis Ciuitatis Caſalis, aſſerebant informantes pro
Capitulo.

Vendicata, ex prædictis, ab obiecta læſione, iuſtitia
contractus faciliùs fuit illius validitatem preſeruare à vi-
tio nullitatis, quod reſultare prætendebatur ob non ſer-
uatas ſolemnitates Statuti Caſalen. in contractu minorū
25. annis; quoniam eliſa prorſus, & Inefficax viſa fuit
operatio huius Statuti reſpectu illorum contractuum,
quos minores ineunt cum Eccleſijs Laicorum ordinatio-
ni non ſubiectis, vt not. communiter *in l. fin. C. de ſacroſ.*
16 *Eccl Caſtr conſ.432. n. 2. verſ. 3 principaliter lib. 1. Rot.* paſ-
ſim, & ſignanter *in dec. Verall. 194 part. 3.*

Maximè, quando Sacramento firmati ſunt, notiſſima
conſtitut. Feder. in auth. Sacram puber. C. ſi aduer. vendit.
17 ob quam geſta à Puberis non retractari, nec etiam, ope
reſtitutionis in integrum, dixit *Rot. dec. 120. num. 3. 4. &
406. nu. 1 cor. b. m. Greg. XV.* Habet autem, in præſenti cō-
tractu, vim, & efficaciam iuramenti clauſola illa *ſincerè,
fideliter, & prorſus inuiolabiliter, Pariſ. conſ. 110. num. 39.
vol. 1. Natt. conſ. 479. nu. 12. & conſ ſeq. nu. 14. in ſpecie Surd.* 18
deciſ. 154. nu. 2. & 225. n. 1. & latè *in tract. de alim. tota qu.
24. ſex. 9* vbi *nu. 4. & ſeqq.* firmat, quod talis clauſula, ex-
ceptu periurio, habet omnes alios effectus iuramenti, &
quod ex eo, quod ceſſat timor periurij, non ceſſat virtus 19
Iuramenti, per quam actus confirmatur, & tequitur, *Cy-
riac contr. for. 196. nu. 137. Andreol. contr. 339. nu. 18.*

Præterea viſum fuit penitus remoueri. hoc obiectum
nullitatis, ex eo, quod minor, accipiendo rem in liuellum,
non alienat, ſed vtiliter acquirit, ideò opus non habet ad-
hibere ſolemnitates, quas ipſemet Dux Mantuæ profite-
tor in Proemio Statuti requiſiuiſſe, ne fragile minoris cō-
ſilium multis captionibus, & inſidijs exponeretor, & quā-
uis, in conſequentiam horum contractuum obligetur ad
annuam præſtationem, tamen hæc obligatio inest acqui-
ſitioni, & tamquam pretium emphyt. primariò non cō-
ſideratur, ſed vti acceſſoria permittitur, vt in ſpecie con- 20
cludit, *Valaſc. de emphyt. q. 36. nu. 3. Merl. de pign lib. 2. tit.
1. q. 39. nu. 13.* & declarat, *Pariſ. conſ. 85. num. 9 lib. 3. Grat.
diſc. for. 242. nu. 22.* cum alijs alleg. per *Groſſ. de contr. inſp.
3. cap. 38. num. 5. & ſeqq.*

Cumque Ipſemet Benedictus contrahendo, ſe merca-
torem enunciauerit, intrat eiuſdem Statuti exceptio, per
quam minores 25. & maiores 20. qui publicè mercantur,
& mercari conſueti ſunt, habilitantur, citrà tamē diſtra-
ctionem bonorum immobilium, ad contrahendum quod
eſt etiam Iuris communis diſpoſitioni conforme ob præ- 21
ſumptam illorum induſtriam, & ſagacitatem, quæ facit,
vt aliorum auxilio, & prudentia non indigeant, vt habe-
tor, *in l. 1. vbi Bart. & Bald vterq. n. 4. C. qui. & aduer. quos
Rot. in Roman. negot. cor. R. P. D. Robuſterio apud Marcheſ.
par. 1. fol. 728. & poſt Zacch. de oblig. camer. dec. 192. num. 7.*
latiſſimè *in dec. 284. nu. 13. & ſeqq. par. 9. in rec.* quæ exce-
ptio reſtringi non poteſt ad concernentia mercaturam,
quia verba illa exceptiua Statuti, qui ſe obligari poſſint,
& contrahere valeant, non admittunt hanc reſtrictionē, 22
ſed reducunt tales Contractus ad diſpoſitionem Iuris cō-
monis, ſecundum quam minor mercaturam exercens
validè contrahit, in concernentibus mercaturam vt
probat in ſpecie *Rom. conſ. 318. nu. 5. ac Rot. dec 192. nu. 11.
in fin. poſt Zacch. de oblig. cam. & in d. Terracinen. pecunia-
ria 25. Iunij 1655. cor. Veroſp.*

Nec propria facilitate, Benedictus aſſeruit ſe eſſe Mer-
catorem, dum teſtes formiter examinati referunt a 14. ſu-
per ætatis anno, mercaturam exercebat Io: Baptiſta fra-
ter, & ſubdunt, quod ille erat valdè ſagax, & in gerendis
negocijs optimè verſatus, vnde licet non probaretur, fuiſ-
ſe matriculatom, non inde ſequeretur, quod communi 23
omnium opinione, pro publico negociatore, non habe-
retor, quod ſufficit ad ſubſiſtendum contractum, ab eo
geſtum, vt ſubſtineatur, fidē facit Rogitus illius, qui pu-
blicè ſe gerit pro notario, licet in Albo Notariorum non
reperiretur deſcriptus, *iuxtà notiſs text. in l. Barbarius. ff. de* 24
Proconſul. Pariſ. conſ. 17. nu. 9. lib. 4. cum alijs recollectis per
Gabr. de Publ. concl. 8. num. 25. & in noſtris term. per *Pic.
ad Stat. Vrb. cap. 151. gl 7. num. 309.*

Minorem conſiderationem meruit, altera nullitas, de-
ſumpta, ex defectu beneplaciti Apoſtolici, quia planum
eſt, quod Eccleſia volente, non poſſit contrahens cum 25
illa nullitatem allegare, ſed cogi debeat ad illius obſer-
uantiam, *tex. in c ſi qua de reb. dub. qu. 2.* quem poſt *Vgon.*
Ita, *eligit gl. in c. 1. in verb. ſed vacante paulò ante fin. extra
de ſed. vacant.* & ſequitur, ibi, *Oſtien. Butr. & Panormit.* &
communiter notant ſcribentes *in cap. 1. de his quæ fiunt à
Prælatis*, ſine conſenſu capituli, maximè, quod hoc Ca-
pitulum Caſalen. ex ſpeciali indulto, *Leonis X.* fundato
in antiqua conſuetudine, habet priuilegium inueſtiendi
bona Immobilia etiam in emphyteoſin perpetuam, ſine
beneplacito Apoſtolico, vt in copia eiuſdem in *Summar.
addit.*

Et ita vtraque parte &c.

Eminentiſs. D.Card. Carpineo.

Licien, Saluiani.

Mercurij 19. Iunij 1669.

ARGVMENTVM.

Ingrediens Mnnaſterium, ſi renunciat, reſeruata ſibi aliqua portinne, cum hoc, quod portio reſeruata nnn poſſit ſpectare ad Monaſterium, & Superiores, licitè operatur, & d. reſeruatio intelligitur, quoad vſum, permittente Superiore.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca datur in annuis præſtationibus, quando pro illis ſunt obligata bona.*
2 *Limitatur, quando ſunt obligati ſolì fructus.*
3 *Saluianum non denegatur, probata hypotheca, & poſſeſſione partis.*
4 *Attentatis cenſetur renunciare, qui permittit pronunciare ſuper negocio principali.*
5 *Statur aſſertioni Notarij, quod iura tranſumptata concordent cum originalibus.*
6 *Ingrediens Monaſterium, quomodo ſibi aliquid reſeruet, cum conditione, quod ſuperior non poſſit ſe ingerere, nec prætendere ius in ſumma reſeruata,*
7 *Monacus nihil habet in proprietate, & omne, quod habet eſt Monaſterij.*
8 *Papa non poteſt concedere Monaco proprietatem bonorum,*
9 *Ingrediens religionem, ſi renunciat, & ſibi aliquid reſeruet cum hoc, quod reſeruatum non acquiratur Monaſterio, hæc conditio intelligitur, permittente Superiore.*
10 *Pactum interpretatur, vt non ſit contra ius, & illicitũ.*
11 *Pœna ad fauorem alicuius illi ſoli prodeſt, & ab eo ſolum allegatur.*
12 *Alienata ex neceſſitate, non recuperat tertius non obſtante prohibitione.*
13 *Relictum ſeruo acquirit Dominus.*
14 *Succeſſor continuare debet ſolutionem, quam facit auctor.*

DECISIO LXXIV.

ANtequam Petrus Angelus Brocca ingrederetur Religionem S Benedicti Congregationis Cœleſtinorum diſpoſuit donatione irreuocabili inter viuos de vſufructu ſuorum bonorum ad fauorem Sibillæ Auiæ paternæ, de proprietate verò ad fauorem Franciſci Mariæ Patrui, & ſuorum, & ſibi annuos ducatos 70. reſeruauit erogandos in emptinnem librorum, aliarumque rerum ſibi per Superiorem permittendarum, pro quorum faciliori exactione ſingulo quadrimeſtri facienda redditus aliquos ſpecialiter deſignauit, voluitque, vt ſequuta ipſius donatoris morte poſt emiſſam profeſſionem in locum ceſſantis annuæ præſtationis teneretur Donatarius, & illius hæredes perſoluere infra duos annos Monaſterio S. Crucis Ciuitatis Liciæ ducatos octingentos veluti conſtat ex donationis inſtrumento *Proc. de partib. fol. 23.*

Sequuto verò ingreſſu, ſed antequam profeſſionem emitteret timens donationem iſtam aliquem pati poſſe defectum, ex quo nihil in ea titulo legitimæ reliquiſſet auiæ maternæ præuia illius reuocatione ad aliam ſimilem deuenit de licentia Ordinarij, & iuxta formam S. Concilij, in qua parum ab antecedenti innouando reliquit d. auiæ maternæ annuos ducatos 42. & ducatos octingentos poſt eius obitum Monaſterio ſoluendos reduxit ad quingentos ex inſtrumento huius ſecundæ donationis eodem *Proc. fol. 20.*

Cum verò profeſſione iam emiſſa hæredes Donatarij hos annuos duc. 70. perſoluere renuiſſent, Monaſterium ex perſona dicti Religioſi nunc Abbatis Don Henrici nuncupati immiſſionem obtinuit ab Ordioario Licienſi ſuper bonis in rubricis, & articulis deſcriptis, quæ ſunt illamet, quæ Franciſcus Maria donatarius anno 1630. ſpecialiter aſſignauit pro annuis ducatis 52. ad computum duc. 70. reſeruatorum, & alia ſunt bona ab eodem Franciſco Maria poſſeſſa, & pariter tàm in inſtrumentis donationum, quàm in iſto aſſignationis pro reſiduo dictæ annuæ præſtationis hypothecata.

Confirmata hac ſententia in gradu appellationis in Tribunali A. C. cauſa fuit delata ad Rotam, quæ agnoſcens non obſtare exceptionem attentatorum his ſententijs obiectam ſub prætextu alterius abſolotoriæ, & latæ ab eadem Curia Licienſi anno 1643. voluit vt de bono iure videretur, quod reſolutum eſt hodie conſtare ad fauorem Monaſterij.

Incontrouerſum eſt enim creditum illius annuorum ducatorum 70. quæ in vtraque donatione ſibi reſeruauit Don Henricus ſua vita durante, & clara, incontrouerſaque eſt hypotheca, quæ in annuis præſtationibus ſemper datur quoties pro illis obligata ſunt bona, vt notat 1
Bart. in l. Lucius ff. de alim. & cibar. legat. & in l. fundum quem, ff. de ann. leg. & diſtinguendo inter obligationem certi fundi pro annua reſponſione, & obligationem fructuum pro faciliori exactione, *Angel. in l. Hactenus,* 2
numer. 3. verſ. Vnde nota, ff. de vſufr. & ſuus ſenſus gloſſ. in dicta l. qua hodie incipit vſufructu legato 7. in verbo ab ea verſ. vel refert, Neguſan. de pignor. part. 2. memb. 4. nu. 164. verſ. ſed ratio prædicta Scapucc. de Saluian. lib. 1. q. 14 n. 6. & multis alleg. Grat. diſcept. forenſ. 256. nu 49 & 50.

Nec vlla fuit difficultas ſuper alijs requiſitis huius remedij, quoniam Teſtes in proceſſu *de part. fol. 34.* referũt Franciſcum Mariam poſſediſſe vſque ad obitum bona deſcripta in rubricis, ſeù articulis, & quod illa modò poſſidebat Io: Paulus Scardinus illius hæres, & reddunt optimam rationem ſcientię, quia ſciuo tam illum, quam iſtum fructus prædiales percepiſſe, & habitaſſe domos, quibus concurrentibus Saluianum non denegatur, *Bart.* 3
in l. 1. nu. 2. ff. de Salu. interd. & in l. 1. in princ. ff. de precar. cum alijs concord. recollectis per Neguſan. de pignor. part. 8 memb. 7 num. 19.

Nulla verò ex oppoſitis exceptionibus apta fuit retardare immiſſionem, prima enim, quæ repetebatur de præcedenti ſententia abſolutoria, quã ſubſequentes non reuocarunt, viſa fuit non ſubſiſtere ex multis rationibus in particulari dubio attentatorum ponderatis, & pręcipuè, quia ſententia illa abſoluebat tantum ex deductis in illo proceſſu, cumque nota fuiſſet Scardino reo conuento, vt patet ex proteſtatione, & inſtantia, de quibus in proceſſu *fol. 29. & 30.* Si poſtea non opponens de hac exceptione faſſus fuit non ſolum admitti Monaſterium ad probandum, ſed etiam ad fauorem illius bis pronunciari in negocio principali, adeò ſibi præiudicauit, vt videatur huic exceptioni renunciaſſe ſecundum doctrinam, *Angel. de Peruſio*, qui dicit Curiam ita iudicaſſe *in l. et cui, ff. de appellat. recip. Lancellott. allegatis* 4
multis reſolutionibus Rotalibus de attentatis lite pendente, part. 2. cap. 4. limit. 16. number. 14. & trib. ſeqq. quod agnoſcens Rota merito reiecta prætenſione attentatorum voluit videre de bono iure.

Eiuſdem ponderis erat altera exceptio, quod iura ſuper quibus fundatur creditum Monaſterij non eſſent in forma probanti, cum in eis deficerent nomina Teſtium clauſula, Actum, & ſubſcriptio Notarij rogati; Etenim hæc omnia ſublata fuerunt vnica reſponſione, nempè quod conſtat ex proceſſu, protocolla Notarij rogati de prædictis iuribus extare penès Actuarium Curię Epiſcopalis, vbi lis agebatur, ideòq; ſufficere ipſum teſtari, quod iura prædicta concordent cum originalibus penès ipſum conſeruatis iuxtà tradita per *Rot. in Rhegmen. beneficij 6. Febr. 1668. §. quod autem coram R. P. D. meo Ottalora, &*

ſub-

Digitized by Google

ſub huius ſubſcriptionis forma tranſomptata io eodem
proceſſu leguntur iura ad inſtantiam paris producta,
proc. fol.10.& 27. à tergo.

Tota igitur exceptionum releuantia reducebatur ad
tertiam oppoſitionem ſundatam in conditione appoſita
reſeruationi duc.70. videlicet. *Quod non permittentibus
Superioribus, ſeù Sede Apoſtolica, quod dicti annui ducati
70. tàm in totum, quàm in partem peruenirent in vtile, &
commodum, & ad diſpoſitionem ipſius D. Henrici, tali caſu*
6 *non poſſit, neque valeat eius Religio prætendere perceptionem
dd. annuorum duc.70. ſeù partem illorum deuolui
ad ipſam, ſed dd. annui ducat.70. vt ſupra reſeruati ſint,
& intelligantur donati*; Cui conditioni ſatisfactum non
dicebatur per licentiam obtentam à Sac. Congregatione
ſuper negocijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſita,
quæ liberum Superiorum Religiunis aſſenſum abſulutè
non approbauit, ſed ſolum ſub ſequentibus reſtrictiuis,
videlicet: *Dummodò annuus reditus à Procuratore Monaſterij
exigatur, & recta via deferatur in commune depoſitum,
& tunc de manu Depoſitarij, & de licentia Superiorum
ipſe Orator recipiat quantum, & quatenus opus
fuerit, & in ſuas religioſas neceſſitates applicet, applicatorumque
quoties à Superioribus fuerit requiſitus rationem
reddat, & reſiduum in communes Monaſterij neceſſitates
erogetur*; Hæc oamque limitata facultas ampliurem,
quam ſibi Pater Henricus per modum conditionis reſeruauerat,
facultatem omninò excludebat, itaut purificata
eſſet conditiu, ſob qua etiam hos ducatos 70. ſob
donatione compræhendi intellexerat iuxtà *gloſ. in l. Lucius
Titius 28. §. Tres heredes verbo de omn. ff. ad Treb.*
& cõmuulter habetur *in Auth. excipitur, C. de bon. quæ lib.*

Sed Domini re benè conſiderata exiſtimarunt hanc
reſeruationem cootinere conditionem impoſſibilem, &
omninò repugnautem, cum Monaco aliquid habere nũ
permittator in proprietate, ſed totum ſit Monaſterij, *cap.*
7 *non dicatis 12. q. 1. Auth. Ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccl.* adeoq;
annexa eſt regulæ Monacali pruprietatis abdicatiu, vt
contra eam nec Summus Põtifex poſſit licentiam indulgere,
vt concludit *Text. in cap. cum ad Monaſterium de*
8 *ſtat. Monach. & dixit Rot. cor. Pen. dec. 1214. in fine*; Vnde
cum *Bart & Ang. in d. Auth. excipitur, nu. 2.* Ioferebaot,
quod non poterant dicti ducati 70. reſeruati peruenire in
vtilitatem, & commodũ dicti P. Henrici, quin ſimul Monaſterio
quærerentur, aliàs eſſet, quędam repugnantia, &
contradictio, quæ vitiaret ſopradictam reſeruatiouem,
*Alber. de Roſato in d. Auth. ingreſſi, num. 16. verſ. Sed quia
Paulus in d. l. Lucius, §. tres heredes, n. 4. ff. ad Treb.* Hinc
ad ſubſtinendum actum memorata renũciationis verba
ſic intelligi debere, vt Monaſterium patiatur d. Henricũ
duc.70. reſeruatos habere eo modo, quo poteſt, & vt ſub-
9 dit idem *Bart. loco alleg.* conuiuentibus oculis, ſicut in his
terminis *doctr Bart. ita explicat gl. in d. dec. Pen. 1214. n. 6.*
& in pũcto reſeruatioois factæ à Religiuſo intelligendæ
quoad vſum ex licentia Abbatis, & ab ipſo reuocabilem.
Sanch. ad præcept. Decalog. lib. 5. cap. 4. num. 98. Licèt verba
in ſenſu improprio vſurpare upos eſſet, quod multis
alleg. confirmat lib. 7. cap. 17. num. 4. & 5.

Huic iuridicæ luterpretationi nihil repugnat licentia
Sac. Coogreg. quia reſtricta reſeruatione ad ſolũ vſum,
10 & commoditatem Monaci reſeruantis, neceſſariò ſequitur,
quod iotegrum maneat Ius Superioris hunc vſum
reuocãdi, & ad proprias, & honeſtas neceſſitates reſtringendi,
cum hoc modu ſaluetur reſeruatio, vt in niltilu
pugnet cum Religionis ſubſtantia, quemadmodum ſimile
pactum, de quo in *cap. fin qui Cler. vel vouen.* ità iotęrpętata
fuit *gl. ibi ver. vt in domo, ac Innoc. n. 2. Io: Andr.
n. 9. Bart. in Auth. ingreſſi, n. 29. Dec. n. 20. Iaſ. num. 36. C. de
Sacroſ. Eccleſ.* & in dubiu ita eſſe intelligendam *trad.
Sanch. ad præcept. Decalog. lib. 5. cap. 4. n. 98. & lib. 7. cap. 17
nu. 25.* & ploribus confirmat *Barb. de poteſt. Epiſc part. 3.
alleg. 103. n. 3. & 4. ac Rota adducta dec. Pen. 1214. n. 7.*

Præterea magis ſubtili obſeruatiuue aliqui aduertebant,
quod talis prohibi io, ne Religio præteodere poſſet
perceptionem dd. ducat. 70 inducta fuit fauore Monaci,
vt illus magis liberè haberet, ideoqoe intelligenda erat, 11
vt Munaſterio nullom ius quæreretur illo inuitu *Bart.
qui dicit caſum eſſe in l. qui vſusfructus §. ſi ita ff. quãd dies
leg. cedat in ſua qu diſputata Peruſia quæ incipit Quidam
reliquerat, n. 16.* Parumque refert, quod adijciatur perſona,
quæ dd. aonuos legatos repetere poſſet, quando illos
Monaſterium prætenderet, quia etiam tali caſu inuito
Munaco pęna nun committitur, vt reſuluit idem *Bart.
loco ſuperius adducto, nu. 17.* qui duo furtiſſima numeris
ſequentibus pro ſua ſententia affert argumenta, exemplum
videlicet prohibitæ alieoationis, quæ ſi fiat ex ne- 12
ceſſitate, tertius non admittitur ad reuocandum, vt in
propoſitu ex iuris neceſſitate acquiritur Monaſterio, &
exemplum vſus, & vſusfructus, in quibus adeſt tacita legum
prohibitio, ne in alium transferatur, & tamen ſi relinquitur
ſeruo ſola illius contemplatione certum eſt, 13
quod Domioo quæritur, *& Bart. ſequutus eſt Sanch. d.
libr 7. cap. 17 num. 10.*

Cum igitur Pater Henricus ex cuius perſooa Monaſterium
agit, contentus ſit licentia eo modo, quu ſuit impetrata
à Sacra Congregatione, nihil eſt, quod ſuffragari
poſſit Scardino pro prætextu differendæ huius annoæ
præſtationis, quam Franciſcus Maria eius Auctor uunquam
diſtulit, immò vt promptius, & facilius eam Pater 14
Henricus conſequeretor vſumfructum nonnullorum
corporum vita ipſius durante aſſignauit.

Quamobrem ex præmiſſis concluſum fuit vndiqoe
redundare bonum ius Monaſterij; Vtraqoe, &c.

R. P. D. Bourlemont.

Licien. Saluiani.

Lunæ 23. Iunij 1670.

A R G V M E N T V M.

Confirmatur proxima Deciſio, in qua habetur, valere
renunciationem, factam à Monaco, reſeruata
ſibi annua præſtarione, cum pacto, quod Monaſterium,
& Superiores, nihil prætendere poſſent,
de portione reſeruata.

S V M M A R I V M.

1 *Donatarius obligatus ad aliquid ſub conditione, non adimpleta conditione non tenetur.*
2 *Monacus quicquid acquirit, acquirit Monaſterio.*
3 *Conditio illicita pro non ſcripta habetur.*
4 *Inſtrumentum carens nomine Pontificis, & Principis non vitiatur.*
5 *Nomen Pontificis extrà ſtatum Eccleſiæ, non eſt neceſſarium in inſtrumentis.*
6 *Clauſula, actum, &c. non eſt de eſſentia, quando conſtat de Rogitu Notarij.*
7 *Maximè vbi adeſt conſuetudo.*
8 *Stylus circà inſtrumenta probatur à Notarijs.*
9 *Conſuetudo tollit ſolemnitates iuris.*
10 *Conditio contra ius poſita in diſpoſitione, quomodo intelligatur.*
11 *Relictum Monaco, cum hoc, quod non quæratur Monaſterio, quomodo valeat, & debeatur.*
12 *Verba, & pacta interpratantur modo, quo validè fieri poſſunt.*

D E C I S I O L X X V.

PRodit in hac cauſa Deciſio ſub die 19. Iunij anni
elapſi coram Reuerendiſſimo Domino Datario, in
qua luculeutiſſimè firmatum eſt cooſtare de bono Iure
Monaſterij, & proindè immiſſionem ei cooceſſam ex
Saluiano ſuper quibuſdam bonis obligatis pro annua

I 2 præſta-

Digitized by Google

præſtatione ducat.70. quæ ſibi Petrus Angelus Brocca
vita durante ſoluenda reſeruauerat in donatione om-
nium bonorum ſemel, atque iterum facta fauore Fran-
ciſci Mariæ patrui, illuſque hæredum, antequàm profi-
teretur Religionem Sancti Benedicti Cõgregationis Cę-
leſtinorum, aduerſus, quam reſolutionem conceſſa noua
Audientia hæredibus Donatarij immiſſionem impu-
gnantibus, cauſa hodiè coram Me ſubrogato in locum
Reuerendiſs. Datarij, ſuper deciſis examinata, in eis ſtan-
dum eſſe Domini iudicarunt.

Non obſtante duplici exceptione, contra deciſionem
repetita, altera ſcilicet, quod Iura à Monaſterio exhibita
non ſint in forma probanti præter defectum nominis
Teſtium, atque Pontificij, ſicut & indictionis, & clauſu-
læ actum, &c. altera vero, quod dicta annua præſtatio
reſoluta cenſeretur fauore Donatarij ob expreſſam diſ-
poſitionem donantis, per hæc verba conceptam, *quod
non permittentibus Superioribus, ſeu Sede Apoſtolica, quod
dicti annui ducati 70. tàm in totum, quàm in partem perue-
nirent in vtile, & commodũ, & ad diſpoſitionem ipſius Do-
mini Henrici tali caſu, non poſſit neque valeat eius Religio
prætendere perceptionem dictorum annuorum ducatorum
70. ſeu partem illorum deuolui ad ipſam, ſed dicti annui
ducati 70. vt ſupra reſeruati ſint, & intelligantur donati*,
qui caſus eueniſſe dicebatur, dum nec à Superioribus, nec
à Sede Apoſtolica talis facultas fruendi pro libitu plena
diſpoſitione dictorum annuorum ducatorum 70. con-
ceſſa fuerit, immò reſtricta modo prorſus contrario ha-
bebatur ex licentia impetrata à Sacr. Congregatione ſu-
per negotijs Epiſcoporum, & Regularium conſtituta,
quæ abſolutam, atque indefinitam Superiorum Reli-
gionis permiſſionem non approbauit, ſed temperauit
ſub hiſce conditionibus nempè, *Dummodo annuus reddi-
tus à Procuratore Monaſterij exigatur, & recta via de-
feratur in commune depoſitum, & tunc de manu Depoſi-
tarij, & de licentia Superiorum ipſe Orator recipiat quan-
tum, & quatenus opus fuerit, & in ſuas religioſas neceſſi
tates applicet. applicatorumquè quoties à Superioribus fue
rit requiſitus rationem reddat, & reſiduum in communes
Monaſterij neceſſitates erogetur*, ex quo arguebatur, vel
1 dictam annuam præſtationem ducatorum ſeptuagin-
ta, cenſeri Donatario remiſſam ob non adimpletam
conditionem ad *tex. in l. vnica §. ſin autem, C. de caduc.
tollend. & gloſſ. in l. Lucius Titius 78. §. tres hæredes. ff. ad
S. Conſ. Trebellian.* vel tale pactum, quod Monacho re
ſeruentur ducat. ſeptuaginta ad eius vtile, commo-
dum, & diſpoſitionem ea lege, vt nihil Monaſterio quę-
ratur vti contradictione, & pugnantia laborans, cum
2 Monachus non poſſit aliquid habere, ſed totum acqui-
3 rat Monaſterio, *Can. vnico 18. q. 1. & authent. ingreſſi, C.
de Sacroſ. Eccleſ.* omnino vitiari, & pro non ſcripto ha-
beri *l. ſi Titius. ff. de condit. inſtit. & l. vbi pugnantia, ff. de
reg. iur. & l. vnic. C. de his, quæ pæn. nomin.*

Nam quoad primam exceptionem DD. dixerunt de-
fectum nominis Teſtium perperam fuiſſe allegatum,
cum in rei veritate vtrique donationi legatur nomen
appoſitum, vt ex oculari inſpectione conſtitit, & In-
ſtrumenta carentia nomine Pontificis, Imperatoris, vel
4 Principis non ideo in ſubſtantia vitiari ex allegat. *apud
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 235. numer. 8. verſic. ſatis ta-
men*, eoque magis, quod agitur de Inſtrumentis roga-
tis extra Statum Eccleſiæ *Butr. in Prohem. decretal. in
verb. Gregorius numer. 19. ibique Abb. numer. 14. Bartol.
5 in l. ſi quis ex argentar. §. ſi initium, numer. 24. in fine, ff.
de edend. Rot. coram Buratt. deciſ. 878. num. 5.* neque di-
ci imperfecta ob non appoſitam clauſulam *actum, &c.*
dùm conſtat de rogitu Notarij, in Prothocollo exiſten-
te apud Actuarium Curiæ Epiſcopalis Licien., quando
6 enim apparet de rogitu Notarij clauſula *Actum* non di-
citur de eſſentia ſcripturæ *Menoch. conſil. 48. numer. 16.
Cur. Iun. conſil. 162. numer. 1. Ruin. conſil. 152. numer. 12.
in fin. Rot. deciſ. 250. numer. 3. parte prima, & deciſ. 413.
num. 4. parte quarta recent.* addendo inſuper eo loci vi-
gere conſuetudinem non vtendi dicta clauſula; quod
ſufficeret ad ſuſtinendum inſtrumentum, *Dec. conſ. 11.
numer. 9. verſ. ad hoc fundamentum, Rota dicta deciſ. 878.* 7
numer. 7. coram Buratto, de qua conſuetudine non eſt
dubitandum, attento Teſtimonio Notariorum loci,
quibus circa ſtylum illarum Partium, fides eſt adhiben- 8
da, vt latè *Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 59. num. 12. Ale-
xand. conſil. 138. numer. quinto in fine lib. primo, Rot. deciſ.
64. num. 19 parte 11. recent.* per quem ſtylum, & con-
ſuetudinem cenſetur derogatum ſolemnitatibus à Iu-
re requiſitis, vt inquit, *Mangil. de ſubhaſtat. 7. d. quæſt.* 9
59 num. 12. eaque eſſe omnino attendenda declarat *Gui-
dopap. deciſ. 22. numer. primo in fine, verſic. ſed contra-
rium, & Rot. deciſ. 34. numer. 17. apud Poſthum. de
ſubhaſtat.*

Quo vero ad ſecundam exceptionem DD. perpende-
bant dictum *gloſſ. in l. Lucius Titius 70. §. Tres hæredes,
ff. ad Senatuſc. Trebellian.* eſſe controuerſum, nam qui 10
dicunt contrarium videntur dicere melius iuxta opinio-
nem *Bart. in dicta l. Lucius Titius numer. 3.* & contra
eam facere, & vrgere *Text. in authent. licet Teſtator,
Cod. de Epiſcop. & Cleric.* notat *Bald. in ead. authent.
numer. 2.* eamque quæſtionem *à dicta gloſſ. excitatam
ſoluit Bartol. in authenth. excipitur, C. de bon. quæ liber.
vbi numer. 2.* dicit relictum Monacho ſub conditione,
quod non quæratur Monaſterio, hoc modo debere
intelligi. nempe, *quod Monaſterium patiatur illud ha-
bere eo modo quo poteſt conniuentibus oculis, vt l. 4. in
principio. ff. de manu. & ſic nihil quæratur Monaſterio* 11
ſcilicet facti, & ſi expreſsè caueretur, quod nihil Iu-
ris quæratur Monaſterio *Bartol. reſpondet eodem modo
nihil Iuris ſcilicet, afferentis vtilitatem Monaſterio, ſed
patiatur Monaſterium illud Ius exequi*, multis etiam
modis dictum eius *gloſſ.* aggreditur, & ſubigit *Bald.
in l. vnica, Cod. de his, quæ pæn. nomin. numer. 43. in
fine, & numer. 44.* ibi, *nam conniuentibus oculis permiſ-
ſu Superioris Monachus poteſt habere proprium ſicuti
ſeruus, vt ff. de manumiſſ. l. 4. & dicitur proprium ad
vſum non proprium propriè*, & paulò infra. *Item con-
cludendum eſt, quod legatum valet, & ceſſat pœna
priuationis, quando pœna eſt adiecta contra Ius, vt ff.
de oper. lib. Cerdon. & ſimile reperit in dicta authent.
licet Teſtator, Cod. de Epiſcop. & Clericis, numer. pri-
mo*, ibi, *& eſt ratio quia, talis diſpoſitio non poteſt mu-
tare formam à Iure communi conſtitutam, vt ff. de ad-
miniſtrat. tutel. l. quidam decedens, & l. nemo poteſt, ff.
de leg. primo*, ſed cum his omnibus rationibus non po-
tuit non cognoſcere vim conditionis conſideratæ *à dict.
gloſſ. vt patet ex eo, quod ſcribit in eadem l. vnica, Cod.
de his. quæ pæn. nomin. ante numerum 44.* ibi, *Septimo
quæritur, Teſtator reliquit vſumfructum Monacho hac
conditione, quod ſi Abb. eum moleſtaret caderet à lega-
to, modo Abb. moleſtauit eum, & vult habere vſum-
fructum pro Monaſterio, & quia Monachus proprium
habere non poteſt, quæritur quid Iuris gloſſ. reſpondet Te-
ſtamentum ſeruandum, vnde ſi Abbas moleſtat lega-
tum expirat, vt ff. ad Trebellian l. Lucius Titius, §.
Tres hæredes Abb. quoque dictum gloſſ. poſt explicatum
ſenſum Bartol. alio modo intelligit in capitul. 2. numer. 7.
de ſtat. Monach.* ibi, *hoc dictum, vt ſalua ſit Bartol.
authoritas intelligerem, quando Religioſus haberet ad-
miniſtrationem illius relicti in caſu licito, puta vt diſpen-
ſaret ad ipſos vſus, quod eſt licitum, etiam Religioſo, vel
vt conuertat ad vſum veſtimentorum, vel librorum, &c.*
& infra, *ſed quæritur, & eſt dubium ſecundum Bartol.
quid ſi Abb. nollet conſentire, vt iſta habeat adminiſtra-
tionem? credo quod relictum non valeat ex defectu con-
ditionis.*

Ex quibus colligitur dictam ſummam ducatorum
ſeptuaginta, deberi Monacho, pro vſu, & commo-
ditate in licentia præſcripta, in eaquè nullum effectum
conditionis animaduerti poſſe, dum Superiores aſſen-
ſum præbuerunt, quicquid eſſet dicendum ſi diſſen-
tirent,

Digitized by Google

tirent, & verba ad vtile, & commodum, & diſpoſitionem ipſius Enrici noo aliud importare, quàm facultatem vtendi, & fruendi, prout ſtatui Religioſo connenit, ex Regulari axiomate, quod verba actus, & pacta intelligi debent, quo validè fieri potuerunt, & ſubiectæ materiæ congruit, *l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur. l. Inſulam, ff. qui potior in pig. l. cum pater dotem, ff. de pact. dotal. l. damni infecti* la 3. *§. ff. de damn. infect. Angel in l. ſi ità ſtipuler in fin. ff. de verb. obligat. Areim. in l. ſi ſic ſtipulatus ſub num. 6. verſ. ſecundo, quæritur. ff. eodem Dec. conſ.* 31. *num.* 52. *verſ. & non poteſt lib. primo*, quo loci dicit poſt Bald. hanc interpretationem eſſe neceſſariam, cui adſtipulatur *Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 11. num. 3.* vbi plura, & in ſimili caſu obligatiooem ſoluendi annuam præſtationem ſcutorum octuaginta eidem Monacho cum pacto, quod Monaſterium, ſeu Religio nihil prætendere poſſet, intelligendum eſſe iuxta prædicta reſpondet *Rot. coram Burat. deciſ. 584. numer. 10. cum tribus ſequentibus*, ibique aduertit eſſe mentem Sacræ Congregat. Concilij quæ de hoiuſmodi anouis præſtationibus ſubueniri debere Monaci neceſſitatibus pluries declarauit.

Alia exceptio ſuper præcedenti ſententia abſolutoria per ſubſequentes non reuocata abuodè ſublata fuit in deciſione Reuerendiſſimi D. Datarij, & proinde non alia reſponſione indiget.

Et ita vtraque parte &c.

Emin. D. Card. Carpineo.

Mediolanen. Bonorum.

Vener. 27. Aprilis 1668.

ARGVMENTVM.

Bona alienata, pro detractionibus, non veniont, in reſtitutione fideicommiſſi. Trebelliaoica, vt non detrahatur, ob ſubſtitutionem piæ cauſæ, dict. ſubſtitutio debet eſſe, in diem certum, noo conditionalis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum, ſi exequendum ſit, contrà bona hæreditaria, debet probari, quod bona, ſuper quibus, petitur executio, ſint hæreditaria.*

2 *Conceſſa remiſſoria ad probandam aliquam rem, donec terminetur proceſſus remiſſorialis, ſuſpenditur diſputare de illa re.*

3 *Detractiones competentes grauato, non veniunt, in reſtitutione fideicommiſſi.*

4 *Sententia in iudicatum tranſacta non debet in dubium reuocari.*

5 *Exceſſus probatur, ex quo datur alicui plus debito.*

6 *Probata alienatione bonorum, alienans non poteſt excipere de detractionibus.*

7 *Alienatio ad hunc effectum, debet præcedere deductionem detractionum.*

8 *Hæres grauatus, pro detractionibus, ſibi competentibus, poteſt alienare bona ſubiecta fideicommiſſo.*

9 *Hæres alienans pro detractionibus, non moleſtatur, à fideicommiſſario.*

10 *Trebellianica non detrahitur de fideicommiſſo reſtituendo piæ cauſæ.*

11 *Etiamſi filij primi gradus fuiſſent inſtituti.*

12 *Etiamſi reſtitutio facienda eſſet piæ cauſæ, mediatè, non immediatè.*

13 *Contrarium procedit, quando pia cauſa eſt vocata, ſub conditione, & in diem incertum.*

14 *Bona ablata à fideicommiſſo, pro Trebellianica, in fideicommiſſum non incidunt.*

15 *Sententia à peritis data, præſumitur valida niſi doceatur de errore.*

DECISIO LXXVI.

Vigore Mandati Rotalis, cępit Carolus Litta poſſeſ-
ſionem Bonorum omnium, ad quæ Franciſcus
Bernardus Cruceus Cappellam B. Mariæ in loco Zoriæ
Maioris ſubſtituerat, ſed hanc poſſeſſionem, vti exceſſi-
uam, impugnantes Hieronymus, & alij de Medijs tria ex-
ceſſus capita diſcutienda propoſuerunt, die 16. *Nouemb.*
1667. nimirum, reſpectu bonorum, & Vineæ, in Terri-
torio Burgi Legnani Dotalium Magdalenæ Burræ, quæ
tunc conſtituit Rotę, non fuiſſe hæreditaria Franciſci Ber-
nardini, & conſequenter, non compræhenſa, in manda-
to reſtricto ad bona, per ipſum tempore obitus, poſſeſſa, 1
iuxtà rationes deductas, in *dec. d. die edita à §. cum enim
vſque ad §. circa alia*, cum quibus hodie DD. tranſierunt.

Secundò reſpectu nonnullorum corporum, quæ ad
hæreditatem prædictam, noo pertinere, aſſerebant, ſub
prætextu, quod oon fuiſſent à Teſtatore acquiſita, ſed à
Diamante eius fratre germano, & in his viſum fuit Rotæ
noo iuſtificari exceſſum, ex multis fundamentis, de qui-
bus, *in d. deciſ. à §. circa alia vero, vſque ad §. exceſſum de-
nique*; Cumque ſuper iſtorum meliori iuſtificatione, 2
pendeat adhuc proceſſus remiſſorialis, ideò, ono vene-
ruot in præſenti diſputatione.

Tertio deoiqoe reſpectu bonorum, quæ pro detractio-
oibus competentibus Carolo Aurelio filio teſtatoris, libe-
rè poſſidebantur, ab hæredibus grauatis, nec veniebant,
in reſtitutione fideicommiſſi, & in his reformando deci- 3
ſionem DD. reſponderunt, conſtare de exceſſu.

Quooiam, facto, ex nouis ſcripturis, melius dilucidato
iuſtificatum eſt, Iacobum, & Io. Ambroſium de Cruce
tertio loco vocatos, pariterque in caſum obitus, ſine filijs,
grauatos reſtituere bona Cappellæ vltimo loco, ſubſtitu-
tæ, pro firmando hoius hæreditatis Statu, ac pro dedu-
cendis detractionibus, adijſſe Iudicem, ad ſignom Galli,
& citatis omnibus iointereſſe habentibus, & ſignanter, Ca-
rolo Litta, pro Intereſſe Cappellaniæ, obtinuiſſe præuia
diligenti deſcriptione, & æſtimatione booorum, à perito
Iudici aliter facta, tot ex bonis hæreditariis, ſeparari, & ſi-
bi ipſis aſſignari, quot importantia detractionum, ex per-
ſona Caroli Aurelij, competentiom adæquabaot, quæ
ſententia, ob non interpoſitam à d. Litta, oeque ab alijs,
appellationem, in iudicatom tranſacta, non poteſt hodie
in dubium reuocari, *ad tex. in l. ſi ſeruus plurium §. ſi hære- 4
ditatis, ff. de leg. 1. Rot. dec. 299. num. 7. 8. par. 11. recent. &
in Neapolitana hæreditatis 27. Iunij præteriti, §. his poſitis,
coram Me.*

Cum igitur, ſententia prædicta, ab hæreditate Ber-
nardini Teſtatoris detraxerit Dotem Magdalenæ Vxo-
ris *lib.* 7000. legitimam Carolo Aurelio filio debitam *lib.*
12078. *& ſol.* 10. nec non & Trebellianicam *lib.* 6039. *ſol.*
5. & pro his detractionibus, inſimul conſtituentibus Sum-
mam *lib.* 25117. *ſol.* 6. *den.* 2. Imper. tot bona, & credita hę-
reditaria iuxtà relationem periti iudicialiter electi, præ-
dictis Io. Ambroſio, & Iacobo aſſignauerit, inexcuſabi-
lis, in hac parte, viſus fuit exceſſus, dom octo, ex his cor-
poribus ſeparatis, & conſequenter non compræhenſis, in
mandato Rotale occupauit Carolus Litta, vt facta com-
binatione, inter ſententiam prædicti Iudicis ad ſignum 5
Galli, & inſtrumentum poſſeſſionis adeptæ, per Littam
pluſquam euidenter demooſtratum eſt.

Nec ſaluari poteſt exceſſus prędictus, ob reſponſiones
datas, *in deciſione in §. exceſſum denique vſque ad finem*,
quod ſcilicet, ob moltas alienatiooes, ab his hæredibus 6
grauatis factas, non potuerint illi ampliùs excipere, de de-
tractionibus, quoniam nulla probata fuit alienatio, quæ
dictam ſententiam Iudicis, & aſſignationem præceſſiſſet
& illæ quæ ſubſecutæ fueruot, tamquam de bonis, quæ
per dictam aſſignationem, iam euaſerant libera, & de 7
proprio alienantiom patrimonio, nullum eiſdem potue-
runt præiudiciom inferre, quin ſuper remanentibus, vti
ab omni reſtitutionis ooere immunibus, liberam, & paci-

ficam poſſeſſionem continuare potuerint;nam,quemad-
modùm hæredi grauato promittitur, res ſubiectas fidej-
8 commiſſo alienando, pro quartis, ſibi eligere. vt expreſ-
ſè docet *Vulp. in l. Marcellus §.res quæ, ff. ad Trebell.* cum
multis ad propoſitũ cumulatis *in dec.concl.* 20 *n.*10.ita,&
fortiori ratione,ſi à Judice,pro ſuis detractionibus aliqua
hæredi ſint aſſignata corpora , non poterit io illis à fi-
deicommiſſario inquietari, alioquin fruſtranea eſſet , de-
ductio, ſi quod vna manu, deductum eſt per aliam eſſet
reſtituendum, vt inquit, *Caſtr.conſ.*18.*num* 19.20.*libr.*1,
cum alijs congeſtis, per *Moder.Roman. diſcept*,265.*nu*,7.
& ſeqq.

Et licet aliqui dubitauerint,de iuſtitia memoratæ ſen-
tentiæ, reſpectu detractionis libr.7000. pro integra dote
Magdalenæ Burræ Vxoris Franciſci Bernardini fidei-
committentis, cuius partem libr 4500. hæredes d.Coniu-
gis, viro iam defuncto, in partitis 65. & in vna petia Vi-
neæ in Territorio Legnani iam exegerant , vt aduertit
præcedens deciſio in § *cum enim*, nihilominùs obſerua-
tum fuit, in ſenteotia , non fuiſſe pro detractione huius
ratæ dotis ſeparata,& aſſignata alia bona teſtatoris , ſed
hæc ipſa , poſt mortem viri, à DD, hæredibus recepta
fuerunt, eijſdem denuò aſſignata, vt clare conſtat , ex
relatione periti, ad quam ſe refert ſententia , & apertiùs
deſumitur, ex actibus d. ſententiæ impreſſis , in quibus
habetur relatio ad Inſtrumentum aoni 1636. in quo fa-
cta fuit datio in ſolotum ,

Sed maior fuit aliorum dubitatio. pro bonis detractis,
pro quarta Trebellianicæ,quàm de voiuerſali fideicom-
miſſo piæ cauſæ , reſtituendo non detrahi, tenent ſe-
10 cundum magis commuoem opinionem , in iudicando
ſeruandam *Iacob. de Bell Fulgoſ. & Ang. in §.ſi autem
Auth. de Eccleſ. tit.Specul.in tit.de Inſt. Edict. §. compen-
dioſe, verſ. ſed cum deductio, Bart.& Bald.in l.Marcellus
ad Trebell.* & alij quamplures relati , per *Tiraquell. de
priuil pia cauſ. priuil* 27. *& à Michael. Craſſ. in §. Tre-
bellianico part.*6.*verſ contrariam partem*,quod procedit ,
licèt, vt hic , filij primi gradus fuiſſent ioſtituti , *Bald.*
11 *in auth. ſimiliter. num.*7. *ff ad l.Falcid. Cagnol in l. Papi-
nianus, & §. meminiſſe. ff. de inoff.teſt. Curt. Iun.conſ.*120,
num 13 cum alijs per *Ant. Gabr tit.de Trebell concl.*51,
*num.*2, & quando reſtitutio non ſolùm immediate , ſed
12 etiam mediatè facienda eſſet piæ cauſæ , vt io caſu pro-
poſito accidit *Bald.in l alia, §.Titio, ff. de cond. & demon.
Corn.* qui teſtatur de communi, *in auth. ſimiliter, num.*8.
ff.ad l.Falcid. vbi etiam *Roman. ante, numer.*102.*verſic.
item attende , & in conſil,*206.*numer.*7.*Cranett conſ.*137
*numer.*13.*& Burſati.conſ.*48.*num.*16. *libr.*1.*Eman Co-
ſta in cap.ſi Pater verſ.Trebellianica , num.*27. *de teſtam.
in* 6.

Sed ceſſauit pariter, hæc dubietas, ex qoo nec Caro-
lus Aurelius, nec alij fuerunt purè , & io diem certum
onerati reſtituere cauſæ piæ , ſed ea ſub cooditione , ſi
ſine filijs obierint, quo caſu , ob dobiam , & incertam
cauſæ piæ vocationem, pendeotem à conditione , quæ
13 potuit non exiſtere, Trebellianica videtur poſſe deduci,
*Alex. in l.Marcellus,num.*7. *vbi Iaſ.num.*34.*ff.ad Tre-
bell. Roman.conſ.*206. *in fine, Pereg.de fideicom.art.*3 *num.*
65 & præ ceteris *Caſtr.conſ.*321. *nu* 2.*libr.*2.*& magis* in
terminis *Socc.Iun.conſ.*144. *num.*7.*verſic aliquando* , qui
ad propoſitum concludunt , quod bona , pro Trebel-
14 bellianica, ſemel à fideicommiſſo exempta, in fideicom-
miſſum non reinciduot , *arg. text. in l. ſoluta premdentia
ff. de remiſſ pignor.*

Sed has, omneſque alias dobietates , penitùs ſubſtolit
ſenteotia prædicta, de Partibus, quæ citatis citandis,plu-
ribuſque contradicentibus, enunciatas deductiones , ad
fauorem Iacobi, & Io: Ambroſij, de Crucijs, ſtabiliuit ,
quorum hæredes ſunt Hieronymus , alijque de Medis,
vt firmatum fuit, in deciſione , ſuper alia Cappella-
nia , extenſa *die* 13. *huius menſis* ; Cumqoè illa prodijſ-
ſet, iuxta relationes Periti iudicialiter electi , ac ſtatum
15 hæreditatis, cum æſtimatione booorum firmantis , &
deindè tranſijſſet in iudicatum, non poteſt hodiè,in dubium reuocari, ac ſtatui, ſic firmato ſtandum eſt, donec per Littam, vel per alios, in gradu reſtitutionis io Integrum, de errore concludenter doceatur , vt reſponſum fuit, *in Romana Supplementi legitima* 21. *Iunij* 1649. *§. nam ex ſtatu coram Reuerendiſſ. Papien.*

Et ità illis de Medis tantùm informantibus,&c.

Eminentiſſ. D. Card. Carpineo.

Mediolaoen. Hæreditatis,

*Ven.*13.*Ianuarij* 1668.

A R G V M E N T V M.

Caducato teſtamento , per præmorientiam hæredis , corruuot omnia legata , in eo contenta , & vſuſfructus omnium bonorum alicui relictus ,

S V M M A R I V M.

1 *Mortuo herede, ante teſtatorem, omnia in teſtamento contenta corruunt.*
2 *Vſusfructus non cenſetur relictus, cum proprietate.*
3 *Vſufructuarius , ſine proprietate haberi non poteſt pro hærede.*
4 *Legatario, & fideicommiſſario regulariter hæreditas non accreſcit.*
5 *Maximè de legatario vſusfructus.*
6 *Legatum caducatur , per præmorientiam legatarij.*
7 *Caducato teſtamento legata pia remanent.*
8 *Contra.*
9 *Legatario particulari non accreſcit hæreditas.*

D E C I S I O LXXVII.

IN teſtamento condito à Diamante Circeo , inſtitutus fuit hæres Franciſcus Bernardinus eius Germaous frater, & grauatus, ſob hac lege, ad erigendam Cappellaoiam io Parrochiali Eccleſia loci Zorlæ minoris , oimirum, vt quando Iacobus Antonius teſtatoris nepos, eſſet in ſtatu promouendi ad ſubdiaconatum, teneretur illum Archiepiſcopo præſentare, & tunc Cappellania erigeretur in titulum ad hoc, vt perpetuò teneatur ille Miſſas celebrare,& ioterim, donec Iacobus Antonius attingeret ætatem, pro obtinendo ſubdiaconatum teneretur hæres celebrari facere Miſſas ab vno Reuer. mercenario, illique pro eleemoſioa ſubmioiſtrare, vltra congruam domus habitationem Scut.50. auri, quolibet anno,qoæ vt in eius Diamaotis Codicillis,conſtituunt libr. 300.monetæ Mediolani,&c.

Voluit autem quod Iacobus Aotonius poſtquam, vt ſupra electus eſſet , loco aureorum 50. gaudere poſſet vſufructu omniom booorum tam acquiſitorum , quam acquirendorum, & caſu , quo ille aote electionem obijſſet, ordinaoit , vt eligeretur vnus de deſcendentia maſculioa Aurelij Circei nepotis, & ſi eſſent multi, ille maioris ætatis,& io defectum alicuius ex linea Aurelij,maodauit eligi vnum ex agnatione Circeorum, ſed eo caſu noloit Cappellaniam redire ad ſtatum mercenariorum .

Deceſſere, adhuc teſtatore ſoperſtite , tam Franciſcus Bernardinus hæres, quam Iacobus Antooius, & Carolus Aurelius, ſioe deſcendentibus omnes anno 1630. quo tempore Epidemiæ lues graſſabatur , per Ciuitatem Mediolani, vode delata ſucceſſiooe ab ioteſtato Iacobo Circeo proximiori, iſte ad implemeotum huius piæ mẽtis, curauit ab Ordioario deueniri , ad erectionem Cappellaoiæ, in titulum illi aſſignando diuerſa eiuſdem hæreditatis bona .

Cùm

Digitized by Google

Cum vero, prætenderet promotor legatorum piorum redditus omnes d. hæreditatis, ad hanc Cappellaniam pertinere, compræhenſis etiam illis bonis, quæ Diamanti teſtatori, per prædeceſſum Caroli Aurelij Nepotis, poſt teſtamentũ obuenerunt, Variæ ſuper hac prætenſione, prodierunt, in partibus ſententiæ, ſed cauſa ad Rotam deuoluta, dubitatum eſt; an, & ad quem ſpectet hæreditas Diamantis, & deciſum, hodie, ad Capellaniã non ſpectare caducatã; enim ob præmorientiam hæredis, teſtamento, cætera, quæ in eo relinquuntur inualida ſunt niſi for-
1 te teſtator legata, etiam ab eo, qui ſucceſſurus eſſet ab inteſtato, præſtanda diſpoſuiſſet, *text. in l. eam quam ibique gloſ. 1. verſ ſecus ergo, C. de fideicom. 16. l. ſi nemo 9. ff. de teſtam. tut. l. ſi nemo 14. ff. de reg. iur.*

Neque ratione vſusfructus omnium bonorum, quo voluit teſtator, vt gaudere poſſet Iacobus Antonius, nepos, vel aliter, de deſcendentia Caroli Aurelij, quando in illis caderet electio Cappellaniæ, prætendi poteſt, quod hinc accreſcat hæreditas, nam clara ſunt verba teſtatoris, ſolum formalem vſumfructum, morte Cappellani finiendum exprimentia, per modum legati, ibi, *volo quod pro elemoſina pro celebrandis miſſis loco aureorum 50. gaudere poſſit vſufructu omnium bonorum*, ex quibus ſecun-
2 dum *Bart.* diſtinctionem *in l. 4. num. 2. ff. de alim & cibar.* relicta non dicitur cum vſufructu bonorum pro-
3 prietas, & conſequenter Cappellania haberi non poteſt pro hærede, vt dictum fuit *in deciſ.* 108. *num.* 15. *&* 125. *num.* 12. *coram bo. me. Carill.* Nec ad illius fauorem accreſcit hæreditas, licet hæres vniuerſalis non extiterit, vel præmoriatur, quando quidem legatario, ſeu fideicommiſſario regulariter hæreditas non accreſcit ex no-
4 tatis per *DD. in l. & facta & in l. 1. §. ſi ex fundo*, vbi ſignanter *Imol. num.* 10. *&* 17. & rurſus *num.* 76. *&* 82. *ff. de hæred. inſtit.* latè *Peregrin. de fideicomm art. 34. num.* 55.
5 cum alijs per *Bellonum de iure accreſcendi lib. 2. & lib. 7. qu. 11. num. 1.* & in ſpecie de legatario vſusfructus omnium bonorum *Caphal. conſ 436. num. 82. Bellon. loc. cit. num. 10. in eodem capitulo qu. 16. num. 191. Rot. in recitatis deciſ. quæ reperiuntur in par. 8. dec. 82. num. 6. & dec. 329.*

Sed viſum eſt rem poni extra omnem difficultatem, animaduertendo, quod non ſolum fuit caducatum teſtamentum, ob præmorientiam hæredis, ſed & ipſum legatum vſusfructus, ob prædeceſſum Iacobi Antonij, & Caroli Aurelij, ſiue deſcendentibus quorum dumtaxat fauore relictus fuerit, & caſu, quo alter ex illis in Cappellanum eligeretur, quia eo modo, caducatur teſtamentum, reſpectu hæredis præmortui, quo caduca
6 fiunt legata, ob præmorientiam legatarij *l. vnica §. pro ſecundo ff de cad. toll. Seraph. dec. 471. num. 1.*

Itaque quatenus admitteretur, quod caducato teſtamento, legatum hoc, pro celebratione Miſſarum tanquam pium non corrueret, *iux. opinionem gloſ. in d. l. ea*
7 *quod, quam ſequitur Bart. ſub num. 1. C. de fideicomm. & Tiraquell. priuileg. piæ cauſæ priuil. 76.* cuius tamen con-
8 trarium tenet, *Fulgoſ. in d. l. eam*, quam refert, & ſequitur *Viu. dec. 301. num. 3.* alijque per *Theſaurum lun. quæſt. forenſ. 38. num. 10. lib. 4.* tamen hoc non poſſet intelligi, de legato vſusfructus, iam caducato, ſed tantum de legato elemoſinæ, ab hærede præſtandæ Cappellano mercenario iuxta diſpoſita in teſtamento, & repetita in Codicillis quod legatum, cum ſine difficultate ſit particulare non poteſt illi tota hæreditas accreſcere iuxtà latiſ-
9 ſimè deducta per *Bellon. recit. quæſt. 11. num. 1. & pluribus ſeqq.*

Et ità DD. de Medijs tantum informantibus per contradictas reſolutum.

Eminentiſs. D. Card. Capineo.

Rauennaten. Bonorum.

Ven. 20. May 1667.

ARGVMENTVM.

Tranſactio, maximè inter coniunctos, ſubſtinetur, ex ſola cauſa receſſus à lite, & hoc caſu, Contractus dici non poteſt læſiuus. Et, ſi facta fuerit à minore abſente tutore ſufficit, vt ad ſolemnizandam fuerit datus Curator particularis.

SVMMARIVM.

1 *Controuerſiæ tranſactionibus extinctæ non debent reuiuiſcere.*
2 *Tranſactio, inter ſanguine coniunctos, debet facilius ſubſtineri.*
3 *Maximè, ſi ſit obſeruata.*
4 *Cauſa tranſactionis iuſta eſt lis ſuper re ſuper qua tranſigitur.*
5 *Dum per eam lis extinguitur.*
6 *Qui à litibus eximitur valde lucratur.*
7 *Receſſus ab expenſis præbet cauſam tranſactioni.*
8 *Cauſa tranſactionis eſt ſolus timor litium.*
9 *Cauſa tranſactionis narrata ſufficit, vt ſit dubia.*
10 *Impugnans tranſactionem debet docere de ſuo iure incontrouertibili.*
11 *Contractus geſtus à minore, cum præſentia, & approbatione Tutoris præſumitur validus.*
12 *Et facit præſumere, in eo interueniſſe, omnes ſolemnitates.*
13 *Tutor ad vnicum actum, non poteſt dari.*
14 *Etiamſi legitimus abeſſet cauſa Reipublicæ.*
15 *Contrà, quod in abſentia legitimi, datur Tutor ad actus particulares.*
16 *Nec iſte Tutor tenetur ſatisdare.*
17 *Curator dari poteſt ad actum particularem.*
18 *Et in ſpecie ad tranſigendum.*
19 *Aegidiana Conſtitutio habet locum in toto Statu Eccleſiaſtico.*
20 *Statutum particulare tollit conſtitutionem generalem.*
21 *Statutum ſpeciale loci præualet conſtitutioni Prouinciæ.*
22 *Statutum, circa ſolemnitates eſt compatibile cum conſtitutione circa inſinuationem.*
23 *Duæ negatiuæ aſſerunt.*
24 *Solemnitas requiſita à Statuto, cum verbis denotantibus validitatem Contractus, ſufficit in quolibet actu.*
25 *Læſio, vt annullet tranſactionem, debet eſſe vltrà dimidiam.*
26 *Læſio excluditur ex dubio euentu.*
27 *Renouatio in emphyteuſi non habet locum viuentibus compræhenſis.*
28 *Repræſentatio non datur in emphyteuſi Eccleſiaſtica non hæreditaria.*
29 *In emphyteuſi Eccleſiaſtica maſculinum non concipit fœmininum.*
30 *Filij non debent eſſe deterioris conditionis, quam extranei.*
31 *In contractibus emphyteuticis conſuetudo maximè attenditur.*
32 *Vbi eſt conſuetudo fœminæ admittuntur ad emphyteuſim Eccleſiaſticam.*
33 *Hypotheca pro legato dotis incipit à die teſtamenti.*
34 *Hæreditas viri tenetur ad dotes receptas.*
35 *Læſio non inducitur ex dimiſſione Prædij ſuper quo dimittens partem ius habet.*

36 Pro

36 *Pro modico præſenti vtiliter deſpicitur multum, quod eſt futurum.*
37 *Vilis dicitur tranſactio, eo ipſo, quod per eam, à lite receditur.*
38 *Ex ſola lite animi inquietantur, & facultates dilabuntur.*

DECISIO LXXVIII.

TRranſactionem, initam, anno 1643. inter Iacobam Aldobrandinam, vxorem Io: Baptiſtæ Gambæ, ac Petram, & Franciſcam, de Aldobrandinis, infantes, mediante perſona Io: Franciſci, de Cupis, in abſentia legitimi tutoris, ad hunc actum deputati, 20. poſt annos infringere conata eſt Franciſca altera dd. infantium, poſtquam ſe matrimonio collocauit, cum Ludouico Suptio; Et quia præcipuè nitebatur defectui conſenſus, ſine quo poſſeſſio non transfertur, ideò coram locumtenente Ciuili Romandiolæ, inſtituit iudicium manutentionis, & reintegrationis, ad bona per tranſactionem dimiſſa, in quo, contrariam reportauit ſententiam, cui non diſſimilis in gradu appellationis ſucceſſit reſolutio Rotalis, ſub *die 7. Iunij præteriti coram Me*, ſed adhuc non acquieſcens, dum acriter inſtabat, pro conceſſione nouæ audientiæ, placuit Dominis, ſuſpenſo, pro nunc, articulo prædicto, cognoſcere de viribus tranſactionis; Itaque, diſputato dubio; An illa ſubſtineretur, præualuit opinio affirmatiua.

Illa enim, viſa fuit, nec cauſa legitima tranſigendi, neque ſolemnitatibus neceſſarijs, deſtituta, Cumque, ab ea, omnis, vel imaginaria læſio, ex infra dicendis excludatur, hinc fit, vt veniat omnino obſeruanda, ne contro-
1 uerſiæ ſemel, tranſactionibus extinctæ, reſtaurentur, vt
2 inquit *text. in l. cauſa C. de Tranſact.* Maximè, quod fa-
3 cta fuit, inter perſonas ſanguine coniunctas, quæ, diuturno 20. annorum interuallo, illam obſeruant ad *tex. in cap. contingit de tranſact.* cum alijs adductis, per *Rot. apud Ludouiſ. dec. 354. num. 2. apud Canaler. dec. 407. num. 9.* & latè *in dec. 86. num. 1. & pluribus ſeqq. part. 6. rec.*

Illã tranſigendi cauſam ſubminiſtrauit lis præcedens mota contrà prædictas infantes à Iacuba repetente dotem ſibi aſſignatam ab Hippolyto infantium parente, in qua, cum fauorabilem ſententiam reportaſſet, & immi-
4 neret executio, vt, in ipſa tranſactione narratur, eo ipſo dicitur cauſam ineſſe, iuxtà dictum *Pauli in l. in ſumma*
5 *65. ibi, Nam ſi lis fuerit hoc ipſum quod à lite diſceditur cauſam videtur eſſe*, vbi *gloſſ. in verbo nulla ff. de Condict. indeb.* & quidem vtilem, per *tex. in l. quidem C. de pact. l. ſi*
6 *ea* la 2. *C. de vſur.* vbi ſatis lucrari dicitur, qui à litibus eximitur, *gloſſ. in cap. penult. de empt. & vendit.* Ac receſ-
7 ſum à lite, ab expenſis, ac iurgijs ſolam, ac finalem eſſe cauſam tranſactionis pluribus firmat, *Emin. Ottob. deciſ. 25. num. 9. cum duobus ſeqq. ac Rot. in Bononien. de Toſtmis 2. Decembris 1647. §. quia in fine, ac in eadem 5. Iunij 1648. §. fin.* vbi, quod pro ſubſtinenda tranſact. ſufficit timor futuræ litis, *coram Pentingero.*

Hĩc inutiliter ſcribentes pro Franciſca impugnabant Iuſtitiam d. ſententiæ, & mandati obtenti, à Iacoba, contrà bona hæreditaria Eneæ, ſub prætextu, quod ſolum ille, pro dote Iacobæ, legaſſet ſcut. 800. ac reliqua ſcut. 1000. & 200. illi deberentur, ex legato Iacobi patris, cuius, nec ipſæ infantes, nec Hippolytus eius pater, hæredes extiterant. Præterquam enim, contrarium conſtat, ex Inuentario bonorum Eneæ facto ab Hippolyto patre, de quo in proceſſu *fol. 44. à terg.* & ex alio, facto, per tutorẽ Infantiũ, de bonis Hippolyti; eodem proceſſu *fol. 169.* reſponſum fuit, quod, pro ſubſtinenda tranſactione ſatis eſt, quod, ſu-
8 per præmiſſis controuerſiæ, & lites, inter coniunctos exoriri poſſent, quibus partes cautè occurrere voluerunt, ac
9 ſufficit, quod narrata pro cauſa illius remaneant dubia,
10 & quod illa impugnans incontinenti non doceat, de iure ſuo incontrouertibili, vt benè firmat *d. deciſ. Bononien. ſub die 5. Iunij 1648. §. igitur coram Pentingero*, confirmata *coram Reuerendiſſ. Decano 31. Martij 1649. §. alterius*, vbi concordantes referuntur.

Validitatem, verò, huius tranſactionis demonſtrat eiuſdem lectura, ex qua apparet interueniſſe decretum iudicis, ac præſentiam conſanguineorum, ac infantium perſonas auctorizaſſe tutorem ad hunc actum deputa- 11
tum, ob abſentiam legitimi tutoris, qui ad patriam reuerſus, illam etiam approbauit, vndè, vt obſeruauit deciſio, & conſiderat *Bald. conſ. 448. in fine lib. 1.* Inſurgit, ex his, præ-
ſumptio, quod omnia ritè & rectè geſta fuerint, vt plu- 12
ribus adductis. *Surd. conſ. 451. num. 27. Rot. coram Canaler dec. 407. num. 6.*

Hanc validitatis præſumptionem non ſubſtulit repetitum obiectũ, quòd ob abſentiam tutoris legitimi, deueniri non poterat, ad electionem alterius, pro vnico actu, tan-
tum, ſed dandus eſſet tutor vniuerſalis ad omnem rem, 13
iuxtà tex. in l. certarum ff. de teſtam. tut. Dec. qui loquitur, in præciſo caſu, *conſ. 479. num. 3.* licet etiam legitimus ab-
eſſet cauſa reip. iuxtà alium text. *in l. in omnem rem ff. de* 14
tutor. & curat. Quia DD. placuit reſponſio *deciſ. in §. & licet*, quod dum agebatur dumtaxat, de prouidendo Infantibus, de perſona, quæ illarum iura conſeruaret, in expeditione memorati contractus, poterat Iudex, in defectum tutoris legitimi, alium, de conſilio coniunctorum
deputare, ad certam rem, vt ex *Bartol.* firmat *Oſaſch. dec.* 15
89. num. 6. ac reſoluit *Rot. coram Canaler. dec. 207. num. 2.* 16
non obſtante, quòd ille non ſatiſdederat, vt in curatore, 17
etiam ad vnicum actum, videtur requirere, *text. in l. non quaſi in princ. vbi gloſſ. verbo per ſatiſdationem, & in l. ſi ad ſpecies ff. rem pupill. ſalu. for.* & in terminis deputati ad actũ
tranſactionis, *Alex. conſ. 163. num. 2. & 3. lib. 5.* Quoniam 18
recepta eſt, in Rota, opinio *Specul. in tit. de Curat. §. vt autem verſ. & hoc*, quod non admittitur talis exceptio aduerſus curatorem datum, ad certam rem, vel litem, quemadmodum de ſtylo curiæ teſtatur, *Achill. dec. 89. alias 1. de Iudic. ac Put. dec. 130. n. 5. & 6. lib. 3.* ac de curatore, ad certum negocium, in *dec. 216. num. 6. & 7. part. 4. diuerſ.* quod, in omnibus etiam curijs & parlamentis, obſeruari, tradit, *Beltrandus conſ. 121. vol. 3.* ac teſtantur adducti, per *Ioſeph. Ludouic. dec. Peruſ. 48. num. 2. lib. 1.* ac per *Gratian. dec. March. 75. num. 3. & ſeqq.*

Minuſque prædictæ validitati reſiſtit defectus inſinuationis in contractibus minorum omninò requiſitæ, à
conſtitutione Egidiana, quæ per extenſionem *Pauli 3.* lo- 19
cum tenet, in tota Eccleſiaſtica ditione, ex adductis *in dec. 591. num. 15. & 610. num. 1. par. 4. tom. 3. rec.* quia, ex concurſu particularis ſtatuti Rauennæ, dantis præciſam for-
mam, in contractibus minorum, excluditur generalis 20
conſtitutio iuxtà *Conſil. Bald. 201. num. 1. verſ. in contrarium lib. 1.* vbi *ex tex. in l. fin. C. de teſtam.* firmat potius attendi debere ſtatutum ſpeciale loci quam conſtitutionem
generalem Prouinciæ, illumque ſequuntur plures ad- 21
ducti *in deciſ. 343. Seraph. numer. 2. & 333. Buratt. num. 5.*

Nec dici poteſt ſtatutum prædictum eſſe compatibile, cum conſtitutione Marchiæ, ex quo deponat tantum,
circa formam & ſolemnitates adhibendas, in contracti- 22
bus, non autem, circa inſtitutionem, de qua loquitur conſtitutio, adhibendam, poſt contractum, vt in ſtatuto Peruſino obſeruauit, *Rot. dec. 8. poſt Pic. ad Stat. Vrb. & dec. 385. num. 5. par. 2. rec.* & de Ariminenſi *dec. 610. num. 3. & ſeqq. par. 4. tom. 3. rec. & in Ariminen. Bonorum 16. Iunij 1665. §. non releuat coram R. P. D. Beuilaqua.* Quia ad tenorem ſtatuti, de quo agitur *in ſum. Franciſca num. 6.* incompatibilitas eſt clara, dum vult, quod ſeruatis prædictis ſolemnitatibus contrahentes, cum minoribus, tuti ſint, & ſecuri, ac ſi, cum maioribus contraxiſſent, quod ſi
ex implicita ſtatuentium aſſertione ducta, ex duabus ne- 23
gatiuis, quòd contractus, niſi ſeruata forma ſtatuti, non valeant, *Rot. in d. dec. Seraph. dec. 343. num. 3.* & in alia *Buratt. 333. nu. 7.* non dubitauit de incompatibilitate, quanto minus de ea eſt dubitandum, quando ſtatuentes, vt hic explicitè voluere, vt taliter contrahentes, ſint tuti, & ſe-

curi

Digitized by Google

24 curi,vt fuit in puncto concluſum *dec.145 n 28.par.6.rec. & in Bononien Indemnitatis 30.Ian.*1651.§. *nec refragatur cor.R.P.D.Alberg.*

Plura denique, quæ in argumentum læſionis adduce-
bant Informantes pro Franciſca, viſa ſunt tolli, ex ipſius
tranſactionis accurata examinatione. Quandoquidem,
licet ex illa prima facie,videretur,tutorem omni,ferè,ſub-
ſtantia,infantes priuaſſe, nihilominus ponderatis obliga-
tionibus,& oneribus quæ in ſe aſſumpſerunt prædicti Iu-
gales de Gambis, protinus conſtitit illa, vel bonorum
omnium æſtimationem ſuperaſſe, vel ſaltem adæquaſſe,
25 & tamen, vt ex capite læſionis tranſactio reſcindatur
oportet eam longè excedere dimidiam, *Dec. in l. cum ſe
num.1.C.de tranſact.& conſ.303.num.4.poſt medium verſ.
ſed concludo, & conſ.479 num.11. verſ.ex quibus, Cardin.
Mantic.de tacit.lib.26.tit.9.num.29. ac Rot.* ſæpiſſimè *vt
in dec.625.num.7.par.1.715 nu.1. verſ. cum recipitur 281.
num.2.par.6.rec.& coram Merlin dec.92.num.8.& 9.& in
Romana Tranſactionis 15. Decembris 1659.§.ſententia-
rum,& in Bononien.Fideic.de Bonfilijs 5. Maij 1652.§. nec
læſionis coram Veroſpio.*

Et re vera bona, in tranſactione, iugalibus aſſignata,
concordi calculo, non pluris æſtimata ſunt, quam in
Scut.6516. pro quibus, excomputatum fuit creditum
dotale Iacobæ ſcut. 2000. nec non dicti coniuges, in ſe
accollarunt, tot capitalia cenſuum quæ aſcendebant, in
ſorte *ad Scut.*1950. vltrà fructus decurſos, quos ſoluere
pariter promiſerunt,vna cum ſcut. annuis 8. monialibus,
de Aldobrandinis,ac vlterius ſe obligarunt alere ipſas in-
fantes,eiſque in dotem conſtituerunt ſcut.1000.pro qua-
libet, ſi nuberent,ſi verò profiterentur dotem dari ſoli-
tam cum neceſſarijs mobilibus,& apparatibus: Vndè pa-
tet prædictas Infantes longè plus conſecutas eſſe, quam
de rigore prætendere poſſent, quamuis in prædictis cor-
poribus,nulla lis,vel moleſtia extitiſſet, ad cuius dubium
26 euentum,pro excludenda læſione,reſpici etiam ſolet iux-
tà theoricam *Bart. in l.cum alter num.5 ff. de verb.oblig.*
quam ſequitur, *Rot coram Canaler.dec.407.num.3. & in
Bononien.de Bonfilijs §.nec læſionis coram Veroſpio.*

Nec obſtat,quod pupillæ prædictæ domum Rauennę
haberent præcipuam, & tutam aduerſus omnes credito-
res, tanquam illis poſt mortem Hippolyti patris, ſine fi-
lijs maſculis, præuia noua inueſtitura conceſſa à Capitu-
lo Rauennati, ad quod,vt ſuppoſuit, ob lineam finitam
reuerſa fuerat; Quia reſponſum fuit,quod domus huiuſ-
modi renouata antè fuerat anno 1611. Hippolyto ſenio-
ri ſtipulantibus pro ſe, filijs & nepotibus tantum; Vndè
non terminauit,per obitum Hippolyti Iunioris interfecti,
dum adhuc ſuperſtes erat Iacoba illius ſoror, quæ vti ne-
27 ptis,compræhenſa in illa ſuccedebat ad omnimodam ex-
cluſionem pupillarum non compræhenſarum, in d. re-
nouatione, & quæ neque poterunt repræſentare perſo-
nam patris, cum in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quando
non eſt hæreditaria, non detur repræſentatio iuxtà co-
28 pioſè deducta *in dec.219.p.4. diuerſ. & in Vrbinaten. Em-
phyteuſis 7.Iunij 1647.§. nam vbi,coram Reuerendiſſ. Imo-
len.*

Idque non obſtante, quod regulariter, in materia in-
differenti,qualis eſt emphyteuſis, maximè Eccleſiaſtica,
maſculinum, non concipiat fœmininum, iuxtà opinio-
nem *Guid.de Suz. in l.veteribus in princ. ff. de pact.* quam
29 ſequitur *Archid. in c ſi quis ſuadente vol. 3. verſ. aus ſunt
17.quæſt.4.* alijque relati per *Iulium Clarum in §. emphy-
teuſis quæſt.32.num.3. & poſt Rot. coram Seraph. dec.607.
nu.2.*& poſt innumeros,quos adducit,teſtatur de veriori,
Rot.dec.125.num.2.verſ.& hanc p.2.diuerſ. Quoniam, at-
tenta Concordia,Ciuitatis Rauennæ,per quam,bona em-
phyteutica redacta ſunt, ad inſtar allodialium, & effi-
ciuntur tranſitoria, ad quoſcumque extraneos,limitatur
hæc regula,& fęminæ,in defectum maſculorum,excluſæ
non dicuntur,ne ſint peioris conditionis propriæ filiæ,
30 quam fęminæ extraneæ, vt diſtinguendo, tradit *Valaſq.
de Iur.Emphyt.quæſt.41.num.3. Fulgin.eod tract.tit.de ſuc-
ceſſ.in bon.Emphyt.quæſt.9. num.6. & 7.* & ſingulariter li-
mitat,eadem *dec.125. num.35. & ſeqq.p. 2.rec. & Reue-
rendiſſ. D. meus Decanus in Rauennaten. Bonorum 27.
Martij 1651.§.quia præterquam.*

Præterea viſa fuit ceſſare quælibet difficultas,ex con-
ſuetudine huius capituli Inueſtiēdi etiam fęminas, quem-
admodum anno 1543. inueſtiuit Hippolytam vxorem
Leonelli Pij, & poſtremò has ipſas pupillas, ex qua ob-
ſeruantia ſumpſere interpretationē inueſtituræ interme-
diæ,cum in contractibus emphyteuticis conſuetudo ma-
ximè dominetur *iuxta tex in l.1.& 2. C. de Iur. Emphyt.* 31
ità, vt hoc caſu, non dubitetur, quin emphyteuſis rece-
pta, pro filijs, & nepotibus compræhendat etiam fęmi-
nas,vt voluere *Bald.in l.quoties num.5.C.de ſuis ac legit.ac* 32
*Socin. Sen. in l. Gallus §. nunc de lege num. 5. verſ.2.poteſt
etiam de liber. & poſt.* ac ità conſuluit *Rolan.conſ.76.
num.20.21.lib.3.Caphal.conſ.185.num.26.lib.2.*

Similiter non ſubſiſtit prætenſio, quod Infantes præ-
dictæ poſſent à quorumcumque creditorum moleſtijs
defendere prædium Salarniæ, tanquam proueniens, ab
Equite Aldobrandino, qui fęminis deſcendentibus in de-
fectum lineæ maſculinę ſcut.1200.auri,pro dote reliquer-
rat,quaſi quod illis,pro hoc legato,competeret hypothe-
ca,cum anterioritate, à die teſtamenti, ad excluſionem 33
omnium creditorum, qui ſuper bonis eiuſdem teſtatoris
hypothecas acquiſiuiſſent; Quia quicquid ſit,de viribus
huius prætenſionis, illam funditus excludebat prætenſio
eiuſdem Iacobæ, quæ vti pariter deſcendens ab eodem
Equite,ac in gradu proximior, erat anterior in conſecu-
tione huius legati.

Præterea ad excluſionem infantium, poterat Iacoba
vti iuribus dotalibus Franciſcæ Raſponæ vxoris ipſius
Equitis Aldobrandini, nec non Petræ de Spretis nuptæ
Hippolyto eius filio, quarum dotes, vtpotè ab Equite re-
ceptas,reſtituere tenebatur illius hæreditas Æneæ,& Hip- 34
polyto Iuniori,qui dotem Iacobæ promiſerunt; Nec dee-
rant alia debita hæreditatis eiuſdem Equitis, à Iacoba in
tranſactione accollata, & ſignanter cenſus ſcut. 1000.
cum Dominis de Sora Venetis, fauore iugalium, cum
ceſſione iurium poſteà retrouenditus; Vndè facilè co-
gnoſci potuit,quam vanum eſſet,educere læſionem,à di-
miſſione huius prędij,in quo,aut nullum, aut modicum
ius habebant Infantes, & è contrà, quanta illius vtilitas
reſultauerit à conſecutione certa alimentorum, per plu-
res annos, vna cum futura obligatione conſequendi do-
tes,& neceſſarios apparatus; Nam pro modico præſenti
vtiliter deſpicitur multum,quod eſt futurum, ſed incer- 36
tum,iuxtà illud Claudiani, quod iunctum cum vulgari
axiomate,refert in terminis tranſactionis *gloſſ. in l.cum hi
verbo modico ff.de tranſact.*

Cetera, quæ prolixiori calamo, ad elidendam hanc
tranſactionem deducebantur, vti minùs inſubſiſtentia,
DD. reſpuerunt, iterum aduertentes, quod eo ſolum,
quod à lite recedunt, magnum commodum reportant 37
tranſigentes,vt disertè tradit *gloſſ. in c.cum cauſam verbo
reſtituerent verſ.eſt ratio de Empt.& Vendit.l.ſi ea* la 2. *C.
de Vſur.*& ſolet etiam ad hoc allegari bonus *text in
l. Lucius §. fin. in vltimis verbis ff. ad Trebell.* 38

Etenim ex ſola lite animus verſatur, &
facultates dilabuntur, vt inquit,
*Rot.coram Merlin dec.766.nu.
10. & coram Canaler.
dec. 407. nu-
mer.5.*

Et ità vtraque
parte &c.

Digitized by Google

Eminent. D. Cardin. Carpineo.

Rauennaten. Emphyteuſis.

Vener. 15. *Martij* 1669.

A R G V M E N T V M.

Appoſitè, omiſſa diſputatione; An actio renouationis excreeri poſſit contra tertium poſſeſſorem; firmatur, dari immiſſionem, vel ex interdicto, quorum bonorum, vel, vigore l. fin. compræhenſo, in emphyteuſi, contra tertium, in eius præiudicium inueſtitum; & huius occaſione, deciditur, poſſe fęminam admitti ad emphyteuſin Eccleſiaſticam.

S V M M A R I V M.

1 *Actio renouationis datur contra tertium poſſeſſorem.*
2 *Contrà.*
3 *Hac quæſtio eſt valdè dubia.*
4 *Comprahenſus in inneſtitura poteſt auocare bona à tertio poſſeſſore in eius praiudicium inueſtitum.*
5 *Siue, ex interdicto quorum bonorum.*
6 *Siue vigore l. fin. C. de Ed. &c.*
7 *Interdictum quorum bonorum datur ſuper bonis particularibus.*
8 *Non datur contrà titulo poſſidentem.*
9 *Titulus ſuperueniens poſt mortem defuncti non attenditur.*
10 *Et quando titulus cognoſcitur vitioſus.*
11 *Titulus vitioſus non prodeſt poſſeſſori.*
12 *Emphyteuta, & eius ſucceſſor non expellitur priuata auctoritate.*
13 *Maximè ex ſtatuto Rauenna.*
14 *Poſſeſſio capta contra formam ſtatuti nullius eſt roboris.*
15 *Statutum non habet locum in bonis Eccleſia.*
16 *Niſi eſſet approbatum à Papa.*
17 *Et quando habilitat, & inhabilitat perſonas.*
18 *Immiſſio in vim, l. fin. &c. competit exhibenti pro ſe inueſtituram.*
19 *Comprahenſus agit contra tertium in eius præiudicium inueſtitum.*
20 *Fœmina regulariter non admittuntur in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
21 *Quod non procedit quando emphyteuſis reducitur ad inſtar allodialium.*
22 *Emphyteuſis pro filijs, & nepotibus comprahendit fœminas, quando primordialiter inueſtitur fœmina.*
23 *Conceſſio emphyteuſis de bonis incultis vt reducantur ad culturam extenditur ad quoſcumque etiam fœminas.*
24 *Quod procedit etiam in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*

D E C I S I O LXXIX.

inter feudum hæreditarium, & familiare alleg. capit.33.
ſub num.24 part.1.& d cap.21.num 40.part.2, quatenùs
loquitur in contractibus, qui ad ſui validitatem egent
beneplacito, vel aſſenſu, in §. adhuc tamen, verſ. deter-
minantes, in quibus pariter terminis loquuntur omnes
ſupra in contrarium adducti, § & multo magis, & non
obſcurè ſenſit Rota in Nonantulana bonorum 14. Iunij
1610. & 31. Ianuarij 1611 coram Sacrato, vbi pro
hibitio alienandi pariter erat concepta verbis negatiuis
abſque licentia, & ante in Imolen, bonorum 13. Nouem-
bris 1592. & 8. Martij 1596. coram Pamphilio, quarum
vltima impreſſa eſt apud Giouagnon.reſ.44 num.78 lib.2.
& coram Merlin. deciſ.699. num 17. vbi quoque aderat
prohibitio abſque conſenſu, & in rec.237 numer.10. &
ſeqq part.12.

Hinc ceſſant ea, quæ dicebantur de contractu imper-
fecto ratione aſſenſus reſeruati, adeout interim partibus
31 eſſet quandocumque locus pœnitentiæ ex Canal. Sal
gad. & alijs ſupra allegatis §. Quo verò ad tertium; Dum
nos verſamur in contractu, in quo talis aſſenſus non erat
neceſſarius, aut denegabilis; & inſuper non fuit reſerua
tus ſimpliciter, ſed cum cauthela, & clauſula quatenus
opus ſit, & requiratur, & non aliter; Vnde vſque à princi
pio contractus ipſe fuit in implicito Statu validitatis imò
totaliter validus atque perfectus, & ſic neutri partium
locus remanſit penitentiæ, ad text. in l, hæc venditio in
princ. ff. de contrahen. empt l. neceſſariò §. etiam ſi res vbi gl.
& l ſi quis vina ff de pericul. & commodo rei vendit. &
32 traditur in Parij conſ 1. num.230 lib.4. Dec. conſ.179. nu.
3. Surd. conſ.38 num.9 & 20. Afflict. in cap 1. n.12, de Va-
ſal. qui contra conſtit Lothar. Corbul. d tract tit de cauſis
ob alien. irrequiſito Domino factam ampliat.31. num 10.
verſ. & licet daremus negari, & verſ. & vſque adeo non
liceat Molin de primog lib.4. cap 3. num 48. Fulgin. de iur.
emphyt tit. de alienat q.1 num.13 in fine & num.322 pari
ter in fine, Gratian diſcept 514 num 1 cum duob. ſeqq. Rot.
apud Mant. c deciſ.201 num 8. penes Coccin. deciſ.374. n.5.
& apud Pacific. de Salmian. deciſ.67 in fine quam verita-
tem agnouit D. de Luca lib. de feud diſcur.37. num.12.
diſc.50 n.14. & diſc.60 nu.15. quatenus diſtinguit aſſen-
ſum conditionis cauſa adhibitum, vel potius ſolemni-
tatis gratia, & ad abundantiorem cauthelam reſerua-
tum, vt etiam primo caſu non operetur ſuſpenſionem
validitatis contractus, ſed reſolutionem conditione non
ſequuta, & ponderando eam clauſulam quatenus opus
ſit, & requiratur. Rota coram Duran. dec 256. num.16. &
ſeqq. in diuerſ deciſ 519. num.2. verſ. minus facit part.1. &
in ſpecie fuit dictum in alleg. Mantuana Bonorum 28. Ia-
nuarij 1657. coram Emmentiſſimo Domino meo Cerro. §.
33 quia in vtroque & in Romana Emphyteuſis 14. Maij 1666
§. neque obſtat coram Reuerendiſſ. D meo Datario.

Quod autem verſemur in Emphyteuſi libera, & ad
quoſcumque tranſitoria, optimè colligitur ex ipſomet
Inſtrumento inueſtituræ, in quo nedum leguntur clau-
ſulæ ad habendum, in perpetuum & pro hæredibus & ſuc-
34 ceſſoribus quibuſcumque ad tradita per Roland conſil.56.
nu.31 & ſeqq. lib 3 Roſenthal. de feud. cap.9 concluſ.40. n.13.
Capyc. Latr d. conſult.75. ex num.38. pluribus ſeqq. nu.99.
& num 128 cum alijs ſeqq lib.1. Rota in dicta Mantuana
Bonorum dicto § in vtroque, ſed etiam pactum expreſſum
non alienandi in manus mortuas, cum prohibitione
tunc procurandi conſenſum, Inde enim arguitur in alijs
caſibus alienationem permiſſam, & inter perſonas
35 æquales, vt in ſpecie firmat Rota in recent. deciſ 16. nu-
mer.3. part.3. apud Giouagnon dict. reſp.44 num.78. & ge-
neraliter à vi caſus except Afflict. deciſ.45. num.2. Sera-
phin deciſ.980 num 7.

Secundo reſponderunt Domini obſtare Franciſco ſen-
tentiam A. C. inter ipſas met partes latam de Anno 1665
qua declaratum fuit per huiuſmodi cõtractum Vineam
nullatenùs fuiſſe deuolutam, neque Dominicum fuiſſe
obligatum ad petendum, ac obtinendum conſenſum bo:
mem: Cardinalis Columnæ, minuſque ad ſoluendum
aliquod laudemium, ſed eumdem Dominicum, ipſum-
que Frãciſcum litis conſortem à petita per dictum Car-
dinalem aſſociatione abſoluendos fore, & eſſe dict. Sum-
mario primæ poſitionis, num.2. Hac autem ſententia ſtan-
te, fruſtrà ampliùs prætenditur reſolutio contractus ob
aſſenſum non petitum, vel præſtitum, cum Dominus,
de cuius fauore ageretur ob ſequutam deuolutionem di-
cto numer.6. §. Item, ibi, Altrimente detto Terreno deuol-
uto, e s'intenda deuoluto, Iamdiù acquieuerit, nedùm
ſpatio quinquennij appellationem deſerendo ad tradita
per Scacc. de appell. quæſt.17 limit.2 num.28. Gallerat. de 36
renunc. centur.2. cap.163. num.33. Rota in diuerſ. deciſ.119
num.17. verſ nam deſerens part.2 Sed etiam Canones re-
cipiendo Surd. conſil.482. num.13. Amic. d. tract. quæſt.33.
num.5. & ſeqq. Menoch. conſ.355 nu.16. verſ. & eſt ſimile,
Riminald Iun conſ.257. num.7. Fulgin. de emphyteuſi tit. de
var caduc. q 14. num.5 & ſeqq. & nu 26. Rota coram Bu-
ratt. deciſ.617 num 4. & in recent. deciſ.111. num 4 par.11.
Et quod plus eſt Franciſcus ipſe, ad cuius fauorem ema-
nauit, & cui propterea interdicitur impugnatio l. ſi Ser-
uus 53 ibi DD. ff. de legat.1. quatenùs hunc fauorem
ſuff.rre non poſſet, appellare debuiſset, alioquin eam di-
citur approbaſse, ſuoque facto confirmaſse, l.1. Cod. de 37
poſtulan. vulg. cap quoad conſultationem de ſenten. & re
iudic. Surd conſil.360. num.38. & ſeqq. Pen. deciſ 982. n.4.
iuxta impreſſ Lugdunen. Gregor. deciſ.552. eodem num.4.
& fuit dictum in dicta prima deciſione huius cauſæ coram
Eminentiſſimo D. meo Cerro, ſup. alio dubio, §. quod verò
in fin. verſ. maximè. Tantum verò abeſt, quod recla-
mauerit, vt imò per plures actus tendentes in effectua-
tionem contractus videatur aſſenſiſse Summario ſecun-
dæ poſitionis num.9. vſque ad 16. Quin ampliùs non vide-
tur quomodo ipſemet A. C. cui de voto Rotæ hæc cauſa
commiſſa eſt, pronunciare valeat neceſſarium fuiſse aſ-
ſenſum, dum ex iſtomet capite Dominicum abſoluit ad
text in l. quod iuſſit & in l. Iudex poſteaquam, ff de re iudic.
Saluſt. Tiber. in prax. lib.1. cap.53. num.3. ad med. & nu.7.
Ridolphin. lib.1 cap.13. num.577. & Nos quotidie practi- 38
camus in deciſionibus præiudicialibus in eadem inſtan-
tia de ſtylo ſupponendis ad Rotam coram Buratt. deciſ.
596. num.1. & deciſ.857 num.4. poſt Zach de oblig Cam.
deciſ.275. num.1. ac alibi ſæpe, & proinde nedùm, quoad
Actorem, & Reos, ſed etiam quoad Iudicem ipſum, ſen-
tentia illa irretractabilis eſt.

Ceterum non ſine iuridica ſimul, ac benigna ratione
dicebant Domini eumdem Iudicem proceſſiſse, licet
enim Dominicus interdictam haberet facultatem om-
nem vendendi, alienandi, oppignorandi, & donandi
bona Emphyteutica, ea tamen videbatur intelligenda
quatenùs iſtos actus ſubſequeretur plena, realis, & effecti-
ua traditio, per quam nouus homo perſonam Emphy-
teutæ formaliter aſſumeret, vt bene explicat Bald. in 39
cap.1. §. Aut ſi libellario nu.4. verſ. dummodo proceſſerit ad
traditionem tit quibus modis feud. amit. Neguſan de pign.
part.2. memb.2. num.30. verſ. intelligendo tamen Gratian.
diſcept.43. nu.42. Corbul d tract tit de cauſ. priuat ob alien.
limit.33. ſub num.5. Clar. in §. feudum quæſt.31. ſub nu.4.
& quæſt.35 in fine, Alex. Barbat. & alij adducti per Cald.
eod. tract de Emphyteuſi lib.4 cap 5. n.77. verſ. etenim, qui
loquuntur in terminis, vbi adeſt pactum expreſſum non
alienandi tanquam recipiẽs paſſiuam interpretationem
à Iure Grat conſil.78. num.7. & 8 lib.1. Bero. conſ.128. n.11
Burg. de laudem part.2. alleg.30. nu.3. verſ. etiamſi emphy-
teuta, & generaliter firmant Specul. lib.4. par. tit. de em-
phyt. §. nunc aliqua, n.118. Celſ. Hug. conſ.60. num.16. verſ.
ex quibus Guidopap. deciſ.101. numer.1. & ſeqq. deciſ.112.
num.1. verſ. quod verum puto, & deciſ.162. in fine remiſſi-
ue, Mantic. de tacit. lib.22. tit.28. nu.56. Burg. de Laudem.
par.2. inſpect.2. num.1. verſ. oppoſitum, & inſpect.30. nu.20.
Surd. conſil.501. num.3. Cald. d. tract lib.4. cap.5 nu 77. &
ſeqq. præſertim, nu.82. & 85 vſque in fin. & cap.10 per tot.
præcipue a numer.4. Fragoſ de Regim. Reipub part.3. lib.6.
diſput.10 num.7. & ſeq. Roſenthal. de feud d. cap.9. concl.11
num.1.

num.1.& ſeqq. vbi Addent. latiſſimè Lit.C, dicit communem, & omnes ita tenere Valaſc.de Iur.Emphyt.quæſt. 18.num.20. verſ.nec illud admonuiſſe piget vſque ad num. 21. & diſertè explicat Amic. eodem tract. quæſt.2. num.5. & quæſt.12.num.54.ad fin.& nu.16.verſ. quarto, & quæſt. 14.num.6.& quæſt.95.num 8. Rota coram Mantic. deciſ. 27.num. 7.coram Greg. deciſ. 388 num. 2.& dicta deciſ. 520.num.8.inter conſ Crim.Farin deciſ.105. num.20. vol.
40 2 & in recent.deciſ.131.num 4. & ſeqq.par.8. Secus verò, vbi contractus ſit cum reſeruatione vſusfructus, in quo potiſſimum corporalis poſſeſſio conſiſtit, tunc enim prohibitionem non fuiſſe incurſam ob non petitum conſenſum Domini, cenſuit Delphinale Parlamentum apud Guidopap.dicta deciſ.101. num.2. Cuius ſententiam veluti æquiorem ſequuti ſunt Brun.conſ.38. num.6.Bero. conſ.128.num.11. verſ.quare non obſtante, & verſ. & ſatis eſt lib.1 Cald.dicto tract lib.4 cap.10.num.12. verſ.aduerto tamen, & num.53. erga finem verſ. nam etſi verum ſit,
41 vbi quod tunc clauſola Conſtituti perdit effectum ſuũ in ordine ad poſſeſſionem ciuilem Hodiern ad Surd.dicta deciſ.93.num.32.& ſeqq Sola in Conſtit. Sabaud. tit. de iur.emphit.decret in caſibus primæ partis gloſ.1.num.14.in fin. verſ.quod ſi fiat reſeruatio, & num 15. verſ. minuſque petenda inueſtitura donec Donator retinet poſſeſſionem Freccia de ſubfeud. lib.2. tit. quis ſit Princeps prima auctoritas num.9.verſ.ego autem in iudicando ſol. mihi 202.

Quod verò in hoc caſu fuerit reſeruatus vſusfructus, & partes ipſæ intellexerint ipſummet Dominicum remanere emphyteutam patet ex tenore totius Inſtrumẽti rectè perpenſo, ibi enim primò reſeruatur Donanti integra meſſes vuarum (in quibus fructus vinearum conſiſtit, adeò vt quandoque vineæ appellatione ſolæ vites
42 intelligantur l.certo genere vbi gloſ.& DD.ff.de ſeruitutibus Ruſticorum Prædiorum) cum pacto expreſſo, vt cæteri fructus præter vnam Salmam cuiuslibet ſpeciei eſſent ipſius Franciſci (in argumentum quod omnes præintelligebantur in vſufructu Donantis, nè aliàs pactum illud in odium ipſius Franciſci retorqueretur ad Rotam coram Greg.deciſ.65.num.1. benè ad rem Menoch.de præ
43 ſumpt.lib.4.præſumpt.140.num.13) Secundò præſeruatur libera, & abſoluta adminiſtratio, ac dominium, vt ibi dicitur, eius vita durante. Tertiò cuſtodia, incumbentia, & cura eamdem vineam colendi omnibus eius ſumptibus, ac modo, & forma ſibi bene viſis, abſque eo, quod quiſpiam ei contradicere poſſit, tanquam verò, vt ibi repetitur, & reali Domino quoùſque vixerit. Quartò ſolutio Canonum ad trad. per Barbat. de diuiſ. fructuum par. 2.
44 cap.1.num.109.Caſtill.de vſufruct.cap.17.num.14. & 15. Quintò poſſeſſio naturalis ipſius Vineæ d.vita durante; Et ſextò expreſſa reſeruatio vſusfructus eo mortuo conſolidandi cum proprietate ad Rot. coram Buratt. deciſ. 257.num.5.& 6.

Ex quibus omnibus ſicuti tolluntur ea quæ nimis ſubtiliter adducebantur pro ſuſtinenda translatione vſusfructus, & poſſeſſionis in Franciſcum, vt potè quæ rectè intelliguntur ad effectum gaudendi fructibus conceſſis, oblectamento ipſius vineæ, & commoditate Manſionum, cum duo non poſſint eodem reſpectu inſolidum
45 poſſidere Poſth.de manut.obſer.72.num.9.Rot in recent.deciſ.174. num.9.par.8. Ita dubitari non poteſt quin partes habuerint ipſum Dominicum pro vero emphyteuta, & poſſeſſore eius vita durante, & conſequenter nulla interim fuerit mutatio perſonarum, per quam Domini aſſenſus fuerit neceſſarius ex ſupra alleg. & in ſpecie commoditatem illam percipiendi fructus, cum facultate accedendi ad Vineam, eaque gaudendi oblectationis gra-
46 tia non intelligi prohibitam à iure, vel ab homine, tradiderunt Peregrin. de fideicomm.art.40 num.110. Gratian. diſcept.580.num.8.cum ſeqq Salgad. laber. cred par.3.c. 15 per tot.& dixit Rota penes Cenc.de cenſib.deciſ.333. nu. 2.& ſeqq apud Merlin de pignor. deciſ.57.num.4. & ſeqq. cum alijs in recent.deciſ.142 nu.3.par.11. tanquam commoditas illa ſit quid diſtinctum à ſubſtantia ipſius poſ-
ſeſſionis ſibi reſeruatæ per Dominicum, vt aduertit Me- 47
noch.conſil.1022.num.7.Molin.de primogen.Hiſpan lib.1. cap.20 num.10. in fin Pinel.in l.1 par.3.num.39.poſt princ. verſ fateor enim Cod.de bonis maternis Garz. de expenſ.& melior.cap.10.num.33.& 70.Rota coram Merlin dec.843. per tot.& in Tuſcul. Saluiam 22. Maij 1664. §.ſed etiam coram Reuerendiſſ. Zarate.

Minimè obſtante pacto, quo Dominicus ipſe obtinere promiſit aſſenſum, & quidem infrà bimeſtre iuxtà legem Inueſtituræ dicto Summario numero 1.& 6. Quodque Franciſcus poſt ſolutum in vita Donatoris pretium adeò rigoroſum ad conditionem temporum, non debeat eſſe in incerto conſequendi rem donatam; Etenim primum ceſſat ex iam dicta clauſula, Quatenus opus ſit, & requiratur in ventre ipſius inſtrumenti appoſita, cum illa regulet totum contractum, & operetur ne conſenſus veniat impetrandus in vita Donatoris, dum eo tempore
non erat neceſſarius Fulgin. d. tract. tit.de alien. quæſt. 1. 48
num.335. Rota coram Buratt deciſ.560. num. 1.& deciſ. 736.num.4 in diuerſ.deciſ.519.num.3.par.1.& in d.Mantuana bonorum 28.Ian.1658. §. quia in vtroque cor. Eminentiſſ. D.meo Cerro cum alijs ſupra alleg.

Incertitudo verò conſequendi inueſtituram rei donatæ poſt mortem Donantis penitùs euaneſcit, nedùm quia Dominus, vt dictum eſt, tenetur aſſenſum præſtare, & iniuſtè denegatus à Iudice, & ab ipſa lege ſuppletur
Grat.d.cap.43 num.37.& ſeqq.& cap.730.nu.53.& ſeqq. 49
& quod facit lex, facit Rex loquit, de Ponte deciſ.6. num. 12.Rota dicta deciſ.280.num.4. par.1. recent. apud Zach. de oblig.Cam.deciſ.333. num.7. cum cæteris ſuperius adductis; Verùm etiam quia Magnus Comeſtabilis ex tunc videtur eum præſtitiſſe, dum ordinauit Miniſtro receptionem Canonum tàm a Dominico, quam ab eodem Franciſco Nunez, quando vſusfructus cum proprietate fuerit conſolidatus, & totaliter vineæ Dominus euaſerit, ibi, Hauendo Monſignor A.C. con ſua ſentenza dichiarato, che non vi ſia neceſſario il conſenſo del Padrone diretto della Vigna pigliata in Emphyteuſim da Domenico Berti, e donata da lui, o venduta al Marcheſe Nunez, perciò potete riceuere il Canone da detto Berti, non oſtante la dichiaratione della deuolutione, e quando il Nunez ſarà Padrone affatto della medema, dal medemo riceuerete pure il Canone, vt in Summ. Additionali poſtremæ poſitionis; Eiuſmodi
namque receptiones Canonum idem operantur, ac futu- 50
rus conſenſus, ad tradita per Mantic.de tacit.lib.22.tit.28.
nu.7.Fulgin.dicto tract.tit.de alienat. qu.1. lim.43. nu.324. 51
Cum enim caducitas non incurratur niſi Domino volente, ipſe recipiendo Canonem videtur emphyteutam admiſiſſe ad purgationem moræ, & iuri ſuo renunciando declaraſſe nolle eſſe locum caducitati ob alienatio-
nem ſine licentia factam, vt proſequitur idem Fulgin.di- 52
cto num.324.& latius ſub tit.de var.caducit. quæſt.14. nu. 1.& ſeqq. vbi ampliat etiamſi in contrarium fuerit pro-
teſtatus; Rota apud eumdem Mantic. dec. 200. num. 1. in 53
diuerſ.deciſ.896.num.4 & 5 par.4. & coram Buratt. dicta deciſ.517.num.4. cum alijs ſupra allegatis. Ex quibus remouetur aſſertio, quod dictus Dominus directus conſenſum denegauerit, quia imò nunquam petitus fuit pro parte Dominici, cum nondum aduenerit tempus eum petendi, ſolumque Agentes eiuſdem Proprietarij ob id egerunt pro caducitate, qua tamen à Iudice reiecta ipſemet Proprietarius acquieuit, & poſitiuè conſenſum præſtitit, vt ſupra dictum eſt.

Hinc quoque corruit motiuum exceſſus, quod poſtremò ſubiungebatur, ab Aerario commiſſi, dum loco triũ rubrorum, quæ ad plantandam Vineam petita fuerant, & à Cardinali admiſſa, ipſe quatuor, & vltra conceſſit, inde inferendo magis neceſſarium huiuſmodi aſſenſum, approbatiuum etiam illius maioris quantitatis; qui cum ad libitum poſſet denegari, imò exceſſus ille quandocumque reuocari, meritò Franciſcus, qui ſub conditione
habendi integram vineam contraxit, eo aſſenſu non ob- 54
tento poterit reſolutionem opponere ad Rotam coram Canal.

Digitized by Google

Caual.deciſ.253.num.3.Molin.de ritu nuptiar. d.lib.3.par.
55 *6.num.74. Larrea deciſ. Granaten. 46. num. 26. verſ. & ideo.*

Etenim ex facto reſponſum fuit duplicem ſupplicationem fuiſſe per Dominicum porrectam bo: me: Cardinali, Alteram de anno 1644. Alteram de anno 1650. licet autem in prima fuiſſent petita tantummodò rubra tria, attamen quia in menſuratione poſtea facta repertum fuit Terrenum eſſe dictorum rubrorum quatuor,& vltrà, Idcircò petita fuit confirmatio in eadem quantitate præciſa abſque augumento Canonis, quæ benignè fuit conceſſa, vt ex precibus, & Reſcripto regiſtratis in Inſtrumento dato in *Summario reſponſionis Dominici ſub die 19. Ianuarij 1669. num.3.* Quo ſtante, & addita vlteriùs deſcriptione in publico Cataſtro ſub eadem menſura, & quantitate, vt in Inſtrumento *dato in calce eiuſdem poſitionis*, quæ quantitas legitur etiam in ipſo actu acceptatæ deuolutiuis, nec non iuncta receptione Canonum ſpatio 25. annorum, & vltrà, ac ſucceſſiua ordinatione eos recipiendi in futurum, nedum à dicto Dominico verum etiam ab ipſo Franciſco, ceſſat omne dubium, ac periculum non conſequendi integram inueſtituram vineæ poſt mortem donantis.

Et ita contractum ſubſtineri, & nullatenus eſſe locum reſolutioni poſt ſextam propoſitionem vtraque parte informante reſponſum fuit.

Eminentiſs. D. Card. Carpineo.

Romana Fideicommiſſi de Ferratinis.

Luna 17. Iunij 1669.

A R G V M E N T V M.

Confirmantur deciſiones præteritis annis emanatæ, in quibus optimis rationibus firmatur, quod ſubſtitutus poſt mortem plurium, admittitur, non expectata morte omnium, & quod hoc caſu, non obſtantibus pluribus coniecturis, generalis locutio reſoluitur in ſingularitates; Reſtricta reciproca ad expreſſam à defuncto.

S V M M A R I V M.

1 *Deciſiones Rotæ ſunt ſupponendæ.*
2 *Subſtitutus poſt mortem plurium admittitur, ad portionem vnius mortui non expectata morte aliorum.*
3 *A qua opinione receditur ex coniecturis.*
4 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio reſoluitur in ſingularitates.*
5 *Etiamſi concipiatur, per verba,* ſi ambo, ſi omnes, *&c.*
6 *Reciproca non extenditur vltrà expreſſa.*
7 *Maximè, ſi non ſit perſona prædilecta.*
8 *Subſtitutus excluditur per reciprocam inductam ex coniecturis.*
9 *Prædilectio impedit, vt collectiua reſoluatur in ſingularitates.*
10 *Subſtitutio in tota hæreditate non inducit reciprocam inter poſitos in conditione.*
11 *Reciproca non inducitur, ex quo vltimus ſit grauatus, dum non ſumus in deſcendentibus Teſtatoris.*
12 *Ceſſante reciproca, ſubſtitutio poſt mortem plurium reſoluitur in ſingularitates.*
13 *Vniuerſalis locutio non reſoluitur in ſingularitates, quando eſt perſona prædilecta.*
14 *Sed hæc perſona prædilecta debet eſſe ex deſcendentibus Teſtatoris.*
15 *Coniunctus ſemper cenſetur prædilectus.*
16 *Reſolutio in ſingularitates habet locum in tranſuerſalibus, qui ſuccederent ab inteſtato.*
17 *Contra.*
18 *Ad hoc attenditur voluntas Teſtatoris.*
19 *A dictis Doctorum non fit illatio.*
20 *Reſolutio in ſingularitates vt excludatur, requiritur vt excludens ſit deſcendens, & ſuccedens ab inteſtato.*
21 *Collectiua poſt mortem plurium debet verificari in omnibus in ſubſtitutione vulgari, non in fideicommiſſaria.*
22 *Vel quando conſtat de contraria mente defuncti.*
23 *Vel quando ſunt dictiones reſtrictiuæ tunc, & eo caſu.*
24 *Identitas bonorum probatur ex poſſeſſione aliorum bonorum in loco.*
25 *Diuiſio, quando faciat remittere portionem debitam.*
26 *Subrogatio operatur, vt bona ſubrogata aſſumant naturam &c.*
27 *Et habeant eadem onera &c.*

D E C I S I O LXXXII.

CLaræ mem. Card. Ferratinus, in Teſtamento condito anno 1606 ſic diſponit; *Heredi miei vniuerſali instituiſco &c. Fabritio Fuluio nipoti miei di fratello Patruelle in modo che vno ſucceda all' altro in euento, che non habbino figli e dopò la morte d'ambidue ſenza figliuoli ſostituiſca herede il Sig. Angelo Anneduti, e doppò la morte ſua li figliuoli ſuoi & in euento, che Simeone Ferratino non ſia moleſtato da Creditori per li oblighi fatti da Baldo, ò da lui, voglio ch'egli ancora ſucceda in parte per li due ſopranominati Fabritio, e Fuluio,* cum autem, concordatis Creditoribus Simonis, & hæreditate Teſtatoris inter dd. hæredes diuiſa primo loco, defuncto Fabritio, cum filijs nempè Ludouico, Ioanne, & Cæſare, & poſtremò Fuluio, ſine prole, prætenderunt dd. filij Fabritij, ad portionem Patrui ſe eſſe vocatos, & proludè iudicium inſtituiſſent immiſſionis, contra quam plures tertios poſſeſſores Bonorum, *Rota coram bo.me. Peuting. 19. Nouembris 1646. & 29. Maij 1647 & coram Reuerendiſſ. D. M. Meltio Epiſcopo Papien. 15. Iunij* 1648. reſpondit immiſſionem eis non competere; Indè verò inſurgente præfato Simone, & vigore reciprocæ ſub qua prætendebat vna cum Fuluio, & Fabritio ſe fuiſſe vocatum ad d. portionem, aſpirante *coram eodem Reuerendiſſ. Papienſe die 26. Aprilis* 1649. Immiſſionem particulariter denegauit, quam tamen, vltimo loco, filijs Angeli Auneduii, vt ſup. ſubſtitutis, conceſſit, ex fundamentis in quatuor deciſionibus *R.P.D. meo Ottalora ſub diebus 14. Martij 1666. 14. Ian. & 2. Decembris 1667. & 5. Martij* 1668. Egregiè de more firmatis, ſententia huiuſmodi, coram Me, in gradu appellationis hodiè acriter impugnaretur, dixerunt Domini, eam eſſe confirmandam, quia cum validitas non impugnaretur, Iuſtitia viſa fuit ad euidentem clareſcere.

Excluſo, enim, Simone ex data vocatione filiorum Fa-
britij, ad ſolam Portionem Patris, non Patrui, ex deciſio-
nibus memoratis, de laudabili ſtylo huius Sac. Trib. ſup- 1
ponendis, aperta remanet ſubſtitutio filiorum Angeli, ad
portionem Fuluij, ſine Prole defuncti, quoniam, licet ſub-
ſtituto ſit collectiua, & concepta in caſu, quo ambo hæ-
redes, ſcilicet, Fabritius, & Fuluius, abſque filijs, decede-
rent, non tamen eſt expectandum, vt conditio, verifice-
tur in omnibus, ſed adimpleta per mortem vnius ſubſti-
tutus admittitur, quia in fideicomm. pluralitas reſol- 2
uitur in ſingularitates, ex præſumpta mente Teſtatoris
perindè ac ſi cuilibet ex nominatis ſubſtitutio facta fuiſ-
ſet, cum abſurdum ſit, ceſſante prima ſubſtitutione, per
obitum Fabritij, cum filijs, pactis petitionem ſubſtitutis
denegare, quam totum habere voluit Teſtator ſi Fuluius
nouiſſimè ſine prole defunctus, fratris quoque portionem
ſuſcepiſſet, vt caſum ſpecialē, ipſis verbis, decidit famo-
ſum Papiniani reſponſum *in leg. heredes mei §. cum ita ff.*
ad Trebellian. cum quo tranſeunt Doctores magis com-

mu-

Digitized by Google

muniter, vt probatur *in 1. & 2. deciſ. R. P. D. mei Ottalora*,
latèque ſundant, omiſsis antiquioribus *Honded. conſ. 65.*
num. 2. & ſeqq. lib. 2. Regia Audientia Valentina apud
Hieron. Leo deciſ. 121. num. 23. & infrà per totum Oſaſch.
deciſ. 110. num 7. & ſeqq. crebrius hanc opinionem, Rota
amplexata eſt, vt *in dec. 804. par. 1. diuerſ. vt coram Gre-*
gor. dec. 296. per tot. & præter alias allegatas in primis dua-
bus deciſionibus huius cauſæ, *inter recent. deciſ. 245. num.*
7. par. 5. & fuit dictum in *Interamnen. fideicomiſſi* 10.
Feb. 1642. coram Amat. Dunoz. inter eius impreſſas deci-
ſiones 648. num 9. & 10. confirmata 14. *Decembris* 1646.
§. ex quibus gratis coram bo: me: Bichio.

Atque communiſſima opinione, quamuis ſoleat rece-
3 di, quandò conſtat, ex alijs, teſtatorem voluiſſe, vt colle-
ctiua capiatur ſecundum ſuam proprietatem; In propo-
ſito tamen repetitæ, ex aduerſo coniecturæ non viſæ ſunt
tales, vt voluntatem huiuſmodi valeant inducere.

Prima enim, quod *text. in d. §. cum ita*, loquatur per
dictionem *vterque*, & Card. vſus fuerit, dictione, *ambo*,
4 momenti, non eſt, quia ſecundum magis communem
opinionem fideicommiſſaria ſemper reſoluitur in ſuas
ſingularitates, ſiue ſubſtitutio facta ſit ſimpliciter ſi de-
ceſſerit, aut poſt eorum mortem, ſiue per verba vniuer-
5 ſalia, & collectiua, *ſi vterque ſi ambo, ſi omnes*, nec refert
quocumque modo verba proferantur, vt *in d. deciſ. num.*
4. ttt. 1. par. 1. diuerſ. & per allegatam deciſionem *Gre-*
gor. 296. num. 2 firmat 2. noſtra deciſio, & apertè poſt plu-
res declarant *Peregrin. conſ. 33. num. 8. in fin. lib. 3. & Sanc.*
conſ. 152. num. 3. lib. 3. Redenaſch. conſ. 14. num. 62.

Secunda verò, quæ elicitur, ex reciproca poſita inter
primas hæredes, pariter non ſuffragatur, quia placuit re-
ſponſio, quod obiectum vrgeret ſi conditio eueniſſet, per
obitum primi, ſecus, autem dum eſt purificata per mor-
tem vltimi hæredis, nam illius portio reciproca, quæ iam
6 expirauit, per exiſtentiam filiorum, non impedit voca-
tionem ad fauorem ſubſtituti, & pluralitas in ſingulari-
tates reſoluitur, cum non exiſtat ampliùs perſona prædi-
lecta, quæ ex coniecturata mente defuncti ſubſtitutum
excludat, vt eſt proprius caſus *in d. §. cum ita*, & diſtin-
guendo explicat egregiè ſemper, vt ſolet *Bartolus in d. §.*
7 *cum ita ſub num. 3. verſ. vnde ſoluit gloſ.* inquiens hoc pro-
bari ad Litteram *in l. ſi lex qui ducenta §. item ff. de rebus*
dubijs, Gabr. conſ. 121. ſub nu. 43. verſ. & quidem cum con-
ditio, cum multis ſeqq. lib. 1. Hieron. Leo d. deciſ. 121. num.
56. Rota diuerſ. d. dec. 804. num. 6. & 7. p. 1.

Nec contrafacit deciſio, in cauſa *Senen. fideicommiſſi*
5. Aprilis 1660. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, quo-
niam vltra reſponſiones iam datas, in *d. 2. deciſ.* quæ reui-
detur, ponitur ibi caſus, quando reciproca non ſolum fuit
ordinata inter primos hæredes, ſed etiam expreſsè, vel ta-
citè inter deſcendentes eorum, tunc enim ſubſtitutus
8 ſemper excluditur, donec ſuperſint perſonæ prædilectæ,
inter quas reciproca fuit ordinata, & tunc non attenditur
vtrum conditio veniat in perſona primi, vel vltimi de-
ſcendentis, quia prædilectio operatur; quod ſtandum ſit
proprietati verborum, & impedit, vt collectiua reſolua-
9 tur, in ſingularitates, vt explicant *Corn. conſ. 289. num. 3.*
verſ. ſed quando in perſona & latiùs *Gabr. d. conſ. 121. num.*
44. & 45. in prima, At reciproca, in caſu noſtro, ſola eſt
inter primos hæredes, nullaque legitur, nec expreſsè, nec
tacitè inter filios eorum, vti fuit deciſum *coram bo: me:*
Peuting. & Reuerendiſſ. D. Melzio. indè cum remaneat ex-
cluſa ea prædilectio, quæ impedit reſolutionem plurali-
tatis, & ſingularitatis patet ad ſenſum, deciſionem in
contrarium citatam non ſolum obeſſe, ſed imò pro-
ficere.

Idque, etiamſi ſubſtitutio facta ſit in tota hæreditate,
10 quod pro tertia coniectura ponderatur in contrarium,
nam, non inde reſultat reciproca inter filios hæredum
poſitus in conditione, vt latè oſtendit *Peregr. d. conſ. 33.*
num 5. cum ſeqq. & præſertim num. 10. lib. 3. nec ſequitur
11 neceſſario, quod vltimus ſit grauatus in toto maximè,
quia non verſamur in deſcendentibus Teſtatoris *Peregr.*
de fideicom. art. 3. num. 59. Salman conſ. 34. num 20. in d.
Senen. fideicom. §. vrgeret enim coram Reuerendiſſ. D. meo
Decano, & conſequenter non valet argumentum, quod
ſubſtitutio in toto eſſe hæreditario verificari non poſſit,
niſi expectetur mors omnium, quia, ceſſante reciproca,
cuius eſt, vt in qualibet parte vacante debeat ſuccedere
ſubſtitutus reſoluendo ſubſtitutione in ſuas ſingularita-
tes quaſi quælibet hæres partem ſuam reſtituere videa- 12
tur obligatus iuxta caſum expreſſum *in d. §. cum ità* quem
in his proprijs terminis ſequuntur, *Zanch. ibidem in 8.*
par num. 199. Peregr. d. art. 13. num 35. & d. num. 59. &
10. par. 8. recent. in d. Senen. fideicomm. eodem §. quod autem
ſubſtitutus.

Nec obſtat, quod collectiua, ſeu vniuerſalis locutio
non reſoluatur in ſingularitates, quando ſupereſt, perſo- 13
na prędilecta à Teſtatore, quia placuit reſponſio, alias
data, quod limitatio hæc non procedit in tranſuerſalibus,
quales ſunt filij Fabritij, ſed in ſolis deſcendentibus Teſta-
toris, vt eſt verior, magiſque recepta ſententia, quam ſe-
quuntur relati à *Fuſar. de Subſt. quæſt. 473. n. 33. Honded.* 14
d. conſ. 65. nu. 9. lib. 2. Altograd. conſ. 54. n. 106. lib. 1. Menoch.
præſumpt. 186. num. 19 lib. 4. Peregr. de fideicom. d. art. 13.
num. 46. Oſaſch. d. deciſ. 110 ſub num. 8. verſ. non obſtat, &
ſub num. 12. verſ. ac d. Petrus in contrarium adductus Surd.
dec. 54. num. 20. & ſeq. Hieron. Leo d. dec. 121 num. 59. vbi
quod ſi quęlibet coniunctio, vel dilectio ſuffi ceret, & ſem-
per præſumitur prędilectus *Rot. dec. 253. num. 11. par 5. re-* 15
cent. & coram bo: me: Amat. Dunoz. dec. 562.

Nil obſtante, quod aliqui tenuerint limitationem pro-
cedere, etiam in tranſuerſalibus, quando hi ſuccedere poſ-
ſunt ab inteſtato teſtatori, vt fuit opinio *Imola in d. §. cum* 16
& ſecuti ſunt Menoch. conſ. 797. ſub num. 11. verſ. illa minor.
Gratian. diſcept. 299. num. 5 & 6. alij citati à *Fuſar d. quæſt.*
473. num. 37. & à ſcribentibus pro filijs Fabritij, qui in hac
doctrina faciunt magnum fundamentum.

Nam Imolæ opinio ab omnibus communiſſimè dam-
nata eſt, quia *textus in l. cum Auus ff. de condit. & demon-*
ſtrat. & in l. cum acutiſſimi, C. de fideic. in quibus fundata
eſt ſuprascripta limitatio, vt ſubſtitutus non ſit admitten-
dus, ſuper exiſtante perſona prędilecta à Teſtatore, in effe-
ctu loquitur de ſolis filijs, & deſcendentibus, nec tranſuer-
ſales compræhenduntur, vt planè docet *Menoch. præſum-* 17
pt. 89. num. 55. lib. 4. Prout etiam in deſcendentibus loqui-
tur *textus in l. penult. C. de impuber.* vt obſeruat, ibi, *gloſ. in*
verb. cum vterque, quæ dicit id eſſe ſpeciale in filijs, & re-
fert *Hieron. Leo d. dec. 121. num. 55.* Ideò à Regula, quæ
ſubſtitutis fauet, non facile eſt diſcedendum, cum nullus
ſit locus iuris qui de tranſuerſalibus poſitiuè diſponat, vt
nuncupatim reiecto Imola cum ſuis ſequacibus poſt anti-
quiores vno ore firmant *Ripa in d. §. cum ita num. 131. &*
ſeq. Ibidemque *Zanchus in 8. par. nu. 230. & ſeq. ff. ad Tre-*
bell. Menoch. conſ. 1062. num. 29. & d. præſumpt. 186. ſub nu.
2. verſ. his intelligimus, & Peregr. d. art. 13. ſub 2. 46. verſ. alij
verò cenſuerunt Mantic. de coniecturis lib. 11. num. 5. ſub nu.
19. verſ. adde etiam, quidquid Imola, & alij dixerint, cum
concordantibus citatis ab illis.

Nec pro contraria opinione debeant allegari duo Car-
dinales Eminentiſs. huius Sacr. Tribunalis celebres Audi-
tores, nempè *Mantic. de coniect. lib. 11. d. num. 19. & Seraph.*
dec. 1190 ſub num. 4. nam vterque expreſsè firmat contrà
Tranſuerſales, vt videre eſt ex lectura, & quamuis *Man-*
t. c. in verſ. fatendum tamen eſt; proponat opinionem *Soc.*
Sen. dicentis *in d. §. cum ità*, quod ſi ſubſtitutio facta ſit per
nomina Collectiua, quamuis hæredes eſſent extranei, ſi
poſſunt ſibi ſuccedere ab inteſtato ſubſtitutus non ad-
mittatur, donec aliquis eorum ſuperſit ſtatim po-
ſteà *in verſ. verum*, cum Ripa, & Soccino Iuniore conſi-
derat id non procedere ex qualitate prædilectæ perſonæ
ſuperſtitis excludentis ſubſtitutũ, ſed ex ſermonis proprie-
tate, quod quidem nõ officit cum diſpoſitio non ſit ſuper 18
verbis, ſed ſuper mẽte defuncti, in quo ſola fundatur, vt vi-
dimus reſolutio pluralitatis in ſingularitates, vt aduertit
Ripa in d. §. cum ita n. 131. in fin verſ. ſed iſtud nihil ad rem.

Seraphi-

Digitized by Google

Seraphinus verò, in verbis illis ponderatis, ex altera
parte, & cum ab inteſtato non ſuccederet in totum, ſed
vna cum ſorore non recedit, à præcedenti immediata
concluſione firmata contra Tranſuerſales, quaſi con-
trarium dixiſſet ſi ibi frater ſolus ſucceſſiſſet ab Inteſta-
to, ſorore excluſa, nam præter quod a dicto Doctorum
19 non debet fieri illatio, ſenſus eorum verborum non eſt
talis, vt accipitur, ſed quod frater in eo caſu non eſt per-
ſona prædilecta, tum quia non erat de deſcendentibus
Teſtatoris, tum quia ab Inteſtato non excludebat in to-
20 tum ſororem ſubſtitutam, vt copulatiuè, in ſubiecta ma-
teria requiritur, vt tradit *Mantic. ab ipſo Seraph. citatus
d. 2. 19. in fin. verſ. & quidem in ſumma*, vt de communi
teſtatur *Zanchus in d. § cum ita, in 8 par. ſub num. 229.
verſ. verumtamen ſecundo dicas.*

Itaque non obſtant auctoritates, longa manu, cumu-
latæ ex aduerſo ad probandum, quod collectiua, poſt
21 mortem plurium, debeat verificari in omnibus, ad hoc, vt
admittatur ſubſtitutus, quia, vel poſſunt procedere in ſo-
la vulgari, non in fideicommiſſaria, per diſtinctionem,
quam ponit *Bart. in d. §. cum ita, num. 4.* & ſequitur *Leo
dec. 121. num. 54.* vel loquuntur in terminis quando, vel
agitur de liberis, vt deſcendentibus Teſtatoris, vel deficit
conditio per obitum primi non vltimi hæredis, & ſic
22 vtroque caſu ſupereſt perſona, quæ ex mente præſumpta
defuncti ſubſtitutum excludit, iuxtà ſuperius expoſita,
vel quando vltrà collectiuam adſunt dictiones reſtricti-
uæ, *tum eo caſu*, vel ſimiles, quæ reſtringendo vocatio-
23 nem ad caſum expreſſum, non admittunt reſolutionem
pluralitatis in ſingularitates vt *Menoch. conſ. 10.28. num.
23. Rimin. Iunier. conſ. 567. num. 86. & ſeqq. lib. 5. Peregrin.
conſ. 32. num. 4. & 5. lib. 3. Rota in dec. 429. num. 11. par. 4.
tom. 2. recent. in Auximana vſusfructus 15. Martij 1652.
§ præſertim attenta coram bo: me: Bichio.*

Firmata verò, ex his, vocatione quoad bonorum
identitatem placuerunt deducta in duabus deciſionibus,
datur enim ſententia bo: me: Seraph ſuper manuten-
tione in tertia parte Domorum, de quibus agitur ad fa-
uorem Cardinalis fideicommittentis, quæ conuincitur
effectum ſortita aut ex actuali apprehenſione, pro dua-
bus, ex tribus partibus facta à Ioanne Ferralino Colliti-
gante, tum ex poſitiua habitatione Cardinalis, & loca-
tionibus reſpectiuè factis, nomine proprio, cum ſubſe-
quuta receptione penſionum, ex Inſtrumento diuiſionis
24 facto inter hæredes, tamquam de bonis ad Cardinalem
ſpectantibus, quæ ſimul iuncta poſſeſſionem eiuſdem
Cardinalis continuatiuam vſque ad obitum, & identita-
tem conuincunt, ex allegatis in dd. deciſionibus cum
quibus DD. tranſierunt.

Nec turbat repetitum obiectum, ſuper exceſſu ſen-
tentiæ, ex quo Cardinali tertia dumtaxat pars, harum
domorum ſpectaret, & cum tres fuerint illius hæredes,
Portij Fuluij non ſit tertia totius, ſed tertia ſententiæ,
quoniam viſa eſt ſubſiſtere reſponſio data, quod cum
hæredes in diuiſione non ſolum diuiſerint inter ſe bona
hæreditaria Cardinalis, ſed etiam partem ex dicta ſen-
tentia Rotali, expreſsè conueniendo, quod Corpora
in portionibus vnicuique tangentia, quamuis non pro-
uenientia ab hæreditate d. Cardinalis intelligerentur ta-
men ad hunc effectum pro commodiori diuiſione in eo-
rum locum ſubrogata, etſi ab eodem relicta fuiſſent, vt
25 integræ illæ domus in Fuluij portionem obuenerint, vti-
que tertia portio, quæ in ſingularibus corporibus Car-
dinali ſpectabat, diuiſa per hanc ſubrogationem, re-
manſit vnita in quadam occulta permutatione in di-
ctis domibus, vt obſeruatum fuit *in Eugubina fideicom-
miſſi 6. Nouemb. 1667. §. quod autem coram R.P.D. Otta-
lora*, & clarius in eadem *cauſa prima Februarij 1664. §.
deficiunt, & § & quamuis bona coram Ottalora*, vt præ-
ter ea non tertia tertiæ, ſed tertia totius debeatur ſubſti-
tutis, cum ſubrogatio hunc operetur effectum, vt bona
26 ſubrogata aſſumant naturam ſubrogantium, illamque
ſtricto iure retineant, vt ſubiaceant eiſdem one-
ribus, quibus priora erant affecta, & obnoxia *Rota dec.* 27
*70. num. 11. par. 9. deciſ. 220. num. 35. par. 11. recent. &
poſt Merl. de pignor. dec. 133. num. 8. & ſeq.*

Itaque declaratio voluntatis in ſubiecta materia ſatis
eſt *Tiraquell. de retract. lign. § 32. gloſ. vnic. num. 23. Grat.
diſcept. 624. num. 14. Arct. cap. 1. Celan. dec. 7. nu. 46. Giurb.
dec. 111. num. 22. & 23. Rota recent. d. dec. 7. nu. 9. Merlin.
dec. 428. num. 2.*

Eminentiſs. Card. Cerro.

Ariminen. Laudi.

Lunæ 20. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Legatum relictum, ſub onere renunciandi, non debe-
tur, non docto de renunciatione; Nec ius renun-
ciandi, hoc caſu, tranſmittitur ad hæredes, quando
legatarius contrauenit, faciendo actum contrarium
renunciationi; etiam ſi onus fuiſſet conceptum, per
viam modi, non conditionis.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe debetur ei, qui dedit pecuniam, & in caſu non
reſtitutionis cogitur recipere alias ad intereſſe.*
2 *Inſtantia, & petitio, à qua quis recedit, non præiu-
dicat.*
3 *Legatum relictum, ſub conditione renunciandi, non ſe-
quuta renunciatione, non debetur.*
3 *Moriens non tranſmittit ad hæredes, quod viuens per-
cipere non potuit.*
5 *Præceptum teſtatoris, per modum iniunctum, adimpleri
poteſt per hæredem.*
6 *Dictio*, non altrimenti, *dicitur appoſita ſubſtantiæ diſpo-
ſitionis conditionaliter.*
7 *Contrauenient diſpoſitioni modali priuatur.*
8 *Producens instrumentum dicitur habere ſcientiam
contentorum in eo.*

DECISIO LXXXIII.

CVm inter Valerium, & Iulium, fratres de Nar-
nis, ortæ eſſent plures controuerſiæ, & præſer-
tim, occaſione ſolutionis ſcut. 400. pro capitali cano-
num, quos Iulius in ſolutum aſſignauerat, pro extin-
ctione debiti eiuſdem Valerij, vna, cum fructibus aſcen-
dentibus, ac ſcut. 238. Eliſabetta Pauona hæres Iulij, ob-
tinuit, ab A. C. mandatum executiuum, contrà bona
hæreditaria Valerij, pro d. ſumma; commiſſaq; mihi
per ſignaturam, cauſa appellationis, cum clauſula ſinè
præiudicio legitimæ executionis, dubitaui, an illi de
Narnis teneantur ſoluere ſcut. 638. vel potiùs manda-
tum A. C. ſit reuocandum, cum omnibus indè ſequu-
tis, & affirmatiua quoad primam partem, negatiua ve-
rò, quoad ſecundam emanauit reſolutio.

Conſtat enim, quod Iulius, pro ſatisfactione Colle-
ctarum, quos Cap. Valerius debebat, in ſumma ſcut.
400. dedit in ſolutum duos eius proprios cenſus, ibi: *adì
28. Nouemb. 1641. ſi caſsò per ordine del Sig. Commiſſario
Fauſti con li cenſi del Sig. Giulio ſcudi* 403. Vndè tenen-
tur Narni hæredes Valerij reſtituere tam dd. ſcut. 400.
pro ſorte, pro qua res tranſit ſine difficultate, quam
etiam reliqua ſcut. 338. pro fructibus, quia, cum Iulius
huiuſmodi damnum paſſus fuerit, & ſpeciale haberet
mandatum accipiendi pecuniam etiam ſub vſuris, licitè
poteſt illas petere tanquam damna & intereſſe, quæ paſ-
ſus eſt, ſiuè actione contraria mandati, ſiuè actione nego-
ciorum geſtorum, ob mandatum gratuito ſuſceptum *l. ſi* 1
*verò 12. §. ſi mihi, ff. mandati l. atqui §. non tantum ibique
gloſſ. verbo præſtiimus & Bald. & Caſtren. nu. 3. ff. de negoc.
geſt.*

*geſt.Becc.conſ.113.nu.33. Leotard.de vſur. queſt. 33 num.
13.& 26.verſ.verius tamen eſt,& qu.75. num.32. Afflict.
dec 91.num.1.*

Non obſtat, quod Iolius poſt aſſignationem Iudicia-
lem inſteterit contrà hæredes debitoris, pro fructibus dd.
cenſuum,quia deindè ab huiuſmodi inſtantia receſſit, &
vlterius Io teſtamento mandauit hæredibus fieri retro-
uen'ditionem eorundem cenſuom, per publicum inſtru-
mentum,ad fauorem Dominici Tomaſi; Ideoque dicta
inſtantia,& petitio eidem præiudicare noo potuit, *l.alia*
2 *C.de his quibus vt indign.Rom.conſ.347.nu.8.Seraph.dec.
753 num.1.verſ.quia poſtmodum.*

Nec refert,quod idem Iulius,iure legati,reliquerit Va-
lerio fratri ſcut.500. vel plus,vel minus ab eo ſibi debita.

Quoniam huiuſmodi legatom noo fuit purum, ſed
ſub expreſſa cooditione, ibi: *ſotto eſpreſſa conditione,e non
altrimenti che d.Sig.Valerio ſij obligato renuntiare ogni ra-
gione e pretenſione che hà contro il Sig.teſtatore e particolar-
mente ſopra la caſa in parrochia di S. Simone poſſeduta da
eſſo Sig. Teſtatore e che paghi 200.ſcut.à chi ſià douere pa-
gare, e che li ſaranno dati dal Sig. Antonio Neri*; Vodè,
cum Valerius nonquam impleuerit dd.conditiones, imò
expreſsè contrauenerit præcepto teſiatoris, occupando
omnia eius bona, ſicut viuens non potuit Iuuari como-
3 do legati *l.item quia §. 1.C.de pactis l.qui cohæredi in fine
ff de condit.& demonſtrat.Honded conſ.34.numer.7.lib.1.
Rot.in rec.deciſ.*207 *num.6.p.4.* cum alijs *in Ceſenaten. hæ-
reditatis 4.Martij 1651.cor. Dunozetto in Romana hære-
4 ditatis 10.Decembris cor.R.P.D.Albergato*; ità moriens
non potuit illud ad hæredes tranſmittere *l.vnica §.ſin
autem C.de caduc.tollen.Berò conſ.28.nu.5.lib.1.Mant.de
conîect.lib.11.tit.20.num.1.& tit.22.nu.48.cum ſeqq. Gra-
tian.c.612.num.2.Rot in rec.deciſ.428 p.2.*

Nec turbat,quod præfata verba videantur adiecta po-
tius præſtationi, quam ſubſtantiæ legati, ideoq; etiam ſi
ſint conditionalia, reſoluantor tamen in modum, qui
non impedit tranſmiſſiooem, cum poſſit impleri etiam
5 per hæredes *Gabriel.conſ.5.num.11.cum ſeqq & num.22.
lib.1.*

Quia,præter quod d.clauſula,*e non altrimente*,facit vt
6 vnica dicatur oratio Indiuidua, & Inſeparabilis, vt pro-
pterea d.verba non potius præſtationi, quam ſubſtantiæ
legati appoſita cenſeantur, *Seraph.deciſ.483.num.9.Rot.
in Romana fideic. de Martulis 11. Decembris 1651. cor.
Dunozetto §.nec alicuius momenti*, prout in caſu noſtro,
non ſolum adeſt non implementum, ſed etiam expreſſa
contrauentio,vtique concuſſit defectus modi, qui reſol-
7 uit legatum, perindè, ac ſi factum noo fuiſſet *Theſaur.
dec.170 nu.22.Molin.de Prim.Hiſp.lib.2 c.14.n.20. verſ.
in primo caſu & nu.23.& in d. Romana hæreditatis cor. R.
P.D. Albergato §.ſed etiam in fine.*

Ignorantia,autem allegari nequit, ſtante lite, mota,
8 ſuper hæreditate & teſtamento Iulij, in actis producto;
prætextus vero, quod bona per Valerium occupata,em-
ph yteutica ſint ſaltem in omnibus non ſubſiſtit, vt pa-
tet ex deciſionibus, deſuper cor. Me ioter eaſdem partes
emanatis, & acceptatio legati facta per tutricem cum
renunciatione ſuffragari non poteſt, ſioe ob defectum
ſolemnitatis,ſiuè ob oon factam ſolutionem ſcut.200.co-
pulatiuè in teſtamento requiſitam.

Alia verò qoæ hinc indè deducebaotur, Domi-
ni reiecerunt, vtl non coocernentia dubium
propoſitum; ideoque ſtrictè reſpon-
deruot illas de Narnis teneri, &
mandatum A. C. noo
eſſe reuocan-
dum.
Et ità vtraque
parte &c.

Reuerendiſs. D. Albergato Decano.

Bononien. Hæreditatis de Pepulis.

Ven. 5. Decemb. 1670.

ARGVMENTVM.

Latiſſimè diſcuſſo articulo firmator filium natum ex matrimonio nullo, & incæſtuoſo, poſſe ſuccedere parentibus, qui contraxerunt bona fide, nulla præcedente ſcientia impedimenti ad contrahendum.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non intrat in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
2 *Bona emphyteutica non veniunt appellatione bonorum propriorum.*
3 *Natus ex inceſtuoſo complexu non poteſt ſuccedere patri.*
4 *Filius inceſtuoſus ſuccedit parentibus, quando non probatur ſcientia inceſtus.*
5 *Ignorantia excuſat à peccato.*
6 *Filius reſpectu patris poteſt eſſe illegitimus, & reſpectu matris legitimus.*
7 *Natus ex matrimonio nullo dicitur legitimus data ignorantia nullitatis in contrahentibus.*
8 *Ignorantia potius præſumitur, quam ſcientia pro excludendo delictum.*
9 *Bona fides parentum, quoad legitimitatem filiorum præiudicat,& non fauet filijs.*
10 *Dans operam rei illicitæ non meretur excuſationem.*
11 *Natus ab illis qui non poterant inter ſe contrahere matrimonium non valet legitimari.*
12 *Limita vbi eſt ignorantia impedimenti.*
13 *Matrimonium putatiuum idem operatur ac verum matrimonium.*
14 *Filij nati ex putatiuo matrimonio veniunt nomine filiorum poſitorum in conditione ad excluſionem ſubſtituti.*
15 *Veniunt appellatione natorum ex legitimo matrimonio.*
16 *Dans operam rei illicitæ excuſatur ab ignorantia in delicto conſecutiuo ad rem quam facit.*
17 *Nemo punitur ex eo quod ſequitur ex opere inito ſi præter intentionem ſequatur.*
18 *In putatiuo matrimonio concubitus eſt fornicarius.*
19 *Ignorantia impedimenti in matrimonio reddit filios legitimos.*
20 *Natus in concubinatu dicitur naturalis.*
21 *Filius potius præſumitur legitimus, quam illegitimus.*
22 *Sicuti potius naturalis, quam ſpurius.*
23 *Filius præſumitur ex marito natus etiam ſi alij ad vxorem acceſſerint.*
24 *Sicuti ex concubina præſumitur concubinarius.*
25 *Illegitimus poteſt eſſe naturalis.*
26 *Concubina in multis à lege parificatur vxori.*
27 *Concubinatus dicitur coniugium inæquale.*
28 *Appellatur ſemimatrimonium.*
29 *Valet argumentum à concubinatu ad matrimonium.*
30 *Scientia & ignorantia quoad impedimenta matrimonij non operatur, quoad ſucceſſionem filiorum.*
31 *Inceſtus operatur inſucceſſibilitatem tam quoad parentes quam filios.*
32 *Ignorantia nullitatis matrimonij facit filios ſucceſſibiles.*
33 *Etiam ſi alter coniugum eſſet in mala fide.*
34 *Diutina habitatio clandeſtina non facit præſumere matrimonium.*
35 *Niſi fauore filiorum quoad ſucceſſionem.*
36 *Sicuti fauorem patris qui ſuccedit filio.*
37 *Succeſſio parentum & filiorum parificatur.*
38 *Illegitimus facilius ſuccedit quando non ſunt legitimi.*

39 *Sta-*

39 *Statutum habilitans ad ſucceſſionem illegitimos valet.*
40 *Statutum Bonomæ eſt confirmatum à Papa.*
41 *Parentes, & auus poſſunt in teſtamento præteriri extantibus liberis.*
42 *Teſtamentum nullum poſt lapſum temporis præſumitur acceptatum.*
43 *Clauſula codicillaris validat teſtamentum nullum ob præteritionem.*

DECISIO LXXXIV.

NOn putarunt DD.recedendnm à deciſis 19.*Martij*
1658.*coram Eminen.Ceno*, Nam ex dunbus obie-
ctis, denuo repetitis, neutrum viſum eſt ſubſiſtere, nnn
primum qnod ſententia Immiſſionis compræhenderit
etiam bona emphyteotica eccleſiaſtica ſnbiecta, & con-
1 ſequenter nnn intraret Ægidiana, quia cum illa declare-
tnr à petitione, hæc autem reſtricta legatur ad bnna pro-
pria Cnm.Alexandri, clarum eſſe nnn venire emphy-
teotica aliorum reſtitutioni nbnoxia, vt ſæpius dixit *Ro-*
2 *ta* ſignanter *in diuerſ deciſ.*219.*num.*2.*par.*4.*in recen deciſ.*
375.*num.*1.*& per totum par.*1 *apud Gregor. deciſ.*271.*nu.*
1. vbi Adden concordantes adducit, & In ſpecie fuit di-
ctum in *Nonantulana bonorum 9.Aprilis 1666.§. defece-*
rat & per totum *cor.Reuerendiſſ.Datario.*
· Non etiam ſecundum, quod Antnnia, & Margarita
ſint inſucceſſibiles Patri, ex en, quod Dominica mater-
tera præcedenter ab eo fuerit cognita *ad tex. in auth. ex*
complexu C de Inceſt.nupt.§.ſi aduerſis Inſtit.de nuptijs, &
3 eſt locus perceleberis in Iudith *cap.*11. qun fratres eiece-
runt Iephte fratrẽ inceſtuoſum dicentes, Hæres In domo
patris noſtri eſſe non poteris, qnia de altera matre niml-
rum adultera natus es, & tradiderunt, *Sanchez. de ma-*
trim lib.7.diſp.5.num.8.Farin.de delict.carnis qu.149.num.
137. Etenim omiſſo, an dictus concubitus prnbatus ma-
neat, ex teſtibus, de quibus *in ſumm.partis num.4 & ſeqq.*
præſertim, de tempore ante cognitionem Dianæ, ob quã
plnres exceptinnes, tnm in dicto, tum in perſona recenſi-
tas, *in deciſ.*18.*Iunij 1655.coram Reuerendiſſ.Zarate,§.&*
quamuis cum 4 ſeqq. Placuit DD.reſponſio antecedentis
deciſionis *ſub §.ſecundum*, vt nempe non probata Illius
concubitus ſcientia, in matre, non committatnr inceſtus
ad hoc vt filij inſucceſſibiles naſcantnr ad *tex.in l.qui*
4 *contra, C.de Inceſtuoſis nuptijs cap in lectum mariti verſic.*
quod inſcius fecerit.& cap.ſi quis cum duabus ſororibus 34.
qu.2.Bart.in l. ſi adulterium num.9.verſic.aut ignorauit,&
numer.12.ff.ad l.Iul.de adulter.Hoſtien.in ſumma eod.tit.
lib.5.numer.13.verſ.illud tamen certum eſt, vbi propterea
quod maiora ſunt peccata ſcientium, quam Ignorantiũ,
5 *Federic.de Sen.conſ.167.num 4.verſ.& hoc expreſsè Ge-*
minian.conſ 27.num.9.Aym.conſ 244 nu.7.poſt med.verſ.
amplius Marſil.in l.1.numer.13.Cod.de Sicarijs, vbi quod
non inconuenit filinm reſpectn patris illegitimnm, re-
ſpectu verò matris legitimum naſci, *Paleoth.de noth.&*
6 *ſpur.cap.10.nu.8.& ſpurijs cap 9.num.1. & per totam*, vbi
latè diſtinguit inter errantes, in facto, & in Iure legesq.
Cæſareas, in hoc cum Pontificijs concordat, *Surd.conſ.*
303.*n.17.verſ.ſecundò perſonaliter reſpondeo cum quatuor*
ſeqq. vbi rectè arguit à matrimonio ad concubinatum,
vt quemadmodum filij, ex matrimonio quantumuis nul-
lo nriuntnr legitimi ſcilicet vterque, vel alter Parentum
7 ſit in bnna fide *cap.per venit 11.& cap.ex tenore qui filij ſint*
legitimi, Ita filij, ex concubinatu quantnmuis inceſtuoſn
ſuſcepti, naturales ſunt, & nnn ſpurij, ſi alter ex parenti-
bus, cũ ſcientia non concubuerit, *Leſſ de Iuſt.& Iure lib.2.*
cap.19.dubit.6.num.57 Menoch.de arb.Iudic.lib.2.caſ.502
num.82.& ſeqq. alios cumulat. *Barboſ in l.qui contra, C.*
de inceſt.& inutilibus nuptijs, latè *Bottiher.de ſucceſſ. ab*
Int.theor.4.num.1.& ſeqq. vbi *num.5.* reddit rationem,
quare vnius bnna fides ſufficiat, quia ſcilicet ignorantis
intereſt prnlem non ſolum reſpectu ſui, ſed etiam reſpe-
ctu alterius. ſucceſſibilem eſſe, & ampliùs quod, ſi verſe-
mur, in dubio, an adfuerit ſcientia, vel ignorantia impe-
dimenti, potiùs ignorantia præſumitur *vt num.6.& ſeqq.*
ſi In ipſo actu, qun filius naſcitur dubitaretur de impedi- 8
mento, adhuc talis dubitatio nnn obeſſet, vtpote quæ
tnnc temporis ipſimet ignorantiæ æquiualeret.
Quibus non aduerſantur, *Sarment. Select. Interp.lib.*
1.cap.6.num.4.§.3.eſt igitur ſpecies, vbi allegat. *tex.in cap.*
inclinauerunt 15.qu.1. quo probatur concubitum, quem
habuit Loth cum proprijs filiabus, inceſtuoſum fuiſſe, &
tamen in mala fide dici non potuit, cum ebrius foret, 9
Molin.de primogen lib.3.cap.1.nu.11.alter Molina Theo-
log de Iuſt & Iur.tom.1.diſp.172.col 4.verſic.dubium dein-
de, Fachin contr.iur.lib.3.c.55.verſ.quæ ſententia, fortius
opinantes matrimonio Interueniente adhuc bonam fidẽ
liberis non prodeſſe, ſi ex fornicarin concubitu geniti
fuerint, ea ratione quia venia aut excuſatione non ſint
digni, qui rei illicitæ opeam dederint, quod aiunt pro-
bare *ex cap.tanta qui filij ſint legitimi*, vbi ſimpliciter pro- 10
hibetur legitimatio prolis, in vim ſubſequẽtium nuptia-
rum, quandocumque inter Parentes adeſſet matrimonij
incapacitas, non attenta ignnrantia vel ſcientia impedi- 11
menti bona, vel mala fide quod etiam tenuit, *Couar. de*
matrim.2.par.cap.8.82.num.17.Suarez.diſp.50.ſect.1.nu.
5 & 11.Garz.de benef.part.7.cap.2.num.33.
Vltrà, quod enim, illi Inquuntur contra communem
magiſque receptam DD.ſententiam, vt videre eſt apud
Hoſtienſ.in d cap.tanta.verb.aliam nu.2. vbi etiam *Butr.* 12
& Præpoſit. qui filij ſint legitimi. Gemin.d.conſ.27.numer.9.
Curt.Iun.conſ.27.num.8.Ludouic.Sard de naturalibus lib.
tit.de legitimatis per verum matrimonium numer.16.& tit.
de legitimis per putatiuum numer.5.verſic. 1.quæris, An-
ton.Roſel.eod.tract.concl.2.num.2 Pariſ.conſ.15.numer.45.
verſic.quando quis habet concubinam lib.2. Aymo d.conſ.
Denique non obſtat, quod bona controuerſa, ex conſuetudine Mantuæ, ſint deducta ad inſtar allodialium, quia id procedit, quoad validitatem alienationis, & vt
poſſint ad quoſcumque tranſire, non autem ex hoc po- 13
teſt inferri, quod amiſerint propriam naturam feudi, quam ſemper retinere firmat idem *Roſental.cap.9.memb. 1.concl.39.num.9 & ſeqq.*

Et ita vtraque parte &c.

Digitized by Google

Eminentiſs. D. Cardin. Cerro:

Mediolanen. Iuriſpatronatus.

28. *Martij* 1661.

ARGVMENTVM.

Pertinentia Iuriſpatronatus probatur ex pluribus præſentationibus effectuatis; Iuſpatronatus gentilitium, deficientibus omnibus de familia fit hæreditarium. An autem ſit gentilitium, vel hæreditarium attenditur obſeruantia.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus exiſtentia probatur ex decisionibus Rotæ.*
2 *Vnica præſentatio conſtituit in quaſi poſſeſſione præſentandi.*
3 *Fœminæ veniunt appellatione deſcendentium.*
4 *Maximè ex defectu maſculorum.*
5 *Pertinentia Iuriſpatronatus probatur ex pluribus præſentationibus.*
6 *Præcipuè, quando ordinarius non eſt in cauſa.*
7 *Status vltimus attenditur in beneficijs.*
8 *Iuſpatronatus non tranſit in fideicommiſſarium.*
9 *Sed remanet penes hæredem directum.*
10 *Quod non procedit, quando non repugnat voluntas teſtatoris.*
11 *Verbum,* hæreditas, *capit iura, & actiones.*
12 *Comprahendit iuſpatronatum.*
13 *Præſentans ad Iuſpatron. dicitur adire hæreditatem.*
14 *Iuſpat. poteſt eſſe pro parte hæreditarium, & pro parte gentilitium.*
15 *Iuſpatronatus gentilitium ex defectu agnationis fit hæreditarium.*
16 *Obſeruantia declarat Iuſpat.*
17 *Iuſpatron. gentilitium requirit qualitatem familiæ, & hæredis.*

DECISIO XC.

VAcault, per obitum Proſperi Baſtelli perpetuum
ſimplex beneficium Canonicatus nuncupatum in
Eccleſia S. Sepulchri ciuitatis Mediolani, de quo, tan-
quam, de libero fuit à Sede Apoſtolica prouiſus Carolus
Hyeronimus Blancus; Cum verò, Aurelia & Hippoly
ta ſorores de Marlianis prętenderent beneficium eſſe de
iurepatr. & ad ipſas ſpectare, & pertinere; præſentarunt
Paulum Antonium Maurellum; Verum, pro parte pro-
uiſi Apoſtolici, commiſſa mihi cauſa Iactationis Iacta-
tionum, Quæſitum fuit, an conſtet de bono iure ſororum
de Marlianis, & affirmatiuè reſponſum fuit.
Exiſtentia, Siquidem Iuriſpat. non poteſt controuerti,
cum pluries fuerit à Rota Canonizatum, & ſignanter
1 *in rec. dec. 482. num. 5 p. 1. & dec. 674. par. 2. & dec. 70. apud*
Viuian. de iure patron.
Pertinentia verò reſpectu controuerſa Cannnicatus
ad earum fauorem deducitur ex quo de anno 1604. Pro-
ſper Bartellus, per cuius obitum hodie Canonicatus va-
cat, ad eum prę́ſentatus à Io. Iacobo Mauoma, & prę-
ſentatio habuit effectum, præuia inſtitutione habita ab
ordinario Mediolani; Ex hac enim prę́ſentatione effe-
ctum ſortita, quamuis vnica, fuit Sellanoua conſtitutus
2 in quaſi poſſeſſione præſentandi, iuxta Doctrinam, *Rip.*
c. cum Eccleſia Sutrina, num. 53. de Cauſ. poſſ. & propr. Rot.
dec. 110. num. 8. apud Moder. Viuian. de iurepat. & in Sul
monen. beneficij 10. Martij 1649 cor. Arguelles, §. reſpectu
verò, & in Bononien. Iuriſpat. 11. Martij 1652. cor. Me.
Cumque, de Anno 1611. Sellanoua, integrum iuſpat.
tranſtulerit in Alexandrum Marlianum, quem ſibi
in teſtamento hæredem vniuerſalem inſtituerat, eiſque
ſubſtituerat eius filios, & deſcendentes in infinitum; Inde
ſequitur, quod mortuo Mario, eiuſdem Alexandri filio,
ſine filijs, integrum iuſpat. vigore ſubſtitutionis, ſpectat
& pertinet ad ſorores de Marlianis filias d. Alexandri,
quæ licet ſint fœminæ, nihilominus veniunt appellatio- 3
ne deſcendentium, præſertim in defectum Maſculorum, 4
Eminent. Ottob. dec. 10. num. 25. Rot dec. 368. num. 6 part. 5.
& dec 280 num. 11 part. 7. rec.
Eoque magis, quia, vltrà præſentationem Sellanouæ,
controuerſi Canonicatus in perſonam Raſtelli, concur-
runt etiam præſentationes Alexandri, & Marię effectum
ſortitæ, reſpectu aliorum ſimilium Canonicatuum; nam
de Anno 1612. vacante altero ex dictis Canonicatibus
Alexander præſentauit Marinum eius filium, qui fuit ab
eodem ordinario Mediolanen. inſtitutus, vt ex ſententia
confirmata in ſecunda Inſtantia cor. Pirouano; ſucceſ-
ſiuè de anno 1645. vacante altero ex dictis Canonicati-
bus per obitum Caroli Gattici Marius præſentauit Ab-
batem Franciſcum Cataneum, & præſentatio pariter fuit
effectum ſortita. præuijs duabus deciſ. 31. *Ianuarij* 1646.
& 7. Maij eiuſdem anni cor. Reuerendiſs. Terracinen. ſub-
ſecuta etiam ſententia Rotali.
Ex hac ſerie præſentationum effectum ſortitarũ præ-
uijs tot deciſionibus, ac ſententijs pertinentia iuriſp. ſuf-
ficienter comprobata remanet *Ottob. dec. 246. num. 4. & in*
dd. deciſ. cor. Me, Dunozetto, & Reuerendiſs. Terracinen. 5
& dum ordinarius non eſt in cauſa, leuiores probationes
ſufficiunt. *Coccin dec. 163. num. 2. Rot. in Cracouien. præpoſi-* 6
turæ S. Adriani 28. Nouembris 1650. cor. Bichio, §. iuſpat.
Stante igitur, vltimo ſtatu contra libertatem beneficij,
ille potiſſimum venit attendendus, & non obſtito de an-
teriori contrario, oritur præſumptio ſtatus ſimilis de prę-
terito *Mareſc. var. reſol. lib. 1. c. 55. num. 20. Rot. dec. 88. nu.*
3. apud eundem Viuian. 7
Non obſtat, quod Iuſpat. regulariter non tranſit in fi-
deicommiſſarium, ſed remanet pęnes hæredem directum 8
per *text. in l. quia perindè, §. reſtituta, ff. ad Trebell. Rot.*
dec 72. num. 7. & ſeqq part. 7. rec. cum alijs plenè alleg. 23. 9
Ianuarij 1640. cor. Bichio.
Tum, quia concluſio non procedit, quando aliquo
modo conſtat de contraria voluntate teſtatoris, & non
repugnat forma primęuæ acquiſitionis, vt dixit *Rot. dec.* 10
206. num. 14. & ſeqq. ead. par. 7 rec. & in Maioricen. bene-
ficij 9. Iunij 1648. § fine cor. Bichio. & in Capuana Abbatiæ
5. Maij 1659. § etenim cor. R. P. D. Priolo, & in Lunen. Sar-
zanen. beneficiorum 9. Iunij 1659. §. quia & reſpondetur
cor. Me, prout, in præſenti, conſtat, eo quod, ſubſtituen-
do teſtator Iulium Ferrarium in defectum deſcendentiũ
Alexandri, ibi *deficiente autem linea filiorum & deſcen-*
dentium Alexandri, volo & intendo, quod omnia Iura Iu-
riſpat. quæ habeo in Eccleſia S. Sepulchri perueniant in Iu-
lium Ferrarium. Inde per neceſſe concluditur quod prius
acquiri debet Iuſpat. per deſcendentes Alexandri ante-
quam tranſeat in Ferrarium ſubſtitutum.
Tùm etiam, quia ſorores de Marlianis vti deſcenden-
tes Alexandri dicuntur ſubſtitutę in tota hæreditate Sel-
lanoua. Verbum enim *hæreditas*, tanquam vniuerſale,
capit iura, & actiones, & ſic compræhendit quoque Ius 11
pat. vt in his terminis reſpondit *Rot. in Romana iuſpat. 12.* 12
Septembris 1659. cor. Me, §. ſecundò quia.
Non releuat ſtatutum Mediolani excluſiuum fœmi-
narũ, nã quidquid ſit de viribus ſtatuti, an fœminas perpe-
tuò excludat, etiam deficientibus maſculis, ceſſat omnis
hæſitatio, nam eſto, quod integrum iuſpatronatus deue-
nerit in Marinum fratrem, quia tamen ipſe ab inteſtato
deceſſit, ſorores de Marlianis cum ſint in gradu ſucceſſi-
biles per actum præſentationis ad Canonicatum, de quo
agitur dicuntur eius hæreditatem adiuiſſe, & iure hære- 13
ditario Iuſpat. acquiſiuiſſe *Canaler. dec. 395. num. 1.*
Denique non refragatur quod Rota alias dixerit Iuſ-
pat. huiuſmodi pro parte hæreditarium, & pro parte gẽ-
tilitium, proindeque ſaltem pro parte gentilitia non ſpe- 14
ctare

ctare ad dd. ſorores, quæ non probant eſſe de linea vel
agoatiooe fundatoris. Quia noo eſt nouum, qood Iuſ-
patronatus geotilitium tractu temporis ob defectum
agnationis euadat hereditarium, vt in hac eadem cau-
15 ſa dixit *Rot.dec.243.part.4.rec.* & fuit etiam reſolutum io
*Sulmonen beneficij 13. Martij 1680.coram Eminen.Celſo,
§. demum, & in Bononien. beneficij 26.Februarij 1652.cor.
R.P.D.Albergato § hoc itaque Iuſpat.*

In caſu noſtro prorſus excluditur qualitas gentilitia,
16 ex obſeruantia ſubſecuta, dum coostat tam Sellanouam,
quam Alexandrum, & Marium de Marlianis, præſen-
taſſe, quod vtique repugnat, qualitati gentilitiæ, cum
hęc ad præſentandum oon admittat, ſed vtramque qua-
17 litatem requirat, ſanguinis ſcilicet, & hæredis, vt reſpon-
dit *Rot.coram Eminentiſs.Otthob.dec.3.num. 9. & prius in
Lauden. Iurispatron. 22. May 1643.cor.Me, &c.*

Eminent. D. Card. Cerro.

Romana Aeconomiæ.

Luna 14. Ianuarij 1669.

ARGVMENTVM.

Deputatio Æconomi, & admioiſtratoris, facta à defuncto, per tot annos, cum onere non reuocandi; & conſtitutione Salarij, poteſt reuocari ab hærede, & auferre Salarium, quando ceſſat cauſa adminiſtrandi, & non ſunt bona, aut pauca, quæ poſſint ab Æconomo adminiſtrari.

SVMMARIVM.

1 *Deputatio Aeconomi, & adminiſtratoris facta à iudice non poteſt à parte reuocari.*
2 *Secus ſi ſit facta à parte & domino.*
3 *Etiam ſi deputatio eſſet perpetua.*
4 *Et deputans iuraſſet non reuocare.*
5 *Adminiſtrator reuocatus nihil agere poteſt.*
6 *Aeconomus & procurator pariſicantur.*
7 *Et idem eſt ac ſyndicus & actor.*
8 *Procurator irreuocabiliter etiam cum iuramento conſtitutus reuocari poteſt.*
9 *Actus correſpectiui ſortiuntur eandem naturam.*
10 *Locatio facta procuratori reuocato mandato Procura ceſſat.*
11 *Mandatum debet eſſe gratuitum.*
12 *Tutor, & curator poſt acceptam tutelam non poſſunt eam deſerere.*
13 *Adminiſtrator rei particularis ſemper poteſt deſerere adminiſtrationem.*
14 *Mandatum ceſſat, & reuocatur ceſſante cauſa mandati.*
15 *Ceſſante cauſa adminiſtrationis ceſſat adminiſtratio.*

DECISIO XCI.

CLar.mem.Cardinalis Nicolaus à Balneo, vt conſtitueret io futurum modum facilẽ, & magis tutum adminiſtrationi ſuorum booorum ſtabilium, exiſtentiũ in Prouincia Romandiolæ, in Territorio Gattei, in Comitatu Bononiæ, io Territorio Pedisluci, & io caſtro Arcis Candulphi, atque ſatisfactione onerum, & debitorum, quibus ipſa Bona affecta erant, illa ceſſit, & conceſſit anno 1663.in Aeconomiam, & liberam adminiſtrationem Carolo, & Bernardo, de Pareotijs, per tot annos, quod eſſent neceſſarij, vſque ad integram extinctionem Capitalis debitorum, cum obligatione ipſorum præſtaodi cædulam Bancharíam, pro ſatisfactione ſcut. *mille, & octoginta*, pro fructibus Montium Communitatis tertiæ erectionis, cootinuandam pro toto tempore adminiſtrationis Capitalis d. Debiti, ac deponendi penes Mercatorem, qui cedulam feciſſet, ſeu alterum in creditum d. D. Cardinalis, eiuſque ſucceſſorum totam illam quantitatem, quæ detractis expenſis, ex Introitibus præfatorum Bonorum ad eorum manus perueniret ad effectum perſoluendi illorum aonua onera, annuoſque fructus debitorum, & ſuper exiſten. eis ſatisfactis aliqua æquiualeoti ſumma, cauſa conuertendi in extioctionem Capitalis, conſtituta ipſis prouiſione ſcut.300.iam reſpectu Aeconomiæ, & admioiſtrationis, quam, pro recognitione debita Mercatori, qui faceret cedulam, cum facultas ei conceſſa adhibendi in dd. bonis quamlibet induſtriam licitam, & conueoientem ad eorum proprium commodum, iuncta conuentione, quod Aeconomia, & prouiſio debereot continuare vſque ad totalem extioctionem debitorum.

Defuncto Cardinali cum teſtamento, in quo hæredem ſibi ſcripſit vniuerſalem d. Marchionem Ludouicum, Rogatis Decano, pro tempore Sacræ Rotæ, & DD. Præceptore S.Spiritus, Primicerio Sanctiſſimæ Trinitatis, & Superiori S Iacobi Incurabilium, pro aſſiſtentia dicto hęredi, Negotijs, & intereſſe ſoæ hæreditatis; ob vrgentiam nonoullorum creditorum fuit opus, nobis approbãtibus, ad venditionem bonorum exiſtentium in Territorio Pedisluci, qoæ continentia maiorem adminiſtrationis ſubſtantiam vendita fuerunt pretio 323.quibus mediaotibus Creditores magis vrgentes dimiſſi fueruot; Cumque propterea Aeconomia, & admioiſtratio ferè inutilis redderetur valdè oneroſa d. Hæredi, ac inſuper præiudicialis Creditoribus, Parentij verè noluerunt ab ea recedere, vigore commiſſioois Signatæ à *S.M. Alexandro VII.* quod A.C.procedat de voto Rotæ, appellatione remota, propoſui dubium. Ao Contractus ſit reuocabilis, quod affirmatiuè in quarta propoſitiooe reſolutum fuit &c.

Totus, enim Inſtrumenti Contextus, in qualibet ſui
parte, loquitur de Aeconomia, & adminiſtratione; De-
putatio, autem Aeconomi, & adminiſtratoris, etiam per-
petui, quidquid ſit, quando facta eſt à Iudice, de qua lo-
quuntur allegati, à *Salgad Labyr.Credit.par.1. ca* 15 *n.5.* 5
quoties, prout hic, facta eſt à parte, ſeu à bonorum Do-
mino, ſemper ità facta, iotelligitur, vt liceat ab ipſo de- 2
putante eiuſqoe hæredibus reuocari, vt in puncto Aeco- 3
nom. perpetui, *Abb.in c.edocere 31.num.9. verſ. & quod
dicit de Reſcript.* & in terminis Adminiſtratoris etiam
perpetui, *Ruin conſ.54.num.12.lib.1.& conſ.143.num.6.7.
lib.4.Plot.in l.ſi quando num.747.C vnde vi Sebaſt.Medic.
de venat.part.2.verb.Adminiſtratoris inter tract. magn. to.
6.part.2.fol.291.à tergo*, quos refert, & ſequitur *Eſcobar.
de Ratioc.c.6.num.83.verſ pro qua ſententia.*

Vode, quamuis explicita in coooceſſiooe adfuerit con-
uentio, quod Aeconomia, & prouiſio deberet contiouari
vſque ad totalem extinctionem debitorum; Nihilo-
minus etiamſi iurata oon tollit facultatem reuocandi,
atque Aeconomia ipſa, & adminiſtratio amplius non du-
rant poſt ſecutam reuocationem, vt præter allega- 4
tos optimè, *Mantin. de iurament. part. 4. effect. 22. nu-* 5
mer. 22.

Idque comprobatur, ex quo, in ſubſtantia Aeconomus
idem eſt, ac Procurator, cum, io Iure pariſicentur, iuxta 6
*text.in c.Auaritia de elect.in 6.*ibi, *tamquam Procuratori-
bus, ſeu Aeconomis, gl.in c.Imperatores verb. Aeconomum
extra de Iuram.Calumn.*ibi, *idẽ eſt Aeconomus.quod Syn-
dicus, ſiue Procurator, & actor, ibiq. Abb.in 6.in ſi & Butr.
numer.14.Scacc. de Iudic. libr.2. capit. 1. numer.251. &* 7
ſeqq.

Procurator autem, quamuis conſtitutus irreuocabili-
ter, & cũ pacto iurato non reuocandi, poteſt reuocari per 8
*gl.in c.fin.verbo reuocatus de Procur.in 6.Falin. in c. ſi dili-
genti numer.32.in fine numer.9 fallit de for. comp. Angel.
conſil.225.numer.2.in fine, & numer.3. Surd. conſil. 264.
num.41. Seraph.de priuil. Iuran priu.57.num.7. cum ſeqq.
Grat.diſc for.c.783.nu.35.Capyc.Galeot.lib.1.contr. 60.n.1.
vſq.ad 7.Pen dec.1294.numer.5.6.vbi dicit Ruin.conſ.115.
num.15.& 16.lib.1.*eſſe à DD. communiter reprobatum

ac dec.

ac dec.1441.per tot. & ſignanter *num 4.5. & in rec. deciſ.
233 num.3.in fine,verſ. non obſtante quacumque, & deciſ.
354.num.7.p.4.* & in terminis Procuratoris conſtituti ad
negocia, nempè ad tranſigendum *Buratt.dec.64.num.9.
repetit.poſt Zacch.de oblig.Camer dec.38.n.10.*

Non obſtat,quod in ipſo Contractu, ioita fuerit loca-
tio,& conductio operarum ; Quia,cum ſit correſpectiua
ad mandatum,& ad deputationem in Æconomum, eiuſ-
9 que naturam ſortiatur, vtique ceſſante mandato, per re-
uocationem,ceſſare debet ipſa locatio, & conductio, vt
10 benè ad propoſitum reſpondet, *Rot. coram Penn. d. deciſ.
1441.ſub num.4.& dec.1510.per tot. ac in rec.d.deciſ.283.
num.3.verſ.quia eſto,part.1.*

Nec refert, quod regulariter mandatum debeat eſſe
gratuitum, quia ei non repugnat remuneratio, ratione
laboris, & adhuc mandatum gratuitum dicitur *l ſire-*
11 *munerandi in primo, ff.mandat. Mant.de tacit.libr.7.tit.2.
n.5.& tit.19.ſub n 6.verſ.quod verò dictum eſt.*

Sicuti non ſubſiſtit aſſumptum, quod Parentij poſt
acceptatam,& inceptam Æconomiam,& adminiſtratio-
nem non potuiſſent eam deſerere,donec integrorum de-
bitorum Capitalia perſoluerentur; Quia hoc procedit in
12 Tutore, & Curatore habente generalem adminiſtratio-
nem,& confirmato à Iudice, ſecus autem in admioiſtra-
tore rerum particularium, vt hic, Iſte enim ad ſui libitũ
quodcumque poteſt deſerere adminiſtratiooem, iuxtà
13 claram diſpoſitionem *text in l tutori, vel Curatori 20.C.
de negoc geſt. Bart.in l. ſi pupilli 6.§.videamus nu.2.ff. eo-
dem*, cum alijs, *in Auximana redditionis rationis 18. Fe-
bruarij 1656.§.vlt. & 2.Maij 1659.§.fin. coram me.*

Præterea præmiſſa eo faciliùs procedere videbaotur,
in propoſito caſu, propter deficientiam materiæ, & ceſ-
ſationem cauſæ Mandati,ſeù Æconomiæ, & adminiſtra-
tionis, ſiquidèm adminiſtratio principaliter, & pro ma-
iori parte conſiſtebat in bonis Pedisluci proximis Reati
Patriæ ipſorum de Parentijs, & in alijs in Caſtro Can-
dulphi,oam quoad ea ſita Bononiæ,& io Prouincia Ro-
maodiolæ, vtì remota, Cardinalis aſſumpſit in ſe onus
reperiendi Affictuarios, ſeu alios Miniſtros, qui curam
gererent eius Periculo, abſque eo, quod Pareotij tenean-
tur de mala adminiſtratiooe, ſed ſolùm, quod dum ipſi
haberent perſonas habiles, pars erit deputare eorum ar-
bitrio *Sum March.num.1.lit.A.* Vnde cum fuerint ven-
dita dicta Bona Pedis luci valoris ſcut.23.m. hinc fit onus
ampliùs non verſari in terminis d. Conuentionis, defi-
ciente principali, ac maiori portione bonorum, circà
quam cadebat adminiſtratio, & proindè intrat etiam
conclusio, quod maodatum ceſſat, & reuocatur ſtatim
14 ceſſante cauſa mandati, *cap. ſi pauper in fin verſ.cum ceſ-
ſet cauſa Mandati ibiq gl d verb. ceſſet, & Gomin.in 3.no-
tab.de prabend. in 6. Tiraq.in tract.ceſſant.cauſ p.1.n.180.*

Neque huic fundamento repugnat altera conuentio,
quod etiam, euicto aliquo corpore bonorum, non eſſet
æconomis diminuenda prouiſio ſcut.300. ex alijs rema-
nentibus bonis iotegrè deducenda ; Quia intelligitur, de
modica euictione, non autem, quando ſequitur euictio,
ſeu deſtructio, vt hic maioris partis bonorum, circa quæ
cadebat principalis admioiſtratio & cura,ita vt, reſpectu
remanentium, Æconomia, & adminiſtratio reddatur fe-
rè inutilis, damnoſa hæredi, & præiudicialis etiam Cre-
ditoribus, qui adhuc non fuerunt ſatisfacti ; Cum enim,
hoc caſu, ceſſet ratio, pro qua principaliter conceſſa fuit
Æconomia,& adminiſtratio,ceſſare etiam debet eiuſdem
15 conceſſionis diſpoſitio, *ad tex.in cap. cum ceſſante de ap-
pellat.* nimiſqoe durum videtur, quod diſtracta maiori
parte bonorum propter vrgentiam Creditorum grauari
debeat hæres tam magna prouiſione, & exindè diminui
reliquorum bonorum redditus,in damoum,& perniciem
quoque aliorum Creditorum remaoeotium,&c.

Et ita vtraque parte &c.

Eminent. D. Cardin. Cerro.

Romana Aogumenti Dotis.

Lunæ 18. Iunij 1663.

A R G V M E N T V M.

Maritus in contractu matrimonij poteſt facere augu-
mentum Dotis, quod gaodet omnibus prioilegijs
d. Dotis etiam, qnoad fructus. Tcllaoientum, &
in eo contenta non poſſunt reuocari per apocam
priuatam, & ſine ſolemnitatibus ſtatuti.

S V M M A R I V M.

1 *Quartum dotale debetur ex Statuto Vrbis.*
2 *Lucrum dotis,& donatio propter nuptias veniunt no-
mine dotis.*
3 *Augumentum dotis fieri poteſt à marito in contractu
matrimonij.*
4 *Solemnitates ſtatuti non requiruntur in contractibus in
quibus facilitantur matrimonia.*
5 *Fructus dotis debentur pro augumento dotis ſicuti pro
dote.*
7 *Verba clara non indigent interpretatione.*
8 *Teſtamentum ſolemne debet reuocari per aliud ſolem-
ne non per apocam priuatam.*
9 *Ad probandum errorem teſtamenti tot requiruntur
teſtes, quot requiruntur in confectione.*
10 *Recipiens vigore alicuius ſcriptura, illam approbat.*
11 *Reſeruatio iurium præſeruat omnia, quæ poſſunt com-
petere.*
12 *Mulier ſine ſolemnitatibus approbare non poteſt quic-
quam in ſui præiudicium.*

D E C I S I O XCII.

CReditum D. Hieronymæ de Benedictis erga hære-
ditatem Bernardini Iacomini ſui viri reducebatur
ad ſex partitas conſiſtentes in lucro dotali veræ dotis
ſcut.6000. augumeoto facto ab eodem Beroardino in
ſcut.4000. lucro huius augumenti, fructibus dotalibus,
legato totius frumenti exiſtẽtis in Oppido Ciuitatis La-
uiniæ,& altero legato omnium mobilium Romæ; Vndè
de conſenſu partium ad euitandum molem ſcriptura-
rum, & coofuſionem,diſpotato priùs dubio, an, & pro
qua ſumma teneatur hæreditas Bernardini, erga Hiero-
nymam,& ſucceſſiuè diſputetur aliud, an & ad quid te-
neatur ipſa erga hæreditatem, DD. reſpooderunt hæ-
reditatem teneri, prout infra.

Quod enim attinet ad lucrum veræ dotis ſcut.6000.
res caret difficultate, cum per viri prædeceſſum deferā-
tur vxori ex clara diſpoſitione Statuti Vrbis, *capit.131.* 1
lib.1. quod expreſsè contrahentes in ipſamet dotis con-
ſtitutione ſeruare promiſerunt, ſicuti etiam ex eodem
Stat. *c.137.lib.1.* debentur fructus decurſi poſt iudicialem
interpellationem ad rationem 7. cũ dimidio,quod licet
loquatur de fructibus dotis, attamen habet locum etiã in 2
lucro,& donatione propter nuptias, vt dixit, *Rota in Ro-
mana Dotis poſt Marcheſ.de cõmiſ.part.1. fol.845. per tot.
Coc.deciſ.451.num.3.& in rec.deciſ 383.n.1.8.part.5.*

Non obſtat,quod Bernardinus, in quadam apoca, in-
iunxerit Hieronymæ reſtitutionem plurium gemmarũ,
ibi, *ſe la Signora Girolama vorrà il ſuo quarto, e che non ſe
lo poſſa negare, reſtituiſca le gioie, che tiene del mio, come vn
giouello, &c.* ideoque non facta reſtitutione,eidem non de-
beantur, nec quartum,nec fructus.

Nam, vltrà, quod non probatur exiſtentia gemma-
rum in manibus Hieronymę, quæ inſuper, ſuper hoc
obtinuit ab A. C. ſeoteotiam abſolutoriam, viſum fuit
huiuſmodi prætentionem eſſe examinandam, quando
diſpu-

Digitized by Google

diſputabitur de credito hæreditatis contra Hieronymam.

Debetur quoque augumentum Dotis ſcut.4000. parum obſtante, quod ſit ſimplex promiſſio Mariti facta ad fauorem vxoris abſque ſolemnitatibus Statuti Vrbis,
3 *cap.1.nu.135. & 149.* Quia cum non verſemur propriè in donatione, ſed in augumento Dotis aſſignato ad faciliorem concluſionem matrimonij, iuxta veriorem ſententiam, ſolēnitates Statutariæ in huiuſmodi Contracti-
4 bus non requiruntur, *Rot. coram Verall. deciſ. 199. num. 1. part. 3. Gregor deciſ. 563. num. 12. ibique Add. Merl. deciſ. 80. num. 7.* cum alijs allegatis in *Fulginaten. Dotis 23. Iunij 1659. §. nullitas coram R.P.D. Albergato.*

Et reſpectu huius augumenti, hæreditas tenetur etiam ad fructus, qui debentur, eo modo, pro lucro dotis promiſſæ, ac pro augumento facto, per virum, vt præter
5 auctoritates ſuperiùs allegatas *in §. quod enim in fine* dixit *Rota in recent. deciſ. 246. numer. 1. & 3. verſ. & hoc caſu part. 2.*

Non obſtat, quod augumentum prædictum remaneat ſublatum, ex apoca inter partes, confecta ante ſtipulationem Inſtrumenti dotalis, vbi declaratur veram dotem Hieronymæ conſiſtere dumtaxat in ſcut.6000. & quicquid vltrà promiſſum fuerit, intelligatur ad pompam; Quia huiuſmodi apoca ſolùm declaratur promiſſionem dotis factam à Fratribus Hieronymæ, fauore Bernardini viri verè, & realiter non excedere ſcut.6000. quamuis ad maiorem honorificentiam appareat in ſcut. 10000. non autem reſpicit augumentum conſtitutum à viro ad fauorem vxoris, cuius verba cum ſint ſatis clara
6 nulla indigent interpretatione *l. ſi ita ſtipulatus §. Griſogonus in fin. ff. de verb. oblig. l. ſi ille, aut ille, §. cum in verbo, ff. de leg. 3.* De huiuſmodi tamen augumento DD. dixerunt lucrum non deberi; Quia Bernardinus, in caſu eius prædeceſsus, conſtituit Hieronymam vſufructuariam ſolummodò d. Augumenti ſcut.4000. ex huiuſmodi enim quantitatis expreſſione ſatis clara colligitur eius intentio, quod vxor in prædicto caſu, qui ſucceſſit vltra vſumfructum ſcut.4000. nil penitùs prætendere poſſet.

Denique hæreditas tenetur ad legata mobilium, & frumenti, pro quorum præſtatione Hieronyma habet intentionem fundatam in teſtamento Bernardini, licet in ſchedula poſtmodum confecta ab eodem Bernardino cum præſentia trium teſtium legata prædicta fuerint adepta; Quia cum hæc non contineat ſimplicem declarationem dubiæ voluntatis, ſed potiùs præſeferat nouam diſpoſitionem, & reuocationem prioris teſtamenti, ibi, *dichiaro, & annullar ogni mia volontà fatta ſolamente per teſtamento publico*, nihil operatur contra teſtamentum ſolemniter confectum, pro cuius reuocatione alia diſpoſitio requiritur æquè ſolemnis, *Roland. conſ. 33. numer. 4.*
8 *lib. 3. Menoch. conſ. 130. num. 1. Gratian. cap. 764. numer. 5. Rot. deciſ. 652. num. 7. & ſeqq. part. 4. tom. 3. recent.* & in ſimili dictum fuit *in Anemonen. Teſtamenti 20. Iunij 1661. §. vlterius coram me*, vbi, quod ad probandum errorem
9 ſubſtantialem teſtamenti requiritur idem numerus teſtium qui requiritur in confectione.

Nec releuat approbatio dictæ ſchedulæ, ex quo Hieronyma, illius vigore, nonnulla mobilia recepit; Ete-
10 nim recepta non fuit purè, & ſimpliciter confecta, ſed cum clauſula præſeruatiua, ibi, *ſenza preiuditio d'ogni ragione, e attione, e d'ogn'altra coſa ordinata dal Signor Bernardino, qui non deſcritta, e non ſpecificata, che in qualſiuoglia modo mi poteſſe competere*, cuius vigore fuerunt ſibi reſeruata omnia Iura eidem competentia vigo-
11 re teſtamenti *l. ſi debitor §. primo, vbi gloſ. ff. quibus mod. pignor. vel hypoth. ſolu. Rot. in recent. deciſ. 195. num. 9. part. 7.*

Aut ſaltem negari non poteſt, quod ex prædicta approbatione facta ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs nullum præiudicium inferatur mulieri ex eo, quod lex
12 eidem reſiſtit *Bart. in l. cum lex 47. numer. 6. ff. de fideiuſſ. Rot. coram Duran. deciſ. 18. numer. 16. repetita in recent. deciſ. 1. part. 3.*

Et ità vtraque &c.

Eminentiſs. D. Cardin. Cerro.

Romana Caſalis.

Vener. 18. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Acquiſita, ex tranſactione inita ab hærede, vel fideicommiſſario, non cadunt commodo tranſigentis, ſed augent hæreditatem, vel fideicommiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi non datur immiſſio, ſuper rebus, quæ non cadunt in hæreditate.*

2 *Solutum pro legato relicto à teſtatore, non venit in fideicommiſſo.*

3 *Acquiſita ex tranſactione cadunt in commodum eius, cuius nomine fit tranſactio, non commodo tranſigentis.*

4 *Tranſactio, ſuper iure hæreditario, auget hæreditatem.*

5 *Tranſactio non dat nouum titulum.*

6 *Res fideicommiſſo ſuppoſita, ſi perdatur, & recuperetur cedit commodo fideicommiſſi.*

7 *Tranſactio, ſuper iure hæreditario fieri non poteſt citrà ius, & nomen hæredis.*

8 *Agens in vno iudicio non poteſt ex alia cauſa obtinere.*

9 *Hæres nullum ius habere poteſt, ſuper re empta, de pecunijs non hæreditarijs.*

DECISIO XCIII.

Puellis S. Euphemiæ, Diſperſis nuncupatis, vti hæredibus teſtamentarijs Iacobi Tholomei, conceſſa fuit Immiſſio in poſſeſſionem Caſalis, S. Proculæ, ſeu Muratellæ, pro rata Rubr. 14. & pro medietate ſcut. 300. quæ prætendebant Iacobum ſoluiſſe, de proprio, Eccleſiæ S. Mariæ Puritatis, occaſione legati eidem relicti à Mario Tholomeo.

Verùm cauſa appellationis mihi commiſſa, cum clauſula, *conſtito, quod ſit locus Ægidianæ*, Domini negatiuè reſponderant, ex capite Iniuſtitiæ.

Quandoquidem portio Caſalis, de qua agitur, ſubiecta eſt fideicommiſſo à Petro Antonio Iacobi patre, inſtituto, quod per obitum ipſius Iacobi ſinè filijs, non controuertitur, fuiſſe purificatum, ad fauorem Lucretiæ matris, & auctricis Artemiſiæ, & matris de Petruccis rearum conuentarum; Ideò non potuit, ſuper ea, puellis concedi immiſſio, vti hæredibus Iacobi, cum non cadat, ſub eius hæreditate, *Seraph. deciſ. 848. num. 4. Rot. in rec.* 1
deciſ. 518. num. 12. part. 4. tom. 3.

Non obſtat, quod dicta Portio fuerit adiudicata Michaeli de Graſſis, & Oliuæ de Biondis, pro ſatisfactione legati ſcut. 900. ipſis relicti à patruo Iacobi (ex cuius hæreditate Caſale controuerſum deuenerat in Petrum Antonium fideicommittentem) quodque Iacobus, mediante ſolutione legati, illam à legatarijs redemerit, vt pro- 2
pterea effecta videatur proprium ipſius patrimonium.

Quia, cum huiuſmodi redemptionem fecerit, mediante tranſactione, inita ſuper iure, & nomine hæreditario Petri Antonij, legati debitoris, pendente iudicio, ſuper nullitate d. adiudicationis, non fuit acquiſita tranſigenti, & redimenti, ſed hæreditati debitoris, ſuper cuius iure fuit tranſactum, eiuſque fideicommiſſū, mediante d. tranſactione auctum fuit *Grat. conſ. 9. nu. 18. & lib. 2. Cancer.* 3
variar.

Digitized by Google

variar.reſol.part.3.cap.15. tit. de renunc numer.206. cum Molin.de Primog.Hiſpan.lib.4.cap 9.num.22.in fine, Gratian.cap.476.num.14.Rot.deciſ.306.num.6.part.5 rec. & in Romana Caſalis Aguzzani 29. Nouembris 1649.cor. Dunozetto, §.prout nihil facit.

Nec refert diſtinctio, an grauatus poſſideat, nec ne, quia res, per tranſactionem, ſuper iure, & nomine hæreditario initam, ſiue acquiratur, ſiue retineatur, ſem-
4 per auget hæreditatem, *ad tex.in l.imperata 72.in fin.ibique gloſſ.verb.non videtur, ff. de leg.2. Peregr.de fideicom. art.40.num 26.& dict deciſ.306.dict.num.6.* DD. autem, & deciſiones in contrariam adductæ, loquuntur de re, quæ penitus exiuit à fideicommiſſo, mediante conſtitutione dotis, datione inſolutum, vel alijs titulis abdicationis dominij, & poſteà, ex nouo titulo fuit acquiſita ab hærede non autem de re litigioſa recuperata, per tranſactionem, quæ dum lis pendet nunquam poteſt dici exiuiſſe à fideicommiſſo, nec acquiſita ex nouo titulo, cum
5 tranſactio non det nouum titulum, ſed hæres eius vigore antiquum dominium, ex primo titulo continuare dicator ex allegatis.

Certius in propoſito, quo legatarij, in præfata tranſactione non vendiderunt, nec ceſſerunt Caſale Iacobo grauato, ſed proceſſerunt, per viam retroceſſionis, & reſolutionis aſſertæ adiudicationis. Hoc enim ſtante, res recuperata ſemper recidit in priorē cauſam fideicommiſſi, & perinde habetur, ac ſi adiudicatio facta non
6 fuiſſet, ad textum *in l. voluntate in fine, verſ ſed in priſtinam, ff. quibus mod. pignor.vel hyp. ſolu. Angel in l.fin. Cod. de remiſſ.pignor. Fabian. de Mont.de empt & vendit. quæſt 8.numer.3. & in Bononien. Bonorum 9.Maij 1591. coram Dun.*

Nec poteſt in dubium reuocari, quia tranſactio facta fuerit ſuper iure, & nomine hæreditario, dum lis erat, ſuper aſſerto debito fideicommittentis, & legatarij, ſemper egerunt, aduerſus Iacobum, vti hæredem Petri Antonij, vt conſtat ex pluribus citationibus, & actis factis in Curia Capitolina & tranſactio facta fuit, pendente lite ſuper re, & iure hæreditario, ſuper quibus extra ius, & nomen hæredis tranſigi non poterat, *Bald. conſ.224.*
7 *num.1.verſ reſtat ergo videre lib.2. & conſ 272.nu.2. verſ. certum eſt enim lib 5. Aym conſ.22.num.3. verſ.tranſigendo autem ſuper illa lib.2.*

Nec obſtat, quod ſaltem puellæ, ex perſona Iacobi recuperare poſſint ſummam, ab ipſo, in tranſactione ſolutam. Quia præterquod à reis conuentis prætenditur retentio ex cauſa legitimæ debitæ Lucretiæ matri, in bonis Iacobi filij, ſine prole defuncti, & occaſione aliorum creditorum, ab eis deductorum, obiectum remouetur ex iudicio ab ipſis puellis inſtituto ex remedio l. fin. quod dum eis non competit, operatur, vt non poſſint ex
8 alia cauſa in ipſo obtinere, *l. habebat in princ. ff. de inſtit. act l.non poſſumus. ff. ſi pars hæred. petatur Aym.conſil.80. num.17.Surd conſ.151.num.53.*

Idemque reſponſum fuit, quoad immiſſionem conceſſam pro medietate ſcut.300. cum non ſubſiſtat, quod fuerit ſoluta de pecunijs proprijs Iacobi, ſed ſoluta fuerunt de pretio Caſalis fideicommiſſarij, vt apparet ex ipſamet quietantia, vndè hæres nullum ius ex d. ſolutione
9 acquirere poteſt. *Rot. poſt Cenc. dict.conſil. deciſ.205. numer.1.*

Et ità vtraque parte, &c.

Eminentiſs. D. Card. Cerro.

Romana Caſalis.

27. *Aprilis* 1667.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus tranſigens, ſuper fideicommiſſo litigioſo, acquirit d. fideicommiſſo, non ſibi, & huius occaſione reſoluitur, quod res ablata reuocabiliter de fideicommiſſo, ad illud redire poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non immittitur in bonis fideicommiſſo ſuppoſitis.*
2 *Hæres per aditionem hæreditatis, fit debitor legati.*
3 *Acquiſitum ex tranſactione non acquiritur tranſigenti, ſed fideicommiſſo, cuius nomine fuit tranſactum.*
4 *In re debita legatarijs non poteſt conſtitui fideicommiſſum.*
5 *Limita in legato ſpeciei.*
6 *Legatarius, ante acceptationem acquirit dominium legati ſpeciei.*
7 *Hæres, ex aditione hæreditatis ſibi appropriat omnia bona defuncti.*
8 *Et fit debitor legatariorum.*
6 *Res ſemel ablata à fideicommiſſo ad illud redire non valet per nouam conſecutionem.*
10 *Contra ſi non fuit ablata irreuocabiliter.*
11 *Ius pro recuperatione competens æquiualet rei.*
12 *Res litigioſa. finita lite, redit ad fideicommiſſum.*
13 *Hæres ſoluens debita hæreditatis non poteſt prætendere iurium ceſſionem contra hæreditatem.*

DECISIO XCIV.

FVit reſolutum, coram Me, ſub *die* 18.*Iunij* 1660. non eſſe locum Aegidianæ, attenta iniuſtitia ſententiæ concedentis immiſſionem Puellis S. Euphemiæ, vt hæredibus Iacobi Ptolomæi in poſſeſſionem partis Caſalis, S. Pauli poſſeſſæ ab Arthemiſia, & Maria de Petruccijs filiabus, & hæredibus Lucretiæ Vacchiæ, & hodiè, dubio, iterùm diſcuſſo, DD. reſolutionem confirmarunt.

Cùm enim Petrus Antonius Pater dicti Iacobi, ſuper portione Caſalis, de qua agitur, ordinauerit fideicommiſſum, quod per mortem eiuſdem Iacobi, ſine filijs fuit purificatum, ad fauorem Lucretiæ Vacchiæ eius matris, non poterat concedi immiſſio puellis, in poſſeſſionem dictæ portionis fideicommiſſariæ, quæ non ad hæreditatem Iacobi hæredis grauati, ſed ad Lucretiam ſubſtitutam pertinebat per *text. in l. fin. §. ſin autem ſub condit. commun de leg.* 1

Nec vrget repetitum obiectum, quod Iacobus hanc portionem ſibi acquiſiuerit, mediante tranſactione inita, cum Michaele de Groſſis, & Oliua de Blondis legatarijs Pauli Fratris, & auctoris Petri Antonij, quia placuit reſponſio alias data, quod cum ad huiuſmodi tranſactionem deuenire non potuerit, alio nomine, quam hæreditario Petri Antonij Patris, qui per aditionem hæreditatis dicti Pauli eius fratris effectus fuerat debitor le- 2
gati, acquiſitio facta per Iacobum, non auget eius hæreditatem, ſed quidem cedere debet ad commodum hæreditatis, ac fideicommiſſi eiuſdem Petri Antonij, cuius intuitu tranſactum fuit, vt præter alleg. in dec. tradunt
Mierex de Maiorat.part.1 q.10.n.172.Mugier.alleg.19. 3
n.31.Peregr.de fid.art.40. num.126. Rot.in Bonon. Pradij 16.Iunij 1662.in fin.coram R.P.D.Alberg.

Nec obſtat replicatio, quòd Petrus Antonius non potuerit hanc portionem Caſalis ſubijcere fideicommiſſo,
cum iam eſſet debita legatarijs, ex Teſtamento Pauli 4
quia

quia animaduerterunt DD. quod Paulus non legauit
in ſpecie dictam portionem Caſalis, quo caſu, non
potuiſſet Petrus Antonius illius hæres aliter de illa diſ-
5 ponere, in præiudicium legatariorum, quibus fuiſ-
ſet acquiſitum dominium, etiam ante eorum accepta-
tionem, iuxta *deciſ. 189. nu. 5. pars. 7. rec.* ſed reliquit
6 ſimpliciter quantitatem pecuniarum 1900. quo fit,
vt Petrus Antonius, adeundo hæreditatem Pauli fra-
tris, omnia bona hæreditaria ſibi appropriauerit,
7 vigore aditionis, *ex gloſſ. ſingul. in l. 1. §. veteres ver-
bo reliquorum verſiculo tu dic, ff. de acquir. poſſ.* &
dumtaxat euaſit debitor erga legatarios, in ſimpli-
8 ci pecunia legata *l. ſi pecun. 13. ff. de leg. 2. Syluestr.
Aldobrand. conſ. 115. lib. 1. num. 3. & ſeqq. Rot. dec. 966.
num. 1. part. 1. recent.*

Nec releuat, quod legatarij, poſt duas ſententias
obtinuerint dictam portionem Caſalis ſibi adiudicati
pro ſatisfactione eorum legati, ſubſequuta etiam actua-
li poſſeſſione, ideoque cum ſemel fuerit ab eodem fi-
deicommiſſo exempta, licet poſtea ab hæreditate
recuperata, non debuerit ampliùs ad fideicommiſ-
9 ſum redire, *Caphal. conſil. 683. numer. 7. cum ſeqq.
Crauet. conſil. 295. numer. 4. Fontanell. de pact. nupt.
clauſ. 5. gloſſ. 1. part. 2. numer. 49. Rot. dec. 209. num. 3.
pars. 1. rec.*

Siquidèm authoritates præfatæ, vti loquentes in
caſu, quo res fideicommiſſaria irreuocabiliter exiuerit
à fideicommiſſo, & fuerit, ex nouo titulo, ab hæ-
10 rede acquiſita, non procedunt in propoſito, vbi ad-
uerſus ſententias obtentas à legatarijs, fuerit commiſſa
cauſa reſtitutionis in integrum, per Cap. Appella-
tionum fuerat quoque lata ſententia ſuper d. reuoca-
tione d. adiudicationis, quam etiam ſuper eo, An le-
gata deberentur d. Inſtrument. impreſſ. litt. G. nullo
modo dici poteſt portionem controuerſam irreuocabi-
liter exiuiſſe à fideicommiſſo, nam Ius, quod pro re-
cuperatione competit, videtur ipſi rei æquiualere per
11 *tex. l. rem in bonis 52. ff. de acquir. rer. Dom. l. qui actio
nem, vbi gloſſ. ff. de leg. 1ur.* Minuſque dici poteſt fuiſſe
recuperatam ab hærede, ex nouo titulo, cum tranſa-
ctio legatur facta, propter litem, quæ tunc vigebat,
ſuper inſubſiſtentia legati, ex nullitate adiudicationis,
qua reſoluta, negari non poteſt, quin portio Caſalis re-
12 dierit ad priorem cauſam fideicommiſſi, vt aduertit *de-
ciſio, § certius in propoſito.*

Quo verò ad immiſſionem prætenſam à Puellis, pro
medietate ſcut. 300. quæ aſſerebant Iacobum de proprio
ſoluiſſe Eccleſiæ Beatæ Mariæ Puritatis, ex cauſa le-
gati relicti à Mario Ptolomæi, ceſſaſſe videtur quæli-
bet difficultas, ex quietantia facta à Miniſtris d. Eccle-
ſiæ, & pro parte puellarum producta, vbi clarè con-
ſtat Iacobum non de proprio, ſed quidem ſoluiſſe de
pecunijs hæreditatis Marij retractis, ex alia rata eiuſ-
dem Caſalis vendita illis de Victorijs, vt in calce infor-
mationis facti Puellarum, ex qua quidem ſolutione non
potuit Iacobus reportare aliquam Iurium ceſſionem
contrà hæreditatem Marij, de cuius pecunijs ſoluit, ſed
exindè debitum legati remanſit extinctum, & hære-
13 ditas pleno Iure liberata *Rot. poſt Pacif. de Salu.
deciſ. 164. n. 9. & in Bonon. fideicomm. de
Luparijs 14. Ianuarij 1661. in fine
coram R. P. D. M.
Bourlemont.*

Et ita vtraque par-
te, &c.

Eminent. D. Card. Cerro.

Romana Cenſus.

24. *Maij* 1660.

ARGVMENTVM.

Maritus non poteſt confiteri cenſum à ſe emptum, ſpectare ad vxorem, in præiudicium donationis prohibitæ, maximè, ſi deficiat inſinuatio; quo caſu, talis confeſſio, nec morte confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio mariti, ad fauorem vxoris ſapit donationem, & non valet.*
2 *Etiamſi eſſet iurata ex Statuto Vrbis.*
3 *Donatio inter coniuges morte confirmatur.*
4 *Donatio vltra 500. ſolidos inſinuari debet.*
5 *Defectus inſinuationis inualidat donationem.*
6 *Confeſſio facta a muliere in contractu inito, cum ſolemnitatibus præſumitur vera.*
7 *Confeſſio falſa, & ſimulata non præiudicat confitenti, aut hæredibus.*
8 *Vxor adminiſtrans bona viri præſumitur de ſuis creditis ſatisfacta.*
9 *Præſumptio ſtat contra adminiſtratorem differentem exhibere libros adminiſtrationis.*

DECISIO XCV.

DOmina Sulpitia Vitelleſchia, vt extingueret nonnulla debita paterna die 30. *Martij* 1654 cum obligatione inſolidum Hieronymi Matthei, eius primi viri, & cum decreto Iudicis, ac interuentu conſanguineorum, accepit ad cambium à D. Andrea Muto, ſeu à D. Mario Gabriello, ab eodem nominato ſcuta 4000. *die vero* 25. *Octobris* 1655. volens d. Cambium eſtinguere, cum ijſdem ſolemnitatibus annuum impoſuit cenſum ſcut. 135. quem pretio ſcut. 3000. vendidit Lauræ Bonadies eius auiæ. At, quia *die 3. Februarij* 1656. Hieronymus maritus aſſerens, quod ex ſcutis 4000. prouenientibus ex d. Cambio ſolummodò ſcuta 1000. pro vſu proprio D. Sulpitiæ inſeruierint, aliaque 3000. ipſe verè, & realiter receperit, & ad ſui libitum de eis diſpoſuerit, bonam fidem recognouit, reſpectu d. Cenſus ſub promiſſione tamen vxoris, quod nec ab ipſa, nec à ſuis, minuſq; à Laura creditrice, ſua vita durante, moleſtabitur pro fructibus decurſis, & in futurum decurrendis, nec pro præſtatione fideiuſſionis, in Inſtrumento d. Cenſus promiſſa.

Poſt obitum viri egit D. Sulpitia, contra eius bona hæreditaria pro conſecutione fructuum Cenſus ab ea ſolutorum, & ab A. C. obtinuit relaxationem Mandati executiui, quod non eſſe exequendum hodie reſolutum fuit.

Confeſſio enim in Inſtrumento recognitionis bonæ
fidei per Hieronymum facta fauore vxoris conſtante
Matrimonio ſubſtineri non poteſt vti in fraudem Dona-
tionis prohibitam à Iure communi in *l. 1. 2. ac tot. tit. ff.* 1
& C. de donat. int. vir. & vx. quam à Statuto Vrbis *libr. 1.
cap. 135.* cuius diſpoſitio non ſolum donationes ex præ-
tenſo titulo, verum etiam ſub huiuſmodi confeſſioni-
bus, ac alijs prætextibus implicitè factas æquè compræ-
hendit, & irritat, quamuis iuratæ ſint, quia Iuramen-
tum ab eo præſumitur dolo, & metu extortum, vt tra-
dunt *Gabriel. conſ. 142 num. 20. cum ſeqq. libr. 2. Gratian.* 2
*cap. 693 num. 7. 8. Put. dec. 7. num. 1. & per tot. & deciſ 55.
num 2. vſq ad fin. lib. 3. in com. Mant. dec. 49. num. 3. Rot. in
Romana Domor. de Regard. 15. Ianuarij 1649. coram Dunozett. §. præterquamquod, & in Romana Dotis 20. Febr.
ac 26. Nouemb. 1650. cor. Eminent. Corrado.*

M Non

Nun obſtat, quod dum Hieronymus deceſſit ea non reuocata, per eius obitum confirmata videatur,

Quia, cum excederet ſummam 500. ſolidorum egebat inſinuatione, ſine qua morte confirmari non po-
4 tuit, nec minus infra 500. ſolidus, cum nulla ſit tam rationne rei, quam perſonæ, vt probat *text. in l. donatione, la prima*, ibi, nam amplioris quantitatis donationem minimè intimatam. nec per ſilentium eius, qui donauit con-
5 firmari concedimus, *C. de donat. int. vir. & vxor. ibique Salic. num. 3. verſ. item nota, Curt Iun. conſ. 95. nu. 6. Pariſ. conſ. 92. num. 20. lib. 1. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 20. num. 25. Menocch lib. 3 præſumpt. 12 num. 39. 40. Grattan. d. c. 693. num. 6. Rot. coram Buratt deciſ. 108. num. 14. repetita in rec. deciſ. 683. num. 10. part. 2. & prius Pariſ. conſ. 703. verſ. nec illa lib. 1.*

Nec ſubſiſtit, quod dicta ſcuta 3000. verſa fuerint in vtilitatem Mariti, contrarium enim depræhenditur, ſine ex iurata confeſſione D. Sulpitiæ emiſſa tã in Cambio, quam in Cenſu poſt receptas, & expenſas pecunias celebrato, in quibus declarauit, ac reſpectiuè confirmauit dd pecunias recipere pro extinguendis debitis paternis, quæ quidem confeſſio vera præſumitur propter decretum Iudicis aliaſque ſolemnitates in Inſtrumentis
6 adhibitas, vt dicit *Rot. apud Pacif de Salu deciſ. 56. n. 21 cor. Caual. deciſ. 479. num. 2. verſ. fuit etiam excitata & in Romana præſenſæ reſtitutionis dotis 15 Ianuarij 1649. cor. Pentinger. §. cuius, quidem verſ. non ſolum*,

Siue etiam ex partitis extractis ex libris Montis Pietatis, ex quibus patet, quod exceptis ſcutis 194. Hieronymo per mandatum D. Sulpitiæ perſolutis 26. *Nouembris* 1654. reliqua pecuniarum quantitas, ab eadem D. Sulpitia recepta, vel de eius mandato alijs perſonis ſoluta fuit alijs cauſis expreſſis, quam viri vtilitatis. Hinc, enim minùs vera, & ſimulata detegitur Hieronymi confeſſio, quod ſcuta 3000. ab ipſo verè & realiter recepta fuerint, ad ſui libitum erogata, quæ nec confitenti, minuſque eius hæredibus præiudicat, vt in *Auenionen.*
7 *Hæreditatis 10. Iuny 1648 coram Reuerendiſs. Tarraconen. §. aliud credita*,

Nun obſtat, quod in aliquibus partitis dicatur pecunias recepiſſe pro expignorandis diuerſis pignoribus, & pro indigentijs domus, quæ à d. D. Sulpitia adminiſtrabatur,

Quia præter, quod non iuſtificatur, quod in hanc cauſam ceſſerint prædictæ pecuniæ, quodq; eadem cauſa concerneret viri vtilitatem, obiectum ceſſat, dum ex teſtibus formiter examinatis. appareat D. Sulpitiam integros percepiſſe fructus Domorum, totius domus DD. Fratrum de Mattheis, per multum temporis ſpacium, libroſque adminiſtrationis confeciſſe, quos ſemper recuſauit exhibere, non obſtante reiteratione reſcripti ſignaturæ, quod ab ipſa exhiberentur; Indè enim donec integram rationem non reddit, non poteſt prætendere, ſe eſſe creditricem hæreditatis mariti. cùm præſumatur integrè ſatisfacta, dum non verſamur in muliere repeten-
8 te dotem, vti in ſpecie de vxore, quæ adminiſtrauit bona ſui viri *Nenz. conſ 57. num.* 10. cum concordantibus relatis in *Recanaten. manutentionis 27. Iunij 1642. cor. Me §. ceſſatque*, & dum recuſat exhibere libros, omnis præſumptio vrget contra ipſam, vt in *Ancontana Manna 5. May 1646. coram Eminentiſs. Corrado*, quia cum expectet, ne vtilitatem ex hoc recipiat, quælibet contra ipſam ſufficit iuſtificatio *ad text. in l. ne ea dolo, ff. de dol. mal. & in l. 1. §. 1. ff. de except. dol. Rot. 30. May 1646. coram Me. &c.*

Et ità vtraque &c.

Eminent. D. Cardin. Cerro.

Romana Domus.

Lunæ 9. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Acquirens emphyteuſin, titulo oneroſo, poteſt præiudicare vocatis; Et maritus, titulo lucratiuo, non poteſt acquirere ad fauorem vxoris. Acquiſitum nomine alterius, requirit eius acceptationem præciſam, quando acquiſitio habet aliquod onus annexum.

SVMMARIVM.

1 *Acquirens emphyteuſin, titulo oneroſo, poteſt de ea diſponere in præiudicium vocatorum.*
2 *Qui pecuniam propriam dat dicitur verè acquirere.*
3 *Nomen alterius præſumitur ſimulate appoſitum.*
4 *Donatio inter virum, & vxorem prohibetur de iure communi.*
5 *Et ex Statuto Vrbis.*
6 *Etiam ex confeſſionibus. & iuramento munitis.*
7 *Acquiſitum, nomine alicuius, requirit eius acceptationem.*
8 *In rebus lucroſis, ex ſola ſcientia inducitur acceptatio.*
9 *Scientia debet eſſe certa non præſumpta.*
20 *Ex vna præſumptione non elicitur alia præſumptio niſi veniat in conſequentiam alterius.*
11 *Acceptatio inducitur ex ſcientia, quando acquiſitio eſt mere lucratiua.*
12 *Non, quando habet admixtum onus.*
13 *Et tunc requiritur ſpecialis acceptatio.*
14 *Acceptatio excluditur ex quo res non fuit habita veluti propria.*

DECISIO XCVI.

EMptio domus (ſuper quà tantum hodiè eſt, quæſtio) ſub proprietate Eccleſiæ SS. Vincentiæ, & Anaſtaſij fuit ſtipulata, vſque de anno 1586. ad fauorem Alexandri Fabrini dumtaxat, præuia ſolutione pretij, ab eodem facta in manibus Flauij Venturæ venditoris, inſtrumenta verò translationis vitæ, ſeù generationis, ac perpetuationis d. domus ſtipulata, ac recepta leguntur, ab Alexandro, tam ſuo, quam Angelæ vxoris abſentis, nomine.

Vndè, cùm primo loco, de d. domo Alexander diſpoſuerit, in eius teſtamento, ad fauorem Antonij filij, pro medietate, & pro altera medietate, ad fauorem Dominici, Ioannis Andreæ, & Petri Antonij nepotum, ex Franciſco altero filio prædefuncto, illa etiam ſubijciendo, vinculo fideicommiſſi, & demùm Angela in omnibus ipſius bonis ſcripſerit heredem vniuerſalem tantummodò Antonium, nulla facta mentione nepotum.

Hinc orta controuerſia, inter Antonium patruum, & Ioannem Andream nepotem, cuinam eſſet danda manutentio, & quatenus opus eſſet, immiſſio in domo, de qua agitur, & pro quibus partibus, quo dubio propoſito, Rota conceſſit manutentionem Antonio, ſuper duabus partibus, inhærendo teſtamento paterno, ſed denegauit eidem Immiſſionem, in portione prætenſa, ex diſpoſitione matris.

Circa manutentionem, pro medietate nulla cadit difficultas, & altera pars conſentit, quo verò ad immiſſionem, non ſubſiſtere viſa fuit prætenſio deducentis ius ſuum, ex teſtamento Angelæ matris, ſub prætextu, quod domus controuerſa æquè principaliter pro d. Angela, cum Alexandro in emphyteuſin conceſſa fuerit.

Quia Domini animaduertebant Angelam, non potuiſſe

Digitized by Google

tuiſſe diſponere de hac domo, ob præcedens Alexandri teſtameotum, qui eam fideicommiſſo ſuppoſuit, inſtituendo æqualiter filios, & nepotes, ex filio præmortuo, & quidem hoc facere valuit, dum pretium illius, ære proprio, venditori perſoluit, illam ootabiliter meliorauit, canones auxit, & in vtraque inueſtitora laudemia, & conſiderabilem pecuniarum ſummam Domino directo exburſauit. Hioc enim, de huioſmodi bonis emphyteuticis, titulo oneroſo, ab ipſo acquiſitis, potuit Alex. ad ſui libitum diſponere, etiam in præiudicium Aogelæ, & aliorum quoromcumque vocatorum iux. doctrinam
1 originalem *Bald. in l. 1. num. 32. Cod per quas perſonas nob. acquir.* & alijs cumulatis, articulo benè diſcuſſo, dictum fuit in *Caſenaten. emphyteuſis cor. Merl dec. 699. numer.* 4. cum *pluribus ſeqq.* & latiſſimè in alia *Cæſenaten. Emphyt. 23. Ianuarij, & 16. Iunij 1651. coram R. P. D. Albergato.*

Nec refert, quod ſuo, & vxoris nomine, emptio ſeu acquiſitio facta fuerit, quia, cum pretium expoſitum propriũ eſſet mariti & res ipſi tradita fuerit, vtique ſibi ae-
2 quiſiuiſſe cenſetur & nomeo vxoris præſumitur ſimu-
3 latè accommodatum, *Bald. & Salicet. in l. multum intereſſe in fin. C. ſi quis alt. vel ſibi Soccin. Sen. conſ. 129. num. 12. lib. 4. Decian. conſ. 47. num. 17. 18. lib. 5. Cranett. conſ. 100. nu.*
6 alias autem redoleret donationem inter virum, & vxorem omoino prohibitam, tum à iure communi *in l. 1. &*
4 *2. ac tot. tit ff. & C. de donat. inter vir. & vxor.* quam à ſtat. Vrb. *lib. 1. cap. 135.* cuius diſpoſitio non ſolum donationis
5 expreſſo titulo ſed etiam ſub confeſſiooibus, ac alijs prę-
6 textibus implicitè factas quæ compræhendit, & irritat, quamois iuratæ ſint, vt latè fuit probatum *in Rom. Cenſus 24. Maij proximan coram Me. § confeſſus.*

Idque certius admittendum eſt, cum inſtrumenta acquiſitinoum in emphyteuſin perpetuam ſtipulata fuerint tantummodo ab Alexando Viro, nec Angela vnquam fuit præſens illorum ſtipulationibus, cum enim nõ doceatur de ratificatione, ſeu acceptatione acqoiſitionum, etiam eius nomine factarum, non cenſetur earum dominium vtile acquiſiuiſſe licet eius nomine interfue-
7 rit acceptatio notarij, *Surd. conſ. 60. numer. 16. Menocch. conſ. 380. numer. 27. Rot. deciſ. 684. numer. 4. part. 1. diuerſ. & in rec. dec. 12. numer. 3. part. 1. & 369. numer. 3. part. 2. Gregor. dec. 561. num. 3.*

Neque dicatur, quod ex ſola ſcientia, in his quæ afficiunt commodum etiam in abſente cenſeatur inducta acceptatio, vt reſpooſum fuit in *Romana Salmani de Ca-*
8 *ſalib. 21. Iunij 1641. cor. Me, poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 189. num. 15.* quia, vltrà quod in propoſito huiuſmodi ſcientia non iuſtificatur, quæ debet eſſe certa, nec ſufficit præſumptio iuxta, *gloſſ. in l. 1. Cod. de dot promiſſ.*
9 cum, alias, ex vna præſumptiooe altera educeretur prę-ſumptio, quod non videtur admittendum, niſi quando
10 vna venit in neceſſariam conſeqoentiam alterius, vt declarauit *Rot. apud Poſt. de manut dec. 554. numer. 9. 10.* Id forſan admitti poſſet, in acquiſitione facta, pro abſente, titulò mere lucratiuo, in quibus terminis loquitur deciſ.
11 *in Romana Salmani de Caſalibus*, ſecus aotem, quando, prout hic, acquiſitio fit, titolo oneroſo, ſeu mixto, cum Alexander d. domum acquiſierit, præuijs pluribus ſolutionibus, & obligationibus, in quibus Angela debuiſſet concurrere, Vndè com poſſibiliter potuerit talis acquiſitio eidem eſſe damnoſa non præſumitur acceptata, niſi probetur, *Gloſſ. l. 1. verb liberalitatem ff. de donat. Rot. dec.*
12 *274. numer. 4. 5. part. 6. & dec. 27. num. 1. cum ſeqq. par. 7. rec.*

Quin imò excluditur acceptatio, dum Angela, nec viuens, nec in teſtamento, de domo, ſeu eius rata parte, voquam diſpoſuit, ſed, relinquendo omnia eius boaa Antonio expreſsè, declarauit, illa præcipuè conſiſtere in ſcut. 6. ſingulis menſibus, ſibi debitis per hæredes Alexandri loco vſusfructus ſibi relicti. Hinc enim, dom domom præfatam non expreſſit, cenſetur agnouiſſe eam non eſſe propriam, ſed in totum integrè hæreditariam Mariti, illamque propterea noluiſſe, ſub 13
vniuerſali inſtitutione metiendo voluntatem à poteſtate, ad fauorem Antonij facta comprehendere, vt ponderatum fuit, in *Camerinen. domus cor. Gipſio apud Gionagn. reſp. 44. num. 112. cum ſeqq. lib. 2. & in d. Ceſenaten. emphyt. cor. Merlin. num. 24. & in deciſ. 375. nu. 2. cum ſeqq. par. 1. rec.*

Et ita vtraque parte &c.

Eminentiſs. D. Cardin. Cerro.

Romana Domus.

Luna 26. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

In acquiſitione oneroſa, facta à marito nomine vxoris, requiritur acceptatio expreſsa dictæ vxoris, alias nullum ei ius acquiritur ex d. acquiſitione.

SVMMARIVM.

1 *Primus acquirens poteſt de emphyteuſi diſponere.*
2 *Acquiſitio fit tantum ei qui pretium ſoluit.*
3 *Donatio inter virum, & vxorem eſt prohibita.*
4 *Acquiſitio facta nomine alterius requirit eius acceptationem.*
5 *Acquiſitio merè lucratiua acceptatur ex ſola ſcientia.*
6 *Quando eſt oneroſa requirit expreſſam acceptationem.*
7 *In contractibus oneroſis notarius non obligat abſentem.*
8 *In quolibet contractu ad effectum acquirendi dominium requiritur acceptatio.*
9 *Quicquid fit ad effectum reuocandi contractum.*
10 *Hæres non impugnat confeſſionem defuncti.*
11 *Teſtes ſibi contrarij, & mendaces nihil probant.*
12 *Confeſſio præualet teſtibus.*

DECISIO XCVII.

CONfirmarunt hodie DD. deciſionem cor. Me, emanatam 19. *Aprilis* 1660. in qua fuit Aotonio Fabrino denegata manutentio, & reſpectiuè immiſſio, in poſſeſſionem portionis Domus, de qua agitur, in vim teſtamenti Materni, eo qoòd non probatur eſſe hæreditariam Angeli, ſed Alexandri Patris; qui tamquam primus acquirens, titulo oneroſo, potuit de illa diſponere, eam-
que titulo Fideicommiſſi ſubijcere, ad fauorem D. Anto- 1
nij filij, ac nepotis ex Franciſco altero filio prędefuncto.

Nec enim ſubſiſtit, quod Domus æqualiter acquiſita fuerit per Alexandrum, & Angelam coniuges, nam, ex teſtamento anni 1586. conſtat Alexandrum tantum, nulla facta mentione vxoris, domum acquiſiuiſſe, ſoluendo pretium Venturæ venditori, augendo Canones, eamque notabiliter meliorando, & licet poſteà in Inſtrumento 1595. nomen quoque vxoris expreſſum fuerit, nihilominus, vel dicendum eſt nomen vxoris fuiſſe ex interuallo in d. Inſtrumento anni 1595. ſimolatè appoſitom, vt acqoiſitio illi fiat tantum, qui pretium ſoluit, vt concludit, *Rom. conſ. 291. num. 11. circa med.* cum alijs
in *d. dec. alleg.* vel in omnem caſum huiuſmodi ſtipula- 2
tio Alexandri pro Angela ſapit donationem prohibitam inter virum, & vxorem, tam, attenta diſpoſitione Iu-
ris communis, quam Statuti Vrbis, *vt in cap. 135. d. § nec* 3
refert.

Præcipuè, cum domus fuerit, per Alexandrum, acquiſita, abſente Angela vxore, nec docetur ipſam huiuſ-

modi acqoiſitionem, eius nomine factam, vmquam approbaſſe, ſeù ratificaſſe, vt requiritur, nihil refragante, quod, & ſola ſcientia ſtipulatioois præſumatur acceptatio, vt lo terminis mariti acqoireotis, pro ſe, & vxore,
4 conſuloit *Dec. conſ.56.nu.2.*

Tùm, quia id poſſet habere locum, in Contractu merè lucratiuo, & in donatione gratuita, tunc enim ex ſola ſcientia donatarij inducitur acceptatio, cum nemo
5 præſumatur velle repudiare rem ſibi vtilem *Menocch, conſ.1153 num.113. Rot.deciſ.428 num.12 part.4. tom.2. recent.* Secùs verò, quando, vt in caſu noſtro, acquiſitio habet mixturam oneris, ad formam inueſtituræ, quo caſu, cum poſſit Angelæ donatrici damnum afferre, non inducitur ratificatio, ex ſimplici ſcientia, ſed neceſſarius eſſet eius explicitus conſeoſus, vt in propoſito de-
6 clarat *Altogr conſ.37 numer.11.12.lib.2.* & præter adductos in deciſione, § *neque dicatur*, firmauit *Rot in Bonon. donationis 27. Iunij 1661. coram Bemlaq. §. non relenat replicatio in fin.* & prius penès *Merl. dep.gu. dec.35 num.5.* vbi, quod contractibus correſpectiuis, & onerofis nulla
7 lege, aut ratione cauetur, quod notarius poſſit abſentem obligare, abſque eius conſenſu.

Tùm etiam, quia acceptatio, ad effectū acquiſitionis dominij, ſeu poſſeſſionis, vt in caſu noſtro, omninò requiritur, licet ſecùs ſit, ad effectum irreuocabilitatis contractus, ex parte donaoris, ſeu permittentis, ad hoc, ne poſſit pœnitere, nec à Contractu recedere ante ratifica-
8 tiooem abſentis. iuxta deciſ. quam ſequitur *Rot dec 603.*
9 *num.4. part.1. diuerſ Seraph. deciſ.472. nu 3.* latè *Add ad Gregor. deciſ.97. num.8.* vbi, quòd cum hac diſtinctione reducuntur ad concordiam, *dec.12. & 262. part.1. recent.* quæ inter ſe videbantur contrariæ.

Et hodiè ceſſat, quælibet præſumpta acceptatio Angelæ, non ſolùm ex ponderatis *in dec. §. quin imo*, dum ipſa de hac domo, ſeù eius rata parte, nec viuens, nec in teſtamento diſpoſuit, ſed etiam ex propria eiuſdem confeſſione, quod ſit hæreditaria mariti, emiſſa tam in confectione Inuentarij, cui fuit præſens, quam in Monito-
10 rio obtento ab A. C. mèt. ne moleſtarentur à creditoribus, quam propterea confeſſionem Antonius impugnare non valet.

Non obſtant teſtes pro parte Antonij nuper examinati deponeotes de confeſſione extraiudiciali Alexandri, præſente Angela vxore, quod pars domus ad eam ſpectabat; Quoniam viſum eſt DD. dd. teſtes non eſſe at-
11 tendendos tamquam ſibi contrarios, & de mendacio conuictos, dum alij contrarium depoſuerunt, nempè domum ſpectare ad Alexandrum, & proinde nulla venit eis adhibenda fides *l.2. & l. qui falſo, ff. de teſt.* Præſertim, quia dd. teſtibus aduerſantur geminatæ confeſſiones, tàm Antonij, quàm in Aditione hæreditatis Alexandri Patris in Iouentario deſuper confecto, & io iudicio detractionis legitimæ aſſeruit d. domum eſſe hæreditariam Patris; approbando relationem, cum d. qualitate, quam etiam eiuſdem Angeli in confectione Inuentarij, & in Monitorio præmemoratis; Quibus confeſſionibus geminatis, & ſeriò emiſſis magis deferendum eſt, quàm dd. teſtibus,
12 *Gabr. de teſt. concl.4. n.77. Rot. cor. Verall. dec.283. nu.6. part.3. & coram Gregor. deciſ.867. num.3. & ibi add. numer.7.*

Et ità vtraque parte, &c.

Eminentiſs. D. Cardin. Cerro.

Romana Donationis.

13. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Donatio facta contemplatione certi, & determinati matrimonij, non poteſt retrodonari ab vno ex coniugibus, cui facta fuit, in præiudicium alterius, & filiorum, etiam ſi ſit recepta pro ſe, & hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio pro certo matrimonio dicitur correſpectiua ad illud.*
2 *Et eſt irreuocabilis, ſicuti matrimonium.*
3 *Nec vnus coniugum poteſt præiudicare.*
4 *Donatio facta vni ex coniugibus, etiam pro hæredibus, &c. non poteſt reuocari in præiudicium alterius.*
5 *Cauſa affectionis erga donatarium non dicitur cauſa finalis donationis.*
6 *Matrimonium, quando eſt in ſpecie conſideratum, dicitur cauſa finalis matrimonij.*
7 *Donatio promiſſa in Capitulis matrimonialibus dicitur cauſa certi matrimonij.*
8 *Donatio dici poteſt ob matrimonium, etiam ſi præcedat, vel ſubſequatur matrimonium.*
9 *Donatio ob cauſam, cauſa non ſequuta non attenditur.*

DECISIO XCVIII.

OCcaſione matrimonij contracti, vſque de anno 1630. cum Solindio Tibalduccio, & Franciſca Vlpina, inter cætera conuentum fuit, in Capitulis matrimonialibus, quod Calidooia Mater, & Romualdus frater Franciſcæ, eidem donaret inter viuos quædam bona, de quibus hodiè agitur, quæ donatio roborata fuit, mediante ioſtrumeoto dotali, poſteà celebrato, ſub hiſce verbis, ibi. *D. Calidonia, & Romualdus in executionem Capitulorum, & alias, &c. donarunt, ceſſerunt, renunciarunt prout quilibet ipſorum cedit, & renunciat &c. ad effectum, vt d. Franciſca condecentius, & iuxta eorum gradum ſe nubere valeat, & intuitu d. matrimonij, vt ſupra, cum D. Solindio contracti, & conſumati, & vt d. Franciſca ſe, & eius familia, & deſcendentes ſubſtentare, & viuere valeant.*

Verùm, quia Franciſca de Anno 1649. inſcio viro retrodonauit eiſdem Romoaldo, & Calidoniæ, quæ iterùm donauit Flauiæ, intuitu matrimonij contracti, cum Coſtaccio, hinc orta fuit controuerſia, inter prædictum Solindium, & Coſtaccium, ſuper viribus dictarum donationum, & quia totum negociom pendet ab eo; an Franciſca potuerit io præiudicium viri, & filiorum retrodonare, propoſui dubium, ſoper validitate retrodonationis, & illam oon eſſe validam Domini responderunt.

Etenim prima donatio facta, per Calidoniam filiæ, fuit promiſſa, in capitulis matrimooialibus, intuitu certi, & determinati matrimonij, cum certa perſona cootraheodi, & ſucceſſiuè, in inſtrumeoto dotali, magis particulariter fuit expreſſa cauſa finalis donatioois, illam nempè fuiſſe factam, contemplatione matrimonij, cum Soliodio contracti, ad effectum, vt Franciſca decentius nubere poſſet, & eius familiæ, & deſcendentes commodè ſe ſubſtentare valereot; Vndè d. donatio, tam- 1
quàm pro certo matrimonio, dicitur actus correſpectiuos ad illud, & cum ipſa dote confunditur, ità vt efficiatur irreuocabilis, quemadmodom ipſom matrimo- 2
niom, ne alter ex coniugibus, qui intuitu huius donationis,

tionis, contraxit, de facili ab altero decipiatur, *Io: Franc. à Pont.conſ.25.num.1.Pereg.conſ.19.num.10.lib.3.Menoc. conſ.303.numer.13. Paſchal. de viribus pact.pet. part.5. cap.4.num.36.37. Molin.de rit.nupt.nu.25. & 35.Franc. deciſ.205.per tot. Add ad Buratt.deciſ.861. §. donatio, & coram Merl.deciſ.515.num.4.*

Non obſtat, quod donatio fuerit facta dumtaxat Franciſcæ, abſque mentione matris, vel filiorum, imò ab ea fuerit acceptata, pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, quia vltrà, quod de filijs videtur habita ratio, etiam de verbis, *vt eius familia, & deſcendentes commodè ſe ſubſtentare valeant*, dixerunt Domini aliud eſſe, quod ex donatione viri facta quæratur ius alteri ſuper bonis donatis, adeò vt donatarius non poſſit illam obligare, vel alienare, & hic non eſt præſens caſus; Aliud verò, quod reuocari non poſſit, qui caſus noſter, & per hoc ſufficit donationem eſſe factam contemplatione certi matrimonij; Hinc enim non ex iure acquiſito, ſuper re donata, ſed ex intereſſe, quod habet alter coniux, vt donatio promiſſa ſortiatur effectum, quandoque donatarius ſit diues, & commodius viuat, actio competit alteri coniugi, vt prima donatio firma
4 maneat, & reuocatio retractetur, vt optimè ratiocinatur, *Io: Franc. à Ponte conſ.80. num.15. lib.* 1. quem refert, & ſequitur *Rot.coram Merl.dec.515.n.6.& 7.*

Neque dicatur matrimonium non fuiſſe cauſam finalem donationis, cum expreſſa etiam fuerit cauſa amoris, & affectionis. Præmiſſo enim, quod hæc eſt nimis generica in concurſu aliarum expreſſarum, in inſtru-
5 mento, & ſtylo apponi ſolita, obiectum poſſet habere locum, quando fuiſset conſideratum matrimonium in genere, non autem, quando fuit contemplatum certum matrimonium, quo caſu dicitur cauſa finalis ex alleg.
6 per *add. ad Buratt. dec.861. lit.A. Rot.in recent. dec.127. num.12.part.6.*

Donationem autem fuiſse contemplatione certi matrimonij ſatis deducitur, ex quo promiſſa fuerit in Capitulis matrimonialibus, quod ſufficere tradunt *Fontanell.*
7 *de pact.nuptial. clauſ.4 gloſſ 9.part.5.num.19.& ſeqq.& Rot. apud Duran. deciſ.40. num.27.* Et etiam, quia claris verbis expoſitum fuit in d. inſtrumento, donationem fieri, intuitu matrimonij, cum Solindio contracti: nihil enim refert, quod donatio præcedat, vel ſubſequatur
8 matrimonium, dummodò fiat eius contemplatione, *vt in d.deciſ.Duran.num.3.*

Ponderarunt etiam Domini, pro inualiditate retrodonationis, quando Calidonia, ad cuius fauorem emanauit in Capitulis matrimonialibus Flauiæ 1651. approbat veritatem, & ſubſiſtentiam primæ donationis, & quod cauſæ, in donatione expreſsæ, vel non ſunt veræ, vel non habuerunt effectum. Pro cauſa enim fuit iudici expoſitum, quod Franciſca alimenta percipiebat à matre propter abſentiam viri, & tamen congruè illa percipere poterat ex proprijs bonis, dum dotem habebat conſiſtentem in locis Montium; Item expoſitum fuit, vt Romualdus frater, qui inſimul cum matre donauerat, poſset facilius inuenire vxorem, quam ducere intendebat, pro conſeruatione ſuæ domus, & agnationis, quæ cauſa non habuit effectum, cum ipſa nunquam nuptias celebrauerit, & ideò cauſa non ſecuta, retrodonatio non videtur attendenda, *Fontanell.*
9 *d.clauſ.4.gloſſ.1.2.num.53.& ſeqq. Rot. in Romana, ſeu Ianuen. pecuniaria 11. Februarij præteriti coram Me.*

Et ita vtraque parte &c.

Eminent. D. Cardin. Cerro.

Romana Donationis.

Lunæ 1. Aprilis 1669.

ARGVMENTVM.

Maritus, quando dicatur ſuccedere vxori, in bonis iuriſdictionalibus, ita vt dicatur Baro, & Dominus dictorum Bonorum. Vbi etiam firmatur, quod promiſſio vendendi, cedendi, &c. non eſt venditio, ceſſio, &c.

SVMMARIVM.

1 *Conſtito, quod quis poſſideat Caſtra, cum iuriſdictione probatur, quod ſit Baro.*

2 *Maritus plures actus faciens in re vxoris præſumitur iure familiaritatis.*

3 *Poſſeſſio iure familiaritatis habita à marito, mortua vxore refertur ad ius hereditarium ſine alia declaratione.*

4 *Partitis extractis ex libris Communitatis retentis ab Officialibus datur plena fides.*

5 *Iure hereditario ſuccedi non poteſt in bonis, quæ defunctus alijs ceſſerat ante obitum.*

6 *Promiſſio de vendendo, non eſt venditio.*

7 *Promiſſio de cedendo non habetur pro vera ceſſione, nec transfert dominium.*

8 *Promiſſio celebrandi contractum, cum pacto, quod quis impetret beneplacitum Apoſtolicum requiſitum ad dictum contractum, ante d. impetrationem nullum dat ius.*

10 *Bona Iuriſdictionalia in ſtatu Sedis Apoſtolicæ non poſſunt alienari in forenſes ſine beneplacito Papæ.*

11 *Diſpoſitio conditionalis ante, quam habeat locum debet purificari conditio.*

12 *Alienationi conſentiens, eſt ac ſi ipſe verè alienaſſet, quoad eius præiudicium.*

13 *Venditio poteſt eſſe, cum pacto, vt venditor non teneatur de euictione, & tamen eſt vera venditio.*

DECISIO XCIX.

IN vltima deciſ. huius Cauſæ ædita 9. *Iunij* 1666. *cor. Me*, inter cætera firmatum fuit Raphaelem non fuiſſe Baronem, ſed cum hodiè, ex nouiter deductis, in facto contrarium fuerit iuſtificatum, Rota Cenſuit, quoad hoc tamen recedendum eſſe à deciſis.

Etenim, quòd ipſe fuerit Baro, probatur, ex eo, quod quinta Pars Caſtrorum Cantalupi, & Bordellæ, quæ ſpectabat ad Annam Maronam illius primam vxorẽ filiam, & hæredem Franciſcæ Melchioriæ, vt non controuertitur, deuenit in eumdem Raphaelem, qui ab eadem 1
Anna vxore fuit hæres in Teſtamento inſtitutus; Et quidem actualem poſſeſſionem d. portionis Caſtri, cum ſua Iuriſdictione adeptum fuiſſe conſtat, ne dùm, quia emolumenta pro donata portione percepit hodierno *Summ. Credit. num.3.* & plures actus Iuriſdictionales exercuit, *nu.4.* Verum etiam, quia vna, cum Portia Sorore d. Annæ Condomina alterius quartæ partis Caſtrorum, impetrauit à S. m. Innoc. X. licentiam vendendi huiuſmodi Caſtra Cæſari Palazzolo, & ſucceſſiuè, poſt ſex annos ad actualem venditionem deuenit, cum translatione dominij, & poſſeſſionis eodem *Sum.num.4.& 5.*

Et licet, quam plures, ex actibus Iuriſdictionalibus exerciti à Raphaele facti fuerint, viuente Vxore, & ſic referri poſſint ad Ius familiaritatis, vt dicebatur in *deciſione, §. hinc non releuant*, cum tamen in d. *Sum nu.4.* alij

M 3 exhibean-

exhibeantur geſti poſt obitum vxoris de neceſſitate re-
ferri deben ad Ius hæreditarium per cuius tituli ſuper-
uenientiam cenſetur Raphaelem mutaſſe cauſam ſuæ
poſſeſsionis abſque alia animi declaratione, *Spad. conſil.
258. num 8. & ſeq. lib. 2. Achil. dec 4. in fine de cauſ. poſſeſ.
& propriet. Gregor. dec. 546. num. 1. vbi Add. litt. A. in rec.
deciſ 365. num. 35. & ſeq. part. 11.*

Prætenſio autẽ, quod Iura exhibita ad probandos di-
ctos actus iuriſdictionales, non ſint in forma probanti, ho-
die viſa fuit ceſſare cum modo fuerint productæ, iam
plures Epiſtolæ originales conſcriptæ propria manu Ra-
phaelis, tum etiam alia Iura extracta ex libris publicis
Communitatis Caſtri Cantalupi in quibus adnotari ſolẽt
expeditiones. & litteræ patentes officialium pro tempore
quibus partitis librorum tanquam conſcriptis ab eiſdem
officialibus plenam fidem eſſe adhibendam monet *Bar-*
4 *tol. in l. quadam 9. § nummularios num. 4 ff. de eden. Rum.
conſ. 53. num. 9. lib. 4. Maſcard. de probat. concl. 671. pariter
num 9. Rota coram Card Seraph dec. 1088. n 4.*

Non obſtat, quod Raphael non potuerit, Iure hære-
ditario acquirere dictam portionem Caſtrorum, cũ An-
5 na præcedenter illam ceſſerit Petro Pandulphino, cum
Clauſulis abdicatiuis Dominij.

Quoniam fuit reſponſum, in facto non ſubſiſtere, An-
nam verè, & cum effectu ceſſiſſe huiuſmodi portionem,
cum verba Inſtrumenti ſimplicem promiſſionem dum-
taxat præſeferant, ibi *ſeq ſolemniter obligauit ad fauorem
d. D. Petri præſentis &c. cedere transferre; & renunciare
quartam partem Caſtrorum Cantalupi &c.* & per conſe-
quens, nullo modo, dici poteſt Annam ex dicto Inſtru-
mento amiſiſſe dominium, quod priùs habebat ſuper di-
cta portione Caſtrorum, illudque transtuliſſe in Petrum
quia ſicuti promiſſio de vendendo non eſt venditio, vt
6 latè *Gabr. de empt. concl. 2 per tot.* ita nec promiſſio de ce-
dendo habetur pro vera ceſſione, *Dec. in l cum fundus. §.
7 ſeruus num 5. ff ſi cert pet Grat. conſ. 109. num. 11. lib. 1. Can-
cer. var. reſol. tit de pact par. 7. nu. 124. Add. ad Gregor. dec.
201. num. 7.*

Quinimò talis promiſſio non fuit pura & ſimplex ſed
facta ſub pacto, & conditione, quod d. Pandulphinus
proprijs cura, & Sumptibus teneretur Impetrare. & ex-
pedire beneplacitum Apoſtolicum *d. Summ credit. num.*
2. ibi, *nec non cum pacto. & conditione quod d. D. Petrus
proprijs Cura. & Sumptibus antequam deueniatur ad præ-
dictum contractum teneatur impetrare, & expedire, ac im-
petrari, & expediri facere conſenſum & beneplacitum Apo-*
8 *ſtolicum* Vnde cum huiuſmodi beneplacitum nunquam
fuerit à Petro procuratum, nec obtentum, dicta promiſ-
9 ſio non ſuffragatur, ſiue quia agebatur de bonis Iuriſdi-
ctionalibus, in Statu Eccleſiæ, quæ ſine licentia Pontificis
non poterant in forenſes, qualis erat Petrus, transferri,
reſiſtentibus pluribus conſtitutionibus Apoſtolicis Cle-
10 mentis VIII. Pauli V. Vrbani VIII. & Innocentij X. ſi-
ue etiam quia proprium eſt conditionis, vt prius implea-
tur antequàm diſpoſitio ſortiatur effectum, *l ſi quis ſub
conditione ff ſi quis omniſſ. cauſ. teſtam. l. cedere diem, ff. de*
11 *verb. ſignif. Rota dec. 10. de conceſſ præben. in nou.*

Et hinc nihil facit, quod Anna in eius Teſtamento de-
derit facultatem Pandolphino ſoluendi dotem, ad quam
vigore fideiuſſionis tenebatur, aut in pecunia, aut me-
diante aſſignatione Caſtrorum, Etenim, cum ex prædi-
ctis idem Pandolphinus nũquam illorum dominium ac-
quiſiuerit, per ſolutionem factam in pecunia dici non
poteſt voluiſſe retinere Caſtra, quæ per antea adeptus
non fuerat, vt inferebatur in *deciſ. §. nec autem.*

Quæ facilius procedere videbantur, dũ verè Raphael
vti heres Annæ Vxoris d. portionem Caſtrorum poſſedit
per plures annos vſque ad actualem illorum detractio-
nem ex ſuperius firmatis, parum releuante, quod ipſe in
Inſtrumento venditionis dixerit, quod venditio ex parte
ipſius haberetur pro ſimplici ceſſione, & expreſsè pro-
teſtatus fuerit nolle teneri de euictione, quia conſtito de
illius dominio, parum refert an vſus fuerit verbis ſolam
ceſſionem importantibus. nam ſatis eſt alienationi con-
ſenſiſſe, ad effectum, vt Contractus, quo ad ipſum pro 12
vera alienatione exiſtimetur iuxta *text in l. cum quis 126.
ff. de reg. iur. Giouagnon. conſ. 3. num. 4. lib. 2.* Et pactum,
quod de euictione non teneatur non eſt à Iure improba-
tum, cum poſſit Dominus rem ſuam validè ſub tali pa-
cto alienare, *l. emptorem 12. § final. verſ. ibidem ait idem
eſſe dicendum ff. de act. Empt. Tiraquel. de retract. lignag.
§. 12. gloſſ. 1. num. 14. Rebuff. ad Conſtit Gall. tom. 3. tit. 3. de
dilat art. 5 gloſſ. 1. num. 51 & duob ſeqq Theſaur. lib. q. 77.
num. 5. lib. 1.*

Et ita vtraque parte &c.

Eminent. D. Card. Cerro.

Romana Fideicommiſſi de Donatis.

7. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Mulier inſtitura hæres, dummodò vidua perma-
neat, ſi nubat, tenetur reſtituere omnes fructus,
à principio; Nec impedit immiſſionem fidei-
commiſſario ex prætenſionibus ſuper bonis ma-
riti quando non ſunt liquidæ & omni ex parte
claræ.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario datur Saluianum.*
2 *Quiſque præſumitur mortuus ſine filijs.*
3 *Ius accreſcendi, quando habeat locum in pluribus ſub-
ſtitutis.*
4 *Superſtes poſt mortem plurium vocatorum ſuccedit in
toto fideicommiſſo.*
5 *Inuentarium probat exiſtentiam bonorum in eo deſcri-
ptorum penes teſtatorem.*
6 *Vxor inſtituta, cum conditione non nubendi, ſi nubat,
euaneſcit inſtitutio à principio.*
7 *Et tenetur reſtituere omnes fructus à principio.*
8 *Quibuſcumque verbis concipiatur inſtitutio, quæ ſem-
per reſoluitur à principio.*
9 *Grauatus cenſetur eligere ſuam legitimam in bonis pri-
mo loco alienatis.*
10 *Pro ſupplemento legitimæ, non datur retentio.*
11 *Nec impeditur immiſſio fideicommiſſarie.*
12 *Dotes in Vrbe Roma non poſſunt excedere* 5000.
ſcuta.
13 *Inferior non derogat legibus ſuperioris.*
14 *Derogatio non retrotrahitur in præiudicium tertij cui
fuit ius quæſitum.*
15 *Et idem dicendum de quacumque licentia, & con-
ſenſu.*
16 *Bona ſubrogata pro fundo dotali fiunt ipſa fundus do-
talis.*
17 *Mulier exiſtente fundo dotali ſuper eo debet ſatis-
fieri.*
18 *Confeſſio grauati non præiudicat fideicommiſſarijs.*
19 *Confeſſio erronea non præiudicat.*
20 *Peritus à parte electus probat contra eligentem.*
21 *Mulier ſoluens debita viri defuncti præſumitur de bonis
hæreditarijs.*
22 *Soluens debitum alienum de pecunia aliena acquirit
ceſſionem iurium ad fauorem Domini pecuniæ.*
23 *Priuilegium auth. res quæ ceſſat quando mulier per-
mittit vt diſtraherentur bona libera.*
24 *Pro ſoluendo ære alieno de bonis fideicommiſſo ſuppoſi-
tis, debet conſtare de debito.*
25 *Melioramenta ſpectant ad heredem melioran-
tis.*
26 *Melioramenta compenſantur cum fructibus per-
ceptis.*

DE.

Digitized by Google

D E C I S I O C.

HIeronymus Dotatus, ſcriptis hæredibus, cum re-
ciproca ſubſtitutione, Iulio Angelo, & Aotonio
filijs omnibus maſcolis deficientibus, ſubſtituit Agne-
tem & Dianam,filias fęmloas,pro medietate, pro altera,
verò medietate Franciſcam vxorem, ſua vita durante.
Cumque defuncto teſtatore,tracto temporis deceſſerint,
tam Agnes,& Franciſca, quam omnes filij maſculi, ſine
deſcendentibus,quorom vltimus fuit Iulius. ideò conſul-
ta Rota,cenſuit Dianæ ſuperſtiti dandam eſſe immiſſio-
nem in poſſeſſionem Bonorum, ad montem Citorium,
1 ex remedio *l.fin.* vel vtilis Saloiaoi interdicti.

Fideicommiſſum,enim eſt literale, quia, defectis ma-
ſculis, ſubſtitutæ fuerunt fęminæ, proprijs expreſſis oo-
minibus, vndè dum omnes maſculi defecerunt, & qui-
dem ſine filijs,vt de iure præſumitur, donec contrarium
2 probetur *Bart. in l. ex facto §. ſi quis autem ff. ad Trebell. Mantic.dec.32 num.*1,illud apertum,& purificatum fuit
ad fauorem Dianæ io totum, quamuis ſubſtituta fuerit
inſimul cum Agnete in medietate, & in altera medietate
Franciſca,cum enim iſtæ prędeceſſerint maſculis,& om-
nes in ſubſtitutione fuerint verbis coniunctæ, re autem
totaliter oon diſiunctæ, (dum illarum portiones iotelle-
3 ctualiter tantum conſtitutæ fuerint ad oculum non de-
monſtrabiles) intrat vtique inter eas ius accreſcendi, eu-
ius vigore Diana, quæ ſola ſuperfuit tempore purifica-
tæ conditionis, iotegrum capit fideicommiſſum iuxtà
4 Theor. *Bart.in l re coniuncti num.23. verſ. aliquando, Pereg.de fideic.art.9.num.15. Rot. dec.506.num.1. cum ſeqq. par. 4. diuerſ. & in Romana fideic. de Marianis 27. Iunij 1650.cor. Reuerendiſſ. Tarraconen. §. vltimo.*

Quod,autem domus, de quibus agitur à Hierooymo
teſtatore poſſiderentur, tempore ſui obitus, probatur ex
inuentario eius bonorum hæreditariorum,ſtatim ſequu-
ta ipſius morte, legitimè confecto, in quo deſcriptæ le-
5 guntor, *Pereg.art.44.num.2 & 3.Rot.in recent. deciſ.7.& deciſ.269.num. 14.p.5. & coram Eminentiſs. Ottob. deciſ. 242.num.4.*

Non obſtat retentio, per Flauiam, petita,ſiue illa pe-
tat, vt hæres Iulij,ſiue vt creditrix, pro dote,& quarta.

Vt hæres enim Iulij grauati, oon poteſt domum reti-
nere pro legitima Iulio debita, cum illius hæres non ſit,
ex quo Iulius inſtituit hæredem Flauiam vxorem, ſub
expreſſa conditione, ibi: *dichiarando però, che ſia mia herede vniuerſale mentre voglia ſernare, e veramente ſerui vita vedouile, & non altrimenti &c. & in caſo ſi rimaritaſſe non intendo, ne voglio, che ſia mia herede, ma ſolo voglio, che habbia la ſua dote, e quarto dotale;* cum autem
6 ipſa conuolauerit ad ſecundas nuptias,reſoluta remanſit
vſque ab initio eius inſtitutio, perindè ac ſi oon fuiſſet
relicta hæres,& propterea non ſolum non poteſt excipe-
re,hoc iure de aſſertis creditis mariti,ſed tenetur reſtitue-
re integram illius hæreditatem, cum omnibus fructibus
7 perceptis à die obitus teſtatoris, *auth.cum relictum & l.fin. C.de indict.vidui.toll. Pereg.de fideic.art.11.num.122.Rot. dec.430.num.1.p.4.diuerſ.Seraph.deciſ.1354.num.1.& 2. Gregor.deciſ.157.num.40 & in Fanen. dotis 4. Iulij 1656. cor. Me,§.atque eo facilius.*

Neq; ad hunc effectum, attenditur, an inſtitutio coo-
cepta ſit verbis affirmatiuis, vel negatiuis, ſeu per viam
conditionis,recipitur,enim huiuſmodi diſtinctio in lega-
tis in qoibus cum fiat annua diſtributio, oon inducitur,
8 neceſſitas perpetuæ viduitatis, & legatum, pro primo
anno dicitur purum, pro ſequentibus verò conditiona-
le;at in inſtitutione,quæ vnica eſt, & perpetua, oon au-
tem anoua,nec temporalis,requiritor de oeceſſitate per-
ſeuerantia viduitatis, ne teſtator, pro parte teſtatus, &
pro parte ioteſtatus, decedat, atque ideò verba quibus
concepta eſt,etiam ſi ſonent in affirmatiuam, & per viã
modi, nihilomious reſoluuntur in negatiuam, & fa-
ciunt conditionem,itàvt muliere contrauenieote,eius in-
ſtitutio à die obitus teſtatoris reſoluta ſit, *Salic.in d.l.fin. num.4.C.de indiuid.toll.Rot.d.deciſ.430 nu.2.par.4 diuerſ. & in rec deciſ.241.num 47.p 5.Gregor.d.deciſ.187.num 13. & in d Fanen.dotis §.quia placuit coram Me.*

De ſua tamen legitima Iulius fuit abundè ſatisfactus
ex alienatione 16. locorum montium fidei, quæ empta
fuerunt,ex pretio cenſus hæreditarij ſcut. 1425. & ob re-
trouenditionem alterius cenſus hæreditarij ſortis princi-
palis ſcut.200.in quibus tanquam, primo loco alienatis,
& continentibus veram, & actualem dominij transla-
tionem,cenſetur Iulius ſuam legitimam elegiſſe, iuxta
tex in l Marcellus §.reſq.ff ad Trebell. & alijs alleg. *in Romana fideic.de capite Ferreo 10.Martij 1645. §.quia cum ea publicis coram Eminentiſs. Corrado in Amerina Caſtri Guardiæ 16. Iunij 1651. coram Reuerendiſs. Tarraconen. § fin. & in Peruſina bonorum 30.Maij 1650. §.ad effectum coram Me*, vel ſaltem remanſerat creditor ſolius ſup- 10
plementi, pro quo non datur retentio,nec impeditur im-
miſſio per fideicommiſſarium petita, *Rot.deciſ.115.cum* 11
ſeqq p 4 deciſ.apud Merlin.de legit.deciſ.11.num.7.repetita penes Pacif.de Salu.dec.15.& cor.Merlin deciſ.771. nu.3.

Sed nec, vt creditrix ſoæ dotis, & quarti retinere po-
teſt bona fideicommiſſaria Hieronymi; quia in primis
dos ſubſtineri oon poteſt, in quantitate ſcut. 10. mil. ob
reſiſtentiam Sixtinæ conſtitutionis, quæ dotes modera-
tur,& reſtringit, ad ſola ſcut. 5500. & conſtitotas vltrà
hanc ſummam, in exceſſu annullat, & irritat auferens
quamcumque actionem pro illius exactione competen- 12
te,quam eſſe in viridi obſeruantia dixit *Rot.in Rom. dotis de Theſtulis 23. Ianu. 1619. cor. Pironano apud Fenzon. ad Stat.Vrb. dec.75. §.non obſtat & §. verum hæc reſponſio & in Roman.quarti dotalis 17.Martij 1642.cor.Me.§.verum in antiquis*, vbi firmatur lucrum dotale non excedere
ſcut. 1375. quæ conſtituunt quartam partem ſcut.5500.

Non obſtat decretum Populi Romani obtentum per
Flauiam quia continet dumtaxat remiſſionem pęnæ ei-
dem Populo Romano applicatam, quæ ſola petita fuit,
& ſola potuit à Populo Rom. remitti, at nec petita fuit,
nec conceſſa derogatio Sixtinæ, minuſue conceſſa facul-
tas exigendi iotegram dotem, contrà expreſſam prohi-
bitionem Pontif. Conſtitut. cum inferior derogare non
poſſit iux. doctrinam *Abb. in c. dilecto num.14. de præb.* 13
Rot.in rec.deciſ.136.num.5.& 6.par.7. ſed opus erat diſ-
penſatione Pootificia, quæ non oſtenditor; At dictum
decretum impetratum fuit aono 1649. poſt motam li-
tem cæptam eodem anno 1644. quo Iulius deceſſit, Ius
enim Dianæ per fideicommiſs. quæſitum,& in iudicium
deductum,auferri non poteſt ex licentia,& decreto, loo-
gè poſt ſecuto, quod licet ſit efficax pro remiſſione pę-
næ,reſpectu populi conſentientis,attameo non retrotra- 14
hitur ad validandam dotis exceſſioæ conſtitutionem in
prędiudicium fideicommiſſi,& iuris,medio tempore,quę-
ſiti fideicommiſſarijs, vt in ſimili dixit *Rot. in rec. deciſ.* 15
113.num.22.par.7. vbi,quod derogatio non operatur,vt
ex tunc,ſed vt ex nunc,& ſic non trahitur retro in præ-
iudiciom iuris,medio tempore quæſiti *Gregor. deciſ 233. num.2 & in Bononien fideic.de Rubeis 2.Martij 1643.cor. Pentinger.§.final.*

Pro ſumma Sixtina, permiſſa, nulla competit reten-
tio,quia dos pro rata ſcut. 15500. conſtituta fuit in tot
locis montium ſub expreſſa lege, quod ſtare deberent,
pro fundo dotali, ad formam teſtamenti q. Aſcanii eius
patris,& licet 40. ex ijſdem montibus per Iulium virum
diſtracta fueriot,diſtractio tamen ſucceſſit, præuio ſpe-
ciali Flauiæ vxoris mandato, & pecuniæ indè retractę
reinueſtitæ fuerunt in alijs locis montium ſubrogatis in
omnibus,& per omnia vinculis,oneribus, & obligationi-
bus,quibus ſuppoſita eraot loca diſtracta,indè enim ab-
ſumpſerunt naturam fundi dotalis, *Bald. in l.per diuerſas* 16
num.21.C Mandat.Merl. deciſ.445.num.1.cum ſeqq. &
per conſeq. Flauia,ex ipſis penes ſe exiſtentibus,& adhuc
ſub eius nomine cantaotibus, non autem ex alijs boois
ſuam dotem conſequi debet, *l.fin.ff.de pact.dot Gratian.* 17
c.115.

Digitized by Google

c.115 num.1.& 7. Rot.cor. *Canal. dec. 574. num.2. in rec. deciſ.120 num.17. par.4. tom.2. & in Romana pecuniaria 15. Iunij 1658 coram R.P.D.Beuilaqua §.viſum fuit.*

Nec vrget, quod Iulius facultatem in teſtamento attribuerit vxori dotem in alijs bonis aſſequendi, quatenus nollet dd.loca montium ſubrogata recipere, & ſub prætextu,quod proprio Marte, ab ipſo empta fuerint, & redacta ſint inexigibilia, quia talis facultas, locum obtinere poteſt, in bonis liberis Iulij, non autem in bonis fideic. eius patris, quorum reſpectu illius diſpoſitio, &
18 confeſſio,fideicommiſſarijs præiudicium inferre non valet *l.cum quis decedens §. Titia ff.de leg.3. Pereg. de fideic. art.53.num.61.* maximè dum erronea conuincitur ex
19 præd, ſpeciali mandato procuræ vxoris & dum de tempore emptionis ſecutæ,anno 1627 loca ſubrogata exigibilia erant,& facilis exactionis, vt propterea nulla penitus culpa viro ementi adſcribi poſſit, ſi tractu temporis euaſerint inexigibilia.

Præterea,ex pecunijs,& pretio mobilium aliorumque effectuum hæreditariorum mariti peruenerunt ad manus Flauiæ ſcut. 2450. iuxtà relationem periti ab ipſa
20 electi,quæ contrà eam plenè probant, *Burat.deciſ.15.* & ex fructibus ſtabilium alia percepit ſcut.7226. iuxtà calculum ad partes datum, quæ integrè reſtituere tenetur, dum viduitatem non ſeruauit, & ſecundas nuptias contraxit,vndè eſt debitrix hæreditatis mariti in longè maiori quantitate,quam ſit creditrix.

Non obſtat, quod peritus in eadem relatione aſſeruerit perſoluiſſe creditoribus mariti ſcut. 5260. à quibus ceſſiones reportauit.

Præmiſſo,enim,quod quicquid ſoluit prædictis creditoribus ſoluiſſe cenſetur, ex effectibus hæreditarijs viri,
21 ob legalem præſumptionem, *l. Quintus Mutius ff.de donat.inter vir & vxor.* & ſic ceſſiones iurium,non operantur niſi liberationem hæreditatis eiuſdem viri debitoris,
22 *Pereg de fideic.art.52.num 34.Franc. dec.55.num.7. Rot. dec.326.num.3 par.2 rec.* cum alijs per *add.ad Gregor.dec. 75.num 3.verſ & ſi fiat ceſſio.*

Peritus inter aſſertos creditores deſcripſit Flauiam in ſcut.2400.pro fructibus integræ dotis ſcut. 15. mil. qui pro hac rata non debentur ob reſiſtentiam Sixtinæ conſtitutionis pro rata verò permiſſa retinet loca montium, & ſic nec fructus petere poteſt.

Reliqua verò, Iulij debita, in d.relatione deſcripta pro rata ſcut.6923. 30. poſteriora ſunt doti Flauiæ;ideò, cum ipſa eſſet creditrix anterior debebat ex pecunijs prouenientibus ex bonis liberis ſui viri, ſibi ſatisfacere, aliàs eas ſpontè dimittendo poſterioribus poſtquam explicitam notitiam habuit fideic. Hieronym. ex lite per Dianam eodem anno 1644. quo obiit Iulius contrà eum introducta ſibi præiudicauit,vt non poſſit amplius redi-
23 re ad fideicomm. ex beneficio *auth. res quæ C.com. de leg. Burſat conſ.150 num.45.lib.2.Pariſ.conſ.65 num.43.lib.2. Pereg.de fideic.art.42.num.16.* & dixit *Rot in Rom.Saluiani de Caſalibus 2.Iunij 1641.coram Me, apud Zacch. de oblig.Cam.deciſ.159 num.31. & in d. Fanen. dotis 4. Iulij 1646.coram Me,§.vlt. & in Aeſina fideic. 21. Iunij 1655. coram Zarate §.fin.*

Pro reſiduo autem non iuſtificantur, & tamen ad iſtum effectum,non ſufficit oſtendere quietantiam, ſed etiam opus eſt concludenter probare, quod illi quibus factæ ſunt ſolutiones,eſſent veri, & legitimi creditores
24 defuncti, *Fuſar.de ſubſt.quæſt.541 num.2. Rot.in rec. dec. 158 num.20.& 21.par.7 & in Rom quart.dotalis 19.Iunij 1645.§ non obſtat coram Me.*

Melioramenta licet fusè probata, non ſuffragantur
25 Flauiæ, quæ hæres non eſt meliorantis, & tamen compenſanda eſſent, cum fructibus perceptis, ſpatio tanti
26 temporis,vt in *Bononien.fideic de Rubeis 1. Iulij 1647.cor. Eminentiſſ.Corrado verſ poſterioris.*

Eminentiſs. D. Card. Cerro.

Romana Hæreditatis.

Merc.4. Iulij 1663.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius, debet capere poſſeſſionem, de manu hæredis; & ſi nullus adiuerit hæreditatem, debet dari curator hæreditatis iacentis, qui citari debet in quolibet actu à fideicommiſſario.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur conſtito de poſſeſſione.*
2 *In concurſu poſſeſſio anterior eſt manutenibilis.*
3 *Limitatur, quandò prior eſt nulla & vitioſa.*
4 *Fideicommiſſarius tenetur capere poſſeſſionem de manu hæredis.*
5 *Poſſeſſio capta à fideicommiſſario non de manu hæredis eſt nulla & vitioſa.*
6 *Etiam ſi poſſeſſio eſſet vacans, & hæreditas non eſſet adita.*
7 *Quia tunc deputatur curator, qui eſt citandus à fideicommiſſario.*
8 *Fideicommiſſarius aliquandò manutenetur contrà hæredem.*
9 *Quandò fideicommiſſum eſt clauſum & hæredi nullæ competunt detractiones.*
10 *Contra, quandò hæres habet aliquam prætenſionem.*
11 *Conſtito de teſtamento ceſſat ſucceſſio ab inteſtato.*
12 *In iudicio manutentionis ſolum factum inſpicitur.*
13 *Falſa cauſa poſſeſſionis reijcitur ad petitorium.*
14 *Contra, ſi falſa cauſa innoteſcat poſſeſſori.*
15 *Nullitas tituli incontinenti probata tollit manutentionem.*
17 *Poſſeſſio capta ſinè præiudicio non dat ius manutenibile.*
18 *Procurator ſinè ſpeciali mandato poteſt recuperare ſed non acquirere de nouo poſſeſſionem.*
19 *Ratificatio non retrotrahitur in præiudicium illius cui medio tempore fuit ius quæſitum.*
20 *Poſſeſſio capta, nomine plurium, communiter & diuiſim poteſt reſidere penes vnum.*
21 *Poſſeſſio ab animo regulatur.*
22 *Requirentia altiorem indaginem non admittuntur in iudicio manutentionis.*

DECISIO CI.

POſt obitum bo: me: Virgilij Spadæ, Commendatoris S. Spiritus orta fuit controuerſia, ſuper ſucceſſione in eius hæreditate, inter D. Marchionem Horatium nepotem ex Franciſco Fratre, hæredem, ex teſtamento eiuſdem Virgilij, & DD. March. Gregorium, Co: Nicolaum, & alios fratres, ex Iacobo Philippo altero fratre nepotes; prætendentes ſuccedere, tam ab inteſtato, quam vigore fideicommiſs. ordinati, per Paulum eorum auum; Vndè, commiſſa mihi cauſa; præuia ſpeciali Commiſs. manu Sanctiſſimi ſignata,appellatione remota, cum facultate manutenendi, quem de iure; propoſui dubium, ſuper manutentione, & hodie Domini dixerunt March. Horatio dandum eſſe mandatum de manutenendo, cum plenè conſtet de ſua poſſeſ- 1
ſione *vulg. §. retinendæ inſtit. de interd. lib. 1. ff. & C. vt poſſid.*

Nec viſum fuit releuare, quòd poſſeſſio Marchionis Gregorij, & aliorum capta *die 13.Febr.* ſit anterior poſſeſſione Marchionis Horatii appræhenſæ, die immediatè ſequenti, & proindè velut anterior ſit potiùs ma- 2
nutenibilis, *Rot. cor. Merl. dec. 9. & deciſ. 14. vtrobique num.4.*

Digitized by Google

*num.*4. Quia, cum, ex pluribus detegatur nulla, & vi-
tioſa, non impedit quin poſſeſſio poſterior legitimè ca-
3 pta debeat manuteneri ex traditis per *Rot. de manut. ob-
ſeru.*46.*num.*2.*&* 3.*&* *dixit Rot. dec.*177. *num.*1. *& ſeqq.
par.* 4. *diuerſ.*

Non poſſunt, autem, excuſari defectus anterioris
poſſeſſionis, ſiuè, ex titulo fideicommiſſi q. Pauli, ſiue ex
cauſa inteſtati eiuſdem Virgilij; non enim ſubſtinetur re-
ſpectu fideicommiſſi, quia cũ fideicommiſſarij teneantur
4 poſſeſſionem accipere, de manu hæredis per *tex. in l.* 1. *ff.
quorum legat. Dec. in l. fin. C. de edict. diu. Adrian. Toll. nu.*
48 *Rot. in Melemitana Territorij* 3. *Iunij* 1650 *coram Me,
§. ſubſiſtit*, viique aliter capta nullum iuris tribuit effe-
ctum, ſed remanet vitioſa, & non manutenibilis, *l. impro-
5 ba, C. de acquir. poſſ. Mareſc. var. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. *Rot. cor.
Seraph. deciſ.* 10, 65. *num.* 3. *Caualer. deciſ.* 106. *in fin. Emi-
nentiſſ. Ottob. deciſ.* 206. *num.* 3. *& deciſ.* 116. *num.* 3. *&
deciſ.* 176. *num.* 11. *in Bononien. Bonorum* 3. *Aprilis* 1645.
24. *Ian.* 1646. *& in alia Bonorum* 4. *Decembris* 1651. *cor.
Dunozetto.*

Parum obſtante, quod ſub *die* 13. *Febr.* poſſeſſio eſſet
vacans, cum adhuc hæreditas non fuiſſet adita, per Mar-
chionem Horatium; nam vbi etiam hæreditas fuiſſet ia-
6 cens, abſque ſpe aditionis, adhuc pro validitate appræ-
henſionis huiuſmodi debuiſſet deputari curator hæredi-
7 tati, eoque citato, procedere, vt dixit *Rot. deciſ.* 520. *in fin.
par.* 1. *diuerſ. Gregor. d. deciſ.* 206 *num.* 7. vbi addens, qui te-
ſtantur de communi, & in ſpecie dictum fuit in *Bononien.
Bonorum* 3. *Aprilis* 1645. *§. non obſtat & 23. Febr.* 1646.
in princ. coram Dunozetto.

Et licet, aliquãdo fideicommiſſarius veniat manutenen-
dus in ſua poſſeſſione, licet non capta de manu hæredis,
vel curatore hæreditatis, minimè citato; hoc tamen pro-
8 cedit dumtaxat, ex æquitate, vbi apertè conſtat de fideic.
claro, & manifeſtè apparet nullas hæredi competere de-
tractiones, vt omninò ſit certum, nihil apud ipſum forè
remanſurum; quo caſu, ad euitandos inutiles circuitus,
non eſt tribuendum hæredi, id quod ſtatim eſſet reſtitu-
9 turus, vt declarauit *Rot. deciſ.* 116. *num.* 3. *par.* 3. *rec. & in
d. Bononien. Bonorum* 3. *Aprilis* 1645. *§. & licet cor. Du-
nozetto.*

Hæc autem in præſenti deficiunt; Quia plura dedu-
cuntur contrà fideicommiſſum, & nullo modo, ducetur
hæredi non competere detractiones: imò videtur Mar-
chionem Horatium, tanquam vxoratum, poſſe in Vrbe
deducere annua *ſcut.* 8000. ad formam teſtamenti Pauli
fideicommittentis; Quapropter remanet firma concluſio
ſuperiùs adducta, quod erat neceſſaria citatio hæredis,
vel curatoris deputati, ad poſſeſſionem legitimè capien-
10 dam, *vt in deciſ.* 116. *nu.* 3. *par.* 3. *in Romana fideicommiſſ.
de Caſijs* 14. *Martij* 1657. *& in d. Bononien. Bonorum cor.
Dunozetto §. & licet.*

Eoque minus, valet ſubſtineri d. poſſeſſio, ex alio titul.
nempe hæredum ab inteſtato; Quia cum appareat de te-
ſtamento non abolito, nec cancellato, nec in aliqua ſui
parte ſuſpecto, non eſt locus ſucceſſioni ab inteſtato *l.
11 quandiù* 90. *ff. de reg. iur. l. ex teſtamento C. vnd. liber.*

Non obſtat, quod in iudicio manutentionis, ſolum fa-
ctum inſpiciatur, & propterea anteriorem poſſeſſionem
12 ſemper eſſe manutenibilem; licet fuerit capta ex falſa
cauſa inteſtati, ea ratione, quod falſa cauſa non vitiat
probationem, ſed illius cognitio reijcienda venit ad peti-
13 torium, ſeu poſſeſſorium ordinarium, vt per *Rot. deciſ.* 74.
num. 14. *& deciſ.* 70. *num.* 5. *apud Poſt. de manut. & cor. Bu-
ratt. deciſ.* 186 *num.* 6.

Siquidem iura prædicta, non loquuntur quotieſcum-
que conſtat, prout hic, venientes ab inteſtato habuiſſe
antè captam poſſeſſionem plenam notitiam teſtamenti,
14 cum illud fuerit, coram eis apertum, lectum, & publica-
tum, hoc enim caſu, quia illicò, & in continenti apparet
de falſa cauſa, & de nullitate eorum tituli, antè ingreſ-
ſum poſſeſſionis, nullitas tituli incontinenti probata in-
15 ficit poſſeſſionem, & manutentionem; *Rot. deciſ.* 56. *num.*
1. *par.* 8. *rec.* cum alijs relatis per *Poſt.* vbi ſupra *obſeru.* 42.
num. 137. *& ſeqq.* ſubdens *num.* 142. quod exceptio clara
non venit reijcienda ad petitorium, quamuis ex replica-
tione partis aliquid veniat diſcutiendum, quod requirat
altiorem indaginem, quod prius firmauit, *Rot. deciſ.* 57. 16
num. 4. *&* 6. *par.* 1. *diuerſ. & in rec. dec.* 159. *num.* 9. *par.* 1.

Propterea, remouetur obiectum, ex eo, quod poſſeſſio
fuerit appræhenſa, vigore mandati, continentis clauſu-
lam, ſine præiudicio, habentium potiora, & meliora iura,
tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, quæ cum ſit con-
ditionalis, habetur pro non capta, & in præiudicium hæ-
redis inſtituti, non tribuit poſſeſſionem manutenibilem, 17
Rot. deciſ. 14. *num.* 15. *&* 16. *apud Poſt add. ad Buratt. dec.*
511. *num* 6. *& in d. Rom fideic. de Caſijs* 14. *Martij* 1657.
§. nec anteriorem cor. Dunozetto.

Prædictis accedit, altera nullitas eiuſdem anterioris
poſſeſſionis, ex quo capta fuit à Comite Nicolao, ſiue
eius procuratore ſubſtituto, etiam nomine aliorum fra-
trum, à quibus ſpeciale mandatum procuræ non habe-
bat; quod omninò erat neceſſarium, cum non agatur de
poſſeſſione recuperanda, ſed de nouo acquirenda, vt be-
nè diſtinguit *Surd. conſ.* 160. *num.* 45. *& ſeqq.* Nil refra- 18
gante, ratificatione ſubſecuta, quia non retrotrahitur in
præiudicium Marchionis Horatij, qui medio tempore,
poſſeſſionem legitimè adeptus fuerat, ex deductis per 19
Gratian cap. 365 *num.* 27. *Rot. deciſ.* 627. *num.* 1. *par.* 4. *di-
uerſ.* cum alijs relatis *in Maceraten. Magazzeni ſeu ma-
nutentionis,* 24. *Ian.* 1642 *cor. Reuerendiſſ. Decano.*

Neque dicatur, quod Comes Nicolaus, ceperit poſſeſ-
ſionem, nomine aliorum fratrum, cum clauſula tam cõ-
iunctim, quam diuiſim, & ſic poſſit tota poſſeſſio reſide- 20
re penes ipſum; quia, cum in actu appræhenſionis fuerit
facta expreſſio aliorum fratrum, ſub nomine cohære-
dum; hinc excluditur animus illam capiendi pro ſe ipſo,
& per conſequens, in portionibus fratrum, non fuit ac-
quiſita poſſeſſio, quæ ſemper ab animo regulatur *tex. in* 21
l. quemadmodum 8. *ff. de acquir. poſſ. Gregor. deciſ.* 252.
num. 4.

Cætera demum deducta, contrà teſtamentum, veluti
requirentia altiorem indaginem, Domini dixerunt non 22
eſſe diſcutienda in hoc iudicio manutentionis.

Et ita vtraque &c.

Eminentiſſ. D. Card. Cerro.

Romana Legitimæ.

Ven. 10. *Iunij* 1664.

A R G V M E N T V M.

Retentio pro legitima, vt impediat immiſſionem fi-
deicommiſſario debet eſſe clara, & indubitata; Et
dicta legitima quomodò augeatur, aut minuatur
poſt mortem patris; aucta, vel diminuta hære-
ditate.

S V M M A R I V M.

1 *Declaratio facta ab habente facultatem à teſtatore
eſt, ac ſi fuiſſet ab illo.*
2 *Legitima debita, impedit immiſſionem fideicommiſ-
ſario.*
3 *Sed ad ſummam debitam prò legitima tantum.*
4 *Hæreditas aucta, & diminuta, ſine facto, aut culpa
hæredis, cedit commodo & damno hæredis, & præ-
tendentis legitimam.*
5 *Inter æqualiter hæredes, diſtribuendum eſt lucrum, &
& damnum hæreditatis.*
6 *Fructus augent legitimam.*
7 *Sed datur actio, ſolum contrà eum qui eos exegit.*
8 *Legitima regulariter, non detrahitur in vno corpore
hæreditatis, ſed in ſingulis.*

9 *Nec*

Digitized by Google

9 *Nec detrahitur de bonis melioribus aut deterioribus.*
10 *Præſcriptio non currit contra ignorantem, & agere non valentem.*
11 *Renunciatio fideicommiſſi, excluditur non probata eius ſcientia in renunciante.*

DECISIO CII.

VIrginia Delphina, de Celſis, in teſtamento inſtituit hæredem fiduciarium, Bernardinum Maturum, ſub his verbis: *Volendo che d. mio herede diſponga di tutta la mia heredità, e frutti di eſſa nel modo e forma che io hò ordinato à bocca, alla quale diſpoſitione mi rimetto, e voglio che s'attenda, come ſe foſſe eſpreſſa nella preſente ſcrittura*; In cuius executionem, defuncta Virginia de anno 1615. Maturus declarauit eius voluntatem fuiſſe, vt Theodoræ filiæ oblatæ in Monaſterio Turris ſpeculorum, conſignarentur mobilia, & eſſet hæres vſufructuaria donec fuiſſent nuptui traditæ, eius nepotes; nempè Maria Virginia, ex Mario, & Antonia ex Io: filijs eiuſdem teſtatricis, quas ſi nuberent, inſtituit hæredes æqualiter in proprietate, cum reciproca ſubſtitutione inter ipſas, in caſu, quo altera moreretur, antè nuptias. Quia, verò, Maria Virginia innupta deceſſit de anno 1623. relicta hærede, Angela Gabriella eius matre, quæ cum ex bonis hæreditarijs teſtatricis, receperit à Maturo in cauſam legitimæ Mariæ Virginiæ prædefunctæ portionem eiuſdem crediti, & nonnulla loca Montium, inſurrexit D. Antonia, prætendens totam hæreditatem d. Virginiæ Delphinæ, ſibi delatam fuiſſe, per obitum Mariæ Virginiæ, antè contractas nuptias, & immiſſionem petijt, contrà DD. de Mignanellis filios, & hæredes Angelæ, poſſeſſores locorum Montium, & crediti, de quibus agitur, & ſententiam fauorabilem obtinuit, à R. P. D. Ghino Iudice delegato ab A. C. Succeſſiuè deuoluta cauſa ad Rotam, & mihi commiſſa, propoſui dubium; an D. Antoniæ danda ſit immiſſio in locis Montium, & credito, & Domini, attento numero trium filiorum Virginiæ teſtatricis dixerunt, eſſe concedendam, dempta tertia tertiæ partis, quæ pro legitima Mariæ Virginiæ debetur eiſdem Mignanellis hæredibus Angelæ.

Extrema neceſſaria ad Immiſſionem ſufficienter fuerunt probata. de fideicommiſſo enim, conſtat ex declaratione matris, tamquam facta, de ordine teſtatricis, exiſti-
1 manda perinde, ac ſi in eius teſtamento ineſſet, maximè, quia hoc idem exprimitur: ibi: *Alla quale diſpoſitione mi rimetto, e voglio che ſi attenda, come ſe foſſe eſpreſſa nella preſente ſcrittura*, de illius purificatione ad fauorem Antoniæ per mortem Mariæ Virginiæ, non dubitatur, & identitas iuſtificatur, quibus concurrentibus non denegatur immiſſio in vim *l. fin. C. de ed. Diu. Adr. toll.*

Non obſtat, quod creditum, & loca Montium, de quibus agitur, retineantur pro legitima, Mariæ Virginiæ, iuxtà aſſignationem factam per Maturum, hæredem fiduciarium; Etenim non dubitarunt Domini, quin retentio, pro legitima, impediat immiſſionem, in euentum
2 Immiſſionis fideicommiſſi, ſed viſum fuit, hanc legitimam non poſſe abſorbere decem loca Montium, aſſignata vna cum ſcut. 347. quia cũ de tempore aſſignationis, ſequutæ de anno 1624. hæreditas conſiſteret in locis Montium 21. & credito ſcut. 695. vt oſtenditur in facto, vtique tertia pars trientis debita Mariæ Virginiæ, quoad loca Montium, non excedebat loca duo, cum vno tertio, alterius loci, & quoad creditum ſcuta 77. Ideoque reſpectu huius quantitatis, competit ſolum retentio, & in reliquis, pro ſumma excedente, Domini Mignanelli nullam
3 habent iuſtam cauſam impediendo petitam immiſſionem, ex traditis per *Rot. deciſ. 559. nu. 5. par. 1. & deciſ. 92. num. 4. par. 2. rec.*

Et licet prætendatur, quod hæreditas Virginiæ, habito reſpectu ad tranſactionem initam, cum Hortenſio de Celſis 18. *Iuly* 1614. conſiſteret in ſcut. 11450. & ſic legitima excederet quantitatem aſſignatam.

Attamen, omiſſo, quod ſumma contenta in tranſactione, non fuit integrè exacta, ab ipſamet Virginia dum vixit, & Maturus, ea defuncta plures fecerat detractiones, ità vt, cum hæreditas, tempore petitionis, & aſſignationis legitimæ d. quantitatem locorum 21. & ſcut. 695. non excederet, ad hanc ratam debetur legitima; Quia d. diminutio ſequuta abſque culpa, vel mora hæredis, non tantum cedit damno illius, ſed etiam pro 4
quota, cedit damno legitimarij, ſicuti nec augmentum accreuiſſet, commodo vtriuſque, vt tradit, *Peregr. de fideicommiſſ. artic. 36. numer. 33. & ſeqq. Corn. conſ. 265. num. 2. lib. 1. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 3. quæſt. 3. num. 46. Rot. poſt eundem deciſ. 90. in rec. dec. 602. num. 6. par. 3. & deciſ. 475. num. 1. par. 4.*

Maximè, quia, diminutio ſucceſſit antè aſſignationem legitimæ, de tempore quo viuebat Maria Virginia, quæ, cum eſſet hæres æqualiter cum D. Antonia, debuit quoque inter ipſas eſſe commune damnum contingens, quamuis admitteretur diminutionem cedere debe- 5
re damno ſolius hæredis, vt tradit *Curt. Sen. conſ. vlt. per tot.*

Neque augetur quantitas legitimæ, à die obitus teſtatricis, ex debito fructuum, Quia, cum eſſent ſoluendi, 6
ex fructibus bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, non autem ex Capitali, pro illis remanet actio, contrà Maturum, qui illos percepit, ſed non competit retentio, aduerſus D. Antoniam fideicommiſſariam, vt dictum fuit in *Terracinen fideic. 17. Febr. 1645 cor. Eminentiſs. Ottob.* 7
dec. 28. num. 29.

Minus releuat, quod aſſignatio fuerit facta à Maturo hærede fiduciario & à ſorore Theodora executiuè teſtamentaria, habentibus ampliſſimam facultatem.

Vltrà, quod nec in teſtamento, nec in declaratione nulla fit mentio, de aſſignatione legitimæ; adhuc illorum facultas non poteſt ſuffragari, quia aut hæreditas, de tempore aſſignationis conſiſtebat in locis 21. tantum, & ſcut. 659. eorum facultas, non poteſt extendi ad taxandam legitimam vltrà ratam hæreditatis, cum alias eſſet arbitrium diſponendi de integra hæreditate, non autem facultas aſſignandi legitimam; Aut verò hæreditas plura alia credita, vt dicitur, continebat, & hoc caſu, cum iſta ſint inexigibilia, non debebant remanere integra pro hærede; ſed ſuper illis debuit legitimario pro ſua quota aſſignari legitima, quæ regulariter non detrahitur, in vno corpore, ſed in ſingulis, rebus hæreditarijs, 8
Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 20. cum allegatis *per add. ad dec. 29. num. 130. par. 8. rec.*

Neque in bonis melioribus, ſeu deterioribus *Bald. in l.* 9
filium nu. 28 C famil. erciſc. & conſ. 217. lib. 1. Dec. conſ. 81. num. 7. Rot. poſt Merl. vbi ſupra dec. 117. num. 2.

Quod verò creditum, & loca Montium, pacificè fuerint ſupra 30. annos à DD. de Mignanellis poſseſſa, & proindè actio Immiſſionis videatur præſcripta; reſponſio reſultat ex facto, quia cum apoca declarationis factæ per Maturum, fuerit ſemper retenta à Carolo Gabriello patre Angelæ; D. Antonia nunquam habuit notitiam ſubſtitutionis factæ ad eius fauorem, ſicque non potuit agere pro Immiſſione, ad quam obtinendam egebat d. declaratione; quapropter excluditur præſcriptio, quæ nunquam currit contrà ignorantem, & agere non va- 10
lentem, *l. 1. in fin. C. de annal. except.* cum allegatis *in dec. 28. num. 38. par. 8. rec.*

Denique non eſt momenti, quod in Conſtitutione dotis facta D. Antoniæ, dictum fuerit pro omni, & toto eo, quod prætendere, & conſequi poſſet, pro bonis Virginiæ, quia id poteſt intelligi, quoad alias detractiones, quæ ipſi poterant competere, non autem trahi debet ad renunciationem fideic. de quo nullam notitiam habuit, cum ad iſtum effectum requiratur in muliere præciſa, & indiuidua ſcientia iuris ſibi competentis, vt *in Fauentina Bonorum 27. Iunij 1659. §. fin & 9. Iunij 1664. cor. Me.*

Et ita vtraque, &c.

Emi-

Eminentiſs. D. Card. Cerro.

Romana Saluiani.

Ven. 4. Febr. 1661.

ARGVMENTVM.

Creditor poſterior, non poteſt petere immiſſionem, contrà anteriorem immiſſum, in Saluiano; niſi probet ſatisfactionem totius crediti; Et huius occaſione plura diſcutiuntur de quibus in ſummario, maximè quod renunciatio fideicommiſſi prohibiti alienari, non ſubſtinetur, quoad commoditatem fructuum in vita grauati renonciantis.

SVMMARIVM.

1 *In Saluiano interdicto poſſeſſio rei probatur ex litis ſubſtentatione.*

2 *Creditori poſteriori denegatur immiſſio, dum prior habet retentionem pro alijs creditis.*

3 *Fructus dotis, ex ſtatuto vrbis aſcendunt ad 7. pro 100.*

4 *Mulier ob vergentiam viri ad inopiam; petit aſſecurationem, non ſolum dotis ſed etiam lucri dotalis.*

5 *Fructus debentur pro lucro dotis, ſicuti pro dote.*

6 *Vidua, ex ſtatuto vrbis, debentur alimenta per 6. menſes.*

7 *Fructus dotales, ſuccedunt loco alimentorum.*

8 *Vidua, etiam ſi habeat pignus dotale, percipere poteſt fructus dotis.*

9 *Fundus dotalis, non oritur ex onere inueſtiendi.*

10 *Onus inueſtiendi dotem, pertinet ad ſecuritatem mulieris.*

11 *Grauatus alienans ſcienter fideicommiſſum, tenetur in bonis proprijs pro reintegratione.*

12 *Creditum extinctum per ſubhaſtationem, euictis bonis ſubhaſtatis, reuiuiſcit, cum ſua anterioritate.*

13 *Creditor. poſtquam ei fuerunt adiudicata bona, eadem ſibi acquirit, & facit fructus ſuos.*

14 *Hæres beneficiatus, accipiens aliqua bona, cenſetur antè omnia ſibi velle ſatisfacere.*

15 *Habens dominium bonorum, fructus facit ſuos.*

16 *Immiſſus Saluiano, hæres debitoris fit dominus bonorum, & facit fructus ſuos.*

17 *Hypotheca, cadere non poteſt in re propria.*

18 *Fideicommiſſum, renunciari non poteſt in fauorem non vocatorum.*

19 *Renuncians fideicommiſſum contra prohibitionem teſtatoris, priuatur ipſo iure d. fideicommiſſo.*

20 *Prohibitio alienationis ampliſſima, prohibet obligationem fructuum ad vitam.*

21 *Renunciatio bonorum, non reſtringitur ad commoditatem fructuum.*

22 *Donatio in parte nulla, fit nulla in totum.*

23 *Hæres creditor de ſuo credito, non præſumitur ſatisfactus, quando non conſtat tot pecunias ad eius manus perueniſſe.*

24 *Hæres non cogitur reſtituere illud, quod non probatur ad eius manus perueniſſe.*

DECISIO CIII.

PEtebat Iacobillus, ex remedio vtilis Saluiani Interdicti immiſſionem in quibuſdam bonis, olim Martini
Coronæ, hodie poſſeſſis à Patribus S. Pauli, & à Petro
Paulo de Roſis, & licet probauerit extrema neceſſaria,
creditum, nempè cum Hypotheca, ex inſtrumento cenſus alias impoſiti, vſque de anno 1613. & vtramque poſ-
1 ſeſſionem, Martini debitoris, & reorum conuentorum, ex
alijs inſtrumentis publicis, & litis ſubſtentatione, quæ ſufficiunt ad obtinendum in hoc iudicio, vulgatis iuribus;
Attamen hodie Domini, illam denegarunt, ex quo reis
conuentis, tanquam habentibus cauſam à Pruida, vxore
d. Martini, & à Sulpitia filia, nepte, competit retentio pro
creditis anterioribus earundem, propter quam poſteriori
denegatur Immiſſio, *Pacif. de Salu. inſpect. 3. cap. 2. num.* 2
442. *Rot. cor. Eminentiſs. Ottob. dec. 155. nu. 21. & dec. 170.
num. 25. & in Romana cenſus ſeu Saluiani 5. Maij 1655.
§. ſed ex quo cor. Me.*

Huiuſmodi enim credita, partim ſont propria Mariæ,
occaſione dotis, & fructuum, partim ſpectant ad Sulpitiam, vt fideicommiſſariam Simonis, & partim fuerunt
acquiſita per Mariam eiuſque hæredes, & hæredes Sulpitiæ à creditrice Martini, à quibus reportaruot iurium
ceſſiooem translatiuè, non extinctiuè. Et qouad credita
propria Mariæ. Primò oon cootrouertitur eius creditum
dotale io ſumma ſcut. 6000. quod eſt anterius credito de
quo agitur, vti contracto de anno 1611. & hoc vna cum
ſcut. 3350. pro fructibus dotalibus, decurſis à die aſſecurationis dotis ob vergentiam Martini viri ad ioopiam,
10. *Maij* 1617. vſque ad illius obitum ſequutum 23. 3
Aprilis 1623. ad rationem taxatam per ſtatutum vrbis
ſcut. 7. cum dimidio aſcendit ad ſummam ſcut. 9350.

Parum obſtante, quod peritus haoc partitam fructuũ
calculauerit dumtaxat in ſcut. 2653. & 12. quia omiſit
conſtituere Mariam creditricem, etiam pro fructibus lucri dotalis, quod hodiè in proprietate ab informantibus
non petitur, neque debetur; Etenim poteſt mulier, ob
vergentiam viri ad inopiam, nedum petere aſſecurationem dotis, ſed etiam quarti, *l. vbi adhuc C. de iur. dot.* & 4
eidem, pro vtroque, fructus debentur, ad eandem rationem à ſtatuto taxatam pro dote *Bald. in d. l. vbi adhuc* 5
*num. 52. verſ. item ex fructibus Rot. deciſ. 259 num. 9. par. 4.
diuerſ. Millin dec. 217. num. 10 in rec. dec. 292. nu. 2. par. 1.
& in Rom. fructuum donationis propter nupt. 31. Iannar.
1601. cor. Iuſto*, relata *per Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap.
137. num. 39.*

Poſt obitum, verò, Martioi, vſque ad diem 3. *Octobris*
1630. quo deceſſit Maria, fructus non ſolùm aſcendunt,
ad ſcut. 3460. prout lo relatinoe periti, judicialiter electi;
ſed conſtituunt ſcut. 4229 ex quo addenda ſuot alimenta, ex Statoto Vrb. *lib. 1. cap. 133.* debita viduæ ſuperſtiti, 6
per primos 6. meoſes à die obitus viri compotandos, quorum loco, ſuccedunt etiam, pro dicto tempore, fructus
dotales, vt reſpooſum fuit *in Firmana ſeu Maceraten.* 7
*dotis 19. Ianuarij 1623. verſ. ſecundum nunc eſt tempus,
cor. Pironano.* At licitè percipiuntur à Vidua etiam ſi
habeat pignus dotale, nec imputantur in ſortem, vt li- 8
teraliter diſponit idem Stat. *cap. 137.* & ibi, *Fenzon. nu.*
53. & dixit *Rot. poſt eundem Fenzon. deciſ. 87. §. & quod in
hoc caſu.*

Neque dicatur, quod ſtatutom loquitur quaodo reſtitutio dotis eſt facienda, in pecuoia, ideoque oon intret in
caſu controuerſo, ſaltem, reſpectu quatuor locorum
Montis Fiani, quæ prætenduntur aſſignata pro fundo
dotali.

Nam, contrarium deſumitur, ex toto contextu ioſtrumeoti: Tum quia, ibi dos legitur conſtituta in quaotitate ſcut. 6000. & adeſt pactum, quod in caſu reſtitutionis,
ipſamet quaotitas reſtitui deberet; Tum etiam, quia dicta loca Montium, tradita fuerunt marito æſtimata, &
denique fuit conuentum, quod tam augumentum pretij, quam eius diminutio cedere deberet commodo, & damoo mariti: Ex quibus manifeſtè conuiocitur integram
dotem verè cooſiſtere io pecunia oumerata, noo attento, quod in inſtrumento legatur alia conuentio, vt
ſcilicet, in caſu redemptionis, debeat fieri reinueſtimentum, cum expreſſiooe, quod fieret, ex pecunijs dotalibus; Hoc, enim, tantummodò importat hypothecam ſpecialem, & maiorem ſecuritatem mulie- 9
ris, non autem fundum dotalem *tex. in l. cum dotem,* 10
C. de iur. dot. Soccin. Sen. conſ. 57. num. 6. verſ. ſeptimus caſus

lib. 1.

Digitized by Google

*lib.*1.*Hondcd.conſ.*41.*num.*18.*lib.*1.*Rot in rec.dec.*176 *nu.*
4.part. 4. cum alijs allegatis *in Maceraten. Saluiani* 11.
Martij 1647. §. *quia cum præceſſerint coram Emmentiſs.*
Corrado.

Reſpectu, autem, Sulpitiæ fideicommiſſariæ Simo-
nis, competit retentio pro ſcut. 1400. ex quo Martinus
alienauit dominum, & 7. loca montium ſuppoſita eidem
11 fideicommiſſo, quando enim grauatus alienat bona fi-
deicommiſſaria, habens ſcientiam de fideicommiſſo di-
citur, in dolo, & ſic tenetur illud reintegrare, & pro re
integratione competit fideicommiſſarijs Hypotheca, ſu-
per bonis proprijs alienantis, vt de hac præciſa aliena-
tione dictum fuit *cor. Me in d. Romana cenſus ſeu Saluia-*
ni 5. *Maij* 1655. §. *quarto demum*, vbi quoque firmatur,
Martinum habuiſſe ſcientiam de fideicommiſſo,

Cætera, verò credita, anteriora acquiſita per Ma-
riam, conſiſtunt 1. in ſocietate Officij ſcut. 200. alias à
Martino contracta cum Sebaſtiano Aldigerio 9. *Iunij*
1611. 2. in cenſu ſcut. 217. contrà Martinum impoſito
die 3. *Nouembris* 1604. ad fauorem Sebaſtiani Paccian-
tis, vna cum ſcut. 30. pro fructibus, vt in relatione Pe-
riti 30. in ſcut. 92. pro fructibus cenſus impoſiti ad fauo-
rem cauſæ Coronæ *die* 24. *Auguſti.*

Quod autem Maria aſſignauerit creditoribus in ſolu-
tum bona Martini, in extinctionem multorum debito-
rum, ſatis reſpondet deciſio *Merl.*645. quod nempè illa
bona fuerunt, per Mariam creditoribus aſſignata, quæ
per ſententiam Iudicis prius propria effecta fuerunt, vt
ibidem *num.*11. §. *non obſtat.*

Remanent alia credita, acquiſita, per hæredes poſt
obitum Mariæ, quæ pariter ſunt anteriora credito Iaco-
billi, nempè cenſus ſcut. 100. impoſitus de anno 1612.
ad fauorem Dominici Antifaſti, & ceſſus Patribus S. Pau-
li de anno 1649.

Alter cenſus ſcut. 140. creatus ad fauorem Margheri-
tæ Antifaſſæ 31. *Iulij* 1612. & alter ſcut. 250. impoſitus
26. *Decembris* 1612. ad fauorem Claudij Tibaldutij quæ
credita, cum fuerint ceſſa dictis hæredibus translatiuè &
non extinctiuè, eorum fructus decurſi aſcendunt ad in-
gentem quantitatem.

Non obſtat, quòd, tam Maria, quam illius hæredes,
de prædictis creditis remanſerint ſatisfacti, ex totidem bo-
nis hæreditarijs Martini; Excluditur enim hæc ſatiſ-
factio, dinumerando bona, quæ remanſerunt in eius hę
reditate; videlicet domus ad S. Marcum, Officium Ca-
pitolinum, & vineam ad portam Latinam, & dd. lo-
ca 14. Montisfiani, cum nonnullis creditis exigendis;
quorum exactio à partibus non controuertitur, in *ſcut.*
1150.

Et licet domus ad S. Marcum fuerit deliberata Mariæ,
pro pretio ſcut. 2700. nempè ſcut. 1700. pro credito ſor-
tis & 1000. pro fructibus: Attamen, quia d. domus poſt-
modum fuit eidem euicta, ad inſtantiam illorum de
12 Piordis, per ſententiam Rotalem à me latam; creditum
Mariæ propter d. euictionem reuiuiſcit, cum ſua ante-
rioritate per *tex. in l. qui res* 98. *in princ ff de ſolut Gra-*
tian cap. 106. *num.*6. *Poſt. de ſubhaſt. inſp.* 65. *nu.* 21. &
dixit *Rot. in Romana Saluiani* 7. *May* 1646 *cor. Peutin-*
gerio §. *creditum verſ. qua euictione* impreſſa *poſt Merl. de*
*pignor deciſ.*118. *num* 3.

Quo, verò, ad fructus perceptos ex d. domo, licèt, pro
parte Iacobilli, prætendatur in ingenti quantitate ſcut.
4309. verius tamen eſt illos non deberi, niſi à die aſſe-
curationis dotis, vſque ad diem, qua domus fuit adiudi-
cata Mariæ, ad computum ſui crediti, qui ſolummodo
aſcendunt ad ſcut. 690. Vigore, enim, d. adiudicationis,
& dationis in ſolutum, tam Maria, quam habentes cau-
ſam ab ea, ſuperlucrati fuerunt fructus, tanquam ex re
propria perceptos, nec tenentur eos imputare in ſatisfa-
ctionem aliorum creditorum, vt dixit *Rot. cor. Seraph.*
13 *deciſ.*1284. *num.*1. *in Ariminen. bonorum* 5. *Martij* 1627.
*cor. Coccin. apud Poſt. de ſubaſt. deciſ.*70. *num.*15.

Fructus percepti ex vinea, non controuertuntur in
ſumma ſcut. 1072. ſed indè veniunt detrahenda ſcut. 185.
quæ per Mariam fuerunt ſoluta proprietarijs, pro cano-
nibus eiuſdem Vineæ, & ſic remanent ſcut. 886. fructus
vero Officij Capitolini, taxati ad menſuram ſcut 12. à
die 30. *Octobris* 1618. vſque & per totum menſem *Octob.*
1630. quo deceſſit Maria aſcendunt *ad ſcut.* 1637.

Quæ ſumma vna cum ſcut 470. prouenienſ ex pretio
dd. locorum 4. Montisfiani, & alijs ſcut. 550. pro fructi-
bus eorundem calculatis ad rationem 5. pro centenario
per annos 29. cum dimidio, aſcendit ad ſcut. 3480. quæ
licet cum pretio vineæ, & alijs partitis, ſupra expreſſis
conſtituant ſummam 5320. nihilominus non æquiua-
lent quantitati creditorum anteriorum, pro quibus com-
petit retentio, cum ſola partita crediti dotalis Mariæ ſu-
perius firmata in ſcut. 9350 vna cum fructibus hanc
ſummam excedat.

Et quamuis, pro Iacobillo prætenderetur, addendos
eſſe fructus, per Sulpitiam ex d. vinea, & officio perce-
ptos, poſt obitum Mariæ; nihilominus, contrarium Do-
minis viſum fuit, quia, cum Sulpitia, fuiſſet hæres be-
neficiata, tam Martini debitoris, quam Mariæ creditri-
cis, per imaginariam ſolutionem ſtatim accepiſſe cenſe- 14
tur in ſolutum datam vineam, & officium, pro ſuis cre-
ditis longè illorum valorem ſuperãtibus, & ſic abindè ci- 15
tra, illorum fructus fecit ſuos *l. ſi ex cuius ff de euict.* §. 1. *Ma-*
*reſc. var. reſol. lib.*1. *cap.* 37. *nu* 1. *Rot. cor. Gregor. deciſ.*67.
nu 10. *& ibi add. nu.*15. *cor. Canaler. dec.*367. *nu.*2. *in rec.*
*deciſ.*207. *num.*15. *par.*4. *tom.* 2. *deciſ.*2. *nu.*11, *cum ſeqq.*
p. 6. *cor. Emmentiſs. Ottob. deciſ.* 47. *num.*10. *&* 11.

Non obſtat, quòd Maria acceperit prædicta bona ex
remedio Saluiani interdicti, quia huiuſmodi titulus, non
potuit continuari in Sulpitia eius hærede, quæ, vt dictum
eſt, hæres erat etiam Martini debitoris, ſed illico, & in- 16
continenti reſolutus fuit, & Sulpitia, iure proprio, ea-
dem bona poſſidere cæpit tanquam in ſolutum accepta-
ta miniſterio legis, in ſatisfactionem ſuorum credito-
rum; Hypothecaria enim & hypotheca ipſa, quæ eſt
mater Saluiani, non cadit in rem propriam, nec in ea 17
conſiſtere, aut ſubſtineri poteſt, *l. ſi rem alienam* 29 *ff. de*
pignor. act. l. neque pignus 46. *ff. de reg iur. Gregor. dec.*195.
*num.*8. *Rot. in rec. deciſ.*303. *num.* 18. & melius *deciſ.* 347.
*numer.*6. *par.* 5. atque mediante dicta receptione inſo-
lutum, Hypotheca, & de conſequenti Saluianum re-
manſit extinctum, ex adductis per *Pacif. inſp.* 3. *cap* 2.
*num.*369. *cum ſeqq.*

Neque ad augendam hæreditatem Martini, veniunt
computandi fructus bonorum fideicommiſſi Simonis
Coronæ, cum illi ſpectarent ad Sulpitiam vocatam ad
d. fideicommiſſum ipſa quemadmodum obtinuit ſenten-
tiam Immiſſionis die 30. *Auguſti* 1618.

Non obſtat, quod Melchior, & Franciſcus propter eo-
rum ingreſſum in religionem, renunciauerint iura dicti
fideicommiſſi, Anaſtaſio patri Martini, cuius ipſe re-
manſit hæres.

Quia, cum Anaſtaſius, non eſſet vocatus, non poteſt
ſubſtineri renunciatio in eius fauorem facta, contrà ex- 18
preſſam voluntatem teſtatoris, qui alienationem prohi-
buit, cum qualitate, vt neque momento temporis, eius bo-
na remaneant extrà vocatos, & propterea, ſtante dicta
contrauentione, fideicommiſſum remanſit purificatum, 19
ad fauorem aliorum vocatorum, non expectata morte
renunciantium, *Rot. d. deciſ.*645. *num.*5. *cum ſeqq. coram*
Merl. & pluribus alleg. dictum fuit in *Mediolanen. bono-*
rum 31. *Maij* 1649. *cor. Emmentiſs Corrado, apud Salgad.*
*Labyrint. Credit. deciſ.*55 *num.*25.

Nec renunciatio poteſt ſubſtineri, reſpectu commodi-
tatis & perceptionis fructuum; tum, quia idem præce- 20
ptum teſtatoris expreſſè vetat tranſitum bonorum apud
alios, etiam quoad fructuum perceptionem; Tum etiam,
quia verba renunciationis, explicitè loquuntur de bonis,
& hæreditate, nullo iure reſeruato, quæ verba tangunt
ſubſtantiam bonorum, nec ad ſolam commoditatem poſ- 21
ſunt reſtringi, & hoc caſu tanquam donatio facta, pleno

iure

Digitized by Google

22 iure,redditur nuila io totum *Mant.de tacit.lib.*21. *tit.*28.
*nu.*16.*&* 17.*Rot dec.*135.*nu* 4 *cum ſeqq.par.*7.*rec.*& io ſi-
mili reſpooſum fuit *cor.Me in Rauennaten.ſeu Ferrarien.
decimarum* 26. *Iunij* 1647. §. *obiectum &* 5. *Maij* 1649.§.
neque obſtat cor Reuerendiſs. Papien.& 19.*Ianuarij* 1650.
cor. R. P. D.Veroſpio.

Denique veſtes Margheritæ, & mobilia pro parte Ia-
cobilli prætenſa,non ideò ioſtificaotur, vt aliquam ſatiſ-
factionem ſupraſcriptorum creditorum inducaoi; Nam
illa quæ prætendontur hæreditaria Martini, non pro-
bantur extitiſſe, tempore illius obitus, & perueniſſe ad
manus Mariæ, ex quibus potuerit commode de ſua dote
23 ſatisfieri, iuxta veriorem ſententiam, quam ſemper am-
plexa fuit *Rot.cor Seraph.deciſ.*1455.*num.*1. *cor. Duran.
dec.*347.*nu.*10.*Burat.dec.*862 *nu.*3 *&* 4.*& ibi add. Merl.
dec.*413 *nu.*13.*in rec.dec.*159.*nu.*7.*&* 8 *par.*4. *tom.*2. *& in
Fanen dotis* 17.*Martij* 1642. §. *minus obſtat cor. Me im-
preſſ.apud Merl.de pignor dec.*53.*num.*8.

Illa verò,quæ Maria faſſa fuit habuiſſe, tempore ou-
ptus,mious probantur remanſiſſe poſt obitom Martini,
vel culpa,& facto ipſius defeciſſe, prout requiritor ad ef-
fectum cogendi illius hæredes, ad reſtitutionem, vt reſ-
24 ponſum fuit in *Anconitana dotis* 4. *Iulij* 1640. *quæ eſt de-
ciſio* 250.*nu.*1, *p.*8.*rec.*

Et ita vtraque parte &c.

Eminentiſs. D. Card. Cerro.

Romana ſeu Florentina Tranſactionis.

4. *Aprilis* 1660.

ARGVMENTVM.

Magiſtraiiter, diſcuſso articulo, firmatur tranſactio-
nem ioitam, ſuper validitate, & iouaiditate Pro-
feſſionis, eſſe nullam; Simoniacam, & huius oc-
caſione, diſputatur. Quomodò iiceat, ſuper re
ſpirituali, recepta pecunia tranſigere, ad redimen-
das vexationes.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio mediante pecunia, ſuper eo, quod quis de-
beat ſtare in religione non obligat.*
2 *Tranſactio, vt quis non euadat ſecularis non valet.*
3 *Maxime ſi per hoc detur pecunia.*
4 *Tranſactio requirit; vt aliquid hinc inde detur vel re-
mittatur.*
5 *Pro congrua ſubſtentatione religioſi, poteſt aliquid
dari.*
6 *Non poteſt alicui aliquid dari, vt remaneat in reli-
gione.*
7 *Amplia etiam in ordine Militari.*
8 *Limita, quando promiſſio pecunia eſt intuitu renuncia-
tionis.*
9 *Quod tamen procedit quando lis eſt ſuper re tempo-
rali.*
10 *Tranſactio ſuper re ſpirituali non valet.*
11 *Simonia non euitatur quando temporale habet anne-
xum ſpirituale.*
12 *Correſpectiua currunt eodem paſſu.*
13 *Annexum conſequenter ſpirituali inducit Simoniam.*
14 *Indiuidua dicuntur, quæ ortum habent ab eodem fonte.*
15 *Valet tranſactio pro receſſu a lite ſuper re ſpirituali.*
16 *Sed ad hoc, qui dat pecuniam debet, iuſto titulo poſſi-
dere.*
17 *Contrarium, quando datur pecunia ab eo, qui habet in-
iuſtam prætenſionem.*
18 *Tranſactio valida impedit omnem litis ingreſſum.*
19 *Concordia ſuper lite iam terminata, non valet.*
20 *Pactum reſolutiuum reducit actum ac ſi non eſſet fa-
ctus.*

DECISIO CIV.

COnſuita S.Rota,& ab ipſa 28, *Aprilis* 1659. tradito
voto,ſuper iouaiiditate profeſſionis D Marchionis
Petri Corſini, ex rationibus maturè, & iatè diſcuſſis, in
duabus deciſ. editis 13.*Ianu.* 1653. *cor Reuerendiſs.Tar-
raconen.&* 27.*Ian.*1659.*cor Reuerendiſs.Papien.* Per apo-
cam priuatam inter ipſum,& D Marchionem Andream
eius fratrem,ioita fuerat concordia, in qua, inter cetera,
fuit conuentũ;quod cum vltrà anuuã præſtationẽ debi-
tã D.Marchioni Petro, ſupereſſet ſolutio ſcut.7000 pro
reſiduo 10000.Marchio Andreas ei promiſit ſoluere,pro-
vt ſoluit ſcut.3500 & pro alijs 3500.annuam reſpõſionẽ
ſcut.245.eius vita durante, nec non aſſumpſit io ſe onus
perſoluẽdi quaſcumq; impoſitiooes etiã extraordinarias,
tã præteritas,quã futoras, & demum in vltimo capit. ità
concloſum fuit:ioi,*& eſſendo in elere ſeguita tra d. Signori
fratelli longa e eraua gilioſa lite ſopra la validità della pro-
feſſione del Signor Marcheſe Pietro. nella religione di Mal-
ta, ſopra della qualo eſſendo dalla Sacra Rota Romana
vſcite più deciſioni, quindi e che in virtù della preſente con-
cordia ſcambieuolmente ſi prometono l'vn l'altero di non pro-
ſegnire più auanti detta lite, ne di cercare reſpettiuamente
ſentenza ò remiſione, ne fare atto alcuno da hora innanzi
diretto à queſto fine, ma di ritirarſene ciaſcuna delle parti
totalmenter per viuere in pace, o quiete, volendo che in ca-
ſe di traſgreſſione s'intenda ſubito ceſſata la ſuddetta renun-
tia dell'anno* 1636. *e queſta preſente Concordia ancora &c.
reducendo con detta ceſſatione le coſe à termini della ragio-
ne e del douere*, ſom. vtriuſque partis oom. 1.

Verum, cum Marchio Petrus, peteret ab Eminentiſs.
Ginnetto iudice deputato expeditionẽ ſententiæ,ad for-
mam voti Rotalis,ſe oppoſuit Marchio Andræas, exhi-
bendo d.concordiam: Vndè placuit eidẽ Eminentiſs ſu-
per hoc etiam cooſulere Rot.an obſtet concordia,ità, vt
noo ſit procedendum ad vlteriora,& hodiè,negatiuè,re-
ſponſum fuit,noo obſtare,ſcilicet,concordiam expeditio-
ni ſententiæ,ſuper nullitate profeſſionis.

Com enim,ea appareat,ioitam fuiſſe, ſuper validitate
profeſſionis,& ſtatu Religioſo Marchioois Petri,mediãte
promiſſione pecuniæ, & aſſomptione oneris impoſitio-
ois,ſine licentia ſuperioris,Simoniaca eſt,& non obligat, 1
c.cum pridem de pact. c.vlt de rerum permut. c.præterea 1.
& 2. *de tranſact.c.*2 *de arbitrar. Abb.in d.c. præterea il pri-
mo in princ.verſ. ſuper iure & num* 1. *de tranſact. Mohed.
dec.*5.*de Simon. Put.dec.*42.*lib.*2. *in correct. Suar. de relig.
tom.*1. *lib.*4.*tit.de Simon cap.*51.*num.*3. *Bonac.operum mo-
ral.tom.*1.*tit de Simon.diſp.*1.*q.*4.§.15.*in* 1.*propoſ.num.*3.

Et in indiuiduo tranſactioois factæ, ſuper monacatu,
ſioe vt qois Monacus remaneat,ſiue vt ſecularis euadat,
tradunt communiter DD.*in l fin C de tranſact.*reprobata 2
gloſſ.ibidem verb.Seruili verſ.item nota & ſignanter *Bart.
nu.*2.*verſ.verum eſt quod in cauſa Bald.n.*3. *& ſuper nu.*4.
*verſ.quod etiam,Paul.de Caſtr.nu.*3.vbi quod oportet,iſtã
qoæſt.dirimi per ſeotentiã d.ffinitiuã, quæ habebitur pro
veritate,ſubdens,quod & ſi quis poſſit facere ſe Monacũ,
propter hoc non vitiator tranſactio,ſed videtur vitiari,ſi
detur pecunia cũm contineat ſimoniã, *Salic.n.*3.*verſ.ſed
dic contra,& Iaſ.n.*1.*verſ.ipſa gloſſ.*malè dicit firmãs,quod 3
io hac materia tranſactio,oullo modo, ſubſtioeri poteſt,
qoia aut nihil datur,& corruit,ex quo fieri nõ poteſt,niſi
aliquo hinc indè dato,vel remiſſo,*l tranſact.C. de trãſact.* 4
aut dator aliquid,& caoſa monacationis eſt ſimonia.

Licet,eoim,noo ſit illicitom,aliquid tradere, pro con-
grua religioſi ſobſtentatione, cum ooo detur temporale
pro ſpirituali,ſed temporale pro temporali; vbicumque 5
tamen datur aliquid,vt quis ingrediatur religionem, vel
vt io ea remaneat religioſus, tunc pro ſpirituali dator
temporale,& conſequenter oon ſubſtinetur, ceſſante ſu-
perioris auctoritate,*Nauarr.conſ.*86.*nu.*1.*&* 2.*lib.*5.*de Si-* 5
*mon. Azor inſtit. Moral.par.*3.*lib.*12.*c.*16.*in princ. & verſ.
quinto quæritur*, vbi io ſpecie, ioquitur de ordine militari
Summ.Syluest.verb.Simonia 15 *quæſt.poſt princ. verſ. quia*

N *plane*

planè eſſet Simonia Rot. de Iuſtit. & iur. lib. 9. quaſt. 6. art.
2. circa fin. verſ. ad 4. argum. Leſſ. eod. tract. lib. 2. cap.
35. dub. 12. Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 23.
in princ. Suarez vbi ſupra d. diſp. 1. quaſt. 4. §. 8. nu. 3.
Non obſtat, quod promiſſio pecuniæ, & ſuſceptio
oneris facta cenſeatur, intuitu bonorum renunciatorum,
8 & ſic pro re temporali, vt voluit Tondut. quaſt. & reſol.
benef. tom. 1. cap. 96. num. 24.
Quia, quicquid ſit, de veritate eius opinionis, de qua
etiam ipſe dubitare videtur ſub num. 26. verſ. ſed ego ſal-
ua. Id forſan poſſet admitti ſi lis principaliter fuiſſet in-
9 troducta, ſuper re temporali, diſtincta, & ſeparata à re
ſpirituali, cum quo ſuppoſito ipſe tranſit, vt declarat nu.
28. verſ. & ſic cum dictæ prætenſiones, inferens exindè, quod
promiſſio, ſeu traditio annui redditus facta in tranſactio-
ne correſpectiuè facta, cenſeatur, pro re dumtaxat tēpo-
rali, diſtincta à ſpirituali, & ſic in cauſam licitam; At in
caſu noſtro, lis principaliter introducta fuit, ſuper re ſpi-
rituali, nempè ſuper nullitate profeſſionis, vt conuincunt
deciſ. deſuper emanatæ, & votum rotale, in quibus de alio
non agitur, quam de d. nullitate, & conſequenter deſuper
celebrata tranſactio, correſpectiuè referri debet, ad ipſam
rem ſpiritualē, quæ principaliter erat in lite, & ſic in cau-
ſam illicitam, vt probant omnes auctoritates ſupra alle-
10 gatæ, & ſignanter Rot apud Mohed. d. deciſ. 5. de Simon.
& apud Put. d. dec. 42. lib. 2. & ità, declarando admittit idē
Tondut d. num. 28. verſ. præterea promiſſio & clarius num.
31. vbi ità reſpondet præfatis deciſ. & ponit hæc præciſa
verba; Item in caſu illarum deciſ. renunciabatur liti, quæ
ſimpliciter erat, ſuper re ſpirituali nempè ſuper beneficio, hic
autem agebatur de bonis, quæ religioſus, ob nullitatem pro-
feſſionis ad ſe pertinere contendebat & num. 33. ibi. Et gene-
rale eſt, vt quando litigatur ſuper ſpiritualibus ſimul, & tē-
poralibus tranſactio fieri poſſit per dationem rei temperalis.
Et quamuis, in conſequentiam huius litis veniat res tē-
poralis, nempè reſolutio renunciationis, & recuperatio
bonorum, attamen, quia, eſt annexa, indiuidua, & inſepa-
rabilis à re ſpirituali, nempè à nullitate profeſſionis ratio-
ne huius connexionis, indiuiduitatis, & inſeparabilitatis,
quicquid fuit in tranſactione datum, vel promiſſum, non
poteſt plus referri ad temporalitatem, quam ad ſpiritua-
litatem, ac per conſequens labes Simoniæ non euitatur, vt
11 probat tex. in c. quæſiuit §. generaliter de rer. permut. ibi,
præſertim pactione præmiſſa, quæ circa ſpiritualia, vel con-
nexa ſpiritualibus labem ſemper continet Simoniæ, ibique
gloſſ. verb. Simonia Mohed. d. dec. 5. in fin. verſ. tamen fuit
dictum, ibi, quod cum tota conuentio ſit indiuidua, totum &
quælibet res, quæ datur ex vna parte, intelligitur dari pro
toto, quod ex altera parte datur, quia eſt correſpectiuum,
12 Put. d. deciſ. 42. pariter in fin. verſ. tamen quia dabantur
lib. 2. benè Bonac. operum Moral. tom. 1. tit. de Simon. diſp. 1.
quæſt. 4. §. 11. in 3. propoſ. num 8. cum ſeqq. Probans, quod
13 annexum conſequenter ſpiritualibus, materia eſt Simo-
niæ, vt propterea abſque eius labe illud vendi non poſ-
ſit, nec deſuper fieri aliqua pactio.
Quodque in propoſito, reſolutio renunciationis, & re-
cuperatio bonorum annexa, & indiuidua ſit, ac inſepara-
bilis à materia profeſſionis, clarè etiam conuincitur ex
tenore ipſiuſmet Cōcordiæ, ex qua apertè educitur, quod
ſuper vno ſine altero nullatenus fuiſſet tranſactū, vt præ
cæteris oſtendit pactum reſolutiuū, in fine adiectum; ibi,
Volendo, che in caſo di tranſgreſſione, s'intenda ſubito ceſſa-
ta la d. renuncia dell'anno 1636. e queſta preſente Concor-
dia ancora &c. Cumque vtrumque proceſſerit, & origi-
nem habuerit ab eadem cauſa profeſſionis, hoc eſt ſignū
euidens indiuiduitatis, & inſeparabilitatis, ex deductis per
14 Rot in dec. 454. num. 3. & ſeqq. par. 4. tom. 3. rec.
Nec obſtat, quod licita ſit tranſactio ſuper receſſu à
15 lite, ex Suarez vbi ſupra d. tom. 1. lib. 4. cap. 51. num. 15.
Omiſſo, enim, quod illi fratres non receſſerunt dum-
taxat à lite, ſed principaliter tranſegerunt ſuper validita-
te profeſſionis, vt apparet, nō ſolum ab expreſſis, in apo-
ca, ſed etiam à poſteà ſubſecutis, cum Marchio Andræas
oppoſuerit concordiam, vt frater remaneat in profeſſio-
ne, & ſtatu Religioſo, domini amplexi fuerunt communē
diſtinctionem Canoniſtarum, vt tunc ſolum licitus ſit
receſſus à lite, ſuper re ſpirituali mediāte pecunia, vel alia
re temporali, quando qui dat pecuniam, pro tali receſſu,
iuſtè obtinet rem ſpiritualem, præuio legitimo titulo, &
vult ſimpliciter ſe liberare ab iniuſtis vexationibus per
collitigantem ſibi illatis, tunc, enim, quia exindè ſolū re-
dimuntur iniuſtæ vexationes, nec illas redimens aliquod
nouum ius acquirit ſuper re ſpirituali, quæ permanet, ſe-
cundum iuſtitiam, & iuxta legitimum titulum, apud eū,
& in eo ſtatu, in quo de iure eſſe debet, nulla deſuper ca-
dit Simonia Abb. in d. cum pridem nu. 9. de pact. Felin. in c. 16
dilectus il 1. num. 2. verſ. niſi vexatio & num. 4. verſ. 3. limi-
ta de Simon. Anchar. conſ. 34. verſ. quia ergo, Nauarr. conſ.
38. num. 2. lib. 5. de Simon. Pariſ. conſ. 135. nu. 20. lib. 4. Mo-
noch. conſ. 67. num. 17. Petr. Corrad. in prax. benef. lib. 4. cap.
5. num. 59. verſ. primus eſt. vbi ſub num. 60. dicit, hoc etiam
eſſe valdè periculoſum, ſine auctoritate ſuperioris; At,
quando, prout hic, pecunia datur ab eo, qui iniuſtam ha-
bens prætenſionem, ſuccubuit, & ſic ea mediante, parat 17
ſibi viam ad conſequendam rem ſpiritualem, quam liti-
gando de iure, & ſecundum iuſtitiam, non potuit, nec po-
teſt obtinere; hoc vtique, non eſt redimere vexationes, cū
ab ipſo præſtitæ fuerint, ſed eſt rem ſpiritualem procura-
re, mediante re temporali quam alias conſequi non pote-
rat, vt optimè diſtinguendo, probant, Nauarr. conſ. 41. nu.
20. d. lib. 5. de Simon. Sanchez conſ. moral. lib. 2. c. 3. dub. 3. n.
3. & 4. Suar. de relig. d. tom. 1. lib. 4. tit. de Sim. c. 50. nu. 2. &
d. c. 51. d. nu. 15. Caſtropal. operum Moral. par. 3. tract. 17. de
Simon. diſp. 3. punct. 20. nu. 2. Corrad. vbi ſupra d. lib. 4. d. c. 5.
nu. 59. verſ. & eſt trita concluſio.
Nec refert, quod Marchio Andræas, tanquam merus
tertius nullum ius circà profeſſionē acquirere potuerit:
nam ſatis acquiſiuiſſe ſperabat, retinendo fratrem vincu-
lis religionis obſtrictum, quod erat & eſt principale ſuæ
intentionis motiuum, vt docuit experientia, dum acerri-
mè litigauit, & acriter contendit illius profeſſionem eſſe
validam, & non poſſe expedire ſententiā, ſuper eius nul-
litate, etiam ipſa religione, pro nulla eam declarāte. Hinc
enim negari nequit, quin aliquid acquirere intendebat,
reducendo, & retinendo fratrem, in eo ſtatu incerto ſuæ
perſonæ, in quo erat antè motam litem, ſic eludēdo reſo-
lutiones, & votum S. Rot. Quod autem, firma remanente
cōcordia, ſuper receſſu à lite, poſſit Petrus, mediāte nouo
iudicio, & noua commiſſione, iterum petere declaratio-
nem nullitatis ſuæ profeſſionis, in iure non ſubſiſtit, quia
concordia, quando valida eſt, non ſolum continet exce-
ptionem litis finitæ, ſed etiam impedit nouæ litis ingreſ-
ſum. c. 1. de litis conteſt. in 6. l. cauſas & l. fratris C. de trāſact. 18
Roland. conſ. 28. n. 16. lib. 4. Rot. cor. Greg. dec. 355. n. 1. Caual.
dec. 550. n. 2. in rec. dec. 218. n. 1. par. 7. & in Romana dona-
tionis 9. Decembris 1650. cor. Reuerendiſſ. Tarraconen. §. 1.
Duo prętereà Domini ponderarunt, alterū, quod cō-
cordia inita fuit, ſuper lite non vtique pendente, & cuius
eſſet incertus exitus, ſed ſuper lite, vel iam terminata, vel
ſaltem cuius finis erat certiſſimus; cum cauſa reperiretur
commiſſa, de voto Rot. appell. remota, & iam Rot. vt di-
ctum eſt, tradiderat votum, quo caſu ſuſtineri non
poſſe firmat Roman. conſ. 517. num. 18. Aymon. conſ. 152. 19
num. 10. & 11. quos ſequuta fuit Rot. in Bononien. nullitatis
Concordiæ 12. Iunij 1645. cor. Me, §. vt hic neutrum.
Alterum, quod in eadem concordia non fuit permiſſa
eiuſdem obſeruantia, nec in caſu contrario adiecta pęna,
nec eſt iuramento, minuſq; obligatione Camerali valla-
ta, ſed ſolum appoſitum fuit ſuprad. pactū reſolutiuum,
ibi, Volendo che in caſo di traſgreſſione, s'intenda ſubito ceſſa-
ta la d. renuntia dell'anno 1636. & queſta preſente concor-
dia ancora &c. riducendo con d. ceſſatione le coſe, a i termini
della ragione, e del douere.
Hinc enim, Domini cenſuerunt, quod attenta ſubiecta
materia, partes intellexerint admittere reſolutionem trā-
ſactionis, & omnia reducere ad terminos iuris, propter
ſolam

Digitized by Google

ſolam contrauentionem alterius, & ſic voluiſſe, quod
etiam altera obſeruante pactum reſolutiuum, operetur
20 effectum ſuum, vt ſcilicet tranſactio reſoluta remaneat,
perinde ac ſi celebrata non fuiſſet, *Bald. in l. ea lege
num. 13. verſ. ego dico, C. de condit. ob cauſ. Iaſ. in l. quam-
uis in fin. num. 4. de tranſact. Aymon conſ. 145. num. 19. Ca-
putaq. dec. 315. num. 2 par. 3. Pen. dec. 274. num. 2. Eminen-
tiſſ. Ottob. dec. 159. num. 19.*

Eminentiſſ. D. Card. Cerro.

Terracinen. Cappellæ.

Merc. 15. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Teſtatore poſt plures ſubſtitutiones, ordinante erectionem Cappellæ, d. erectio fieri debet, etiam ſi non purificentur omnes ſubſtitutiones, purificata ea, ſub qua ordinatur erectio.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris, ſub conditione, purificata conditione, debet executioni demandari.*

2 *Subſtitutiones factæ poſt mortem plurium ſeparatim, habent locum poſt mortem vnius; quoad eius portionem.*

3 *Dictiones*, Item, Etiam, *ſunt repetitiuæ qualitatum quando oratio eſt imperfecta.*

4 *Poſitæ in orationibus perfectis, ponuntur ad ſignificandum ordinem verborum, & continuationem.*

5 *In factis indiuiduis onus iniunctum poſt mortem plurium, adimpletur poſt mortem omnium.*

6 *Sed requiritur, vt onus impleri non poſſit niſi poſt mortem omnium.*

7 *Secus ſi poſſit impleri antea, & num. 8.*

9 *Dictio*, dicta, *reſtringit diſpoſitionem, ad nominatam perſonam.*

10 *Onus adimplendum in aliquo caſu, cenſetur impoſitum in alio caſu, ex præſumpta voluntate.*

11 *Voluntas teſtatoris interpretatur iuxta vtilitatem animæ.*

12 *Diſcretiuus modus loquendi, inducit diuerſitatem voluntatis & diſpoſitionis.*

DECISIO CV.

Dixerunt Domini, eſſe locum erectioni Cappellæ
S. Catherinæ de Senis; poſtquam enim Petrus te-
ſtator, hæredes vniuerſales inſtituit Fuluiam, Zeno-
biam, & Phaſiteam eius filias, particulariter, conſide-
rando obitum vnius cuiuſq; ipſarum, ad diuerſas ſubſtitu-
tiones, deueniſſet, primæ decedenti ſine filijs, ſubſtituit
ſuperſtites, pro æquali portione; Occurrente verò, obitu
alterius, ex dictis filiabus ſine filijs, ſubſtituit, pro me-
dietate, vltimam ſuperuiuentem, & ex alia medietate,
mandauit erigi Cappellam Sanctiſs. Saluatoris de Iure-
pat. familiæ de Beuenutis; Eademum, ſi tertia, & vl-
tima filia etiam ſine filijs legitimis, & naturalibus deceſ-
ſiſſet, mandauit ex illius bonis conſtrui, & ædificari
vnam aliam Cappellam, ſub Inuocatione S. Catharinæ
de Senis; Vnde, cum tertio & vltimo loco obierit Phaſi-
phea, nullis, poſt ſe relictis filijs, fuit purificata condi-
tio, ſub qua erectio huius Cappellæ fuerat in teſtamen-
to ordinata, & ſic venit exequenda voluntas teſtato-
1 toris, iuxta conſ. *Nicolai Bellon. 19. num. 3.* quem re-
fert, & ſequitur, *Rot. deciſ. 436. par. 1. & dec. 269. par. 5.
rec. vtrobique num. 1.*

Nec ſubſiſtit, quod conditio non fuerit adimpleta, ex
quo Fuluia ſecunda filia deceſſit cum filijs; Quia ere-
ctio Cappellæ controuerſæ, per orationem diſtinctam,
& ſeparatam, ordinata fuit poſt obitum tertiæ filiæ, ſi-
ne filijs, ex bonis tantum, ſeu portione ad ipſam tertiam
filiam ſpectante, non autem poſt obitum Fuluiæ ſecun-
do loco defunctæ, cui teſtator particularem fecit ſubſti-
tutionem, nempè, ſuperuiuentis, & alterius Cappellæ
Sanctiſſimi Saluatoris, de qua hodie non eſt quæſtio, dum
enim, teſtator, ſingulariter ſingulis, & particulariter vni-
cuique, per diſtinctam, & ſeparatam orationem diuerſi-
modè ſubſtituit, nec requiritur purificatio conditionis,
in omnibus, ſed ſufficit, quòd ipſa impleatur in perſo-
na illius, cui facta fuit ſubſtitutio, de qua agitur *gloſſ. in* 2
*l. pater filiam 14. § fin. verb. ſubſtitutum ff. ad l. Falcid.
Bart. in l. hæredes mei 57. §. cum ita num. 5. ff. ad Tre-
bell. Soccin. ſen conſ. 94. num. 5. lib. 4. Mant. de coniect.
lib. 11. tit 3. num. 1. Pereg. de fideic. art. 13. num. 5. Me-
noch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 188. num. 2. Fuſar. de ſubſtit.
quæſt. 473. num. 14.* & dixit *Rot. dec. 145. num. 2. par. 1. &
dec. 49. num. 4. par. 9. rec.*

Nec obſtant dictiones implicatiuæ, quibus concepta
legitur ſubſtitutio, ibi, *Item occurrente caſu (quod Deus
pariter auertat) ſcilicet, quod tertia & vltima filia he-
res ſuperuiuens etiam abſque filijs, vt ſupra, deceſſerit vo-
luit, &c.* Quia tales dictiones, *Item, Etiam*, & ſimiles, 3
tunc ſolum ſunt repetitiuæ qualitatum præcedentis ora-
tionis, quando oratio, in qua ponuntur eſt imperfecta,
ratione verbi, vel ſuppoſiti, & habet dependentiam, &
connexionem cum præcedenti; At, quandò ponuntur
inter orationes æqualiter perfectas, prout in caſu, de quo
agitur, vbi ſubſtitutio facta vltimæ filiæ, nullam conne-
xionem habet cum ceteris alijs ſubſtitutionibus, quę ſunt
inter ſe totaliter diſtinctæ, & ſeparatæ, & continent di-
uerſitatem grauaminum, & ſubſtitutionum, hoc vtique
caſu, huiuſmodi dictiones cenſentur appoſitæ ſimilitu-
dinariè ad ſignificandum ordinem verborum, & conti- 4
nuationem ſermonis, quam ad inducendam copulam,
ſeù repetitionem, vt optimè explicant *Bald. conſ. 153.
num. 2. & ſeqq. lib. 5. Ruin. conſ. 176. num. 8. lib. 2. Decian.
conſ. 17. num. 34. & ſeqq numer. 1. Peregr. de fideicommiſſ.
art. 16. numer. 12. Gratian. cap. 828. numer. 10. cum ſeqq.
& in Bonon. fideicommiſſ. de Pancaldis 18. Iunij 1642. § nec
vrget verſ. reſponſum fuit cor: Me.*

Non obſtat, quod in factis indiuiduis, poſt mortem
plurium demandatis, non diuidatur onus, nec plu-
ralitas reſoluatur in ſingularitates, ſed euentus con-
ditionis, per mortem omnium, deſideretur, vt
voluit *Calder. conſil. 4. & conſil. 42. de teſtam.* quem ſe- 5
quuntur alij relati per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 473. nu-
mer. 67.*

Procedit, enim, obiectum, in illis dumtaxat factis in-
diuiduis, quæ non ſolum ordinata fuerunt, complе-
xiuè poſt mortem plurium, ſed etiam explenda ſunt,
mediante tota, & integra hæreditate teſtatoris, ad-
eò vt ex aliqua tantum ipſius portione expleri non
poſſint, in quibus terminis loquuntur *Calder.* & ſe- 6
quaces; In caſu autem propoſito, factum indiuiduum
erectionis Cappellæ, ſub Inuocatione S. Catharinæ or-
dinatum fuit, poſt obitum ſolius tertiæ filiæ, ſine filijs,
& ex eius bonis, ſeu portione dumtaxat expleri debet 7
ibi: *mandauit ex bonis dicta vltima filia ſic decedentis con-
ſtrui, & ædificari vnam aliam Cappellam ſub Innocatione
S. Catharinæ de Senis.*

Hoc, enim, caſu tantummodò attendendum eſt, an
euenerit conditio in perſona illius, ex cuius portione
d. factum explendum eſt, non autem, quid ſucceſſe-
rit in perſonis aliarum, quarum bona, per teſtato-
rem, ad alios effectus deſtinata fuerunt, vt docent
gloſſ. & Bart. cum alijs ſupra alleg. §. nec ſubſiſtit; di- 8
ctio, enim, *dicta*, tanquam perſonaliſſima reſtrin- 9
git diſpoſitionem ad perſonam expreſsè nomina-
tam, *Rip. in l filius fam. §. Diui numer. 111. ff. de leg. 1.
Aym. conſ. 98. num. 8. Burat. deciſ. 742. num 8. ibique add.
num. 12.*

Nec turbat, quod Phaſiphea, tertio loco, defuncta, non
conſecuta fuerit medietatem portionis Fuluiæ mortuæ,
ſecundo loco, ex quo ipſa deceſſit cum filijs.

Quia d. teſtator, ſubſtituendo vnicuique ſingulari-
ter, & particulariter, in controuerſa ſubſtitutione, man-
dauit, quod conſtruatur Cappella, ex bonis vltimæ fi-
10 liæ, ſine filijs decedentis, cenſetur vtique intellexiſſe
dictam conſtructionem demandare, non ſolum in
caſu, quo ex præcedentibus ſubſtitutionibus portio ter-
tiæ filiæ augeretur, ſed etiam, & pari modò, quatenus
defectis dictis præcedentibus ſubſtitutionibus ſola portio
inſtitutionis, quæ ſufficiens eſt in bonis tertiæ filiæ repe-
riretur, tempore ſuæ mortis, ſine filijs *ad tex. in §. præterea
inſtit. de fideic. hæred. & in l. pater 36 §. quindecim libertos
ff de leg. 3.*

Præterea hoc ſuadet, non ſolum fauor piæ cauſæ, &
ſuffragium animæ teſtatoris, propter onus d. Cappellæ
iniunctum duarum miſſarum qualibet hebdomada, in
perpetuum, vt propterea illa præferri debeat interpreta
11 tio, qua ei plenius conſulatur, *Tiraquell. de priuil. piæ
cauſæ priu. 62. per tot.* cum alijs allegatis *in Rauennaten. bo-
norum 1. Februarij 1647. cor. Eminentiſs Corrado §. eoque
magis.*

Sed etiam diſcretiuus modus loquendi ipſius teſtato-
ris, nam quando voluit complexiuè, & coniunctim, per
mortem omnium filiarum, ſubſtituere, hoc vtique ver-
bis claris expreſſit, vt fecit in fine teſtamenti ibi: *& occur-
rente obitu omnium ſuprascriptarum hæredum filiarum
abſque legitimis filijs & naturalibus vt ſupra in talem ca-
ſum legauit DD. Herculi, & Antonio de Hercolanis Co-
gnatis vnam poſſeſſionem alboratam &c.* diſcretiuus enim
modus loquendi oſtendit diuerſitatem, tam diſpoſitio-
12 nis, quam voluntatis diſponentis, *Paris conſ. 150. num. 19.
lib. 4. Menoch. conſ. 215. num. 69. & 70. Surd. conſ. 154.
num. 7. & 8 Merl. deciſ. 800. num. 11.*

Et ita vtraque, &c.

Bo: Me: Emerix.

Ariminen. Penſionis.

Merc. 10. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Penſionarius agens, in petitorio, pro penſione reſer-
uata, ſuper beneficio pleno, debet probare, vltrà
valorem, ſolutionem omnium terminorum in vita
reſeruantis; quæ non probantur a narratiua titu-
laris, de conſtitutione d. penſionis.

SVMMARIVM.

1 *Penſionarius in petitorio tenetur probare valorem nar-
ratum.*
2 *Maximè ſi penſio fuit reſeruata ſuper beneficio ple-
no.*
3 *Titularis probat contrà ſe in ſupplicatione facta Papæ.*
4 *Penſio reſeruari poteſt validè, & nulliter.*
5 *Narrans penſionem, non approbat eius validita-
tem.*
6 *Nec fatetur, aut probat ſolutionem terminorum.*
7 *Solutio debet eſſe omnium terminorum.*

DECISIO CVI.

DOmini, audito, hodie peſionario, confirmarunt reſo-
lutionem captam, *die 10. Februarij prox.* moti eo-
dem fundamento, quia penſionarius non probauit valo-
1 rem narratum in litteris, per aſcenſum ad duc. 200. &
quod Maurus quandiu Eccleſiaſticam obtinuit penſio-
nem, vere, realiter, & cum effectu exegerit, prout omni-
nò tenetur, dum lis agitur in petitorio, & verſamur in
penſione ſine cauſa reſeruata, beneficio pleno, vt firmat
*Rotan Rom. penſionis cor bo: me: Bichio & Groſſetana penſio-
nis cor. bo: me: Dunozetto*, adductis in dec. & in alijs alle- 2
gatis per *Merlin. deciſ. 125. num. 1. & ſeqq.*

Nec ſubſiſtit, quod vtrumque iuſtificatum remaneat,
ex confeſſione titularis, qui in ſupplicatione, narrauit
Pontifici, Eccleſiam *eſſe* grauatam penſione duc. 30. au-
ri de Camera, vel circiter, ad fauorem certæ perſonæ Ec- 3
cleſiaſticæ, illam annuatim percipientis, iuxtà *dec. Merl.
211.* & alias relatas per *Add. ad Gregor. deciſ. 57. nu-
mer. 17.*

Quia, cum penſio poſſit reſeruari, non ſolum validè,
ſed etiam nulliter, ex defectu intentionis Papæ, ſeu iuſti- 4
ficationis narratorum, ſi ſucceſſor in beneficio, prout
hic, narrat illud *eſſe* penſione grauatum, fatetur quidem
factum reſeruationis, ſed non ideò approbat validitatem
gratiæ, prout recedendo à ſupradictis deciſ. reſpondit,
*Rot. cor. Merl. deciſ. 343 & in Meliten. penſionis cor. Coccin.
apud Poſt. de manut. deciſ. 278. num. 3. & 4. in Conchen. pen-* 5
*ſionis 21. May 1649. coram Eminentiſs. Prodatario §. 2.
qua.*

Sicut, nec etiam cenſetur iuſtificata vera, realis, & in-
tegra ſolutio omnium terminorum, in vita Mauri de-
curſorum, ad formam decreti appoſiti in literis reſerua-
tionis ex ſupraſcriptis verbis, *illam annuatim percipientis*, 6
tum, quia verba ſimpliciter probant factum ipſum, nem-
pè debitum penſionis, non autem exactionem eiuſdem,
& poſſeſſionem penſionarii, prout in ſimilibus terminis
dictum fuit *deciſ. 61. num. 7. & 8. penes Poſt. de manut.*

Tum etiam, quia eſto, ſine veri præiudicio, quod ex
illis inferri poſſet ad exactionem, ſeu perceptionem pen-
ſionis, tantum ad ſummum concluderent exactionem,
& perceptionem, de tempore ſupplicationis, & conſe-
quenter adhuc non ſuffragarentur, ſtante decreto, quod 7
requirit ſolutionem quandiù Maurus Eccleſiam obti-
nuerit, vt præter auctoritates allegatas in deciſione pro-
bat *Adden. ad Burattum DD. deciſ. 156. num. 14. verſ. &
hoc decreto*, vbi alios multos, & punctualibus in termi-
nis loquentes concordantes cumulat.

Et ita vtraque parte &c.

Bo: Me: Emerix.

Ariminen. Succeſſionis.

Veneris 1. Febr. 1664.

ARGVMENTVM.

Renunciatio, emanata, ob falſam cauſam, & ob er-
rorem, eſt adeò nulla, vt non impediat renuncian-
ti ſuccedenti ab inteſtato, immiſſionem, ex inter-
dicto quorum Bonorum.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi, æqualiter ſuccedunt fratres, mater
& ſorores.*
2 *Hæres ab inteſtato immittitur vigore quorum bono-
rum.*
3 *Renunciatio facta à minore ex falſa cauſa, eſt nul-
la.*
4 *Error, & falſa cauſa an excludant conſenſum.*
5 *Decretum iudicis, ex cauſa partim vera, & partim fal-
ſa, corruit in totum.*
6 *Appellatione bonorum patris, & matris, non veniunt
bona fratris.*
7 *Renunciatio reſtringitur ad ſuam cauſam.*
8 *Cauſa finalis inſtrumenti, elicitur ex narratiua poſita
in proemio.*
9 *Conſeruatio agnationis excluditur vbi vocantur hæredes
extranei.*

DE-

D E C I S I O CVII.

DEfuncto, nuper ab inteſtato, Io. Baptiſta de Gridul-
phis, & delata, ad Rotam, controuerſia ſuper illios
ſucceſſione, orta inter matrem, & ſorores, dubitaui; an, &
pro qua Rata, danda eſſet immiſſio, & DD. reſponde-
runt, dandam eſſe immiſſionem pro vna parte Portiæ
eius matri, & pro alia quarta parte, Iuniperæ illius Soro-
ri; Quia, cùm Io. Baptiſta deceſſerit, ſoperſtitibus matre,
& fratre, ae duabus Sororibus, qui omnes, de Iure, æqua-
1 liter admittuntur ad ſucceſſionem, iuxtà *tex. in auth. de-
functo, §. ſed, ſi cum parentibus, C. ad S.C. Tertull.* Vtique
pars vniuſcuiuſque eſt quarta totius hæreditatis, ex qua
2 d. Rata etiam voicuique competit immiſſio, ex interdi-
cto quor. bonor. *l. 1. ff. & C. quor. bonor.*

Neqoe putant Iuniperam à ſucceſſione Repelli poſſe,
ſub prætextu ampliſſimæ renunciationis, quam, in exe-
cutionem teſtamenti paterni, fecit, ad fauorem fratrum,
& ſororum, & aliorum quorumcumqoe; Quia, cum d.
3 renunciatio facta appareat, ex falſa cauſa à Iuoipera, tūc
minore 20. annis, vt conſtat ex Ioſtrumento renuncia-
tionis, vtique Remanſit nulla, tam, ex defecto conſenſus,
4 *l. ſi per errorem, ff. de Iuriſd. omn. Iud. Seraph. dec. 1190. nu.
2.3 & dec. 765. nu. 2. par. 4. diuerſ. & cor. Merl. dec. 540. &
683. vtraq. nu. 2.* quam etiam ob nullitatem decreti Iudi-
cis, quod interpoſitum ex falſa caoſa corruit in totum,
etiamſi cauſa, in parte eſſet vera, *l. magis puto, §. manet,
5 ff. de reb. eoru. l. & ſi præſes, C. de præd. minor. Cyriac. controu.
257. num. 15 & ſeqq. & Rot. dec. 630. num 23. par. 2. & dec.
610. n. 4. par. 3. rec. & d. dec. 540. num. 2.3 cor. Merl.*

Error autem, & falſitas cauſæ deducebantur ex eo,
quod ſuppoſitum fuit Iuoiperæ, Iudici, & conſaoguineis,
renunciatiooem hanc eſſe neceſſariã, quia Pater eius io
teſtamento aſſignata filiabus dote ſcot. 4000. pro quali-
bet præcepit illam fieri, & tamen, ex tenore teſtamenti
paterni, conſtat præceptum eſſe reſtrictum, & limitatum
ad ſola bona patris, & matris, ſub quorom appellatione,
non veniunt bona fratrũ, licet à patre prouenient, *Merl.
6 dec. 62. nu. 26. & Rot. in rec. dec. 44. à nu. 1. ad 5. par. 6. & dec.
144. nu. 16.17. par. 8. &* alij ibidem adducti.

Nec vrget, quod Pater voluerit à filiabus fieri fioem,
ſeu quietantiam generalem ad fauorem filiorum iuxtà
eorum voluntatem, & ſatisfactionem; Quoniam dd. ver-
ba non debent accipi, in hoc ſenſu, quod filij poſſiot exi-
gere à filiabus Renonciationem vltrà bona paterna, &
materna, ſed ſolùm, quod filiæ teneantur facere finem
generalem, de bonis paternis, & materois cum ea ampli-
tudine clauſularum, quæ filijs placeret, prout, in termiois
Renonciationis, aduertit, *Mant. de tacit. lib. 2. tit. 11. nu. 4.
& ſeqq.* & præſertim *nu.* 16. & in ſimili, quod renuncia-
tio ſemper reſtringi, & limitari debeat ſecundùm ſuam
7 cauſam obſeruat *Surd. conſ. 431. nu. 13 & ſeqq. Natt. conſ.
546. nu. 10. Riminald. Iun. conſ. 484. num. 37. Rot. cor. Merl.
d. dec. 62. num. 9.*

Prætenſio, aotem, quod cauſa finalis Renonciationis
non fuerit ſola executio præcepti paterni, ſed etiam ratio
conſeruandæ agnationis; caret fundamento; Tum, quia,
8 ex inſpectione totius Inſtrumenti, tam in narratiua,
quam in diſpoſitiua, apparet nullam fieri mentionem
conſeruaodæ agnationis, ſed ſolum habet relationem ad
teſta mentum; Tum etiam quia, dom contemplati fue-
runt tantum fratres, abſque onere fideicommiſſi ad fauo-
rem deſcendentium, & ſtipulatio ſuperaddita ad fauorẽ
hæredum, & ſucceſſorum qoorumcumque, ſatis depræ-
henditur non fuiſſe habitam præ oculis conſeruationem
9 agnationis, ex traditis per *Mant. de coniect. lib. 6. tit. vlt. n.
5. Rot. cor. Gregor. dec. 464. nu. 17. & in Auenionen. fideic. 3.
Aprilis 1646 cor. R.P.D. Veroſpio, §. nec damnum, quæ eſt
deciſio 401. num. 3. & ſeqq. par. 9. rec.*

Et ita vtraque &c.

Bo: Me: Emerix.

Ariminen. ſucceſsionis.

Lunæ 23. Iunij 1664.

A R G V M E N T V M.

Renuncians, ex pluribus cauſis, non poteſt impu-
gnare renunciationem, quando vna, ex dictis cau-
ſis, eſt vera, licet, de alijs non appareat.

S V M M A R I V M.

1 *Soror ſuccedit fratri.*
2 *Renuncians excluditur à bonis renunciatis.*
3 *Decretum iudicis emanatum, ex falſa cauſa corruit.*
4 *Error facti, excluditur ex narratiua facti.*
5 *Renunciatio ex pluribus cauſis, ſufficit, vt vna eorum verificetur, vt valeat.*
6 *Præcipuè, ſi plures cauſæ ſunt finales.*
7 *Dotatio præſumitur congrua.*
8 *Cauſa litis futuræ, poteſt eſſe iuſta cauſa renunciationis.*
9 *Et hæc ſola ſufficit, pro validanda renunciatione.*
10 *Cauſa finalis potius habetur ex diſpoſitiua, quam proæmio inſtrumenti.*
12 *Minor validè renuncias, cum ſolemnitatibus ſtatuti.*
13 *Inſinuatio probatur ex eius inſtrumento.*

D E C I S I O CVIII.

DOmini accuratius, perpenſo Inſtrumento renoncia-
tionis Iuoiperæ, cenſuerunt recedendum eſſe à de-
ciſione edita *cor. Me, ſub die 1. Februarij* proximè præte-
riti, & propterea eidem denegandam fore petitam im-
miſſionem in bonis Io. Baptiſtæ fratris, nuper ab inteſta-
to, defuncti.

Siquidem negari non poteſt, quio renunciatio ſit am-
pliſſima, & extendatur etiam ad hæreditatem fratris, cũ
apertè id oſtendant verba Inſtrumenti; Vndè non ſo-
lum ceſſat diſpoſitio, *tex. in auth. defunct. in dec.* ponde- 1
rati, ſed potius intrat cooclusio excluſiua immiſſionis à
renuntiante petitæ, in bonis expreſsè renunciatis, *l. quæ- 2
ritur, §. ſi venditor. ff. de edil. edict. l. quoties ab omnibus Cod.
de fideic. Rot. in rec. dec. 175. num. 4. par. 8.* in alia *Ariminen.
ſucceſſionis 29. Ianuarij 1654. coram Bichio, & in Romana
hæreditatis de Lanuuijs 21. Iunij 1661. cor. Taya.*

Neque obſtare videbatur obiectum, quòd d. renuncia-
tio, tanquam, ex falſa cauſa, emanata, remanſerit nulla,
tam ex defectu conſenſus Renunciantis, quam ex nulli-
tate decreti Iudicis, quod interpoſitum, ex falſa caoſa cor-
ruit ex authoritatibus, *in dec. adductis, § neque putarunt.* 3

Quoniam, admiſſis, pro veris, in Iure, dd. auctoritatibus
dixerunt illas non applicari in facto.

Etenim, non ſubſiſtit, quod renũciatio Iuoiperæ ema-
nauerit ex falſa cauſa; tum quia in narratiua Inſtrumen-
ti facta Iudici, & cooſanguineis, non fuit dictum, quod
Laurentius pater, in teſtamento, præceperat fieri renuo-
ciationem etiam, de bonis fraternis, & eum tali ſuppoſito
ad renunciationem bonorum fraternorũ deuentum, quo
caſu probato, quòd aliter in teſtamento contineretur, iu-
ſtificata remaneret falſitas cauſæ, ſed fideliter expoſitum
fuit præceptum paternum, videlicet, Laurentium Pa-
trem reliquiſſe in teſtamento Iuniperæ ſcut. 4000. eidem
danda, per ſuos hæredes, de tempore nuptiarum, & hoc,
pro omoi, & toto eo, quod prætendere, & cooſequi
poſſet, tàm in boois d. ſui Patris, quàm, in bonis
Portiæ eius matris, quouis Iure, &c. cum pacto
quod debeat ſtare, & eſſe tacita, & contenta de præ-

dictis &c. & vlterius quicquam prætendere, & conſequi non poſſit, iniungeodo quoque, quòd debeat facere finem, & renunciationem generalem in fauorem eorumdem hæredum, & ad eorum voluntatem, & ſatisfactionem,
4 & alia prout latius, in eodem teſtamento, ad quod &c. ex qua narratiua patet Iuniperam, in facto, non erraſſe; tum etiam quia, in diſpoſitiua eiuſdem Inſtrumenti enumeratis alijs cauſis, ita fuit ſubiunctum, ſponte ſua, non in dolo, fraude, aut errore aliquo ducta, ſeu circumuenta, ſed quia ſic ſibi facere placuit, & placet, non ſolum, quia ſe congruè dotatam cenſuit, ſed ad parendum mandatis d. ſui Patris, ac ad tollendas lites inter ſe, ac dictos ſuos fratres fortè oriendas, quàm etiam ad conſeruandum fratrum amorem, ac alijs de cauſis, animum ſuum mouentibus, omnibus, quibus potuit melioribus modis, cum Iuramento, renunciauit, & inter viuos irreuocabiliter, & in perpetuum donauit dd. ſuis fratribus.

Ex quibus verbis, colligitor, renunciationem bonorum fraternorum non fuiſſe factam, ob ſolum præceptum paternum, ſed etiam ob alias cauſas, nempè, ob congruam donationem, ob conſeruationem fraterni amoris, & ad lites effugiendas; Ideoque ſubſiſtente aliqua ex alijs cauſis, vtique tenet renunciatio, nec de
5 falſitate cauſæ redargui poteſt. *Rot. in rec. dec. 587. num. 7. par 1. Canaler. dec 482. num. 5. & in Rom. Domorum 11. Decembris 1645. coram Bichio §. quibus poſitis, & in Romana locorum Montium 19. Iunij 1661. §. neque obſtat cor Reuerendiſs. Melzo.*

Præſertim ponderando, quòd etiam omnes aliæ cauſæ, pro finalibus expreſſæ ſunt, cum illis dictionibus, *non ſolum, ſed etiam*; vnde eò magis, data cuiuſcumque illarum veritate, & ſubſiſtentia, renununciatio ſuſtineri debet, vt, in ſimili, ponderauit *Rot. in rec.*
6 *deciſ 251. numer. 12. & ſeqq. par. 5. deciſ. 271. numer. 10. par. 6. coram Merl. deciſ. 229. numer. 15. coram Eminentiſs. Ottbob. deciſ. 10. num. 45. & deciſ. 133. num 1. & in Romana de Millinis 27. Aprilis 1657. §. fin. cor. Reuerendiſs. Decano.*

In præſenti, verò, non vna tantum, ſed omnes ſunt veræ, & ſubſiſtentes, conſeruatio namque fraterni amoris, probatione non indiget; Congrua dotatio habet Iu-
7 ris præſumptionem pro ſe, *Rot. dec. 581. num. 3. par. 1. & deciſ. 195. num. 3 par. 2. rec.* & occaſio litis imminebat, quia Iunipera donationem ſcutorum 4000. à Portia matre, reportauerat, quæ à maſculis impugnari poterat, tamquam facta contrà formam, & præceptum legati paterni, vt ex verbis teſtamenti relatis apparet, cauſa namque euitandæ litis vera, & iuſta dicitur, quoties adeſt timor futuræ litis, etiam ex prætenſione non
8 Iuridica, dummodo adſit dolus *Rot in rec. deciſ. 285. numer. 6. par. 6. Bononien. fideicommiſs. de Bonfilijs 5. Martij 1662. & 24. Ianuary 1663. coram R.P.D. Veroſpio.*

Et ex hac ſola rectè à Iunipera fieri potuit renuncia-
9 tio *Rot. dec. 28. num. 6. 7. poſt Pic. & in rec. dec. 146. num. 6. par. 8.*

Ex his tolli pariter viſum ſuit aliud obiectum ab informantibus pro Iunipera excitatum, nempè præceptum paternum, vti ſolum in proemio Inſtrumenti expreſſum, fuiſſe cauſam finalem renunciationis, quia dd. verba, vti nimis clara, & in diſpoſitiua Inſtrumenti prolata, non poſſunt à proemio reſtringi, Imò ab eis, deſumi debet cauſa finalis, & non à proemio,
10 *Purpurat. in l. cum quid ff ſi cert. petat. numer. 11. in fine, Menoch. lib. 6. præſumpt. 2. num. 15. Rot. in rec. dec. 36. num. 17. par. 5. & deciſ. 239. numer. 9. par. 8.* & vlterius poſito, quod præceptum paternum fuit cauſa finalis renunciationis, attamen reſpondetur, quod, cum non ſit ſola, ſed tot aliæ cauſæ æquè finales fuerint in diſpoſitiua expreſſæ, ſuccedit concluſio ſuperius ponderata, quod quatenus, ex præcepto paterno renuncia-
11 tio Iuniperæ ſuſtineri non poſſet, benè ſuſtineretur, ab aliqua, ex alijs cauſis, æquè principaliter emanatis.

Denique non benè impugnatur validitas renunciationis ſub prætextu minoris ætatis, quia cum facta fuerit, medio Iuramento, cum Decreto Iudicis, auctoritate Curatoris, conſenſu mariti, ac conſenſo proximiorum, ſeruatæ apparent ſolemnitates tam ſtatu- 12
torum Ciuitatis Arimini, quam Conſtitutionis Egidianæ.

Defectus, autem, inſinuationis tollitur ex Inſtrumen- 13
to eiuſdem in actis producto.

Ex quibus, omiſſis alijs Inſpectionibus, ſcilicet, an ex præcepto Patris deberet fieri renunciatio, & de bonis fraternis, & an illa facta cenſeri debeat ex conſuetudine, & ſtylo pro conſeruanda agnatione Fratrum Iuniperæ.

Et ita vtraque parte &c.

Bo: Me: Emerix.

Ariminen. Succeſſionis,

Lunæ 23. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Renunciatio, vt reuocetur tanquam erronea, & ex falſa cauſa, debet error probari; quando, verò, ſunt plures cauſæ æque principales, ſufficit vt vna verificetur.

SVMMARIVM.

1 *Sorores admittuntur cum fratre ad ſucceſſionem fratris.*
2 *Contrà, quando ſoror renunciauit ad fauorem fratris.*
3 *Portio renunciata accreſcit commodo illius, ad cuius fauorem fit renunciatio.*
4 *Renunciatio probatur ex inſtrumento.*
5 *Renunciatio erronea annullatur.*
6 *Error probari debet.*
7 *Proœmium probat intentionem contrahentium.*
8 *Nomine*, domus & familiæ, *venit agnatio.*
9 *Actus ex pluribus cauſis æquè finalibus, ex falſitate, & defectu vnius non annullatur.*
10 *Cauſa in diſpoſitiua inſtrumenti poſita, dicitur finalis.*
11 *Cauſa conſeruationis agnationis dicitur laudabilis.*

DECISIO CIX.

EIſdem rationibus, quibus, hodie, DD. dixerunt recedendum eſſe à deciſione ad fauorem Iuniperæ, edita 1. Februarij proximi præteriti, cenſuerunt etiam denegandam eſſe immiſſionem Hieronymæ illius ſorori, nunc ad cauſam admiſſæ.

Quamuis, enim, ad ſucceſſionem defuncti fratris æqualiter admittantur ſorores, vna cum fratre ſuperſtite, iuxtà diſpoſitionem *tex. in auth. defuncto, §. ſed* 1
ſi cum parentibus ad S.C. Tertull. attamen concluſio hæc non procedit, quando Sorores, ex propria renunciatione, à tali Iure, ceciderunt; Quia, tunc nequeunt vna cum fratre ſuperſtite concurrere, & reſpectu illius, 2
habentur, ac ſi non eſſent, *Rot. in rec. deciſ. 635. nu. 3. par. 1. dec. 29. num. 4. 12. par. 8. & in Romana Vſusfructus 31. Maij 1658. § præfata coram Reuerendiſs. Decano cum alleg.* hodiè in alia deciſione Iuniperæ §. *ſiquidem coram Me*; Immò, in portionibus renunciatis ſuccedit fra-

ter

Digitized by Google

ter ſuperſtes, ad cuius commodum renunciatio facta fuit,
3 *tex. in l. 2. §. ſed ſi ſint, ff. ad S.C. Tertull. l. pater filium, ff. de inoff. teſtam Caſtren. in l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir hared. num. 3. verſ. ſi ſuperuixit ibidem, Imol num. 2. poſt med. Gabr. conſ. 135. num. 1. 27. & ſeqq. lib. 2. Rot. in rec deciſ. 29 num. 13. part. 8.*

Neque, in præſenti, dubitatum fuit de ampliſſima re-
nunciatione Hieronymæ, ad fauorem fratrum, com om-
nibus ſolemnitatibus ſpecialiter facta, etiam de bonis fra-
4 ternis, tàm ex teſtamento, quam ab inteſtato, quia illa
reſultat, ex publico Inſtrumento, nec ab eadem Hiero-
nyma negatur,

Sed obijciebatur, quod renunciatio, tamquam er-
ronea, atque ex falſa cauſa, emiſſa, remanſerit nulla,
tùm ex defectu conſenſus renunciantis, quæ ad eam di-
cebatur deueniſſe, cum ſuppoſito, quod ad hoc obliga-
garetur ex præcepto paterno, quàm ex nullitate de-
5 creti Iudicis iuxtà opinionem, quam paſſim ſequitur,
Rot. & in ſpecie *in rec deciſ. 146. num 4. part. 8.* cum alijs
cumolatis *in d. deciſ. 1. Febr. proximè præteriti coram Me, §. neque putarunt.*

Quod tamen, nec in Iure, nec in facto probari vi-
ſum fuit; In facto, ſi quidem, non ſubſiſtit, quod Hie-
ronyma renunciauerit hæreditatibus fraternis, cum
6 ſuppoſito, quod tale præceptum ſibi iniunctum eſſet
in teſtamento Patris; Quin imò contrarium apparet,
ex proemio Inſtrumenti renunciationis, in quo Hie-
7 ronyma, ad vnguem expoſuit Iudici, & conſanguì-
neis ordinationem paternam eſſe, quod ipſa pro con-
ſequenda dote ſcut. 4000. in teſtamento legata, debe-
bat facere finem generalem de ſolis bonis paternis, & ma-
ternis, ex quibus verbis error, & prætenſa falſitas cauſæ
manifeſtè excluduntur.

In Iure verò DD. vlteriùs ponderabant, quod Hiero-
nyma addidit alias cauſas; Imò quoq; ad maiorem con-
ſeruationem, & ampliationem domus, & familiæ co-
rumdem DD. meorum fratrum, & quia ſic ſibi face-
re placuit, & placet, &c. Vnde benè colligitur cauſam
finalem huiuſmodi renunciationis fuiſſe, non ſolùm
præceptum paternum, ſed etiam conſeruationem agna-
tionis ſuorum fratrum, vt oſtendunt dictiones illæ, *do-*
8 *mus, & familia, Bart. in l. pronunciatio §. familia. ff. de verb. ſign. Anchar. conſil 152. numer. 4. Alexandr. conſil. 213. numer. 2. in fin. lib. 6. Mantic. de conied. libr. 8. tit. 12. nu. 19 Rot. in recent. deciſ. 373. n. 3. part. 3.* Ideoque
ſuccedit alia Iuris concluſio, quod, quando ad actum
plures cauſæ concurrunt, de per ſe æquè ſufficientes, &
finales, tunc concurrente vna, ſi altera ſubſtineatur,
ſubſtinetur, & actus, vt in terminis, dicit *Rot. in rec. dec.*
9 *587. n. 7. part. 1. & dec. 10. num. 45. 46. coram Eminentiſs. Otthob.* com alijs allegatis *hodie cor. Me, in d. dec. Iumper. a. §. præſertim.*

Ad ſubſtinendam, antem renunciationem Hierony-
mæ cauſa conſeruandæ agnationis habita fuit pro ſuffi-
cienti, & finali; Tùm, quia vti in diſpoſitiua Inſtru-
10 menti, expreſſa, talis cenſeri debet iuxta opinion. *Marc. Anton. variar. reſol. lib. 3. reſol. 40. num. 110. Rot. in recent. deciſ. 239. num. 9. part. 8.* Tum etiam, quia talis cauſa di-
citur actus pius, & laudabilis, & propterea de per ſe
ſufficiens ad ſubſtinendam renunciationem, vt in
11 ſimili, dicit *Rot. coram Eminentiſs. Otthob. deciſ. 182. in fin.*

Non obſtat allegatus defectus inſinuationis; Quia ille
tollitur ex Inſtrumento eiuſdem producto in actis.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Vareſio,

Ariminen. Succeſſionis.

Ven. 9. Decembris 1667.

ARGVMENTVM.

Mater, renunciando præiudicat filijs, etiam venien-
tibus, ex propria perſona; quando renunciatio fit
à matre recepta dote, & deducuntur iura filio-
rum.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua vulneratur per ſententiam contrariam.*
2 *Mater renunciando præiudicat filijs in concurſu auunculorum.*
3 *Etiam ſi mater prædecedat ei de cuius ſucceſſione agitur.*
4 *Præcipuè ſi filij ſunt hæredes matris.*
5 *Quod procedit, quando in renunciatione fuit deductum ius filiorum.*
6 *Hæres beneficiatus, quouſque reddit rationem tenetur ſeruare factum defuncti.*
7 *Inſinuatio per 30. annos præſumitur.*
8 *Renunciatio correſpectiua, & ob cauſam dotis, poteſt non inſinuari.*
9 *Renunciatio matris, facta recepta dote, nocet filijs etiam venientibus ex propria perſona.*
10 *Renunciatio facta verbis generaliſſimis comprahendit omnia iura, & actiones.*
11 *Renunciatio de iure incerto, & nondum quæſito, non poteſt dici læſiua.*
12 *Exceptio læſionis non admittitur in iudicio poſſeſſorio, & executiuo.*

DECISIO CX.

IVlia de Bandis, ex cauſa dotis ſibi conſtitutæ in ſcut. 375. ad effectum contrahendi Matrimonium, cum Hieronymo de Hippolitis anno 1619. cum decreto Iudicis, præſentia, & conſenſo Hortenſiæ Matris, alijſque ſolemnitatibus renunciauit omne Ius, quod ſibi, & filijs competere potuiſſet, in bonis, tàm Paternis, quàm Maternis, ad fauorem Comitum Malateſtæ, & aliorum fructuum de Bandis, per hæc verba, *fecit finem, & renunciationem, &c. de bonis proprijs, & Emphyteuticis, &c. paternis, maternis, fraternis, & Auitis, & cuiuſcumque alterius generis, & de omni, & toto eo, quod vllo, vnquam tẽpore, dicta Iulia, & eius liberi, & deſcendentes prætenderent, & quomodolibet prætendere poſſent, ſeu poſſet tàm in re, quàm in ſpe, tàm ex cauſis ſupra expreſſis, quàm ex alia quacumque cauſa, &c. ita vt dicta Iulia & ſui ſint perpetuo excluſi ſine vlla ſpe, quidquid vlteriùs petendi, cum clauſula ad habendum &c. Summ. illorum de Bandis num. 8.* ſoluto autem per obitum viri, matrimonio, ſuperſtitibus Octauiano, & Hieronymo filijs, tranſiuit ad ſecunda vota, cum Scipione Diotalleuio, & præuia eiuſdem dotis conſtitutione, ſimili renunciatione, à ſe, ſuiſque filijs, ex eo matrimonio naſcituris, fauore eorundem fratrum de Bandis, iterum omne ius abdicauit, tam quo ad hæreditates Parentum, quàm quo ad illas fructuum ex cauſa de præſenti, & de futuro, & ex quacumque alia ratione, vel cauſa, cum pacto Iurato nihil aliud petendi; eodem *Summ. num. 2.* Suſceptis, verò ex huiuſmodi matrimonio alijs duobus filijs, nèpè Georgio, & Iulio de Diotalleuis, filijs dictæ Iuliæ ex primo, & ſecundo matrimonio, Iudicium in partibus inſtituerunt ſuper immiſſione, in bonis hæreditarijs dictæ Hortenſiæ eorum Auiæ, contra Malateſtam, & alios de Bandis, qui tamen per ſen-

tentiam

Digitized by Google

tentiam fuerunt abſoloti ab Impetitis. At in gradu Ap-
pellationis,cauſa mihi commiſſa dubitaui,an dd.Hippo
litis , & Diotalleuis eſſet danda immiſſio, DD. negati-
uè reſponderunt.

Siquidèm ex ſententia contra ipſos lata in parti-
bus,remanſit vulnerata via executiua, ita vt Iudicio iã
tùm ordinario , agendum ſit *Angel. de leg. contradict.*
1 *quæſt.2.art.6.num.199.Zacch.de oblig.Camer q.37.n.23.*
Rot.penès eundem deciſ.18.num.1.& 2. & deciſ.7ō num.1
*coram Coccin & in rec.deciſ.245.num.*10.*part.*11.

Imò circumſcriptio, etiam effectu ſententiæ prædictę,
viſum fuit DD. denegandam eſſe immiſſionem; quia il-
lis obſtant ampliſſimæ renunciationes Iuliæ Matris,quæ
prodierunt ad fauorem illorum de Bandis, in quibus,
cum fuerit expreſsè deductum ius filiorum, & hęredum,
non valent ipſi in concurſu Auunculorum ad ſucceſ-
2 ſionem Auiæ aſpirare, ad tradita per *Bart. in l.qui ſuper-*
ſtitis, nu.2 verſ.ſi autem veniret.ff. de acquir.hæred.Surd.
conſ.355.num.39.& 41.Faber.in Cod.lib.2. artic.3 diff.14.
num.13.& 14.de pactis,Mart.de ſucceſſ. legali part.2.q.14
art.2.num.11.Peregr de Fideic art.52 num 97. Rot.in Bo
non. de Dulphis, 2.Decemb 1644.§ nam reſpectu verſ.ſed
in renunciatione, & §.ſeq.coram Reuerendiſs.Imolen. in
Ceſenaten. Bonorum 17. Martij 1656. in principio coram
R P.D. m. Albergato,& in Ariminen. Bonorum 24.Mar-
tij 166. §.cuius renunciationis cor.R.P.D.Beuilaqua.

Quæ, quidèm renunciationes, adeò generalibus ver
bis conceptæ, tale filijs præiudicium intulere,vt licet Iu-
lia renuncians prædeceſſerit Hortenſiæ, de cuius hære-
ditate agitur, tamen illis fuit pręcluſus aditus ad ſucceſ-
ſionem ſuperſtitibus Malateſta, & alijs fratribus de Ban-
dis, à quibus tamquam defunctæ proximioribus exclu-
duntur,& ideo ceſſante edicto ſucceſſorio,ſolum poſſent
venire repręſentando Matrem,ex cuius perſona propter
pręſcriptas renunciationes repelluntur, *Alex conſ.75.n.14.*
3 *verſ & ideo lib.1.Pariſ.conſ.94.num.33.libr.3. Surd.conſ.*
355 num 44.lib.3.Theſaur.quæſt. forenſ.lib.2.quæſt.40.nu.
18.& 20. vbi latè diſcuſſo articulo reprobat contrarium
tenentes, *Merlin.de legitim lib.1. tit.2.quæſt.11 nu.13.An-*
dreol.controu.47. num.22.

Præſertim, quia tam Hippoliti, qoam Diotallcui ex
primo,& ſecundo Matrimonio procreati, ſunt hæredes
Iuliæ renunciantis, quo caſu eo minus factum defunctæ
genitricis valent impugnare per *text in l. cum a Matre,*
4 *C de rei vindicatione Fulgoſ.conſ 67.num.3.Rot. cor. Emi-*
nentiſs D.Card Otthob.deciſ.1000, nu.14. & in Bononien.
fideicomm.16.Nouembris 1640.§ 1.cor.Card. Veroſpio, &
in his præciſis terminis, quod filij non poſſint venire
contra renunciationem Matris, ſi ſint eius hæredes,quo-
ties in renunciatione fuit deductum ius hæredum, cum
pacto iurato nihil aliud petendi, probant ex Theorica
5 *Bald. in l qui ſe Patris,num.12.verſ.aut renunciat. C. vn-*
de liberi, Rub. Alex.conſ 42 num.6.in fin Surd.d.conſ.355.
num.4 Peregr.conſ 85. num.8.lib.5. Et de fideic. art.52.nu.
93. Andreol. dicta contr.407.num.20. & 21. Rot. in Ari-
minen bonorum 24.Maij 1660.§. cuius renunciationis cor.
R.P.D. m. Beuilaqua, & in Rauennaten. hæreditatis 24.
Ianuarij 1661.§. verum quatenus in principio cor. R.P.D.
m. Albergato, Idque etiam procedit, licet adiuerint hæ-
reditatem, cum beneficio legis, & inuctarij, quia quouſ-
que per eos non fuerit reddita ratio de bonis in Inuenta-
6 rio deſcriptis,tenentur ſeruare factum defuncti, *Rot. cor.*
Eminentiſs.Otthob. dec.107 nu.15 & ſeqq.& in Bonon. de
Dulphis 2.Decembris 1644. §. nec facti cor. Reuerendiſs.
Imolen.

Nec obſtat, quod renunciationes prædictæ ob defe-
ctum inſinuationis, per conſtitutionem ægidianam re-
quiſitæ, vitio nullitatis obnoxiæ remanſerunt; quia per
lapſum 30.annorum pręſumitur illam Interueniſſe,*Rot.*
7 *coram Puteo dec.132.num.1.lib.2.in contract.Caualer.dec.*
575.num.11.& in Firmana bonorum 7.Iunij 1662.§. Non
obſtat cor. Reuerendiſs. D. m. Decano, Tum etiam, quia
dictę renunciationes non fuerunt mere gratuitæ, ſed
correſpectiuæ, & ob cauſam dotis receptæ; quo caſu
etiam deficiente inſinuatione ſuſtinentur, *Alex.conſ.167*
num 10.lib 7. Rot.dec.292. num.33.part.6.rec. & in Ro- 8
mana ſeu Perusina donationis 18. Decembris 1663. §.ma-
ximè coram Eminentiſs.D Card Celſo.

Ex qua renonciationum correſpectiuitate, alia potiſ-
ſima, pro excluſione filiorum ratio deſumitur, Regula-
re enim eſt renunciationes factas à Matre ex cauſa do-
tis receptæ nocere filijs, quamuis ipſi veniant ex propria
perſona, & mater deceſſerit antequam ſit delata ſucceſ- 9
ſio; dummodo in renunciatione facta nomine proprio,
& filiorum mater dicat ſe contentam, cum pacto iurato
de non ſuccedendo & filij ſint Matris hæredes *Roman in*
l.qui ſuperſtitis num.7. verſ.quod limita,ff.de acquir.hære-
ditate Decius conſ.181.n.7.Surd.conſ.355. n.43. Theſaur.
quæſt. forenſ lib.2.quæſt.90 num.15. Mart.de ſucceſſ.leg p.1
quæſt.14.num.4.& ſeqq. Merlin. de legit.lib.1.tit.2 qu.11.
num.11.verſ. verum negotio; Andreol. contr.407. num.14.
& ſeqq. & hanc opinionem tenuit *Rot dec.399. num.11.*
coram Rotas, & in Caſenaten. bonorum 17.Martij 1656.
in principio, coram R.P.D. m. Albergato,& in Ariminen.
bonorum 24 Maij 1660. §.Non obſtat verſ.nam, cum re-
nunciatio coram R.P.D. m. Beuilaqua.

Minus viſum fuit ſubſiſtere, quod ſecunda renuncia-
tio,quo ad bona filiorũ fuerit reſtricta ad bona emphy-
teotica, contrarium enim ex illius lectura apertè con-
uincitur, dum ea legitur facta de Iuribus, & actionibus
ipſi Iuliæ, vel eius hæredibus, & ſucceſſoribus,&c. com-
petentibus, & ſuper quibuſcumque bonis mobilibus, &
immobilibus proprijs, & emphyteuticis, &c. generali-
ter, & generaliſſimè, de omni, & toto eo, quod ipſa Iu-
lia,vel ſui hæredes, & ſucceſſores prætendere, & conſe-
qui poſſent, contra, & aduerſus eius fratres, ac bona, &
hæreditates dd. Parentum, & fratrum, & quomodo-
cumque, & qualitercumque, & quouis modo, Iure, &
via, &c. nulla in ſe de eis reſeruatione præſcripta, ſed
ſint apta comprehendere omnia bona, Iura, & actiones,
ad *tex in l.bonorum, ff de verb. ſignif.Tiraquell.in l ſi vn-* 10
quam verſ.bona num 8. Cod.de reuoc.donation. Rot.deciſ.
390.num.1.part.9.tom.2.rec.

Exceptio, demum læſionis ex eo deducta, quod Iulia
pro augumento dotis in ſolis ſcut.750.Cũ alia ſcut.3000.
ei deberentur ex legato Patris (renunciauerit opolentæ
hæreditati Matris, & fratrum, viſa fuit DD. non ſuf-
fragari in hoc Iudicio ad obtinendam immiſſionem;
quoniam, vltra, quod renunciationes fuerunt de lucro
incerto, & quærendo pro conſeruatione domus, & fami-
liæ, quo caſu nulla poteſt conſiderari læſio, *Rot. coram* 11
Eminent.Otthob dec.182.nu.24.& ſeqq. Ceſſat tamen ob-
iectum ex eo, quod præfatæ renunciationes, donec non
ſint per tres ſententias reſciſſę, repelluntur agentes à ſi-
milibus remedijs poſſeſſorijs, *Rot.dec.86.n.9.part.6.rec. &*
in Fauentina Primogenitura 21.Iunij 1660.cor.R.P.D. m. 12
Beuilaqua, & in Rauennaten. bonorum 7. Iunij 1666.§.
quoniam admiſſa coram R.P.D. m. Carpineo.

Et ità vtraque parte Informante Deciſum &c.

Bo. Me. Emerix.

Bononien. Liquidationis Pretij.

Sabb. 27.Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Euictio licèt non detur pro legato ſpeciei; hoc tamen non procedit,quando legatum eſt correſpectiuum, & in compenſationem.

SVMMARIVM.

1 *Actio euictionis datur contra hæredes.*
2 *Euictio non datur pro legato certæ ſpeciei.*

3 *Eui-*

3 *Euictio competit pro legato correſpectiuo.*
4 *Hæres, quocumque caſu tenetur de euictione.*
5 *Mulier vltra dotes ſolet aliquid habere.*
6 *Singula, quæ non proſunt vnita iuuant.*
7 *Mandatum illiquidum non datur executioni.*

DECISIO CXI.

QVamuis ex cauſa, & amplitudine verborum legati
relicti à Com. Franciſco de Populis, Comitiſſæ Ca-
milliæ Zambeccariæ eius vxori, ac alijs ponderatis in
ſecunda deciſione huius cauſæ ædita, corã Me ſuperiori
anno informantes pro eadem Comitiſſa rurſus argue-
rentur legantem voluiſſe compræhendere ambo præ-
dia, ſub eodem legato, attamen Domini, iterùm nihil
ſuper hoc firmantes, declararunt, mandatum ab A. C.
relaxatum, pro medietate pretij vtriuſque prædij euicti
à ſororibus, & Iulianis, pro nunc dumtaxat exequendũ
eſſe, pro medietate valoris prædij *della Rozza*, ſuſpenſa
medietate pretij alterius prædij *della volta*, circa, quod
maior verſatur difficultas.

Ratio reſolutionis fuit, quia cum legatum, quoad
prædium *della Rozza*, ſit vndique clarum, nec contro-
uertatur euictio, vtique mandatum rectè fuit ab A. C.
relaxatum, ad fauorem eiuſdem Comitiſſæ, contra hære-
1 des Com. Franciſci *l. emilia re 20. ff. de euict. Rot. deciſ. 21.
num. 12. part. 10 rec.*

Non obſtat, quod pro legato certæ ſpeciei, prout hoc,
regulariter non debeatur euictio *l. ſi à ſubſtituto 41 in fine
2 de leg. 1. Rot. in Bononien. legati vſusfructus 5. Nouembris
1650. §. ex alio coram Bichio.*

Quia animaduerſum fuit, quod in præſenti caſu, non
agitur de legato merè gratuito. In quibus terminis loqui-
tur lex, & proximè allegata deciſio; ſed de legato one-
roſo, & correſpectiuo, ad debitum mobilium, tempore
Sponſalium perueniorum, ad manus Comitis legantis,
quod cum potius importet, quandam dationem in ſolu-
tum, ad inſtar illius regulari debet, & conſequenter pro
3 eo etiam competit euictio *Nouar. de dat. in reſol. ſect. 1. q.
11. n. 6. 7. 8. Rot. dec. 148. n. 24. 26. p. 9. rec.*

Præfatum autem legatum eſſe onerosum, & correſpe-
ctiuum ad debitum mobilium, ad manus Comitis per-
ueniorum, tempore ſponſalium, reſultat ex lectura lega-
ti adminiculati, tamen ex qualitate legantis, qui erat ex
nobili, & diuite familia, nec reperiebatur ære alieno gra-
uatus; Vndè præſumi non debet, quod voluerit, ſimula-
to titulo, legare, cum etiam ſine cauſa, legare potuiſſet,
4 & euictionem hæredibus imponere, *iuxta tex. inſtit. eod.
& notatur per Honded. conſ. 41 nu. 29. lib. 2.* Tum ex qua-
litate legatariæ, quæ cum eidem viro dediſſet in dotem
lib. 50000. veriſimile eſt etiam, quod alia mobilia ad do-
5 mum eiuſdem aſportauerit, vt fieri ſolet per nobiles ma-
tronas, ex ponderatis per *Rot. poſt Zacch. de ſociet. dec. 59.
num. 5.* Tum etiam, ex atteſtationibus trium teſtium, de-
ponentium, Comitiſſam aſportaſſe ad domum Comitis
Franciſci ſui viri, multa mobilia, & capſas plenas magni
ponderis, quæ depoſitiones licet extraiudiciales, iunctis
tamen ſupradictis plurimũ faciũt, ex regula, ſingula, quæ
6 non proſunt vnita iuuant *Rot. coram Gregor. dec. 245. n. 2.
& ſeqq. & in rec. deciſ. 238. n. 30. part. 8.*

Minus obſtat, quod ex fructibus, per plures annos, à
Comitiſſa, perceptis, ab altero prædio *della Volta*, redda-
tur illiquidum mandatum, quoad aliam medietatem
7 prædij *della Rozza*, ideoque non veniat exequendum ex
firmatis *in 1. deciſ. § imo*.

Nam placuit reſponſio data in ſecunda deciſione §.
fin. nempè, quod cum fructus fuerint, bona fide perce-
pti, & conſumpti, ſicut modo non eſſent reſtituendi, ità
non poteſt ex illis illiquidum reddi creditum Comitiſ-
ſæ, pro alia parte, pro qua mandatum tamquam non
executum ſuſtinetur ad euitandos inanes circultus, &
inutiles expenſas ex ibi allegatis.

Et ita vtraque, &c.

Bo: Mei Emerix.

Bononien. Pecuniaria.

Merc. 22. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Si ex præcepto teſtatoris, continuetur negocium ab
hærede, bona hæreditaria obligantur pro debitis d.
negocij, etiamſi addatur conſocius.

SVMMARIVM.

1 *Bona hæreditaria eius, qui ordinauit continuationem
negocij obligantur creditoribus negocij.*
2 *Negocium dicitur finitum, dum in eo mutãtur perſonæ.*
3 *Addito conſocio in negocio non dicitur mutatũ negociũ.*
4 *Prohibitio alienationis non impedit alienationem pro de-
bitis.*
5 *Socius tenetur in ſolidum pro debitis negocij.*

DECISIO CXII.

CVm poſt obitum Matthæi Muſcardini, negocium
artis ſericæ, ſub nomine Ioannis, & Matthæi Mu-
ſcardini exercitum, per Paulum Matthæi filium, & hæ-
redem, ex eiuſdem præcepto, ſeù deſiderio continuatum
fuiſſet, Angelus Pagnanus & litis conſortes, qui huic ne-
gocio crediderunt, non acquieſcẽtes delationi, paulo poſt
decoctionem à creditoribus conceſſæ, obtinuerunt ab R.
P. D. Albergato ſententiam, qua declaratum fuit, tam
bona & hæreditatem Matthæi, quam Paulum, nedum
nomine hæreditario eiuſdem, ſed etiam proprio, ſibi te-
neri, & obligatos exiſtere, à qua ſententia, commiſſa mi-
hi cauſa appellationis, & propoſito, de more, dubio, ſu-
per illius confirmatione, Domini pro Confirmatione
reſponderunt.

Etenim, quoad bona, & hæreditatem Matthæi, eo ipſo,
quo ille, ſiue per modum præcepti, ſiuè per modum de-
ſiderij ordinauit continuationem negocij, & in eo nomẽ
ſuum per inſtitutem ſeu adminiſtratorẽ permiſit, ſequi-
tur, quod eius hæreditas obligata remãſerit creditoribus,
qui fidem eius nominis publicè, & palam ſequuti fuerunt
per *Alex. in l. 1. §. ſi plures vltima, cum l. ſeq. & l. ſi ta-* 1
*men plures, §. ſed ſi plures, ff. de exerc. act. Caſtren. in d. §. ſi
plures n. 3. Bart. in l. eandem num. 9. verſ. ſi talis negociatio,
ff. de duobus reis,* quos refert, & ſequitur *Rot. dec. 246. nu. 5.
& ſeqq. num. 6. recent. & in Romana Societatis de Rotignis
9. Iunij 1645. § quia inter coram Reuerendiſs. Terracinen.*
cum alijs cumulatis in deciſione huius cauſæ 2. *Maij
prox. præt. coram R. P. D. Albergato.*

Nec ſubſiſtit, quod hoc negocium, quoad Matthæum,
ſeu illius hæreditatem terminatum fuerit, de anno 1651. 2
per inſtitutionem alterius conſimilis negocij, cantantis,
ſub nomine Pauli, quoniam Paulus non conſtituit no-
uum, & diſtinctum negocium priuatiuè, quoad ſe ſolũ,
ſed tantum fecit ſe cumulatiuè conſocium, quod mani-
feſtè probatur; tum ex eo, quod negocium continuatum
fuit, ſub ijſdem nominibus Ioannis, & Matthæi, iuncto
nomine Pauli, vti conſocij, quod ſolum ſufficeret, vt Pa-
gnonus, & concreditores, qui fidem vtriuſque, tam Mat-
thæi, quàm Pauli ſecuti fuerunt, ſolutionem ab vtraque
conſequi deberent, vt certè dictum fuit, in ſupracitata
Romana Societatis de Rotignis coram Reuerendiſs. Ter- 3
*racinen. & in eadem coram R. P. D. Bourlemont 3. Ia-
nuarij 1661.*

Tum ex eo, quod de anno 1653. & 1656. executo-
res teſtamentarij Matthæi, ſciente, & patiente Paulo,
negocio ſe ſe immiſcuerunt, quod ſanè Paulus mini-
mè permiſiſſet, ſi tunc negocium ad ipſum ſolum pri-
uatiuè pertinuiſſet.

Neque

Neque euitari poteſt, obligatio bonorum, & hæreditatis Matthęi, ſub prætextu, quod ipſe in teſtameoto fideicommiſſum inſtituerit, & bona ſua alienari prohibuerit, quia cum debitor, de quibus agitur, originem, & cauſam habeât ab ipſo Matthæo teſtatore, prohibitio alienationis noo impedit, quo minus ex cauſa ſolutionis debitorum huiuſmodi bona ipſius obligari, & alienari poſſent, vt præter auctoritates adductas, in praxit. *dec. R.P.*
4 *D. Albergato* firmauit, *Rot. cor. Merlin.*

Quo verò, ad Paulom res viſa fuit extra controuerſiã quia, dum ipſe publicè declarauit, velle proſequi oegotium, etiam nomine proprio, poſt talem declarationem, non ſolum repręſentauit perſonam patris, ſed inſuper in-
5 duit perſonam ſocij, vndè vtroque nomine inſolidum tenetur debitis, occaſione negocij, ſeu ſocietatis contractis, *d.l.1.§.vlt.& l.2.& 4.§.1.ff.de exerc.act.Rot.d.dec.246.num.5.& ſeqq.& in præalleg.Rom.ſocietatis de Rotignis, §. quia cum inter cor. Reuerendiſs. Terracinen.*

Nec, ad effectum, de quo agitur, Paolo ſoffragatur dilatio à maiore parte creditorum obteota, quia, vt benè reſponſum fuit *cor. R.P.D. Albergato,* hoc quidem poſſet retardare executionem, non autem relaxationem mandati; Ante eius expeditionem particulariter videri poterit, an ne obſtet dilatio.

Ex quibus vtraque, &c.

Bo: Me: Emerix.

Ciuitatis Caſtelli Dotis.

Vener. 28. Aprilis 1662.

A R G V M E N T V M.

Filia renuncians, recepta dote, poteſt de eadem dote, ad libitum, diſponere, nec reuertitur ad patrem, etiam ſi decedat ſine filijs; Donatio inter virum & vxorem firmatur iuramento.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio Cameralis dat viam executiuam.*
2 *Dos à patre profecta reſtituitur patri.*
3 *Ideò filia in eius præiudicium eam donare non valet.*
4 *Limita, quando fuit data à patre, pro omni, & toto eo & filia renunciauit.*
5 *Donatio inter virum, & vxorem, morte non confirmatur quando præmoritur donatarius.*
6 *Contra, quando eſt firmata iuramento.*
7 *Inſinuatio per 30. annos præſumitur.*
8 *Pactum de non petendo, non extenditur ad non expreſſa.*
9 *Tranſactio inita cum vno, non prodeſt alteri.*
10 *Tranſactio requirens altiorem indaginem, non impedit executionem obligationis Cameralis.*

D E C I S I O CXIII.

COmmiſſa mihi cauſa appellationis, à mandato relaxato ab A.C. Bulgarino, contrà Bona hæreditaria quondam Pirri de Pazzis, pro ſcut. 700. reſidui Dotis ſcut. 1400. monetæ, per eum promiſſæ Ludouicæ filiæ, & ab hac donatæ Io. Baptiſtæ Manzolo eius Viro; Propoſitoque dubio, ad formam reſcripti ſignaturæ; An Mandatum A.C. eſſet exequendom, affirmatiuè reſponſum fuit, Quia validitas reſultat ex reuolutione actorum, & iuſtitia, ex Inſtrumentis publicis promiſſionis, & donationis Dotis, cuius medietas, dum tantùm ſoluta probatur, rectè pro reſiduo, relaxatum fuit maodatom, ſtante obligatione camerali adiecta lo Inſtrumento pro-
1 miſſionis, *Rot. cor. Buratt. dec. 779. & dec. 919. num. 1.* & alias paſſim.

Nec facit, quod Dos conſtitota fuerit à Patre, quodq; ipſe ſtipulatus eſt eam reſtitui, iuxtà formam Iuris ſecũ-
dum cuius diſpoſitionem, dos à Patre profecta reſtituenda eſt Patri, nec poteſt in eius præiudicium, à filia donari 2
l. dos à Patre, & ibi cõmuniter ſcribentes *C. ſolut. Matrim.* 3

Quia, cum promiſſa illa fuerit, pro omni, & toto eo, quod Ludouica Filia prætendere poterat, tam in bonis paternis, quam maternis, quauis de cauſa, vel occaſione; vtique Dos non poteſt dici profectitia, ſed vti ſubrogata, in locum Iurium renunciatorum, fuit, pleno Iure acquiſita filiæ, quæ proindè potuit de illa, vti 4
re ſua, ad libitum diſponere, *Rota in Romana Dotis 3. Decembris 1632. coram Remboldo, & in Fauentina Dotis, ſeu Succeſſionis 21. Februarij 1639. quæ* eſt deciſio *118. num 23. cum ſeqq. part. 8. recent.*

Sicuti nec etiam refert, quod vir prædeceſſerit vxori, quia licet regulariter donatio inter virum, & vxorem non ſubſtineatur, nec morte firmetur, ſi præmoriatur is, qui liberalitatem accepit. *l. 1. 2 & 3. ac tot. tit. ff. de donat. int. vir. & vx. l. etiamſi vxor, § marito C. eod.* 5

Fallit tamen, quando, prout hic, donatio firmata fuit iuramento, tunc enim valet ab initio, nec caducatur, quamuis donatarius priùs deceſſerit, ſecundum veriorem, & magis commuoem ſenteotiam, à qua in iudicando, & coofulendo oon eſſe recedendum teouit 6
Iul. Clar. § donatio quæſt. 4. num. 3. Couarr. de teſtam. rubr. 2. num. 10. & articulo maturè diſcuſſo, *Mant. de tacit. lib. 21. tit. 4. num 8. & ſeqq.* vbi quamplures alios cumulat, quos ſequitur, *Rot. cor. Gregor. dec. 563. num. 7. & dec. 206. num. 3 poſt Pacif. de Salu.*

Minus releuat defectus ioſinuationis, quia, cum inſinuatio, ſit ſolemnitas extrinſeca, & donatio facta fuerit anno 1619. illa ex lapſu 30. annorum præſu- 7
mitur interueniſſe, *Put. deciſ. 132. per totam libr. 2. & in Caſenaten bonorum 15. Maij 1651. §. non obſtat coram R.P.D. Albergato Decano, & in Cæſenaten. Emphyteuſis 15. Maij 1652. coram Reuerendiſs. Papien.*

Denique, non aduerſatur duplex tranſactio, cum pacto de amplius non petendo, quia, de anno 1623. facta apparet de alijs Iuribus prætenſis, occaſione Matris Io. Baptiſtæ, & ſic extendi non debet ad Iura competentia, vigore donatioois, de qua agitur, *l. de cer-* 8
ta 31. Cod. de tranſact. Rota in Placentina Bonorum, 1. Aprilis 1660. cor. R.P.D. Priolo, §. obiectum verò.

Altera verò, anni 1630. inita cum Patribus Dominicanis, qui deinde hæreditatem Pirri repudiarunt, ſuffragari non valet Diamanti, quæ eam hodie detinet, quia tranſactio inita cum vno, non prodeſt alteri, *l. 1.* 9
C. de tranſact. Surd. dec. 132. nu. 9. & in omnem caſum, prædictæ tranſactiones, vti requirentes altiorem indaginem, non poſſunt retardare executionem obligationis 10
Cameralis, ex vulgatis.

Et ita vtraque parte &c.

Bo: Me: Emerix.

Colonien. Canonicatus.

Vener. 10. Decembris 1660.

A R G V M E N T V M.

Acceptans gratiam, de prouiſione alicuius beneficij, non conſumit ſuum ius, quin poſſit vti alia ſimili gratia; ſi gratia nondum ſit perfecta, & Reſignatio Beneficij ad fauorem certæ perſonæ, non tollit ius à reſignante, antequam reſignatarius poſſideat.

S V M M A R I V M.

1 *Acceptans beneficium non poteſt conſequi aliud incompatibile.*

Re-

2 *Reſignans beneficium , abdicanit à ſe omne ius ſuper illo.*

3 *Gratia, cum clauſula, ex tunc dicitur perfecta.*

4 *Gratia de prouidendo, &c. non dicitur perfecta.*

5 *Acceptatio gratia, etiam imperfecta, non conſumit dictam gratiam.*

6 *Acceptans gratiam, non conſumit ſuum ius, niſi conſequatur id quod acceptat.*

7 *Reſignans ad fauorem alicuius non priuatur ſuo iure, donec reſignatarius pacificè poſſideat.*

8 *Non habens qualitates requiſitas in prouiſione, non poteſt prætendere ſe prouideri.*

DECISIO CXIV.

COmmiſſa mihi cauſa appellationis, à ſentẽtia Reuer. Decani confirmatoria alterius R.P.D. Taiæ, adiudicantis, Theodoro Canonicatũ controuerſum; Dubitaui, an ſententia Rotalis eſſet confirmanda, & ratio dubitandi fuit, quia hodiè, pro parte Laurentij non informãtis, & petentis dilationem, prætendebatur, non ſolum, per præcedentem acceptationem Scolaſtriæ conſumpta gratia precum Theodori, ita quod poſtmodum, vigore earundem non potuerit acceptare Canonicatum, vt
1 per *text in l apud Arnulphũ, ff. de optiori & l ſerui electione de leg.* 1. reſponderunt *Oldrad conſ.* 129. *num.* 1. *in fin. Gemin. conſ* 103. *num.* 3 *& ſeq. Rom. ceſſa. conſ.* 329 *num* 4 *quos ſequitur Rot. coram Med. deciſ.* 13 *n.* 1, *de Conceſſ præbenda, & cor. Creſcent. dec.* 19. *n.* 1. *de præb.*

Verùm etiam, quoniam Theodorus Canonicatum huiuſmodi, quatuor annis circiter ad fauorem primi reſignauerat, dicebatur à re abdicaſſe omne ius, ac poſſeſſionem, ac remanſiſſe ſine titulo coloratum, & propterea Canonicatum ei adiudicari non potuiſſe. per *tex. in*
2 *cap. accepta in fine de reſt ſpol & tradit. per Innoc. Io. Andr Abb.* ac alios relatos per *Caſſad. dec.* 4. *num.* 3. *eodem tit. & Put. dec* 158 *num* 6. *lib.* 3.

His tamen minimè obſtantibus, Domini, pro confirmatione reſponderunt, obiectum, ſiquidèm conſumptionis precum viſum fuit ſufficiẽter ſublatum, ex plenè deductis in præcedentibus deciſionibus, in quibus dictũ fuit Doctrinam *Oldrad. Gemin.* & ſequac. procedere in gratia expectatiuæ conceſſa in forma prouiſionis, quando nimirum Pontifex prouidet alicui de beneficio vacaturo, cum clauſula ex nunc prout ex tunc, in quibus terminis
3 gratia ſtatim eſt perfecta, nec requiritur factum executoris *Seraph dec* 761 *num.* 8.

Sed non poſſe applicari caſui præſenti, quia preces primariæ dantur in forma mandati de prouidendo, nec requirit perfectionem, ante inſtitutionem ſiuè collatio-
4 nem., in puncto *Lotter. de benef. lib.* 2. *q.* 6. *num.* 47.

Et ideò ſola acceptatio, interim non tribuit ius conſiderabile acceptanti, nec gratiã conſumit *c. fin. §. fanè in*
5 *bis de Conceſſ. Præb. in* 6 *Franch. in cap nè captandæ eodẽ & d tit. nu.* 2 *verſ. quarto nota, Lotter. vbi ſupra libr.* 2. *qu.* 6. *num.* 79. *& ſeqq. Ferrett. conſ.* 16. *nu* 17. *verſ præterea Mohad. dec.* 14. *de conceſſ Præb. Rot. coram Penn deciſ.* 192. *nu.* 16. cum alijs adductis in deciſionibus editis *coram Reuerendiſs. Decano, & R P. D. Taia.*

Tanto minùs in præſenti, quia Theodorus acceptauit, cum expreſſa proteſtatione, quod preces non cenſerentur conſumptæ niſi ſuos plenarios, & integros effectus ſortitæ fuiſſent; Vnde etiam ex abundanti inferebant Domini; licuiſſe Theodoro variare, & preces non potuiſſe conſumi, dum propter litem motam ſuper Scolaſtria illam actualiter conſecutus non fuit, vt limitando
6 contrariam opinionem tradit *glo. in cap in multis in verb. variare de reſcript. Ferrett. d. conſ.* 16. *num.* 16 *verſ. ex alio, & num.* 17. *Arnulphus Buzeus de iur. regul. priuil.* 21. *n.* 4. *inter tract. Magn tom.* 12. *fol.* 373.

Obiectum verò nouiter deductum, ex reſignatione, non videtur poſſe ſuffragari Laurentio. quia *tex. in cap. accepta de reſtit. Spol. & Innoc. Abb.* & alij relati in præcit. deciſionibus *Caſſad & Put* loquuntur in terminis puræ, & ſimplicis reſignationis non autem in reſignatione cõditionali, ſeu facta ad fauorem, in qua donec ius, & poſſeſſio plenè fuerint acquiſita reſignatario, rectè poteſt reſignans agere, & conueniri, vt diſtinguendo inter vtramque reſignationem tradit *Pariſ. de reſign. libr.* 1. 7
q. 3 *n.* 47. *& ſeqq & q.* 7. *n* 9. & pluribus cumulatis *Rot. cor. Pen. dec.* 299 *n.* 1. *& ſeqq. & ſignanter num.* 6. 7. *&* 8 *impreſſ. Venet.* & ceſſat omnis difficultas ex Bulla *Greg.* 13. relata etiam penes *Pariſ. vbi ſupra lib.* 11. *q.* 3 *n.* 35.

His demum accedit, quod Laurentius non probauit ſe habere qualitates requiſitas in Indulto Apoſtolico, conceſſo vniuerſitati ſtudij Colonien. vigore cuius prætendit ſe prouiſum, ad tradita, per *Garz. de benef. part.* 5. *c.* 4. 8
num. 170. *& ſeqq.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Emerix Iuniore.

Imolen. Bonorum,

Lunæ 20. *Maij* 1666.

ARGVMENTVM.

Donatio ſimulata, ob timorem confiſcationis, eſt nulla, nec aliquod ius dare poteſt donatario, & enumerantur plures coniecturæ inducentes ſimulationem.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum ob lapſum fatalium, non datur niſi conſtito de læſione.*

2 *Confeſſio extraiudicialis ſufficit ad probandam ſimulationem donationis.*

3 *Stantibus præcipuè cauſa ſimulandi & coniecturis eam inducentibus.*

4 *Donatio præſumitur ſimulata in præiudicium fiſci, quãdo fit ab eo qui ſolet delinquere.*

5 *Probata cauſa ſimulandi, duæ coniecturæ ſufficiunt ad probandam ſimulationem.*

6 *Donatio inter virum & vxorem præſumitur ſimulata.*

7 *Simulatio præſumitur ex quo pater præfert extraneos propriæ ſoboli.*

8 *Pacta inſolita non reuocandi donationem inducunt ſimulationem.*

9 *Donatio continens meliorem partem bonorum præſumitur ſimulata.*

10 *Donatio præſumitur ſimulata quandò donator, & filij permanent in poſſeſſione, & percipiunt fructus.*

11 *Donatio, & contractus ſimulatus eſt nullus, nec dat actionem.*

DECISIO CXV.

COncluſum fuit, conſtare de re iudicata, non autem de cauſis reſtitutionis in integrum, ſtante validitate, & Iuſtitia ſententiæ A. C. per quas excluditur læſio, & lapſus quinquennij à die interpoſitæ appoſitionis, intra quod nihil fuit actum iuxta vulg. *text in Auth. ei, qui C. de temp & reparat. appellatione, & in cap cum ſit* 1
Romana de appell. & adducta per *Rotam deciſ.* 233. *nu.* 3. *part.* 7. *rec. & in Bonon. Bonorum* 26. *Iunij* 1665. *coram bo. me. Auunculo meo.*

Validitas reſultat ex actis, & iuſtitia, ex geminata confeſſione. tam Doralicis Donatariæ, quam Franciſci donantis, quod donatio, de qua agitur fuerit ſimulata, ob timorem confiſcationis, vt deponunt Teſtes *Sum. nu.* 8. quæ confeſſio, licet extraiudicialis, ſufficit in hac mate- 2
ria ad pleniã probationẽ ſimulationis, *Rota in rec. deciſ.* 179. *n.* 17. *& dec.* 262 *n* 14 *&* 15. *part.* 11. concurrentibus (Vt hic) Cauſa ſimulandi, & coniecturis, quæ ſecluſa, & confeſ-

Digitized by Google

confeſſione ſufficere , poſt alios dixit *Rota coram Pan.*
3 *deciſ.346.n 2.& 3.ſecundum impreſſ. Venetam , & in rec.*
d.deciſ.179.num 3.part.4.tom.2.

Pro Cauſa ſimulandi deducebant, non ſolum , quod
Franciſcus, de tempore donationis erat inuolutus pluri-
bus inimicitijs capitalibus cũ diuerſis familijs potentibus,
quarum occaſione ſecuta fuerant , quam plurima homi-
cidia, vt deponunt ijdem Teſtes d. *nu.*8. Sed etiam, quod
erat deditus rixis,& facinoribus, ob quæ paulo ante do
nationẽ damnatus fuerat In Curia Criminali Bononiæ
in pœnam vltimi ſupplicij,& confiſcationis bonorum , à
4 qua poſt annum , ſe liberauit præuia nominatione alte-
rius Bandiij, vt in *Sum.num.*5. *& 6.* ex quibus reſultare
ingentem,& efficacem Cauſam ſimulandi ponderant in
ſpecie *Bartol.in l. poſt contractum, n, 2.verſ.tu debes, ff. de*
donat. Menoch conſ.430.n.3.& ſeq. Honded conſ.46.nu.27.
verſ. ſecundum lib.1. Mant.de tacit,lib 13 tit.39.nu.12. &
Rota in rec deciſ.179 num.4 part.4.tom.2.

Coniecturæ verò licet probata Cauſa ſimulandi duæ
5 ſolæ ſufficerent, vt dixit *Rota in rec. d.dec.262 n.17.part.*
11.& coram Eminent. Otthobono dec.191.n.3. in præſenti
tamen viſæ funt concurrere plures, & vrgentes.

Prima elicita, ex eo quod donatio facta fuit vxori , ob
cuius confidentiam , cum Marito facilius præſumitur ſi-
6 mulatio, *l.data 27.C.de donat Bart.in d l.poſt contractum,*
num.3. ff.de donat. Menoch d. conſ 430. num. 12. & ſeqq.
cum alijs per *Rotam d.deciſ.179.nu.6. cum quatuor ſeqq.*
part.4.tom.2.rec.

Secunda ex compræhenſione hæredum , poſthabitis
quinque filijs , quos tunc Donator habebat contra om-
nem veriſimilitudinem Paternæ affectionis præferendi
extraneos propriæ ſoboli , vt in fortioribus terminis per
7 *text.in l.iſti quidem ff. quod metus Cauſa & in l. ſcripto ,*
ff. vnde liberi vtrobique in fine , conſiderant *Soccin.Sen.*
conſ.264. ſub nu.2.verſ.5.argum,& infra Mantic. de tacit.
lib.13.tit.38.num.34 & ſeqq.

Tertia ex pacto inſolito non reuocandi donationem
ex capite ingratitudinis , quod In propoſito ponderant
8 *Gratian.diſcept.255. num.22. Rota coram Pan. d.dec.346,*
ſub nu. 10.verſ.rurſus & in rec.dec.63. nu.21.part.8.

Quarta ex eo,quod donatio continet maiorem,& me-
liorem Partẽ bonorum , vnde eo magis ſimulationes de-
ſumunt *Bart. vbi ſupra nu 2.Becc.conſ.52.nu.54. Menoch.*
9 *d.conſ.430 n.8. Honded.conſ.46.nu.17.& 18.lib.1.Gratian.*
d diſcept.255.n.19. Mantic.de tacit lib.13.tit.38 nu.23. &
24.& Rota coram Pania d.dec.346.n.8. 9 & 10.

Et denique quinta, quia Donator remanſit vſque ad
obitum in poſſeſſione bonorum donatorum , cum om-
nimoda perceptione fructuum,ac totali adminiſtratione,
prout ante facere conſueuerat, & eo defuncto , in eadem
poſſeſſione continuauerint filij matre Donataria ſcien-
10 te, & patiente, vt latiùs deponunt teſtes *Sum. num.9.* ex
qua quidem poſſeſſione perſpicuam coniecturam ſi-
mulationis reſultare optant *Bart. vbi proximè. nu.4. Me-*
noch.cit.conſ.430.nu 14. cum ſeq.Gratian.d.diſcept.255.nu.
24.& ſeq. Rota coram Pania d.dec.346.nu.12.& 18. & in
rec.d dec.179.nu 13.& ſeq.part 4.tom.2.& deciſ.63.nu.25.
part.8.& dec.262 num.20.par.11.

Quibus ſtantibus rectè fuit ab A. C. pronunciatum
donationem fuiſſe nullam,& inualidam , quia verè con-
trahentes nihil agere intendebant iuxta *text. in l.nuda*
11 *55.de contrahen.empt.l. ſimulate de ritu nupt.& l.emptor,*
ibiq gl.in verb. ſimulata, ff.de aq.pluu.arcen.Becc. d.conſil.
52.num 29 verſ.3.modo.& nu.35.& ſeq.Gratian.d.diſcept.
255.n.31.& ſeq. cum alijs , quos in terminis refert, & ſe-
quitur *Rota d dec.179.n.1. & 2,part.4. tom.2.rec.*

Et ità altera tantum parte Informante &c.

Bo: Me: Emerix ,

Marſicana Succeſſionis.

Merc. 4. Februarij 1665.

ARGVMENTVM.

Fœmina vocata ad fideicommiſſum, non excluditur , ob renunciationem factam , recepta dote ; quia renunciatio non extenditur ad ſucceſſionem fideicommiſſi, maximè ſi agatur de ſucceſſione eius , ad cuius fauorem fuerat facta renunciatio , & defecerint perſonæ in eadem renunciatione contemplatæ, ex defectu enim perſonæ contemplatæ , ſemper renunciatio realis redit ad perſonalitatem , non obſtantibus verbis realitatem importantibus.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio vigore l. fin. datur fideicommiſſario , purificato caſu ſuæ vocationis.*
2 *Fœminæ veniunt nomine tranſuerſalium, & collateralium proximiorum.*
3 *Præſertim vbi non eſt conſeruatio agnationis.*
4 *Filius non venit nomine tranſuerſalium.*
5 *Dictio* à loro *intelligitur de præcedẽter proximè vocatis.*
6 *Relatio fit ad proxima.*
7 *Fœmina dotata ſub prohibitione aliud non petendi , non excluditur à fideicommiſſo.*
8 *Sicuti, nec excluſa à ſtatuto.*
9 *Renunciatio reſtricta ad iura reſoluta non extenditur ad fideicommiſſum poſteà purificatum.*
10 *Verba clara non admittunt gloſſam.*
11 *Dictio* tantum, *eſt taxatiua, & reſtrictiua.*
12 *Interdictum , quorum bonorum , competit cuicumque ſuccedenti ab inteſtato contra poſſeſſorem.*
13 *Renunciatio eſt odioſa, & ſtrictiſſime interpretatur.*
14 *Hæreditati renunciatarij nunquã cenſetur renũciatũ.*
15 *Quiſque de re ſua diſponere poteſt.*
16 *Renunciatio reſoluitur deficientibus perſonis in ea contemplatis.*
17 *Frater non cenſetur velle excludere ſororem in concurſu extraneorum.*
18 *Renunciatio recepta dote , quando eſt dubia declaratur à Capitulis matrimonialibus.*
19 *Præſertim ſi habita fuit relatio ad Capitula.*
20 *Renuncians verbis ampliſſimis realiter ſemper excluditur, ac ſi eſſet mortuus.*
21 *Renunciatio realis , ex defectu perſonarum contemplatarum fit perſonalis & redit ad renunciantem.*
22 *Renunciatio facta ab ingreſſuro religionem præſumitur abdicatiua.*
23 *Secùs ſi fiat à puella nubente in ſæculo.*
24 *Soror renuncians ad fauorem fratris non excluditur ab eius hæreditate.*

DECISIO CXVI.

OBijt, ab Inteſtato , Conſtantius de Macerolis, ſuperſtitibus Victoria,& Olimpia ſororibus, nec non Iacobo,& alijs fratribus patruelibus , inter quos orta lite coram Ordinario Marſicano , ſuper ſucceſſione in hæreditate Conſtantij, & reſpectiuè, quondam Iulij eius patris, prodijt ſententia fauorabilis patruelibus , in gradu appellationis ab A. C. confirmata, Cauſa autem ad hoc Sacrum Tribunal. deducta, mihique commiſſa , ſub *die 15. Decembris proximè præteriti*, ad Inſtantiam Olympiæ dubitaui; an eſſet danda immiſſio,& ſuper quibus bonis, & fuit dictũ, non liquet. Hodiè verò eodem dubio repropoſito, DD. cenſuerunt , dandam eſſe Olimpiæ immiſſionem, tam in bonis Iulij patris , quam in bonis Conſtantij fratris.

Et ra-

Digitized by Google

Et ratio reſolutionis,quoad bona patris,deſumpta fuit
ex illius Teſtamento, in quo ſcriptis hæredibus filijs ma-
ſculis,ſubſtituit his verbis *Alli quali ſuoi figli,& heredi ſu-
ſtituiſco li loro figli,nepoti,e pronepoti in infinitum, e morendo
tutti i loro deſcendenti (il che Dio non voglia) allora in quel
caſo ſoſtituiſce li Collaterali,e tranſuerſali più proſſimi,e più
propinqui*; Cumq; hodie non controuertatur obitus om-
nium hæredum inſtitutorum ſine filiis,& deſcēdentibus;
ac propterea factus ſit locus ſubſtitutioni collateralium,
& tranſuerſalium proximiorum,vtiq; fideic.purificatum
remanſit ad fauorem Olimpiæ Sororis D.Conſtantis, vl-
timo loco,defuncti,& per cōſequens ei debetur immiſſio,
vti proximiori tranſuerſali,in teſtamento vocatæ, *ex re-*
1 *med.l.fin C.de edic.D Adr.toll Rot in Rom.fideic.de Glore-
rijs 28.Martij 1664.§.fin.cor.Me*, & alibi paſſim; Appel-
latione enim,collateralium,& tranſuerſalium proximio-
2 rum veniunt etiam fęminæ *Fuſar.de ſubſt q.366.nu.1 &
ſeqq.Rot dec.282.n.1.2.par.2.& dec.135.n.18.par.8.rec.* &
maximè, in præſenti, vbi à Teſtatore nulla fuit habita
ratio conſeruandæ agnationis, ſed promiſcuè vocati fue-
3 runt omnes deſcendentes tam lineæ maſculinę,quam fę-
mininæ, *Rot in rec.dec.385.nu.39.40.par.9.& in Rom.Fi-
deic.de Glorerijs cor.Me,§.defunctis cū plurib.*ibi allegatis.

Nec ſubſiſtit obiectum,quod Olimpia,tamquam teſta-
toris filia, nomine dictorum tranſuerſalium venire non
poſſit ex deductis *in Rom.Fideic.de Coronis 28.Ian.1647.
cor.Rener.Decano*, quoniam Teſtator non tranſuerſales,
& collaterales ſuos, vel cum aliquo pronomine relatiuo
4 vocauit,poſt illam dictionem *loro*,ibi, *morendo tutti i loro
deſcendenti all'hora,& in tal caſo ſoſtituiſco collaterali, e
tranſuerſali,e più proſſimi,e più propinqui.* Ex quibus verbis
clare apparet,quod teſtator non ſubſtituit tranſuerſales,
& collaterales ſuos,ſed filiorum,& deſcendentium, & in
5 dubio, de collateralibus, & tranſuerſalibus filiorum ſub-
ſtitutio intelligi deberet, ex regula, quod relatio fieri de-
beat ad proxima; & ſic ad deſcendentes proximè antece-
6 dentes vocatos,vt reſpondit *Rot.in rec.dec.98.nu.11.part.*
8.cum alijs ibi relatis.

Neque ex eo,quod Teſtator legauerit Olimpiæ dotem
ſcut.1500.cum expreſſa prohibitione,*Che non poſſi ne cer-
chi hauere più di detta Somma nè per ragion di legitima, ò
ſupplemento di eſſa, nè per qualſiuoglia altra cauſa, la qua-
le, quantunque foſſe neceſſaria eſprimerla, vuole,che l'hab-
bia per eſpreſſa*, retardari poteſt immiſſio; Quia, hodie,
Olympia non agit, de augenda ſua Dote, nec ratione le-
gitimæ,nec ex quacumque alia cauſa, ſed de Succeſſione
ad fideicommiſſum, defecta linea Inſtitutorum, à qua,
quamuis dotata,non repellitur; ad tradita per *Fuſar. de
7 ſubſt.q.311.nu.98.99.Surd.dec.84.nu.6.9 qui* loquitur in
8 terminis, quod fęminæ erant per Statutum excluſæ, &
pariter illas excluſerat,& mandauerat dotari, *Rot. in rec.
dec.137.num.24.25.part.9.*

Minoſque obſtare videtur ampliſſima renunciatio ab
eadem Olimpia emiſſa,occaſione ſcut.4000. Dotis à Cō-
ſtantio fratre receptor; Quoniam ponderatum fuit,quod
circa fideicommiſſaria legata, & alias ſucceſſiones teſta-
mentarias, eſt reſtricta ad deuolutas tempore renuncia-
tionis,nec loquitur de deuoluendis,niſi ab inteſtato tan-
tùm,ibi, *Et alijs ſucceſſionibus,iuribus,& excadentijs qui-
buſcumq;eidem Olimpia deuolutis,tam ex teſtamento,quā
9 ab inteſtato; legat.fideic donationib pro retractis temporib.&
de cætero deuoluendis ab inteſtato tantùm.* Vndè renūcia-
tio non poteſt comprehendere fideicommiſſum paternū
quod tunc non erat in perſona Olimpiæ purificatum, &
ſic obiectum ceſſat in facto propoſito, dd.clara verba nō
10 admittentia *gloſ.tex.in ille,aut ille.ff.de leg.3.*attenta præ-
ſertim illa dictione,*tantùm*, quæ tamquam taxatiua re-
ſtringit renunciationem de deuoluendis ad ſolam ſucceſ-
ſionem ab inteſtato deuoluendam,& excludit teſtamen-
11 tarias, *Franc.dec.123.num.4.Rot.dec.240.nu.5.par.6.rec.*

Quò verò ad bona Conſtantij Fratris ab inteſtato de-
functi,DD.cenſuerunt concedendam eſſe Olimpiæ im-
miſſionem,ex interd.quorum bonorum,cuius remedium
competit cuicumque hæredi ab inteſtato venienti con-
tra poſſidentem pro hærede,vel poſſeſſore,*auth.ceſſante* 12
C.de legit.hæred.Bart & communiter ſcribentes *in l.1.ff.
quorum bonor.Rot.dec 375.nu.3.part.4.tom.2.rec.*

Neque pariter, ad excludendā Olimpiā ab huiuſmodi
ſucceſſione,obſtare viſa fuit præfata renunciatio, quam-
quam loquatur de hæreditatibus ab inteſtato deuoluen-
dis,quia,vltrà,quod in toto Inſtrumēto, nulla legitur fa-
cta mentio hæreditatis Conſtantij, cui propterea renun-
ciatum fuiſſe non præſumitur;ex quo,in hac materia,vti
odioſa,ſtrictiſſimè fieri debet interpretatio; *Hond.cōſ.29.* 13
*n.107 lib.1.Dec.conſ.19.lib.3.Surd,conſ 434.n.32.& ſeqq.
ſæpè Rot.& ſignāter in Rom.Succeſſ.de Commob.15.Ian.1641.
cor.Dunoz.*ſicuti in dubio nomquā præſumi renunciatū 14
hæreditati renunciatarij,quia renūciatio redderetur fru-
ſtratoria,& inutilis,cū vnuſquiſq; viuens de re ſua diſpo-
nere poſſit,in terminis renūciationis firmat,*Cyr.cōr.292.
n 21.verſ.2 principaliter,Rot.in rec.dec 543.n.23.p.5.& in* 15
Rom.Fideic.24.Mart.1662.§ ſi renunciat.cor.R.P.D.Taia

Reſponſū fuit,quod etiamſi d.renūciatio intelligeretur
de hęreditate Conſtantij renunciatarij ab inteſtato defe-
renda;attamen,ſolū locū habere poſſet,ſi ipſe viuens diſ-
poſuiſſet,vel extarent aliæ perſonæ,quarū contēplatione
cenſetur facta renūciatio,non autē,vt Olimpia ab extra- 16
neis excludatur,vt declarādo tradūt *Don.Ant.de Mar.
quotid.reſ.li.2.c.189 n.26.& ſeqq.li.2.& in addit ad Renerı.
dec.151.per tot.Fran.Rot.reſp.88.n.6.& ſeqq lib.2.Cancer.
var.reſ li.3.c.15.n.24.& ſeqq.Hond.conſ.29.nu.79.lib.2.*&
alijs relatis firmat *Cyriac.contr.for.475 nu.1.vſque ad 5.*

Idque benè comprobari viſū fuit, ex veriſimili mente
vtriuſq;cōtrahentis,ex quo alienū ab omni ratione vide-
tur,Olimpiā,in caſū obitus Conſtantij ab inteſtato,nullo
proximiore exiſtēte,voluiſſe ab huiuſmodi hęreditate ex-
cludere ſororē renunciantē,propter remotiores, vt pōde-
ranit *Rot.in rec.dec.543.à n.13.vſq.ad 18.p.5 rec.* Tū etiā,
ex tenore Capitulorū Matrimonialiū,in quib. ſolū con- 17
tēplatus fuit fauor Cōſtantij,vel eorū,in quos ipſe voluiſ-
ſet diſponere; Vndè renūciatio nō debet operari ad fauorē
extraneorū,in quos renūciatarius nō diſpoſuit, ſed regu-
lari ad formā Capitulorū;vt ſępè reſpōdit *Rot.& ſignāter* 18
*in Rom.Caſal.4.Iul.1655.§.ſed his minimè cor.R.P.D. Al-
berg.& in Bonon.fideicomm.11.Feb.1664.coram R.P.D.
Veroſpio.* præſertim quia, conuentum fuit, vt renuncia-
tio fieri deberet, ad formam Capitulorum ſubſtantia
non immutata, vt habetur in iiſdem Capitulis. 19

Nec deniq; ex illis verbis,in Inſtrumēto renūciationis,
appoſitis,ibi,*Ita vt præſēs renūciatio,& donatio intelligatur
& ſit efficax,perpetua,realis,& realiſſima, & omni tempore
valitura*,colligi poſſe videbatur,realitas renūciationis,ita
vt Olimpia deberet perpetuò remanere excluſa ab hęre-
ditate Cōſtantij,ac ſi eſſet mortua,vt ex *Alex.Men.Rum.*
& alijs decis. *Rot.cor.Merl dec 62.n.11.*Quoniā placuit di-
ſtinctio nēpè,quod dd. verba faciāt renunciationē Realē,
ſed iſta Realitas nō durat perpetuò, ſed extinguitur vna.
cū perſonis in renūciatione contēplatis,& ad perſonalita-
tē redit, vt benè tradit,*Io:Fr.Mar.diſp.8.n.15.& ſeqq.li.1.* 20
*Don.de renūc.c.7.n.30.Molph.ad cōſ.Neap.tit.de renūc.q.3
n.21.& q.17.n.15.16.& conſ.48.n.37.38.Scip.Theod.alleg.
36.n.31.& ſeqq.Franc.Roud,reſp.48.n.7.li.2.Don.Ant.de* 21
Mar.var.li.2.c.182.n.7.& c.189.per tot. vbi cōtrarijs reſ-
pōdet,& *in add. ad Rener.d.dec.181 per tot.præcipuè in fin.*

In quā ſententiā eo libētiùs DD.inclinarūt,pōderādo,
quod hic nō agitur de renūciatione facta à Puella ingreſ-
ſura in Monaſteriū,in qua pręſertim pręſumitur animus
abdicatiuus à tēporalibus bonis, vt cōtēptis ſęculi opibus
expeditius Altiſſimo famulari poſſit, vt tradunt *Ant.de* 22
*Mar.loc.prox.cit.n.22.Merl.dec.12.n.14.Otthob.dec.10.n.
26.*ſed à nobēte in ſęculo,quo caſu,ſtrictiùs fieri debet in-
terpretatio;vt tenēt cōmuniter DD.& firmat *Rot cor.Ot-
tob.dec.10.n.27.*& in fortioribus terminis renunciationis 23
factæ ex cauſa ingreſſus in Religionem, quod deficiat
quando amplius non extant perſonæ contemplatæ, ad-
uertunt, *Cyriac.controu.for.475.numer.6.7.Rot.cor.Merl.*

Digitized by Google

deciſ. 62. numer. 17 & in rec. deciſ. 543. numer. 35 part. 5.

Et ex his patet non applicari authoritates, ex aduerſo adductas, quia, vel loquuntur in diuerſis terminis, vel ſũt intelligendæ cum præfata diſtinctione, ſcilicet, renunciationem durare, realem quouſque extarent perſonæ contemplatæ, reduci verò ad perſonalitatem, quandò omnes defecerunt in vita renunciantis, & renunciatarius non diſpoſuiſſet de ſua hæreditate, alias eſſet abſurdum, & alienum ab omni ratione, ac contrà veriſimilem mentem vtriuſque contrahentis, ſi admitteretur,
14 quod ſoror renuncians excluderetur ab hæreditate fratris renunciatarij, propter extraneos ex allegatis.

Et ità vtraque &c.

Bo: Me: Emerix.

Romana Aſſociationis.

Lunæ 8. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Donatarius, vigore clauſulæ conſtituti, & vigore pacti capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, habet aſſociationem, vſque ad 30. annos; Donatio, pro dote, & augumento dotis, facta à muliere ſine ſolemnitatibus, valet. Renunciatio iuris certi requirit inſinuationem, & extorta, ex falſa cauſa, valida eſſe non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Vigore conſtituti, & pacti capiendi poſſeſſionem propria auctoritate datur aſſociatio.*

2 *Proximiores in donatione facta à muliere, non ſunt vocandi quando, ob intereſſe quod habent, creditur impedituros d. donationem.*

3 *Donatio cauſa matrimonij pro dote ſubſtinetur ſine ſolemnitatibus ſtatuti.*

4 *Etiam ſi donatio ſit pro augumento dotis, ad faciliorem concluſionem matrimonij.*

5 *Mulier maior valide donat etiam ex cauſa volũtaria.*

6 *Renuncians, & amittens poſſeſſionem, eam, eodem iure reacquirere non poteſt.*

7 *Pactum capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, dat aſſociationem, vſque ad 30. annos.*

8 *In renunciatione iuris certi, requiritur inſinuatio.*

9 *Inſinuatio poſtquam donans renocauit donationem nullius eſt momenti.*

10 *Renũciatio annullatur ob falſitatẽ cauſæ in ea expreſſa.*

11 *Cauſa renũciationis nõ probatur ex aſſertione renũciãtis*

12 *Confeſſio mulieris in actu renunciationis nulla, emiſſa non præiudicat.*

13 *Bona aſſignata in dotem ſunt liberata à fideicommiſſo.*

DECISIO CXVII.

DOmini cenſuerunt, mandatum de aſſociando, ad d. domum, de qua agitur, obtentum ab Eugenia contrà Aurelium, & alios eius fratres, eſſe iuſtum; quia, in Inſtrumento donationis omnium bonorum eidem Eugeniæ factæ, per Fabiam, adeſt non ſolum clauſula conſtituti, ſed etiam pactum capiendi poſſeſſionem propria authoritate, vigore cuius rectè fuit conceſſa aſſociatio ad
1 d. Domum, quæ, tempore donationis, erat in bonis Fabię, donantis per *tex. in l. 3. vbi Bart. nu. 18. C. de pignor. Rot. dec. 273. num. 5. & ſeqq. par. 9. rec. & in Rom. Vineæ ad aquam Sanctam 4. Iulij 1659. §. quia cor. Reuerendiſs. Melzio.*

Non obſtat prætenſa nullitas d. donationis, ex eo, deſumpta; quod non interuenerint proximiores Fabiæ, videlicet Aurelius, & fratres illius nepotes; Quia iſti, ſi fuiſſent vocati, donationem potius impediuiſſent, ratione intereſſe, quod habebant, vt bona donantis ad illos deuenirent, ex capite ſucceſſionis, ab Inteſtato, prout Iudici expoſitum fuit, ideoque prætermitti poterant, vt
notat *Pic. ad Stat. Vrb. 5. gl. 19.* & in ſimili ponderauit 2
Rot. in Rom. pecuniaria 7. Iunij 1641. §. quod autem cor. Reuerendiſs. Decano.

Et vlterius, cum donatio facta fuerit, contemplatione Matrimonij contrahendi, per donatariam, neptem donãtis, ob cauſam ſæpiùs repetitam, vt melius, & honorificẽtius nubere poſſet, ſubſtinetur etiam ſine ſolemnitatibus
ſtatuti, *Rot. cor. Greg. dec. n. 11. & ſeqq. cor. Merl. dec. 80. nu.* 3
7. & in rec. dec. 241. nu. 1 par. 7. & ferè per tot. vbi ampliat id etiam procedere, in augumento dotis, aſſignato ad faciliorẽ concluſionẽ Matrimonij. & idẽ firmatur *in Rom.*
Conſ. 13. Iun. 1646. cor. Peutig. §. altera & in Rom. Augum. 4
dotis 18. Iunij 1663. §. debetur cor. Reuerendiſs. Decano.

Neq; applicatur diſtinctio inter donantem, ex cauſa neceſſaria, & voluntaria; Quoniam illa locum ſibi vindicare poſſet, in muliere minore, ſecùs verò in maiore, quæ hoc caſu, indiſtinctè obligatur, ſiue cauſa fuerit ne-
ceſſaria, ſiue voluntaria, *Rot. dec. 177. nu. 11 par. 1. & deciſ.* 5
241. num. 8. & ſeqq par. 7. rec. & cor. Royas dec. 440. nu. 3. 4.

Minus obſtat, quod Eugenia propter dotem, ab iiſdẽ fratribus receptam, renunciando cum clauſula Cõſtituti, ad eorum fauorem, omnia bona, etiam ea, quæ ſibi donata fuerant à Fabia, in illos, tranſtulerit actualem poſſeſſionem, & quod iidem fratres, per decennium, & vltrà poſſideãt; Tum quia, licet idcircò impediri poſſet Eugenia, nè vigore antiquę poſſeſſionis, recuperaret ad tradi-
ta per *Bald. conſ. 210. n. 5. lib. 5. Gabr. conſ. 51. n. 13. lib. 1. Scac.* 6
de appell. q. 17. limit. 6. memb. 9. nu. 78. Merl. dec. 336. in fine.

Exindè, tamen, non tolleretur iuſtitia mãdati pro qua ſubſtinẽda ſufficit ſupradictum pactum capiendi poſſeſſionem propria authoritate, cui Eugenia minimè renunciauit, & vigore cuius aſſociationem obtinere poteſt, non
ſolum poſt lapſum decennij, ſed etiã ad 30. annos *Rot. poſt* 7
Salg. labyr. cred. dec. 16. nu. 8. cum alijs relatis in *Rom. Donationum 25. Maij 1657. §. aſſociatio vſq; ad fin. cor. Veroſp.*

Tum etiam, quia huiuſmodi renũciatio viſa fuit DD. nulla, tam ex defectu inſinuationis, in renũciatione iuris
certi, vt hic, omninò requiſitæ, *Rot. dec. 12. n. 11. 15. & dec.* 8
320. nu. 6. & dec. 323. n. 38. & ſeqq. par. 6. rec. quẽ non ſupplet Inſinuatio facta à Procuratoribus, ad hunc effectum conſtitutis, quæ antequam illa fieret, renunciatio, fuit in actis reuocata; prout fieri potuit, dum Inſinuatio inuenta eſt, vt donans, medio tẽpore deliberet: an ſibi expediat donationẽ cõfirmare, vel nõ *Grat. cap. 483. n. 19. & ſeqq Rot. dec. 456. p. 4. to. 2. rec. & in Rom. prætenſa donationis cor. Reuerendiſs. Melzio 25. Iun. 1660. §. ponderarũt. & § quo vero.*

Quam etiam, defectu cauſæ; quia extorta legitur, ſub erroneo prætextu, quod Eugenia dotata fuiſſet, ex bonis proprijs fratrum, & quod hæreditas Fabiæ eſſet debitrix
eorumdem, in notabili quantitate, ratione alimentorũ, ac 10
penſionum Domus; quodque bona donata, ſeu renunciata ſubiecta forent fideicommiſſo Aurelij ſenioris, quorũ tamen nullum iuſtificatur; Quo enim ad primũ dd. fratres non ſolum non probant Eugeniam dotaſſe de proprio, ſed imò conſtat de contrario, quia bona data in dotem, nempè, Vinea, & Cenſus erant propriè ipſius Eugeniæ, vt eidem donata à Fabia. Quo autem, ad ſecundum,
illud non benè probatur, ex aſſertione Eugeniæ renun- 11
ciantis, quæ eadem facilitate, inducta præſumitur ad
confitendum, qua inducta fuit ad renunciandum, *Rot.* 12
dec. 713 num. 5 par. 2. rec. Et denique, quoad tertium, non ſubſiſtit, quod bona donata, ſeu renunciata eſſent ſubiecta fideicommiſſo Aurelij Senioris; Quia quantum attinet ad domum, conſtat illam fuiſſe conſtructam ab Hippolyto filio Aurelij, & ab eo venditam Fabiæ, ideoque numquam fuiſſe in bonis fideicommittentis; Quò verò ad cenſum, & Vineam, illa iam aſſignata fuerant in dotem Iuliæ, filiæ Fideicommittentis, quæ hæredem inſti-
tuit, Fabiam, ideoque à Fideicommiſſo liberata ex reme- 13
dio *auth. res quæ C. comm. de leg.*

Et ità vtraque &c.

Bo:

Bo: Me: Emerix .

Romana, ſeu Reatina Donationis.

Ven. 21. Decembris 1665.

ARGVMENTVM.

Donatio, etiam correſpectiua,& ob canſam facta à minore, ad fauorem fratris requirit omnes ſolemnirares ſtatutarias; nec valet Ratificatio dictæ donationis, niſi ſit facta poſt maiorem ætatem.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ob cauſam,non requirit ſolemnitates ſtatuti.*
2 *Donatio onerosa ,& correſpectiua, dictas ſolemnitates non requirit.*
3 *Ratificatio facta à maiore, tollit omnes nullitates contractus facti in minori ætate.*
4 *Quando proximiores non bene conueniunt,& debent interuenire in contractu ſatisfit per deputationem curatoris.*
5 *Donatio facta poſt matrimonium, iam contractum, non poteſt dici cauſa matrimonij.*
6 *Donatio, quæ non eſt in Capitulis matrimonialibus dici non poteſt cauſa matrimonij.*
7 *Cauſa pro decore, & conſeruatione familiæ, non facit donationem ob cauſam.*
8 *Minor non poteſt donare ob cauſam, ſine ſolemnitatibus ſtatuti.*
9 *Donatio, vt ſit correſpectiua, onus debet æquiualere commodo donantis.*
10 *Donatio non dicitur correſpectiua, quando ob donationem datur aliquid annuum.*
11 *Donatio correſpectiua requirit ſolemnitates ſtatuti, quando eſt facta a minori.*
12 *Forenſis non comprahenditur ſub ſtatuto de minore ætate.*
13 *Clericus non ligatur ſtatuto laicorum, quoad minorem ætatem.*
14 *Ratificatio actus facti a minori requirit 25. annos.*
15 *Ætas probatur ex fide Baptiſmi.*
16 *Et ex notula in libro tutorum.*
17 *Ratificatio actus requirit ſolemnitates, quæ requiruntur in actu.*
18 *Curator in contractu minoris, loco propinqui parum beneuoli, vt detur requiritur decretum iudicis.*

DECISIO CXVIII.

COntra deciſionem editam, coram Me, die 28. *Nouembris anni præteriti*, in qua dictum fuit, donationem factam à Io: Vincẽtio minore 16. annorum, Bartholomęo eius fratri maiori, eſſe nullam, & inualidam, ob defectum ſolemnitatum requiſitarum à Statuto Vrbis, informantes pro Bartholomęo tria opponebant.

Primo prædictam donationem, ob cauſam, nempè intuitu certi, & determinati matrimonij, ac pro conſeruatione, & augumento decoris eorum familiæ, ideoque in ea non requiri inſinuationem, & ſubſcriptionem donantis, ac teſtium, de quibus in Statuto, *cap. 149. 150. lib. 1.* &
1 quæ ſolùm requiruntur in puris, non autem in donationibus ob cauſam, *Grat. cap. 498 n. 36. Rot. cor. Greg dec. 563 n. 11. & in rec. dec. 65. n. 45. part. 6. rec.*

Secundo donationem non fuiſſe merè gratuitam, ſed onerosam, & correſpectiuam ad promiſſionem donatarij, ſoluendi, ſcilicet, donanti annua ſcuta 200. vna cum certa quantitate frumenti, vini, & caſei ex quo onere, inferebatur, non eſſe neceſſarias, prædictas ſolemnitates, vt
2 dixit *Rot. coram Coccin. dec. 240. n. 2. & dec. 433. nu. 7. & in rec. dec. 323. n. 78. & dec. 292. nu. 32. part. 6.*

Tertio, quod donans maior effectus, in receptis dannuæ præſtationis ratificauerit donationem, cum illis verbis, ibi, *non oſtante, ch'io habbia notitia potere annullare detto Inſtromento*, Quæ ratificatio facta à maiore, tollit
omnes præcedentes nullitates, vt conſuluere *Menoc. conſ.* 3
161. n. 18. & ſeqq. lib. 1 & tenuit *Rot. in rec. dec. 321. n 8. & ſeqq. & dec. 478. nu. 6. 16. part. 4. tom. 2. rec.*

Atque ex his ijdem informantes, inferebant, recedendum eſſe à deciſis; non obſtante altero defectu conſenſus proximiorum, de quo in eodem Statuto *cap. 151. lib. 1* Cui prætendebant ſatisfactum per deputationem Curatoris, in locum proximiorum, non benè cum prædictis contrahentibus conuenientium, iuxta deciſionem *in Romana pecuniaria 6. Decemb. 1637. § neque obſtat cor. Cocc.* 4
approbatam in *Tiburtina donationis 17. Iunij 1652. cor. Reuer. Decano impreſſam poſt Cutell. de donat. dec. 7. n 14.*

Verùm iſtis minimè obſtantibus, DD. cenſuerunt ſtãdum eſſe in deciſis; nam, quoad primum obiectum deſumptum ex cauſa matrimonij placuit reſponſio data in deciſione huius cauſæ, nempè, quod cum matrimonium fuiſſet, per tres menſes ante contractum, nullo modo, deſeruire potuit pro cauſa donationis, vt in terminis aliàs 5
conſiderauit *Rot. coram Duran. dec. 155. nu. 13. 14.*

Non releuante replicatione, hodiè ex aduerſo allata, ſcilicet, quod donatio ideò ſtipulata fuit poſt cõtractum matrimonium, quia donans, & donatarius reperiebãtur, in diuerſis locis, nec priùs potuerunt inſimul conuenire; Quoniam hoc non probat præcedentem tractatum donationis faciendæ; Imò in Capitulis matrimonialibus nulla legitur de ea, facta mentio prout tamen veriſimiliter contrahentes feciſſent, ſi intuitu matrimonij do- 6
natio promiſſa fuiſset.

Aliæ vero cauſæ, pro decore, & conſeruatione familię, cenſentur potiùs appoſitæ, ad colorandam donationem, quam ad conſtituendam donationem, ob cauſam, ac proindè, donatio remanet pura, in qua ſolemnitates ſtatuti omnino requiruntur, & in ſpecie dictũ fuit in *Tiburtina donationis 31. Ian. 1659. § ſecus autẽ, et 6. Ian 1660* 7
cor. R. P. D. Alberg. et 4. Apr. 1662. cor. R. P. D. Bourlemont.

Pręctereà auctoritates firmantes, quod in donatione facta ob causã non requirantur ſolemnitates Statutariæ, loquuntur in terminis, donationis factę à maiori, & idcircò non applicãtur in donatione facta, prout hic à minore, quæ licet, ob causã, non tamen ſubſtinetur abſque ſolemnitatibus Statutarijs, vt diſtinguendo firmauit *Rot.* 8
in Romana Lucri dotis 15. May 1651. §. non obſtat coram Reuer. Royas in Tiburtina donationis 17. Iunij 1652. § fundamentum cor. Dunozett. & latè *add. ad dec. 460. nu. 1. & ſeqq. & n. 51. p. 1. tom. 2. rec. & dec. 241. nu. 8. part. 7.*

Quo verò ad ſecundum reſpondebãt DD. quod licèt donatio nõ fuerit merè gratuita, tamẽ pro parte Bartholomęi non fuiſſe probatũ, quod illa contineret tale commodum donantis, vt eius liberalitatẽ excluderet, prout requiritur ad inducendam prætenſam correſpectiuitatẽ
Tiraq. in l. ſi vmquam in verbo donatione largitus, nu. 149 9
C. de reuoc donat. Rot. cor. Seraph dec. 1170. n. 5. et poſt Fenzon. ad Stat. Vrb. dec. 133. per tot. & apud Pic. dec. 22. nu. 9.

Imò correſpectiuitatẽ ceſſare, ex facto, ponderando, quod Bartholomęus, nihil de proprio dedit, ſed tãtùm de bonis donatis detraxit prædictam annuam præſtationem, ex quo dici quidem poteſt minus donatum, non autẽ, quod
donatio efficiatur correſpectiua, vt in ſimili ponderatum 10
fuit in *Rauennaten donationis 7. Decemb. 1661. § quia cor. R. P. D. Bourlemont, & cor. Duran. d dec. 155. n 14.* & nihilominus, etiam in donationibus correſpectiuis, requirun- 11
tur ſolemnitates ſtatutariæ, quando ſunt factæ, à minoribus, cùm in illis minores lædi poſſint, *Pic. ab Stat Vrb. gl. 7. n. 37. 39. Andreol contr. 400. n. 3. & ferè, per tot. & in Anconitana nullitatis concordia 16. Apr. 1646. cor. Arguel.*

Minùs obſtare viſum fuit, tertiũ obiectum, deſumptũ, ex ratificatione facta in receptis; Quia vltra reſponſiones datas in prima deciſione huius cauſæ, *a §. nihil releuat*, animaduerſum fuit, quod prætenſa ratificatio ſuperuenit, dum Io: Vincentius adhuc erat in mino-

Digitized by Google

ritate conſtitutus, non ſolum attenta diſpoſitione Iuris communis, quæ in præſenti, videbatur attendenda, ex quo ipſe Io: Vincentius, vti forenſis, non eſt compræhen-
12 ſus, ſub Statuto Romano, habilitante minorem poſt 20. annum vt dixit *Rot poſt Pic. ad Stat Vrb. dec. 63 num. 17. & poſt Zacch. de oblig. camer dec. 162. num. 6. & in rec. dec. 294. num. 5.* Nec minùs. vti Clericus ligatur à ſimili Sta-
13 tuto Reatino. *Rot in Rom. Pecuniaria 18. Iunij 1655. cor. Reuerendiſſ. Decano*, & ſic de tempore Ratificationis requirebatur ætas 25. annorum completorum, quæ deſi-
14 ciebat in Io: Vincentio, vt non controuertitur; Verum etiam, admiſſa diſpoſitione Iuris municipalis; Quia, hodie non fuit controuerſum in facto vltimam receptam confectam fuiſſe ſub die 2. *Maij* 1663. Vnde. ſiue attendatur fides Baptiſmi ex qua apparet, Io: Vincentium
15 natum fuiſſe 20. *Iunij* 1643. ſiue attendatur notula reperta in libro Tutoris, vbi dicitur natum fuiſſe 6. *Maij*
16 eiuſdem anni, ſemper verum erit dicere quod, de tempore, Ratificationis Io. Vincentius, adhuc erat minor 20. annorum & propterea ad inducendam Ratificationẽ, concurrere debebant omnes ſolemnitates requiſitæ in dona-
17 tione *Rot in d. Anconitana nullitatis Concordia 16. Aprilis 1646. cor. Arguelles, §. minus*.

Vlterius ſubſiſtere quoque viſus fuit, alter defectus cõſenſus proximiorum; Quia, etiamſi probaretur, quod D. Mutus proximior affinis qui erat adhibendus, in locum proximiorum conſanguineorum, vt dictum fuit in alia deciſione non erat beneuolus, erga contrahentes id tamẽ
18 erat exponendum Iudici, ad quem ſpectabat hoc cognoſcere, & examinare pro deputatione curatoris, vt tradit *Pic. ad Stat. Vrb gl. 19. num. 24 & Rot poſt eumdem dec. 6. num. 3. & dec. 11 num. 8.*

Et ita vtraque parte &c.

Reuerendiſs. Albergato Decano.

Romana Domorum.

Luna 1. Iulij 1669.

A R G V M E N T V M.

Donatio, quæ regulariter per ſuperuenientiam liberorum reuocatur; An poſſit reuocare ſi pater de illis potuit cogitare in genere, vbi præcipuè, ſi fuerint ſuſcepti ex ſecundo matrimonio.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio reuocatur. ob ſuperuenientiam liberorum.*
2 *Pater non præſumitur velle præferre extraneum propriæ ſoboli.*
3 *Pater quando cogitauit de liberis, non reuocat donationem ob eorum ſuperuenientiam.*
4 *Non poteſt præſumi quod cogitauerit quando erat in tali ſtatu vt veriſimiliter non poſſet ſperare.*
5 *Et hoc caſu ſi naſcantur reſoluitur donatio.*
6 *Valet argumentum a ſimpliciter ad ſecundùm quid.*
7 *Suſcipiens filios præter ſpem, eſt ac ſi de illis non cogitaſſet.*
8 *Matrimonium eſt indiuidua viri, & vxoris coniunctio.*
9 *Quilibet præſumitur viuere vſque ad centum annos.*
10 *Expectare mortem vxoris neque eſt ciuile neque naturale.*
11 *Mulier quinquagenaria non ſolet procreare liberos.*
12 *Nemo cenſetur habere in mente ea quæ rarè contingunt.*
13 *Incredibilia ſunt etiam incogitabilia.*
14 *Pater ſi poſſet cogitare procreare liberos præſumitur non donaſſe.*
15 *Ad eliciendam voluntatem alicuius, arguitur à priori, & poſteriori.*
16 *Per ſequentia declaratur voluntas in præcedentibus.*
17 *Fundamentum ſuæ intentionis debet concludenter probare actor.*
18 *Pluralitas matrimoniorum non præſumitur.*
19 *Liberorum ſuſceptio, debet probari, & non præſumitur.*
20 *Diſpoſitio, l. ſi vnquam, non habet locum, quando generaliter fuit cogitatum de liberis.*
21 *Pater præſumitur æqualiter diligere filios primi, & ſecundi matrimonij.*
22 *Repugnat quod quis ſit Dominus rei, quæ pro indiuiſo ad alium ſpectat.*
23 *Nemo in eadem re, ſe gerere poteſt vt Dominus, & procurator.*
24 *Pater non præiudicat filio, in re in qua ſuccedit proprio nomine.*

D E C I S I O CXIX.

DOnauit Ioannes Dominicus Andreæ fratri, de anno 1598. omnia bona præſentia, & futura, & inter cętera ſuam ratam partem domorum in Vrbe exiſtentium pacto adiecto, quod ſi aliqui filij maſculi, ex ipſo donante, aut eius filia naſcerentur, ex eo caſu ſit illis reſeruata habitatio, in eadem portione Domorum, vna cum filijs eiuſdem Donatarij, vt in facto non controuertitur.

Suſceptis poſtea liberis ex ſecunda vxore, de anno 1606. donator huiuſmodi diſpoſitionem illico reuocauit, dictaque bona, eodem titulo, tranſtulit in Ioannem, & Laurentium filios infantes, inter quos, & ſucceſſores Andreæ, orta controuerſia, ad quoſnam eiuſmodi bona ſpectarent, placuit DD. ad fauorem eorundem ſuſceptorum reſpondere, & ita perſiſtere in vltimo loco deciſis.

Abſque eo, quod viſum fuerit obſtare duplex obiectũ, Alterum fundatum in pio reſcripto Conſtantini Magni de quo *in l. ſi vnquam C. de reuoc. donat.* ſecundum, quando pater reuocat donationem ſuperuenientibus liberis, 1
cum non præſumatur extraneum, perferre velle propriæ ſoboli, Alterum fundatum in pluribus actibus factis, per 2
Andream Donatarium, ex quibus prætenditur reſultare eiuſdem donationis remiſſio, etenim primum procedere dicebatur vbi pater non cogitaſſet de liberis, ſecus verò in hoc caſu, in quo eos expreſsè commemorando, vlterius de habitatione prouidit ad *tex. in l. quis filiabus, ff. de* 3
leg. 1. & omnium primus aduertit *Bart. in l. Titio Seio, §. Imperator ſub num 8. verſic. quando quis cogitat, ff. de legat. ſecundò, & in l. 1. col. 2. verſ. tamen, vt ego reſpondeam, C. de inoff donat. Bald. conſ. 302. lib 2. Caſtrenſ. conſ. 485. cod. lib. 2. Soccin. Sen conſil. 53. col. 4 lib. 4. per Molin. de Iuſt. & Iure tom. 2. diſput. 282. & 283. Vaſquez. 94 Vmbroſ. lib. 1. capit. 5. nu. 39. Gutierez. de Iuramen. Confirm part. 1. capit. 9. Paſchal. di Viribus pat pot. part. 1. cap. 8. numer 110. & ſeq. Caſtil. contron. lib. 2. capit. 13. numer. 50.* cum cęteris adductis in ſecunda deciſ. huius cauſæ *ſub die 28. Ianuarij anni præteriti §. quia Concluſio*.

Replicabatur, & quidem acriter, ab informantibus pro parte filiorum, eiuſmodi exceptionem procedere, vbi pater feciſſet mentionem de liberis quos habere ſperaret, ſecus vbi in talibus facti circumſtantijs reperiretur, vt veriſimiliter eos ſuſcepturus non foret; tunc enim ſi ex aliquo inopinato Euentu contingant; donationem rumpi eſt *tex. D. Auguſtini in cap. vlt XII. quæſt 4.* Ibi. *Quicumque vult exhæredato filio hæredem facere Eccleſiam quærat, alterum qui ſuſcipiat non Auguſtinum, imò, Deo propitio, neminem inueniet*; Quod lauoabile factum S. Aurelij Carthaginenſis Epiſc. *Quidã enim cũ filios non haberet, nec haberi ſperaret, res ſuas omnes, retento ſibi vſufructu donauit Eccleſiæ, nati ſunt ei filij, nec opinati, reddidit Epiſcopus ea, quæ ille donauerat, ex poteſtate habebat non reddere, ſed Iure fori, non Iure Poli.* Vult ergo D. Auguſtinus per ea verba *cum filios non haberet, nec habere ſperaret*, quod quis non ſolum de ijs cogitauerit, ſed etiam 4

fuerit

fuerit in tali ſtatu, vt eos veriſimiliter habere, ac ſperare
poſſet, alioquin ſi fuerit omni ſpe deſtitutus, & ex ino-
pinato naſcantur ipſam Donationem reſoluunt, vt qua
ratione liberi ſimpliciter non cogitati rumpunt diſpo-
ſitionem donantis, eadem ratione illam reuocent liberi
in certis facti circumſtantijs deſperati, & in conſidera-
tione non habiti, valet enim argumentum à ſimpliciter
ad ſecundum quid *l. ſi pupilli, § ſi quis ita, ff. de neg. geſt.*
6 *Euerard. in ſua Topica legali loco 37 num. 1.* & in puncto
arguit *Tiraquel. in dict. l. ſi vnquam in præfatione ſub nu-
mer. 111.*

Quapropter, cum, in hoc caſu, Ioannes Dominicus,
de tempore, quo donationem fecit, reperiretur valdè ſe-
nex, & eum Vxore quinquagenaria, illa autem diem
functa, à ſecunda vxore dict. filios eduxerit, dicendum
eſt, id eueniſſe præter eiuſdem ſpem, ac intentionem, &
& conſequenter perinde eſſe, ac ſi de illis ſimpliciter non
cogitaſſet, vt ingenioſè reſpondit *Soccin. Sen. conſ. 126 per*
7 *tot. vol. 3 præcipuè à nu. 1. verſ. ſed tamen vſque ad numerũ*
8. & prius inter *conſ. Curt. Sen. de quo* ipſe meminit *conſil.*
1. num. 3. & 19. & antea docuerat *Bart. in d. l. qui filiabus,*
ff. de leg. 1. Paulus de Caſtro in alleg. l. 1. num 3. verſic vnum
tamen ſcias, C. de inoff. donat. quem adducit idem *Soccin.*
dict. conſ. 126. ſub numer. 6. verſ. & pro his facit, quod dicit
Paulus quidquid dicat *Tiraquel.* alioquin diligentiſſi-
mus relator vbi *ſupra num. 113. & Soccin. ſequuti ſunt Ri-
pa in eadem mat. l. ſi vnquam ſub num... & in conſ. 115. nu...*
lib. 3. Curt. Iun. conſ. 56. nu. 10. ante finem, Crauett. conſ. 218.
num. 5. Tiraquel. latiſſimè comprobans *in d. præfatione ex
num. 103. ad 114. Anton. Gabr. de donat. lib. 3. concl. ſecunda
num. 55. Surd. conſ. 72. num. 14. Adden. ad Theſaur. dec.
521. litt. B. Fontan. de pact. Nupt. clauſ. 5. gloſſ. 8. part. 4. n. 16.*
qui referunt caſum in iudicio deciſum in Curia Aquen.
apud *Franciſcum Stephan. deciſ. 25. Caldas de Iu-
re Emphyt. libr. 2. quæſt. 15. numer. 3. Gregor. Lopez. part. 5.
titulo 8. poſt med. & ibi Hermoſil. numer. 4. fol. 275.
tom. 1.*

Auctoritatem *Soccini* concomitantur rationes, & mo-
tiua valdè vrgentia, & primo, quia cum, Matrimonium
ſit indiuidua viri, & vxoris coniunctio, quilibet autem
8 præſumatur viuere vſque ad centum annos, non vide-
9 tur quis cogitare de alijs liberis, quam ex eo matrimonio,
neque enim credendum eſt, eum in mente habuiſſe alias
Nuptias, & aliam vxorem, quam præſentem, cuius
10 mortem expectare neque Ciuile eſt, neque naturale in-
quit *text. in l. inter ſtipulantem, §. Sacrum, ff. de verb. oblig.
Surd. d. conſ. 72. numer. 14* & benè comprobat, *Tiraquel.
in d. præfat. ſub num. 103. & ſeqq.* vbi in id expendit, *text.
in l. ſi quis, ff. de lib. & poſthum.* quo loco Iuris Conſultus
reſpondet, inualidam eſſe inſtitutionem poſthumi oriũ-
di ex muliere, quæ alij ſit Nupta, *& in l. ſi quid eorum, §.
vlt. in fin.* ibi, *quia non eſt ita de poſteriori Vxore Cogitatum,
ff. de leg. tertio.*

Secundo quia habens vxorem quinquagenariam di-
11 citur deſperatus de liberis, *l. ſi ſterilis in prin. ff. de act. empt.
& l. ſi mater vbi* dicitur mirabile ſi pariat, *C. de heredib.
inſtit.* adeò vt Henricus Imperator habens Vxorem in ea
ætate voluerit palam parere ad euitandas ſuſpiciones, vt
ibi refert *Angel.* & latè exornat *Zacch. qq. Med. lib.
1. tit. 1. quæſt. 9. numer. 56. & ſeqq.* nemo autem cenſetur
habere in mente ea, quæ nunquam, vel miraculosè, &
rarò contingunt *c. cor. Exora de off. delegati*, inopinabile
12 enim ſecundũ Naturam cogitare non poſſumus inquit
*text. in auth. ſi quis obligatus ſe perhibet habere res minorũ
§. hac, & hac*, quæ diximus, quæ autem ſunt incredibi-
lia eadem ſunt, & non cogitabilia, *l. antiqu. ff. ſi pars hæ-
reditatis petatur. & l. Mæuium, ff. de leg. ſecund.* vndè eſt
13 *text. in legibus Longobardorum ſub titulo de ſucceſſ. in hac
verba*, ibi, *Si quis re deſperauerit propter ſenectutem aut
aliquam corporis infirmitatem, quod filios non poſſit ha-
bere; & res ſuas alij thingauerit; poſteaquam contige-
rit, filios legitimos procreare, omne thinx, quod eſt do-
natio, quæ prius facta eſt rumpatur, in idem eſt text. in*
l. tale pactum, §. vltimo, ff. de pactis, de eo, qui acquire-
bat, nomine fratris, cum nullos filios haberet, nec
habere ſperaret, poſtea tamẽ prædictam ſpẽ illos genuit,
deciſum enim fuit, eos repetere omnia bona, fratris no-
mine, comparata, quia præſumi non poteſt, quod ſi pa-
ter crederet, ſe filios generaturum, eos fratri poſponere 14
vellet ex coniectura pietatis, de qua *in d. l. ſi vnquam, C.
de reuoc. donat.* & prius in *l. cum Auus, ff. de cond. &
demonſtr. & in l. generaliter, §. cum autem, Cod. de in-
ſtit. & ſubſtitut. & in l. cum Acutiſſimi, Cod. de fideicom-
miſſis*, ex quarum viſceribus lex illa deprompta
fuit.

Tertio, Denique, quia ad eliciendum alicuius mentem,
ac intentionem, arguimus à priori, & à poſteriori, vt do-
cuit *Bart. & Salicet. in l. multò intereſt, Cod. ſi quis alteri,
vel ſibi*, à priori autem quando Ioannes Dominicus fecit 15
donationem erat in talibus circumſtantijs, vt deſtitutus
foret omni ſpe liberos ſuſcipiendi; clarè ergo intelligitur,
quod, ſi, ſub iiſdem circumſtantijs eos habere ſperaſſet
ad huiuſcemodi donationem non deueniſſet; A poſte-
riori vero, quia liberis ex ſecunda vxore ſuſceptis, illico
ipſam donationem reuocauit, *dict. Summ. numer. 1* per-
ſequentia enim declaratur voluntas in præcedentibus, 16
*l. ſi ſeruus plurium, & l. qui filiabus, ff. de legat. primo,
Mantic. de tacit. & ambig. conuent. libr. 1. titulo 11. numer.*
32. & in terminis, quod ſtetur declarationi ipſius do-
nantis ad probandum, an, & quando donare voluerit
tradunt, *Curt. Iun. dict. conſil. 56 numer. 1. Gabriel. dict. lib.
3. concluſ. ſecunda, de donat. numer. 50. Cancer. variar. re-
ſolut. part. 1. capit. 8. numer. 180. Rota coram Guliel. Duno-
zet. deciſ. 50. numer. 14. in recent. deciſ. 591. num. 7. part. 3. &
deciſ. 234. num. 17. & ſeq. part. 11.*

Verumtamen hæc omnia in Iure ſubſiſtentia, ex fa-
ctu reſponderunt DD. non applicari ad præſentem hy-
potheſim, in qua nullibi probatum fuit, Ioannem Do-
minicum, de tempore Donationis, fuiſſe, vt aſſeritur
decrepitum, & vxorem habuiſſe quinquagenariam,
Imò nullibi conſtat, an tunc temporis haberet vxorem,
nec ne, minuſue quod ſecundam, vel aliam vxorem ſu-
ſceperit, quæ tamen omnia cum ſint fundamentum in-
tentionis filiorum, ac præfatæ replicationis erant con- 17
cludenter probanda, *l. 3. Cod. de probat. cap. dilect. 8. extra
eodem titulo*, maximè quia pluralitas matrimoniorũ non
præſumitur, & quanto rarior, & mirabilior eſt caſus ſu- 18
ſceptionis liberorum, & præter expectationẽ genitoris,
tanto maiori indiget probatione, *d. l. Mæuius, ff. de leg. 2.* 19
& dict. cap. coram extra de off. delegati, Ideoque aliu non
conſtito adhæſerunt DD. exceptioni ſupra firma-
tæ, quod vbi generaliter cogitatum fuit de liberis, non
habeat locum diſpoſitiu *l. ſi vnquam*, & præter alleg. *in
deciſ.* quæ reuidetur, *§. quia concluſ.* tradiderunt *Bald.* 20
Caſtrenſ. Soccin. alijque ſuperius adducti, § primo.

Et ſignanter, in hoc caſu, in quo non ſolum liberi fue-
runt expreſsè contemplati, ſed inſuper ijs relicta fuit ha-
bitatio, qua, enim, ratione filij tam primi, quam ſecũ-
di matrimonij poſſent prætendere habitationem, eadem
ratione intelliguntur excluſi, ac in mente donatoris con-
cepti, quo poſito, non eſt aſſignabilis diſparitas, cur quis
potius excludere voluerit filios prioris, & non poſterioris
matrimonij, cum præciſis facti circumſtantijs par ſit om-
nium liberorum ratio, par amor, affectio, atque ſucceſ- 21
ſio inquit in his terminis, *Tiraquel. vbi ſupra numer.
109.*

Secundum verò, obiectum reſpiciens tacitam eiuſ-
dem donatarij remiſſionem ex pluribus actibus deduce-
batur poſt natiuitatem eorundem filiorum emanatis, &
primo ſub die 29. *Nouembris* 1605. Idem Andræas
donatarius acceptauit mandatum ſibi factum à Ioan-
ne Dominico ad diuidendum bona inter eos com-
munia *Summar. numer.* 3. Item de anno 1606. 10.
Iunij. occaſione renunciationis per Catharinam alterius
fratris filiam cum Iuramento aperuit, domos, & bona, de
quibus agitur eſſe inter ſe, & Ioannem Dominicum, pro

O 3 indi-

indiuiſo poſſeſſa, eodem *Summ.num.*2. Inſuper ſub die
18. *Auguſti*, eiuſdem anni deuenit ad diuiſionem cũ Ho-
ratio alterius fratris filio; cum expreſſione pariter, quod
bona communiter poſſidebantur cum Io: Dominico, &
quod, vbi bona prius erant diuidenda, in quatuor partes
tunc, ſtante portione habita per Catherinam, erant in
tres ſolummodò partienda, prout de facto fuerunt diuiſa,
vt in inſtrumẽto, vt folio diuiſionis in eodemmet *Summ.
nu.* 2. ad finem, vlterius ſub die 18. *Decembris* 1615. tran-
ſegit cum d. Catherina med. Iuramẽto, ac cũ eadẽ expreſ-
ſione Iurata Bonorum communium inter ſe, & filios ip-
ſos Ioannis Dominici, tunc defuncti, agendo pro iis, pro-
curatorio nomine. & tamquam adminiſtrator bonorum
controuerſorum, pro quibus etiam obligauit eorundem
filios pro quodam reſiduo debito eidem Catherinæ dict.
*Summ. num.*4. Rurſus de anno 1617. 28. *Aprilis*, ſuſcepit
procuram eorundem filiorum ad effectum aſſignandi
in patrimonium, Auguſtino eius filio, medietatem illo
rum. portionis paternæ, & ad ipſos, vt ibi præfertur per-
tinen. *vt num.*50, vt tandem, ſub die 5. *Maij* 1610. de
facto deuenit ad ipſam aſſignationem in titolum patri-
monij cum declaratione quod d. medietas prius ſpectabat
ad Ioannem Dominicum, vtpote illi in diuiſione obuen-
ta, & conſignata, *vt num.*6,

Huiuſmodi autem actus non ſe compatiuntur cum re
tenta donatione, implicat enim, ac omninò repugnat,
quod quis vti donatarius ſit rei cuiuſpiam Dominus, &
22 quod illam aſſerat pro indiuiſo ad alium ſpectare, &
magis quod eam cum alio diuidat, *l magis puto* §. *fin. ff.
de reb. eorum* & in puncto arguit *Bald. in l. ſi probatum n.*
1. *verſic oportet ergo, C. com. diuidendo, Surd conſ* 260. *num.*
2. *&* 3. *Rot. in recent. deciſ.* 30 *numer.* 50. *part* 9. *& dec.* 269.
*num.*2. vbi cæteri alleg antur *part.* 10. quemadmodum
etiam implicat, quemquam ſe gerere ſimul, & ſemel vti
Dominum, & procuratorem cum primo caſu ad ſe, in
ſecundo, rem ad alium ſpectare fateatur intantum, vt
tunc præſumatur, illam retinere procuratorio nomine,
23 *Bart. in l.* 2. *num.* 3. *C. de acquir poſſ. Soccin. Sen. conſ.* 15. *num.*
15 *lib* 4. *Menoch de præſumpt. lib* 6. *præſ* 67. *num.* 1. *& per
tot.* & cenſuit *Rota in recent. deciſ* 376. *num.* 3. *verſ ita vt
facilius part.* 1 *& d. deciſ.* 269. *nu* 3. *par.* 10, & ſine difficul-
tate, in hoc caſu, ſtante expreſſa declaratione, de qua, in
eodem teſtamento procuræ facto per filios, & per eundẽ
Andream ſuſcepto, quod dd. bona ad eoſdem conſti-
tuentes ſpectabant d. *Summ. num.*5,

Nihilominùs etiam huic obiecto reſponderunt DD.
ex facto animaduertẽdo quod in dicta donatione nõ fuit
contemplata ſimpliciter perſona Andreæ fratris, ſed il-
lius primi filij, qui ad ſacerdotiũ aſcenderet, Ibi. *Dictam-
que donationem fecit, & facit d. Ioannes Dominicus dicto ſuo
fratri conditione & pacto, quod caſu quo aliquis filius dict.
Andreæ donatarij fieret Sacerdos, d. filius Sacerdos poſſit cõ-
ſequi dictam ſuam ratam partem bonor. ſuorum, ſi vero nul-
lus extiterit Sacerdos, poſſit dictus eius frater de dd. ſuis bo-
nis diſponere* vt in præſenti *Summ. nu* 3. Vndè, cum Au-
guſtinus eiuſdem Andreæ filius. ad Sacerdotium aſcen-
derit, pater illi in donatione compræhenſo præiudicium
24 ex dd. actibus generare non potuit *Graſian. diſcept.* 924.
num. 31. *& diſcept.* 984. *num.* 24. *Rot. in rec deciſ.* 203. *num.*
2 *par* 8 *dec* 98. *num.* 9 *part.* 10 & latè fuit dictum *in Rom.
deuolutionis* 3 *Iunij* 1658. *&* 24. *Ianuarij* 1659 *coram Re-
uerendiſs. D. meo Decano*, & cęteris adductis *in Romana
Apothecarum* 15. *Februarij* 1666. § *primo, & ſeqq. coram
Me*.

Agitur autem in præſenti de bonis ipſius Auguſtini,
non autem Andreæ, cuius hæreditatem filius non adiuit,
imò expreſsè repudiauit, vt in Summ. Add. eorumdem-
met filiorum *num.*4.

Et ita vtraque &c.

Reuerendiſs. Meltio Epiſcopo Papien.

Romana Succeſſionis,

Lunæ 12. *Ianuarij* 1660,

ARGVMENTVM.

Renunciatio ampliſſima, bonorum patris, matris,
& fratrum, compræhendit ius debitum renun-
cianti, vigore l. fœminæ, ſi renunciatio ſit facta,
in actu receptionis dotis, in conſiderabili quan-
titate, reſpectu conditionis dotatæ.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians non immittitur ſuper bonis renunciatis.*
2 *Renuncianti non datur regreſſus ad bona renunciata.*
3 *Renunciatio non extenditur ad ius competens vigore l.
fœmina.*
4 *Contra quando renunciatio comprahendit bona pater-
na, materna & fraterna.*
5 *Dictio*, quomodolibet, *comprahendit bona præſentia,
& futura.*
6 *Maxime ſi renunciatio fiat, recepta dote, in quantitate
conſiderabili reſpectu conditionis.*
7 *Dictio* non aliàs, *eſt conditionalis, & remouet conſen-
ſum ab actu.*
8 *Quotieſcumque aliter ſuccedit, quam ſit diſpoſitum.*
9 *Et inducit præciſam formam.*
10 *Exceptio requirens altiorem indaginem, diſcutitur in
iudicio ordinario.*
11 *Renuntiatio dubia, excludit renunciantem in via exe-
cutiua.*
12 *Exceptiones turbidæ, non admittuntur in iudicijs ſum-
marys.*
13 *Reſcriptum non attenditur, non ſeruata eius forma.*

DECISIO CXX.

SEntentiam Rotalem, emanatam cor R P. D. Alberga-
to, ad fauorem Antonij Pellegri. vti validam, ac iu-
ſtam confirmandam eſſe Domini reſponderunt.

Validitas, enim, illius non reuocatur in dubium, cum
reſultet ex reuolutione proceſſus, in quo concurrunt
omnia requiſita, *Capuaquen. dec.* 260. *par.* 2.

Iuſtitia, verò. clariſſimè deducitur, ex eo quod D. Ve-
ronica acceptauerat dotem, quam ſibi aſſignauerat An-
tonius eius pater, In ſumma ſcut. 300. pro omni, & toto
eo, quod ipſa quomodolibet prætendere poſſet, in bonis
paternis, maternis, & fraternis, cum ampliſſima quietan-
tia, & renonciatione debitis ſolemnitatibus, munita ne-
quaquam prætendere poteſt immiſſionem, ſuper bonis
renunciatis, vt firmauit *Rot. in Aſculana hæreditatis* 7. *Iu-* 1
nij 1649. *cor. Reuerendiſs. Tarraconen.* § *contraria vero*, &
præter alias auctoritates allegatas in *dec edita cor. R.P.D.
Albergato* 27. *Maij* 1658. fuit reſponſum *in Rom. fideic.*
3. *Decembris* 1655. *in princ. &* 29. *Maij* 1657. *cor. Eminen-
tiſs. Cerro.* Nam renuncianti non datur amplius regreſ-
ſus ad bona renunciata, *l. quæritur*, § *ſi venditor, ff de ad-* 2
lit edict. Rot. dec 125. *num.* 4 *pars.* 5. *rec in Beneuentan. do-
tis* 18. *Iunij* 1657. *cor. Eminent. Celſo in princ. verſ. nam re-
nuncians, & in Reatina Caſtrorum* 9. *Iunij præteriti coram
R.P.D. Priolo*.

Non vrget, quod renonciatio prædicta, quamuis am-
pla, non excludat renunciantem, à lucro ſibi delato, ex
diſpoſitione *text. in l. fœmina, C. de ſecund. nupt.* ob tran-
ſitum parentis ad ſecond. vota, cum illa, in caſu propoſi- 3
to, æqualiter reſpiciat, tam bona paterna, quam mater-
na, & fraterna, cenſetur etiam huiuſmodi lucrum, ſiue
conſideretur, reſpectu bonorum maternorum, ſiue fra-
ternorum, indiſtinctè compræhendere, ex deductis in

Aſcu-

Digitized by Google

Aſculana hæreditatis 7. Iunij 1649. cor. Reuerendiſs. Tarraconen. §. minus obſtat, ponderando præſertim ea verba *quomodolibet prætendere poſſit*, quæ vti reſpicientia tempus præteritum, & futurum includunt, nedum ſucceſſiones delatas de tempore, prædictæ renunciationis;
5 verum etiam alias, in poſterum, deferendas, *Surd. conſ. 267 num. 24. in fin. & ſeqq. Rot. cor. Buratt. dec. 226. num. 7. & ſeqq* cum alijs alleg. *in d. dec. R.P.D. Albergati, §. quia reſponſum fuit*.

Et magis, hęc veritas comprobari viſa fuit, ex eo, quod d. renunciatio fuit facta à filia, in contemplationem dotis ſcut. 3000 ſibi à patre conſtitutæ, quæ valdè erat conſiderabilis, tam in ordine ad quantitatem patrimonij, quam in ordine ad qualitatem perſonæ, dum agebatur, dę Sutore, qui vtique non conſtituiſſet tam ingentem dotem, niſi renunciatio filiæ compræhenderet prædicta bona, paterna, materna, & fraterna, etiam ex diſpoſitione
6 *d. l. fœminæ*, tanquam pręuentiua ſolutio, & ſatisfactio, de eo quod Veronica, quocumque tempore, & modo, habere potuiſſet, *Craueti conſ. 84. num. 4. & ſeqq* cum alijs allegatis *in d. Aſculana hæreditatis cor. Reuerendiſs. Tarraconen.* prout clarè videtur etiam voluiſſe demonſtrare, per expreſſionem illius clauſulæ, *& non aliat*, quæ eſt condi-
7 tionalis, & remouet conſenſum ab actu, quotieſcumque aliter ſequeretur, quod ſupra diſpoſitum eſt, ſecundum
8 *Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 2. num. 100. & ſeqq. Rot. dec. 619. num. 2. par. 5. rec.* Imò inducit præciſam formam omninò obſeruandam, poſt illius acceptationem, & reſpondit
9 *Rot. in Melentana nullitatis profeſſionis 27 Ianuarij 1659. cor. Me, §. vlterius verſ. ex ea namque forma.*

Neque releuat, quod facultas parentum, & fratrum, longè excedat dd. ſcut. 3000. ac proindè dos præd. prætendi nequeat exceſſiua, nam cum talis inſpectio, reſpiciat exceptionem, & ſic maiorem requirat indaginem, veniet diſcutienda, via ordinaria, in particulari iudicio,
10 vigore *l. 2. C. de reſcind. vend.* Non autem poteſt admitti, in præſenti iudicio immiſſionis à qua Veronica rectè excluſa remanet, mediante eius renunciatione, vt in ſpecie
11 tradit *Donad. de renunciatione cap. 32. num. 252. & num. 266. cum ſeqq* exceptiones, enim, turbidæ, & indigentes, maiori inſpectione non admittuntur, in iudicijs ſumma-
12 rijs, & executiuis, vt dixit *Rot. deciſ. 587. num. 5. par. 3. rec. in Beneuentana cenſus ſeu pecuniaria 29. May 1656. coram Reuerendiſs Cerro §. non obſtat exceptio*, cum ſimilibus

Præterea, nec refert, quod pro parte Veronicæ, fuerint exhibitæ in actis, quædam poſitiones, per Rot. admiſſæ, cum ordinę, quod Antonius eis reſpondere teneretur. Præterquam enim reſcriptum ab Ipſa Rota factum *die 7. Iuly præteriti*, non continet ſimpliciter ordinem prædictum, ſed fuit conceptum ſub his præciſis verbis: *Producantur poſitiones medio iuramento & cum mandato ſpeciali & poſtea reſpondendum videtur*: Vndè, cum hucuſ-
13 que non fuerit productum inſtrumentum mandati ſpecialis, iuxtà formam d. reſcripti nequaquam cogi poteſt Antonius ad reſpondendum dd. poſitionibus. Ceſſat nihilominus omnis hæſitatio, quia dd. poſitiones relatæ in calce memorialis ipſius Veronicæ, non concernunt, in ſubſtantia, niſi prætenſionem læſionis, & ideò fruſtrà hodiè petitur in præſenti iudicio ſummario illarum reſponſio, dum huiuſmodi exceptio mediante d. renunciatione omninò remouetur, vt ſuprà dictum eſt.

Et ità vnica tantum &c.

Reuerendiſs. D. Ninot Epiſcopo Gerunden.

Lunen. Sarzanen. Beneficiorum.

Lunæ 22. May 1662.

A R G V M E N T V M.

Donatio omnium iurium, quorum nomine venit Iuſpatronatus, non requirit conſenſum ordinarij, etiam ſi dę dicto Iurepat. fieret expreſſa mentio; Patronus poteſt facere Iuſpatronatus, de hæreditario gentilitium: ſed non è contra, de gentilitio hæreditarium.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia. in omnibus iuſtificata, venit exequenda.*
2 *Donatio, ad fauorem plurium deſcendentium, operatur, vt quiſque veniat ex propria perſona abſque facto donatarij.*
3 *Qui non eſt hæres. poteſt venire ad Iuſpatronatum gentilitium, ex propria perſona.*
4 *Diſpoſitio, pro hæredibus quibuſcumque, extenditur ad extraneos.*
5 *Vocatis, ex propria perſona, non infertur præiudicium à grauato.*
6 *Correctio, & repugnantia, in contractu eſt euitanda.*
7 *Inſtrumentum, & Capitula inſtrumenti ad concordiam reduci debent.*
8 *Iuſpatronatus, venit, ſub nomine quorumcumque iurium*
9 *Iuſpatronatus transfertur cum vniuerſitate bonorum, ſine conſenſu ordinarij.*
10 *Expreſſio ſpecifica, quando dicatur habita, ità vt, per eam requiratur d. conſenſus.*
11 *Expreſſio ſpecierum contentarum ſub genere cenſetur facta ob maiorem declarationem.*
12 *Dictio tam, & quam, in numeratione ſpecierum, poſt generis ſtant declaratiuè.*
13 *Expreſſio ſpeciei non operatur, quin ea veniat ſub genere.*
14 *Iuſpatronatus poteſt donari compatrono, ſinè conſenſu ordinarij.*
15 *Iuſpatronatus de hæreditario fieri poteſt gentilitium, ſed de gentilitio non fit hæreditarium.*
16 *Quod eſt inductum in fauorem alicuius, renunciari poteſt.*
17 *Iuſpatronatus tranſit etiam ad fœminas.*

D E C I S I O CXXI.

SEntentiam, ex qua denegata fuit executio Gratiæ Apoſtolicæ, de controuerſis Beneficijs, à Promontorio obtentis, iterum DD. perſiſtendo indeciſis, cor. Me *die 7. Decembris* proximi, ex capite iniuſtitiæ infirmandam eſſe, hodie cenſuerunt; quia cum ex ſententia Ordinarij conſtet, Iuſpatr. laicale cor. eo fuiſſe probatum, omniaque alia contenta in d. gratia appareant iuſtificata, vtique illa, de Iure, venit exequenda, *c. ſi capitulo ib. que gl. verb. exequatur de Præb. in 6. Rot. dec. 92 num. 11. quæſt. 6. a rec.* 1

Non obſtat, denuò, repetitum obiectum, quod D. Promontorius non doceat, ſe fuiſſe præſentatum à maiori parte Patronorum, iuxtà conditionem à Pontifice, in literis eius prouiſionis appoſitam, ſi demantur medietas vocum Io: Antonij, Barnabæ, & Hieronymi fratrum de Greffis, quas poſt mortem Mariæ illorum neptis, & donatariæ, integrè tranſijſſe prætenditur, ad Claram Ipſius filiam, & vniuerſalem hæredem, quæ præſentauit Contardum, non autem pro medietate ſpectare ad Annam alteram eiuſdem Mariæ filiam, quæ præſentauit

ipſum

Ipſum Promontorium; Siquidem, cum dd.fratres, con-
templatione certi, & determinati Matrimonij donaue-
rint d. Mariæ, eiuſque filijs naſcituris, & in eorum defe-
ctum filiabus fæminis, filij etiamſi fuerint principaliter
contemplati, adeò vt tot cenſeantur factæ donationes,
quot ſunt perſonæ, vocatæ, & quælibet earum recipiat,
2 ex prouidentia donantium, non autem à prædicta do-
nataria; Ideoque Anna ſucceſsit æqualiter cum ſorore,
in Iurepatr. alijſque bonis donatis,quamuis à matre,quæ
ſine maſculis deceſsit, non fuerit principaliter inſtituta
3 ex *Rot.cor. Merl dec.404.num.17. in Rom. Apothecar.17.
Maij 1656 cor.Celſo in Rom. Donationis 3. Iunij 1658. cor.
Reuerendiſs. Decano:*

Nec refert,quòd, in Inſtrumento Donationis, legatur
adiecta ſtipulatio Notarij, pro hæredibus, & ſucceſſori-
bus,quibuſcumque, quæ reddit diſpoſitionem mere hæ-
4 reditariam,etenim,dum donatio fuit facta, pro conſerua-
tione agnationis, & deficientibus filijs maſculis Mariæ,
fuerunt vocatæ filiæ fæminæ, & ſucceſsiuè illarum filij,
& deſcendentes maſculi, in perpetuum, cum onere aſſu-
mendi nomen,& Inſignia familiæ de Graffis, & cum de-
claratione,quod,in caſum delicti,pro quo intraret confiſ-
catio,delinquens cenſeretur priuatus, & alij proximiores
ſuccederent,in Iurepatr. & bonis in donatione contentis,
& caſu,quo,d.Maria deſcendentes non haberet, donantes
voluerint,quod illa eligeret filium adoptiuum,qui ſucce-
deret in d. Iurepatr. manifeſtè colligitur fuiſse conſti-
tutum ſucceſsiuum fideicommiſsum, fauore prædicto-
rum deſcendentium, eoſque vocatos fuiſse ex propria
5 perſona, ita vt, in ipſorum præiudicium, d. Mulier non
poſset,vllo modo diſponere; Vndè ſequitur,quod d clau-
ſula cenſeri debeat appoſita,ex imperitia Notarij,vel ſal-
tem ſit reſtringenda ad caſum, quo omnes vocati defice-
rent,ne ità manifeſtè voluntati donantium repugnet, &
in continenti correctio inducatur, ex Rota *in Florentina
6 Donationis ſeu Separationis Bonor. 2. Septembris 1650.§.
neque ad hoc,cor. Peutinger.* & in alij relatis *in deciſ huius
cauſæ 3.Decembris 1615.§.nec obſtat cor. Reuerendiſs. De-
cano.*

Eoque facilius, hæc interpretatio videtur admittenda,
quia tollit contrarietatem inter Apocam, ſeu Capitula
donationis, in quibus fuerunt ſimpliciter vocati filij, &
deſcendentes Mariæ; & inter Inſtrumentum, ſuper his
Capitulis, poſtea confectum, omnis, enim, eſt capiendus
7 intellectus, vt concordia inter Inſtrumenta, & Capitula
reſultet, *Crauett conſ.70. num.5. Rot.dec.250. nu.15.par.
6.rec.*

Minus d. donatio prætendi poteſt inualida, ob defe-
ctum conſenſus Ordinarij, ſumus, enim, in Donatione
vniuerſali, vt demonſtrant illa verba omnia, & ſingula
ipſarum bona omnia,nomina,& actiones,& quandò Iuſ-
patr.ex tali donatione quorumcumque bonorum, & Iu-
8 rium,ſub qua illud contineri aſserunt, *Lotter.de re benef.
lib.2.quæſt.9 nu.50. Viuian.de Iurepat.lib.4.c.4.num.16.&
ſeqq.Tambur de Iur. Abb.diſp.9. quæſt.23. num.7.tom.3.
Barboſ.de pot Ep par.3.alleg.71 num.20.Rot.cor Put deciſ.
341 num.1 lib.2.cor.Seraph dec.725 per tot. dec.27.nu.16.
par.6.deciſ.273.num.24.& ſeqq.par.7. rec.* transfertur ad
primum donatarium, & poſtea ad alios ſucceſſiuè; Nec
eſt neceſsarius d. conſenſus, quia non dicitur confecta
particularis,& ſpecifica diſpoſitio Iuriſp.quam Patronus
ſine d. conſenſu facere nequit, ſed illud tacitè transfer-
tur,cum vniuerſalitate bonorum, de qua donans habe-
9 bat facultatem liberè diſponendi, vt aduertit *Lambert.
de Iurep.lib.1.quæſt.2.par.1.art.2.nu.1.& ſeqq.Rot.dec.121.
nu 5 poſt Viuian de Iurep.dec.207.nu. 15.& ſeqq.par.6.&
dec.206. num. 27.par.6.rec.*

Non obſtat, quòd,in ſpecie Iuſpatr. fuerit expreſſum,
etenim non fuit facta donatio rei vniuerſalis,& Iuriſpatr.
quo caſu, cum illud principaliter exprimatur, cenſetur
fuiſſe conſideratum,de per ſe,& diſtinctũ, ab vniuerſali-
10 tate, ſed tantùm poſt dd. verba, *omnia bona, Iura &
actiones*,fuerunt addita illa alia verba, *perſonales,vtiles,&
directas, hypothecarias, & expreſſas & etiam Iuſpat.* qua-
lis expreſſio ſpecierum, quæ, ſub generalitate verborum
tacitè fuerunt incluſæ, nihil noui inducit, ſed præſumi-
tur, appoſita, gratia maioris declarationis, iuxtà *theor.* 11
*Bart. in l. quæſitum §. fin. num.3 ff.de fid.Inſtr.Cephal.conſ.
372.num.14. 15.Gratian.cap.922. num.3.Rot.deciſ.106.
num. 18.& ſeqq & deciſ. 367. num 4.par.9. rec.& in* his
terminis *deciſ.173. num.32.& ſeqq par.7. rec.*

Quæ veritas optimè comprobatur ex alia parte In-
ſtrumenti, vbi donantes, qui d. Donationem, cuius effe-
ctum contulerunt, poſt eorum mortem, adeò vniuerſa-
lem eſſe reputarunt, vt eam pluries ſuam appellauerint
hæreditatem, caſu quo d. mater nullos filios haberet, re-
ſoluerunt illam poſſe nominare vnum hæredem, *di tutta
l'heredità tanto ne beni, quanto nel Iuſpatr.* Vlterius,ſic no-
minatũ, ſi non deferret nomen, & inſignia eorum fami-
liæ, priuarunt, *di detta heredità tanto patrimoniale quan-
to di Iuſpatr.* quæ dictiones, *tam,& quam* poſitæ poſt ver- 12
bum, *heredità*, operantur, vt expreſſio ſpecierum cen-
ſeatur adiecta declaratiuè *Barb. de dict. cap. 400. num. 7.
Rot.d dec.106.num.20.21.par.9. rec.* & conſequenter, ex
hoc modo procedendi,benè arguitur,quod dicti donan-
tes, licet agnouerint ſub vniuerſali diſpoſitione, tacitè
venire etiam Iuſpat. tamen illud ſemper voluerunt ex-
primere,ad magis declarandum,non autem ad effectum,
de illo principaliter diſponendi, Vndè hæc expreſſa eius
mentio, non impedit, quo minùs ipſum acceſſoriè tran-
ſeat ad eorũ bona,& Iurium vniuerſitatem *Dec. conſ.27.* 13
num.3.& alij, quos cumulat *add.ad Rot. dec.48. num.15.
& ſeqq.par.9.rec.Rot.dec.399. num.5.par 2. d. deciſ. 173.
num.29.& ſeqq.par.7.rec.*

Preterea fuit donatum compatronæ,cuius fauore ſub-
ſtinetur etiam expreſſa donatio Iuriſpat. ſine prædicto
conſenſu, *Peregr.conſ.87.nu.56.lib.3.Grat.c.577.num.37.
Barboſ.de pot. Epiſc.par.3.alleg.71. num.28. Rot. dec. 206.* 14
*num. 28.par. 7. rec. cor. Eminentiſs. Otthob. dec. 230.
num.12.*

Nec vrget, quod ex vocatione deſcendentium naſci-
turorum d. Donatariæ,poſt eius mortem, reſultet muta-
tio Iuriſpat.de hæreditario,in gentilitium, quod dd. Pa-
troni non potuerunt facere.Siquidem Iuſpat. gentilitiũ,
in præiudicium illorum de familia,ſuccedentium,ex pro-
pria perſona,redigi nequit ad hæreditarium,& è contra- 15
rio, Iuſpat. hæreditarium benè mutari poteſt in gentili-
tium; Nam,quod tranſeat ad hæredes,eſt inductum, fa-
uore Domini,qui poteſt illi renunciare,vt diſtinguendo,
probat *Sanchez. caſ moral.c.3. dub 91.num.1.lib.2 Grat.* 16
*cap.577.num.41.& ſeqq Viuian.de Iurep. lib.14. cap.2. nu.
24.27.Rot.deciſ.430.num.11.& ſeqq.par.9. rec.* & in alijs
allatis per *Add. ad Rot. deciſ.46. num.24. & ſeqq. eadem
par.9.*& quod Patronus non diſponit,quod nudum Iuſp.
tranſeat ſolum ad deſcendentes, vel illos de familia, ſed
quod ad eos transferatur,vna cum omnibus ſuis bonis,&
hæreditate,vt in hoc caſu,id poteſt iniungere, etiam ſine
conſenſu ordinarij.

Denique conſiderabant DD. quod ſi d.donatio, vel
ex cauſa particularis diſpoſitionis d. Iuriſpat. vel ex ca-
pite mutationis, eius qualitas eſſet nulla (cuius contra-
rium ex prædictis apparet) nec Claræ ſuffragaretur,
*Rot.dec.337.nu.4.par.2.dec.258.nu.5.par.9.rec.in Auer-
ſana Iuriſp.14.Martij 1653.§.demum cor.Eminentiſs.Se-
nogallien.*propterea,his filijs ab inteſtato defunctis, in illo
ſucceſſiſſent d. Maria, & Catharina ipſorum neptes, in 17
gradu proximiores,cum Iuſpatr. tranſeat etiam ad fęmi-
nas hæredes, *Dec.conſ.127 num.3. circa fin.* & ſic Anna,
quæ eſt hęres Catharinæ,& pręſentauit Promontorium
adhuc haberet, ex hoc titulo hæreditario, medietatem
ſupradictarum vocum.

Et ità vtraque &c.

Reue-

Reuerendiſs. D. Ninot Epiſcopo Gerunden,

Lunen.Sarzanen.Beneficiorum,

Lunæ 12. *Febr;* 1663.

A R G V M E N T V M.

Latiſſimè, & magiſtraliter firmatur, quòd quandò donatur, titulo vniuerſali, vel ſit, de hæreditario, gentilitium, Iuſpatronatus, non requiritur conſenſus Epiſcopi; & huius occaſione, diſcutitur quandò Iuſpat. veniat, ſub vniuerſitate bonorum, & hæreditatis, & quomodò tranſeat in ſubſtitutum.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio Iuriſpat. nulla non abdicat ius à donatore.*
2 *Et tunc reducitur ad terminos ſolitos ſucceſſionis.*
3 *Iuſpat. tranſit ad hæredes ab inteſtato.*
4 *Præponderans in vocibus inſtituitur in beneficio.*
5 *Donatio Iuriſpatronatus cum cauſa, ceſſante cauſa, vel tota vel in nihilo corruit.*
6 *Mutatio Iuriſpatronatus, requirit conſenſum Epiſcopi.*
7 *Donatio cum verbis ampliſſimis, extenditur ad quæcumque iura.*
8 *Iuſpatronatus venit in generali donatione.*
9 *Iuſpatronatus dicitur ius honorificum familiarum.*
10 *Reſeruatio aliquorum iurium, inducit renunciationem aliorum.*
11 *Iuſpatronatus venit nomine hæreditatis & cum ea tranſit.*
12 *Vendita hæreditate, dicitur cum ea venditum Iuſpat.*
13 *Quod veniat ſub vniuerſitate bonorum, attenduntur coniectura.*
14 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, fit gratia maioris declarationis.*
15 *Dictio,* Et, *eſt ampliatiua.*
16 *Dictio* tam, & quam *vnum ab altero contra diſtinguit.*
17 *Dictio,* Et, *non ſtat ſemper ampliatiuè.*
18 *Appoſita, inter genus, & ſpeciem, declarationem importat.*
19 *Ampliatio inutilis vitiatur ſed non vitiat.*
20 *Dictio* tam & quam, *ſtat declaratiuè.*
21 *Contradiſtinguit ſolum ſpecies expreſſas.*
22 *Generalitas verborum reſoluitur in ſuas ſingularitates.*
23 *Iuſpatronatus non venit in generali donatione quando non eſt in donatione aliquid ſuper quo inhæreat.*
24 *Contrarium ex opinione Rotæ.*
25 *Donatio Iuriſpatronatus in generali donatione, non requirit conſenſum Epiſcopi.*
26 *Iuſpatronatus gentilitium, non poteſt fieri hæreditarium.*
27 *Sed hæreditarium fieri poteſt gentilitium.*
28 *Etiam ſinè conſenſu Epiſcopi.*
29 *Epiſcopus non poteſt mutare fundationem beneficiorum.*
30 *Mutatio Iuriſpatronatus de hæreditario in gentilitium, non dicitur contra fundationem.*
31 *Patronus in hæreditario Iurepatronatu, poteſt hæredibus præiudicare.*
32 *Donando.*
33 *Permutando.*
34 *Vendendo cum vniuerſitate.*
35 *Legando.*
36 *Renunciando, & extinguendo.*
37 *Qui poteſt totum adimere, poteſt qualitatem, & partem adimere.*
38 *Iuſpatronatus hæreditarium, mutatur à patrono.*
39 *Iuſpatronatus cum vniuerſitate bonorum, tranſit ad fideicommiſſarium.*
40 *Iuſpatronatus transfertur cum vniuerſitate, ſine conſenſu ordinarij.*
41 *Iurepatronatus de hæreditario facto gentilitio, magis ſatisfit voluntati fundatoris.*
41 *Vbi eſt eadem ratio, eſt eadem diſpoſitio. & num. 47.*
43 *Patronus non mutat fundationem, de conſenſu Epiſcopi.*
44 *Deciſiones Rotæ, non allegantur, quando dicunt aliquid per modum motiuandi.*
45 *In particulari tranſlatione Iuriſpatronatus, requiritur conſenſus Epiſcopi.*
46 *Sed non requiritur quando Iuſpatronatus ſit de hæreditario gentilitium.*
48 *In claris non eſt laborandum.*

D E C I S I O CXXII.

Dilemma ſub die 22. *Maij* præteriti cor. Me excitatum, iterùm DD. amplectendo, perſtiterunt in deciſis; Aut, enim, trium fratrum de Griffis donatio, reſpectu Iuriſpat. eſt valida, & tunc poſt obitum Mariæ primæ donatariæ, illorum voces, in partes æquales, delatæ ſunt ad Annam, & Claram D. Mariæ filias, ex proprijs perſonis vocatas, vt latiùs cor. Me, tam ſub *die 22 Maij ſupradicta*, quam ſub antecedenti 5. *Decembris* 1661. comprobatum fuit.

Aut, verò, eſt nulla, & tunc, cum non ſit abdicatum
Ius à donantibus *Rot dec.* 258. *num.* 5. *par.* 9. *rec.* ſed caſus 1
ad terminos ſucceſſionis redactus, vt cum hoc dilemma,
arguendo, tradit in puncto, *Dec. conſ.* 127. *num.* 3. *ad fin.* 2
eædem vires pariter ad eaſdem, in viriles, hæreditario Iure, recurrerunt ad Annam, ſcilicet, ex perſona Catharinæ, ad Claram, verò ex perſona Mariæ, quæ donantium 3
inteſtatæ hæredes extiterunt.

Cumque Contardus non habeat, niſi præſentationem Claræ, & Promontorius, vltrà illam Annæ, habeat quoque ex præſentatione Franciſci hæredis, integram vocem Nicolai, ſequitur, quod quocumq; res verſatur, ſemper Promontorij præſentatio præponderat in voce, & 4
proptereà eidem ſit debita inſtitutio vulg. Iur.

Nec illam ſcindi poſſe putarunt DD. vt ſubſtineatur ad fauorem Mariæ compatronæ, ſecus autem eius filiorum: Quia, cum donantes ſe motos aſſerant ex cauſa finali perpetuandi, in illius deſcendentia, tam maſculina, quam fœminina agnationem, ſub onere aſſumendi nomen, & inſignia familiæ de Griffis, & non alias, aliter, nec alio modo &c. ratione indiuiduitatis, & ex vi cauſæ finalis, aut ſubſiſtentis, aut deficientis debet, vel quoad om-
nes valere, vel quoad omnes corruere, *l. 1. C. de donat. quæ* 5
ſub mod. Rot. dec. 612. *num.* 2. *par.* 3 *& dec.* 203. *num.* 1. *& ſeqq. & num.* 23 *par.* 6. *rec & dec.* 11 *nu.* 2 *par.* 9 *rec.*

Sed verè donatio ſubſiſtit, nec refragari viſus, non interuentus, conſenſus Ordinarij, qui ex duplici capite neceſſarius contendebatur; Tum quia donationem particulariter, & nominatim factam eſſe prætendebatur; Tũ, quia, cum certum perſonarum genus comprehenderet, altercabatur eius natura, & de hæreditario transfunde-
batur in gentilitium, quod cum contrà fundatoris men- 6
tem vergere præſupponeretur, ex hinc inferebant opus fuiſſe auctoritate ſaltem Epiſcopi.

Primum, enim, de particularitate donationis remouebatur, ex facto, in quo liquidè conſtabat, illam fuiſſe vniuerſaliter, & ampliſſimè factam, non ſolum, de omnibus, & quibuſcumque bonis mobilibus, & ſtabilibus, tam in Ciuitate Sarzanæ, quam vbique exiſtentibus; ſed etiam, de quibuſcumque nominibus, actionibus, & iuribus, competentibus, & competituris, nullo penitùs, apud donantes reſeruato &c. ob quam verborum prægnantiam, non ſolum, non poterat donatio reſtrictionem capere ad iura
bonis annexa, & ſimilitudinaria, vt in ſpecie conſiderat 7
Rot. deciſ. 207. *num.* 12. 13. *par.* 6. *rec.* ſed etiam, ex ſui generalitate, & ipſorum Iurium Patronatuum, certè, & indubitatè comprehenſiua *Mart. de clauſ. par.* 2. *clauſ.* 14. *num.* 1.

Digitized by Google

num.1.2.Tambur.de Iur.abbatiſſ.tom.3.diſp.9.q.23.n.6.7. Barboſ.de Iur.Eccl.lib.3.cap.12.num.244.& de offic & pot. Epiſc.part.3.alleg.71.nu.21.23.Gauant in Manual.verſic. Iurispat.num.21. Olea de ceſſ.Iur.tit.3. q.8.num.26.Gnrb. dec,84.num.23.Rot.dec.207.n.12.part.6.& dec 173.n.29. & ſeqq.part.7.rec.& in Capuana Abbatia 5.Maij 1659. §.quod autem coram R.P.D Priolo.

Et vlterius ad conuincendum eamdem vniuerſitatem vna cum verbis ſimul concurrunt, ferè omnes coniecturæ, quæ ad hunc effectum contemplari conſueuerunt.

Primo enim donantes, per prohibitã alienationem, & iniunctom onus aſſumendi cognomen,& inſignia ſe reſtrinxiſſe demonſtrant ad familiæ ſplendorem, & honorificentiam, quodque propterea,omni meliori modo voluerint hoc Iuſpat. tamquam merè honorificum tran-
9 ſire Rot.poſt Vmian. de Iurep. dec.121.n.14.15.

Secundo certam tantummodò ſummam, ad effectum teſtandi reſeruarunt, quod benè omnium aliorum non reſeruatorum Iurium tranſitum arguit, in reliquis, vt in his terminis aduertit Rot.dec.173.nu.27.& ſeqq.part.7.
10 rec.& poſt Vmian.d dec.121.num.13.

Tertio, quia donationem,ſuam hæreditatem, donatarioſque ſuos hæredes repetitis vicibus appellarunt, & licèt non detur hæreditas viuentis,tamen ex hinc benè infertur, ad vniuerſalitatem donationis,& compræhenſio-
11 nem Iuriſpat. d.deciſ.121.nu.7.8.poſt Vmian.eodem modo, quo hæreditas tamquam vniuerſitas venditur, &
12 cum ea Iuſpatr. tranſit ad emptorem Mantic. de tacit. lib.4 tit.2.Mareſc.variar.reſolut lib.2 cap 55.n.9.Barboſ. de Iur.Eccl lib.3 cap.12.nu.227.Ricc.dec.forenſ.Eccl.114. & deciſ.116.& dec.228.vbique num.2.Rot.poſt Paciſ. de Salu.dec.100.num.1.

Vt meritò verbis, & coniecturis ſe inſimul fulcientibus dici poſſit, in præſenti caſu, quod alias in ſuo dixit
13 Rot.dec.173.num.25.26.part.1.rec. vt nihil ampliùs pro vniuerſalitate poſſit deſiderari.

Hinc non releuat indiuidua mentio Iuriſpat. quia tamquam expreſſio eius, quod tacitè inerat appoſita fuit, gratia maioris declarationis, & non refragatur, Dec.
14 conſ.127.num.3.verſ.3 quia ad hoc, Mart. de clauſ.part.2. clauſ.14.num.2.Rot dec.399.nu.5.part.2.& dec.175.n.29. & ſeqq.part.7.& add.ad Rot.dec.146.num.29.part.9.coram Eminentiſs. Otthob. deciſ.234.num.8. & in Capuana Abbatia,5.May 1659.§.obiectum coram R P.D.Priolo.

In nihilo obſtante, quod aliquãdo appareat facta, per dictionem, &, de cuius natura eſt, ſtare ampliatiuè ad
15 tex.in l.ea tamen,& ibi gl.ff. de leg.3. & aliquando, per dictionem, tam, & quam, ibi, tanto patrimoniali, quanto
16 Iuriſpatronati, per quod videtur donantes vnum ab altero contra diſtinxiſſe, & ſeparatim donaſſe.

Quia non ſemper dictio, &, ſtat ampliatiuè,ſed quan-
17 do prout in caſu noſtro, appoſita eſt, inter genus, & ſpeciem declarationem importat, iuxta theor. Bart. in
18 l.quæſitum, §.fin.nu.3.ff.de fund inſtruct.Barboſ. dict.110. num.27.Rot.dec.173.num.35.part.7.rec. & in omnem caſum, tamquam inutilis ampliatio,non vitiaret, ſed vi-
19 tiaretur Dec conſ.527 num.3.

Et dictio, tam, & quam, vt fuit etiam dictum coram Me, d dec 22.Maij præteriti, §. quæ veritas, compræhenſionem in donatione potiùs concludit, cum de eius na-
20 tura ſit, ſtare declaratiuè, & ſolum ſpecies expreſſas in-
21 ter ſe contra diſtinguit, non autem illas ſeparat à genere.

Non obſtat, quod cùm in donatione non compræhendatur aliquod vniuerſale, à parte rei, vt feudum, Curia, Caſtrum, cum quo poſſit Iuſp. tamquam adhærens tranſire, hæc generalitas ſit tantum verbalis, & reſoluenda, in ſuas ſingularitates, iuxta dictum Innoc.in
22 cap. ex literis,num.2.de Iurep. volentis, quod ſi,in generali omnium bonorum, ac Iurium ceſſione, tale quid vniuerſale reale non contineatur, generalitas illa, vti conſiſtens, in verbis, ſit in ſua particularitate contemplanda, adeout tot factæ dicantur particulares donationes, quot ſunt ſpecies Iurium, & actionum ceſſarum, & conſequenter, quod ſub ea,tamquam ſub titulo particulari, Iuriſp. non tranſeat, cui Innocentij dicto, adhæ-
ſerunt nonnulli, & ſignanter, Ricc.de Iurepat.reſol.195. 23
num,26.ad fin,Garz. de beneſ.part.5.cap.9.num.12. Mareſcott.variar.cap.55 num.11.& alij.

Quia, quidquid ſit,de caſu ceſſionis omnium bonorũ, & Iurium ad certum locum reſtrictorum, in quo, quidem præfatum Innoc, dictum intelligendum eſſe arbitratur, quod non eſt præſentis indaginis, & quatenùs illius ſenſus ſit, in generali omnium bonorum, ac iurium donatione, nullis finibus circumſcripta, non venire Iuſ-
pat. communiter,ac præſertim à Rota noſtra reijcitur,ea 24
ratione, quia non deeſt huic vniuerſalitati ſua realitas, quemadmodũ non deeſt hæreditati,& peculio,vt Innoc. dictum reprobando, & ſequendo doctrinam, Abb. contrarium ſentientis in d.cap. ex literis nu.12. tradunt Dec. conſ.172.num 3.verſ.& alio tamen capite Bald.conſ.32.n.3 lib.1.Ricc in prax.for.Eccl.de Iurep.reſol.158.nu.1.2. Barboſ.vot.deciſ.20.num.15.16.lib.2.Marant reſp 50 num 25. 45.part.4 Seraph.dec.725.n.1.Put.dec.341.lib.2.Rot.dec. 207.n.12.part.6.rec. & comprobant etiam omnes auctoritates ſuperiùs adductæ, §.primum enim.

Data autem vniuerſalitate, quia tranſitus, per concomitantiam, miniſterio legis, contingebat, non requi-
rebatur Epiſcopi auctoritas, cap.ex literis 7. & cap.ſacu- 25
lum 13.de Iurep.Licet in prax.Iuriſp. reſol.192.n.1. Barboſ. de Off. & pot. Epiſc.part.3 alleg.71.num.10.Vmian. de Iurep.lib.1.cap.2.nu.37.Sanch conſ.moral.tom.1.lib.2.cap.3 dub.76.num.2.Mantic.dec.140.num.2. Rot.deciſ.207.nu. 16.part.6. & deciſ.206.num.27.part.7.add.ad Rot.dec. 46.num.13.part.9.rec.

Ad ſecundum obiectum,placuit replicatio, in d.priori
deciſ. 22.Maij præteriti §.nec vrget,allata, quod Iuſpat. 26
gentilitium non poſſit in hæreditarium immutari, ſecùs autem è conuerſo; de hæreditario fieri gentilitium,
vt vltra, Sanch conſ.moral.lib.2.cap.3.dub.91.num.1. Vi- 27
mian.de Iurep.lib.14.cap.2.numer.24.& ſeqq. Rot.dec.430. num.21.& ſeqq.part 9 rec. aliaſque auctoritates in dict.§. vrget, deductas tradunt diſtinguendo, Carcu. reſol.142. num.5.Vmian lib 4.cap.9 nu.32. & ſeqq.Rot.in Feſulana Beneficij.ſeu Oratorij 24 Martij 1650.§.etenim cor.Veroſpio poſt Moder.Auenionen.de penſ.deciſ.47.nu.8.

Ad quem effectum, cum nihil, neque contrarium,neque contra mentem fundatoris agatur, non erit pro immutatione neceſſaria, Epiſcopi auctoritas,ſed tãtummo-
dò, pro titulo, quatenus eſſet particularis, Sanch. conſil. 28
moral.lib.2.cap.3.dub.31 num.1.Lambert.Iurep lib.1.p.2. q.4.art.4.num.6. verſ.ſed ſi iſta.

Si enim immutatio iſta tenderet ad alterandum illius voluntatem, nec ſat eſt recurſus ad Epiſcopum,ſed opus
eſſet beneplacito,& diſpenſatione Apoſtolica, iuxta tex. 29
in Clem.cum contingat in fine de Relig.domib.Barboſ.de off. & pot. Ep.part.3.alleg.81.num.1.2.Layman.Theolog.moral.lib.4.tract.2.cap.13.num 13. Marant.reſp.81.num.21. lib 4 Caren.reſolut.142.numerum 3. & ſanè Iuriſp.hæreditarij natura, & quidditate benè perſpecta, dum certo perſonarum generi relinquitur, & in gẽtilitium trãſfunditur; nihil fit, quod fundationi reluctetur, quod enim Iuſpat. ſit hæreditarium,non habet hunc ſenſum, vt debeat gradatim, de hærede in hæredem tranſire, adeout patronus, aliter agendo veniat contra illius formam, vt
fuiſſe, de mente quorumdam DD. refert Merl. dec.346. 30
num.11.& ſeqq.

Si enim hoc eſſet, non poſſet patronus, hæredibus præiudicare,prout recepti Iuris eſt, poſſe idem Merl.dec.
346.num.11.Rot.dec.267.nu.5.part.6. rec. Tondut.reſol. 31
benef.part.3.cap.144.num.19. non ſolùm donando, cap.
ex inſinuatione, cum concordantibus de iur.pat.cap.vnico 32
eodem tit.nu.6. Permutando, cap.nemini q.7.gl.in cap.præ 33
mentis,16 q.7. acceſſoriè, cum vniuerſalitate, vendendo,
ſeu transferendo,cap.cum ſæculum, vbi gloſ. in verb.em- 34
ptorum, & cap.ex literis de Iurep.ſed quod magis eſt, legando,

Digitized by Google

35 gando, *Molin. de Hiſp. primog. lib.1.cap.24.nu.14.Card.*
36 *Ottbob. dec.230.num.8*, renunciando , ac extinguendo
Ferret conſ.134 num.12.Tondut. d.part.3.cap.144.nu.19.
Signum euidens , quod ex nulla qualitate hæreditaria
emergit patronis obligatio , illud hæredibus liberè relin-
quendi, quia ſi poſſunt non relinquere , multò fortiùs
poterunt relictum qualificare,& ſi non vitiant teſtatoris
37 mentem peniùs adimendo; multò minùs non adimunt,
dùm in totum non adimunt, *Salgad.in Labyr.credit.p.1.
cap.36.num.25.26.part.2.cap.16 nu.51.& ſeqq.Surd conſ.
374.num.6.Gratian.cap.800.num.13.*

Sed intellectus eſt , quod quemadmodum fuit illud
vſque ab initio in libera patroni diſpoſitione erectum ;
ita pariter tranſeat , ad eius libitum , ad inſtar cætera-
rum rerum hæreditariarum ad quarum limites , in
quantum compatitur ſpiritualitatis qualitas, iudicet ,
adeout hæreditarij nomen ſolum illi impoſitum ſit, ad
contra diſtinguendum illud à gentilitio , & eius vincula
excludendum, non verò ad imponendum neceſſitatem
illud heredibus liberis relinquendi,cum alias incongruè,
hæreditarium nuncuparetur , ſi poſſet hæres contra fa-
38 ctum defuncti venire , vt in his terminis ponderat *Mo-
rett.poſt Viman.de Iurep.lib.4.cap.2.num.28.*

Et quod hæc ſit veritas germana,comprobatur ab ef-
fectu ; Si enim iuxta concluſionem vndique receptam ,
ex teſtatoris voluntate Iuſpat. vna cum bonorum , &
Iurium vniuerſitate tranſit , ad fideicommiſſarium , vt
39 fuit dictum coram Me, in *dec. ſub die 5.Decemb.1661.§.
non obſtat*, ac latè etiam habetur *dec.121.poſt Viman. &
dec.72.nu.10.& dec.170.nu.6.& ſeqq.part.7. & per add.
ad dec.46.num.127.& ſeqq part.9.recent. & in Capuana
Abbatia 5. Maij 1659.& 16. Ian.1660. coram R.P.D.
Prctolo*, etiam vſque ad conſenſum Ordinarij , qui in ca-
ſu vniuerſitatis non requiritur, *Rot.poſt Viman. de iu-
40 rep. deciſ.121.num.4. add. ad d.deciſ.46.d.num.127. &
ſeqq.part.9.rec.*

Quo caſu, ſiue principaliter , ſiue acceſſorie hoc acci-
dat ; certum eſt , Iuſpat. habere qualitatem hæredita-
riam , nec ampliùs ſpectare ad hæredes grauatos , ſed
fauore familiæ in fideicomm. contemplatæ induere
gentilitiam,nec propterea aliquid attentari dicatur con-
tra formam fundationis,vt optimè aduertunt *Rot. d. dec.
41 72.num.10.& ſeqq.& dec.170.num.5 & ſeqq. part.7. &
d.deciſ.121.numer.6.poſt Viman* Cum eadem vniuerſi
tate tranſire non debebit in fideicommiſſu in contractu
donationis, prout in caſu noſtro iniuncto , dum vtriuſq;
42 partis eadem eſt ratio ad *tex.in l.illud ff. ad l. Aquiliam.*

Rectius itaque arguendo, concludendum erit poſſe
patronum , ſicuti hæredem, ità Iuſpat. efficere gentili-
tium, nec in hoc, quicquam agere contra mentem teſta-
toris, dum vtitur eo Iure , quod fundatur , in erectione
parauit, quin imò eius voluntas, alteraretur potiùs , ſi
facultatem illam,quã ipſe quæſiuit, nos admitteremus.

Nec oppoſitum dicunt auctoritates , in contrarium ,
adductæ *Rocch.* enim, *de Curt.de iur.patr.verſ.pro eo.q.14
num.32.Lambertin.eodem tract.lib.3.q.5.art.3.n.4.Gutier.
conſ.1.num 19*, firmant, tantummodò , non poſſe patro-
num, etiam de conſenſu Epiſcopi , alterare voluntatem
43 fundatoris , quod ex ſupradictis nihil pertinet ad caſum
noſtrum.

Et multò minùs vis fieri poteſt, in *dec. Merl.346.n.6.
& ſeqq.* quia illam non fuiſſe reſolutionem captam , ſed
motiuum aliquorum ex DD. per modum dubitationis
propoſitum,& numquam neque ibi, neque deinceps ad-
44 miſſum teſtatur *Rot. in Feſulana benef. ſeu Oratorij 5.
Decembris 1646.coram Bichio inter rec.part.9. deciſ.430.
num.20.& latius 14.Martij 1650.§. etenim in fine coram
Corrado.*

Rota verò in *d.Feſulana Beneficij coram Card. Corra-
do, & in Arianen. Benef.coram R.P, D.Vereſpio poſt Mo-
der.Auenionen. de Penſ.dec.5.nu.4. & in Firmana Iuriſp,
28.Iunij 1656.coram R.P.D. Alberg.* conſiderant ſolùm
conſenſum Epiſcopi , in ordine ad particularem transla-
tionem , vt ex lectura , & ita etiam intelligendus eſt . 45
Add. ad dec.46.nu.35.part.9.rec. iuxta authoritates, quas
allegat .

Et dum ex aduerſo ſcribentes *d.Feſul Benef.cor.Card.
Corrado* , ceteraſque auctoritates ſub *die 22.Maij.§. nec
vrget*, deductas conantur in contrarium retorquere,con-
tendendo,conſenſum Epiſcopi, ibi, requiri ad approban-
dum huiuſmodi mutationem,nituntur,contra literalem
veritatem;Siquidem in *d.Feſulana Benef.* ſolùm ibi age- 46
batur de translatione Iuriſp. titulo particulari, vt *in §.po-
teſtas*, mentionem facit de conſenſu Epiſcopi,*vt in §.ſub-
ſequenti*, vbi reſpondet, ad alterum obiectum, quod non
potuerit de hæreditario effici gentilitium , contrarium
indiſtinctè tenet, & de conſenſu Epiſcopi nihil dicit, &
ſimili modo *Grat.cap.577.vbi num.39.40.* agit de parti-
cularitate diſpoſitionis , inſiſtit in tacito conſenſu Epi-
ſcopi, & dum *num.ſeqq.* deſcendit ad quæſtionem tran-
ſitus de hæreditario in gentilitium, ampliùs de eo non
curat .

Sanch. vero *conſ.moral.d.lib.2.cap.3.dub.91.n.1.*quod
ſolùm ratione tituli particularis , non verò patronatus
immutatio exigat conſenſum Epiſcopi,patet ex eo,quod
illud ſolummodò neceſſarium affirmat , dum translatio
fit , abſque hæreditate, ſecus verò ſi cum ea ; Clara de-
monſtratio, quod obſtaculum, ex ſola tituli ſingularita-
te,non verò ex qualitate immutationis,emanabat , cùm
alias vtroque caſu,eadem debuiſſet eſſe prædicti conſen- 47
ſus neceſſitas ; dum vtroque caſu eadem concurrebat
immutationis ratio, *l. illud C. de Sacroſ.Eccl.*

Prætenſio autem , quod deſcendentes Mariæ fuerint
in donatione contemplati hæreditario Iure, & non ex
perſona propria repugnat literæ Inſtrumenti, in quo eo-
rum vocatio apparet,ſub arctiori vinculo fideicommiſſi,
quo fieri poteſt, nec propterea indiget alia reſponſione ,
cum in claris non ſit laborandum, *l. ille , aut ille, §. cum 48
in verbis, ff.de leg.3.*

Et ita dubio bis propoſito vtraque &c.

Reuerendiſs. D. Ninot. Epiſcopo Gerunden.

Lunen. Sarzanen. Beneficiorum.

Vener. 8. Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Paucis verbis deſtruuntur deciſiones 121. & 122. & reſoluitur , quod donatio Iuriſpatronatus requirit conſenſum ordinarij , quando de eo poſt generalem donationem , fit ſpecifica , & expreſſa mentio .

SVMMARIVM.

1 *Habenti maiorem partem vocum, datur inſtitutio ad beneficium .*
2 *Donatio vniuerſalis,comprahendens Iuſpat. fit ſine conſenſu ordinarij .*
3 *Dictio ac etiam ſtat ampliatiuè .*
4 *Et includit quæ priùs non comprahendebantur .*
5 *Iuriſpatronatus translatio de per ſe facta , requirit conſenſum ordinarij .*

DECISIO CXXIII.

Deciſio edita, cor. Me ſub *die 12.Feb.1663.* duo fir-
mabat; Alterum,quod nominatio facta , à fratribus
de Griffis,ad fauorem Mariæ, & deſcendentium eſſet va-
lida,ſiue non,vtroque caſu , Promontorius habebat ma-
iorem partem vocum , & per conſequens eidem debeba- 1
tur inſtitutio, vt ex principio vſque ad §. ſed verè , Alte-
rum, quod Iuriſpatronatus donatio , verè ſubſiſtebat ,
non obſtante defectu conſenſus ordinarij , ex quo verſa- 2
batus

Digitized by Google

batur in donatione vniuerſali, ſub qua illud acceſſoriè tranſibat *vt § ſed verè cum pluribus ſeqq.*

Repropoſita, hodie, cauſa eum Domini quoad primum non congruerent, receſſerunt à deciſis quoad ſecundum.

Quamuis, enim, adhuc retineretur intellectus quod donatio eſſet vniuerſalis: Attamen, cum in ea, poſt generalem bonorum, etiã indiuidualis mentio Iuriſpat. per illa
3 verba, *ac etiam iurepat.* & præſentandi quorum regulari, natura eſt, ſtaret ampliatiuè, & quæ prius non com-
4 prehendebantur includere, *Clement. 1 §. fin. de iudic. Barboſ. dict. 112. num. 11. Paris conſ. 46. num. 30. & 31. lib. 4. Surd. dec. 8 num. 12.* putarunt mentionem Iuriſpatr. non fuiſſe factam acceſſoriè, declaratiuè, & in conſequentiam, ſed principaliter, independenter, ac de per ſe, quo caſu, translatio, & diſpoſitio dicitur particulariter facta, & non tenet abſque conſenſu ordinarij, iuxtà diſtinctionem *Calderin.* communiter receptam, quam refert, *Gemin cap.*
5 *1 num. 1. de iur. pat. in 6. Lambertin. eod. tract. lib. 1. part. 2. quæſt. 5. art. 20 num. 16. & ſeqq Barboſ. de vniu iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 12. num. 143. & de Pot. Epiſc. par. 3. alleg 71. num. 36. Sanch. in præcept. Decal tom. 1. lib. 2. cap. 19. numer. 12. Viuian. de Iurepat. lib. 4. cap. 5. num. 14. Tondut. reſol benef. par. 3. cap. 172. num. 2. Gratian. cap. 675. num. 29. Rota in rec. dec. 399. nu. 4. par. 2. & dec 173. num. 18. par. 7. & add. ad Rot. dec. 46 num. 21. & ſeqq par. 9.*

Ac proindè non poſſe Promontorium d. donationis, titulo iuuari, An, autem, deberet donatio corruere, in totum, vel potius diuidenda ſit, vt valeat fauore Mariæ compatronæ, non autem eius filiorum, ob ſententiarum diſcrepantiam non fuit capta reſolutio.

Et ità vtraque &c.

Reuerendiſs. D. Ninot Epiſcopo Gerunden.

Nullius, ſeu Terræ Pontiani Succeſſionis.

Lunæ 5. Iunij 1662.

A R G V M E N T V M.

Ponderantur plura, ad probandam filiationem, ex adulterio, & firmatur, quòd legitimatus veniat, nomine legitimorum, & naturalium, tam in fideicommiſſis, quàm in emphyteutica conceſſione.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa teſtati excludit cauſam inteſtati.*
2 *Inſtitutio ex ſuppoſito filiationis, ceſſante probatione filiationis corruit.*
3 *Filiatio probatur ex quo alius ad mulierem non habebat acceſſum.*
4 *Ex quibus arguatur filiatio.*
5 *Confeſſio probat contra confitentem.*
6 *Tractans aliquem vti filium alicuius, non poteſt impugnare d. filiationem.*
7 *Filius quis potius mariti quam adulteri præſumitur.*
8 *Contra quando maritus non poteſt accedere ad vxorem.*
9 *Præſumptio iuris tollitur validis coniecturis in contrarium.*
10 *Teſtes inhabiles admittuntur ad probandam rem difficilis probationis.*
11 *Maximè ſi ſint adminiculati.*
12 *Et ſint plures.*
13 *Filius adulteri, quis probatur, ex quo maritus non poteſt accedere.*
14 *Sola poſſibilitas tollit falſitatem in teſtibus.*
15 *Quilibet caps debet intellectus, vt euitetur falſitas.*
16 *Atteſtationi Presbyteri, etiam extraiudiciali plurimum eſt deferendum.*
17 *Legitimatus facit ceſſare conditionem ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus.*
18 *Terra ſeu Ciuitas non habens particulare ſtatutum, ſeruat ſtatuta Ciuitatis viciniori cui eſt ſubiecta.*
19 *Legitimatus venit nomine filiorum legitimorum, & naturalium.*
20 *Et excludit ſubſtitutum in fideicommiſſo.*
21 *Conſtitutio Pij V contrà legitimatos, non habet locum contrà voluntatem teſtatoris.*
22 *Legitimatus ab habente facultatem, ſuccedit in bonis Eccleſiaſticis.*
23 *Priuilegium proueniens à iure Communi, non cenſetur à Papa ſublatum.*
24 *Conſtitutio Pij V. quod legitimati non ſuccedant in bonis Eccleſiaſticis, non habet locum vbi bona emphyteutica ſunt allodialia.*
25 *Eccleſia poteſt inueſtire illegitimos.*

D E C I S I O CXXIV.

ANgelus Liberatus bona triplicis generis poſſedit in vita, nempè quædam bona libera, alia ſubiecta fideicommiſſo Roberti ſui Patris, nec non certa bona Emphiteutica, ad quæ omnia, poſtquam ipſe obijt, relicto, tantum, Carolo ſuo filio, contrà iſtum Fabritius frater defuncti, petiit immiſſionem, quam Domini, ei denegandam eſſe reſponderunt, inde moti, quoad bona libera, quia, cum dictus Angelus condiderit teſtamentum, in quo vniuerſalem hæredem inſtituit eumdem Carolum, non eſt locus prætenſæ ſucceſſioni ab inteſtato, quam, cauſa teſtati ſolet excludere *l. quamdiu ff. de acquirenda* 1
hæreditate l. antequam C. commun. de ſucceſſ. l. ex teſtamento 2. C. vnde liber. Rot. deciſ. 122. nu. 12. par. 7. rec.

Nec ſubſiſtit, quod non probetur dictum Carolum, eſſe filium Teſtatoris, ideoque, cum ille, vti talis, fuerit inſtitutus, ceſſante qualitate filiationis, corruat inſtitutio, quæ detegitur facta, ex erroneo ſuppoſito, &
falſa credulitate: *l. ſi Pater. C. de hæred. inſtit. Bart. conſ.* 2
vnic. poſt deciſ. Bonon. ſub num. 30. & ſeqq. Surd. dec. 83. nu. 1. Rot. cor. Gregor. deciſ. 271. num. 21. & 22. etenim huiuſmodi filiatio concludenter iuſtificatur, ex teſtibus deponentibus, de commercio Angeli, & Luciæ Lungninæ matris, dicti Caroli, & quod, de tempore eius conceptionis, & natiuitatis, nemo alius ad dictam mulierem habere poterat acceſſum, *gloſ. in cap. Michael. vero conſtiterit de filijs Presbyt. Paris. conſ. 10. num. 33. & ſeqq. lib. 2. Rot. cor. Vbald. d. dec. 155 num 2. in Rom. fideic. de Griffonibus 10. Maij 1656. §. qualitas cor. bo: me: Dunoz.*

Idemque conuincitur, ex eo, quia d. Angelus ſemper aluit, nominauit, tractauit, legitimare fecit, & inſtituit d: Carolum vti ſuum filium, nec non concurrit com-
munis reputatio, & publica vox, & fama inter vicinos, de 4
hac filiatione, quæ omnia ſimul iuncta plurimum conferunt, ad illam probandam, *Felin. in cap. per tuas ſub num. 12. in fin de probat. Alex conſ. 88. ſub num. 13. lib. 7. Surd. conſ. 1. num. 46. & ſeq. Gionag. conſ. 21. num. 1. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 89 num. 69 Rot. dec. 409. nu. 8. 10. & ſeqq par. 5. dec. 365. num. 38. & 39. par. 9. rec. dec. 83. ſub num. 4. poſt Salgad. Labyr. credit. coram Vbaldo d. dec. 155. num. 3. & ſeqq. coram Emmentiſs. Otthobono dec. 251. num. 5. & ſeqq.*

Vlterius ipſemet Fabius, in pluribus litteris miſſiuis, eidem Carolo conſcriptis, & in mandato procuræ ad lites, in eius perſonam, confecto, ſemper illum vocauit filium Angeli, ſuumque Nepotem, & quod magis eſt, cum eo, vti tali, deuenit ad compromiſſum, ſuper differentijs, inter ipſos ortis, circa ſucceſſionem ex d. fideicommiſſo Roberti, quæ geminatæ confeſſiones præiudicant confiten-
ti, & contra eum conſtituunt d. Carolum in quaſi poſ- 2
ſione d. filiationis, *in l. liberorum in princ. ff. de ijs, qui notantur infamia, Gratian. diſcept. 653. numer. 71. Menoch. d. caſu 89. num. 72. Rot. coram Otthob. d. deciſ. 251. num. 11. & ſeqq. d. deciſ. 83. num. 8. poſt Salgad. in Viterbien.*

bien.fideic.2.May 1653.§.plures autem coram R.P.D.meo
Veroſpio.

Eoqoe facilitis, quia confeſſio emiſſa in d. compro-
miſſo, emananit circà actum proportionabilem filiatio-
ni, cùm hac ſublata, Carolus nullum Ius in d. fideicom.
6 poſſet habere, *Butr. in cap. tranſmiſſa ſub num.* 10. *verſ.*
aut nominatur, ibique *Præpoſit. num.* 9. *qui fil. ſint legitim.*
Bart. in l 2. §. *idem*, *ff. de liber. agnoſc. Menoch. d. caſ.* 89.
num. 78. *Rot. in Rom. hæreditatis de Gratianis* 7. *Februa-*
rij 1642. *verſ. quarta cor. Reuerendiſs. Terraconen.* 11. *Dec.*
1648. *cor. Reuerendiſs. Papien.* 28. *Martij* 1649 §. *quinta*
coram Reuerendiſs. D. meo Decano, *quæ eſt d. deciſio* 83.
poſt Salgad.

Non obſtat, quòd, cum d. Lucia eſſet nupta Iuliano
Bartolino, potius ex marito, quam, ex adultero, prædi-
7 ctum Carolum genuiſſe præſumatur, iuxta *tex. in l. mi-*
les §. *defuncto*, *ff. ad l. Iuliam de adult.* Nam teſtes aſ
ferunt, quòd, de anno 1636. ob domeſticas diſcor-
dias, d. Iulianus diſceſſit à Terra Pontiani, ibique re-
liquit vxorem, cum qua contraxit amicitiam ſupra-
dictus Angelus, qui continuò accedebat ad eius Do-
mum, proximam ſuæ habitationi, eique præſtabat
alimenta, omniaque alia neceſſaria, & quod, tam
de tempore conceptionis, quam Natiuitatis d. Caro-
li, ſequutæ de menſe Octobris 1638. nunquam ad il-
lam Iulianus accedere potuit, non ſolum, quia erat
abſens, & degebat in Ciuitate Caſtellana, ſed quia
vti homo vilis, etiam abiectæ conditionis, valdè ti-
mebat propter minas ei illatas, ab adultero, illas
exequi ſolito, & quia ab iſto d. Mulier, ſub tam ar-
cta cuſtodia continebatur, vt moraliter impoſſibilis
8 ad eam eſſet acceſſus, tam viri, quam aliorum, ex qoi-
bus circumſtantijs apertè conuincitur, dictum Carolum
eſſe filiom Angeli, non obſtante præſomptione d le-
gis, quæ cedere debet veritati, & tamquam præſum-
9 ptio Iuris, non autem Iuris, & de Iure validis probatio-
nibus, & vrgentibus coniecturis, in contrarium mili-
tantibus eliditur, vt aiunt *Alex. conſil.* 88. *num.* 9. *lib.* 7.
Giouagn. d. conſ. 21. *ſub numer.* 1. *Surd. conſil.* 1. *numer.*
60. 61. *Menoch. de arbitr. d. caſ.* 89. *numer.* 65. *& ſeqq.*
Rot. coram Merlin. deciſ. 488. *numer.* 24. *in Auenion.*
Alimentorum 28. *Ianuarij* 1647. §. *deindè coram Emi-*
nentiſſimo Corrado in Florentina Oratorij 2. *Maij* 1661.
§. *dum igitur coram Reuerendiſs. Domino meo Decano.*

Nec releuat, quod aliqui, ex dictis teſtibus, ſint
conſanguinei dictæ Luciæ, quia prætermiſſo, quòd, in
hac Materia, in qua raro reperientur teſtes idonei,
quibus veritas facti innoteſcat, admitti etiam Inha-
10 biles tenuit *Rota d. deciſ.* 83. *numer.* 7. *poſt Salgad. in d*
Viterbien. fideicommiſſi, § *horum autem*, *& in d. Flo-*
rentina Oratorij §. *Prima*; Cum ſint plene informati,
eorumqoe dicta adminiculentur, ex narratis in quæ-
rela, per d. Iulianom, contra vxorem, & ſupradi-
11 ctum Angelum, porrectam, in Tribunali Guber-
natoris Vrbis quæ ad vnguem correſpondent aſſer-
tionibus eorumdem Teſtium, & adſint alij conte
ſtes, inde ſuppletur illorum fides, Ita vt, non ob-
ſtante vinculo dictæ conſanguinitatis, perfectam pro-
12 bationem inducant; *Rot. coram Mantic. deciſ.* 228. *num.*
2. *coram Buratto deciſ.* 844. *num.* 13. *deciſ.* 713. *ſub num.* 2.
par. 2. *rec.*

Pariter non vrgent quidam actus Iudiciales geſti à
prædicto Iuliano coram Prætore Terræ Pontiani, de
tempore reſpiciente veriſimilem conceptionem dicti Ca-
roli, nam non concludunt illius habitationem conti-
nuam, in d. Terra, & acceſſum ad Luciam, qui ex d.
rationibus, per teſtes, allatis, excluditur, ideò nec ex
13 his actibus confirmator præſumptio *l. miles*, quæ tollitur,
d. acceſſu remoto, ex *Giouagn. conſ.* 21. *numer.* 1. *verſ.*
quod in caſu, & alijs ſupra allegatis; nec argui poſ-
ſunt de mendacio teſtes, aſſerentes de prædicto tempo-
re, ipſum Iolianum habitaſſe in Ciuitate Caſtellana,
14 quia ſtare ſimul poteſt, quod ille, ibi degeret, prout
ipſemet etiam faſſus fuit, in dicta quærela, & aliquan-
dò reuerteretor ad dictam Terram, quæ poſſibilitas tol-
lit ſuſpicionem falſitatis, ad quam euitandam in teſti-
bus omnis capi debet intellectus etiam ad effectum, vt
probent, *Abb. in cap. cum tu ſub numer.* 2. *de teſtibus*,
Rot. coram Buratto deciſ. 662. *numer.* 6.

Non etiam refert, quòd in libro Baptizatorum d.
Carolus ſit deſcriptus filius Iuliani, ſiquidem id fuit ge-
ſtum à Presbytero qui eum baptizauit, ad tegendam
turpitudinem Matris, & crimen adulterij, contra vo-
luntatem Angeli cupientis ſe deſcribi, & agnoſci in
Patrem, vt aiunt teſtes; etiam medio iuramento,
depoſuit dictus Presbyter, cuius atteſtationi quam-
uis extraiudiciali plurimum eſt deferendum, ex *Rot.* 16
coram Mantic. deciſ. 325. *ſub num.* 1. *deciſ.* 714. *num.* 15. *co-*
ram Merlin. deciſ. 312. *num.* 7. *par.* 9. *recent.*

Quo verò, ad bona fideicommiſſaria Ruberti, fuit
reiecta petitio Fabij, quia, cum illius ſubſtitutio ſit re-
ſtricta ad caſum, quo Angelus decederet ſine filijs le-
gitimis, & naturalibus, ipſe remanet excluſus, ob exi-
ſtentiam dicti Caroli, qui tamquam legitimatus, per
DD. de Campegijs, ad hoc habentes ampliſſimam
facultatem, dicitur verè, & propriè legitimus & non
ſolum facit deficere dictam conditionem, iuxta verio-
rem & magis receptam ſententiam DD. quos cumulat 17
Fuſar. de ſubſt. quæſt. 408. *numer.* 1. *Cyriac. contr.* 207.
numer. 49. *& ſeq. Rot. dec.* 486. *numer.* 1. *& ſeqq. par.*
4. *diuerſ. deciſ.* 600. *numer.* 2. *par.* 3. *recent. & coram Se-*
raph. deciſ. 880. *numer.* 5. Sed etiam cenſetur diſpoſi-
tiuè vocatus, ex ſtatuto Vrbis *lib.* 1. *cap.* 142. quod
habet locom, etiam in terra Pontiani, cum illa exi-
ſtat Intra vrbis diſtrictum, nec ſuper articulo, an
filij in conditione poſiti dicantur vocati, ibi adſit
particulare ſtatotum, ex *Theor. Bont. in l.* 1. *numer.* 18
41. *C. quæ ſit longa conſuet. Rot. coram Eminentiſſimo Ot-*
thob. dec. 1. *num.* 6. *& dec.* 5. *num* 6. *dec.* 201. *num* 1. *&* 2.
par. 8. *recent.*

Non obſtat, quod, in Inſtrumento legitimationis
fuerit adiecta clauſula, *citrà tamen præiudicium voca-*
torum ex fideicommiſſo, nam, hæc clauſula reſiſtit legi-
timato, quoties vult ſuccedere contra voluntatem fidei-
committentis, qui noluit eum compræhendere, ſecus,
quandò talis voluntas, vel tacita, quam ſatis demon-
ſtrat ſimplex mentio filiorum legitimorum & natura-
lium, quorum nomine veniunt etiam legitimati *Rum.* 19
in l. Gallus 29. §. *& quid ſi tantum ſub num.* 199. *ff. de li-*
ber. & Poſthum. Giouagn. d. conſ. 21. *num.* 13. *Cyriac. con-*
trou. 207. *num.* 49. *Berett. conſ.* 31. *col.* 4. *verſ. verumtamen*
Gozadin. conſ. 29. *num.* 19. *Menoch. conſ* 459. *ſub num.* 4.
& de præſumpt. lib 4. *præſumpt* 79. *ſub num.* 2. *verſ & hic*
quidem Lup. de illegitim comm. 3. §. 2. *num.* 3. *poſt med.* Vel
expreſsè, eius fauore, concurrit, vt diſtinguendo, pro-
bant *Rimin. Iun conſ.* 611. *num.* 91. *& ſeqq Spad conſ.* 50.
num. 21. *lib.* 1. *Giouagn. d. conſ.* 21. *num.* 15. *Gozad. d. conſ.*
29. *ſub numer.* 27. *verſ. contra voluntatem Ant Andreol.*
contron. 300. *num* 65. *tom.* 4. *Lucidor. de illegitim. cap.* 24.
num. 25. *Rot coram Vbaldo dec.* 217. *num.* 10. *&* 13. *ibique*
Adden verſ. legitimatum cum clauſula, quæ eſt deciſ. 600.
par. 3. *rec.*

Eademque reſponſione, tollitur obſtaculum Bullæ
San. mem. Pij IV. reuocatoriæ legitimationum, tenden-
tium, in præiudicium ſubſtitutorum, quia illa etiam non
Intrat, quoties legitimato aſſiſtit voluntas Teſtatoris,
Eugen. conſ. 52. *num.* 63. *lib.* 1. *Gratian. diſcept* 596. *num.*
24. *Giouagn. d. conſ.* 21. *num.* 16. 17 *& ſeqq. Rimin. Iun. d.*
conſ. 611. *num.* 91. *& ſeqq. Lup. de illegit. d.* §. 2. *num.* 5. *Lu-*
cidor. de illegitim. cap. 24. *num.* 27. *Rot. Bononen deciſ.* 30.
num. 64. *Rot. coram Vbald. d. deciſ* 217. *num* 12. *deciſ.* 388.
num 1. *par.* 1. *deciſ.* 100. *num.* 56. *dec.* 319. *num.* 17. *& ſeqq.*
par. 5. *rec. in d. Rom. fideicommiſſi de Griffonibus* § *nec dem-*
que. Hoc, enim, caſu, non eſt legitimatio, quæ præiu-
dicat, & aufert Succeſſionem ſubſtituto, ſed potius dicta
voluntas fideicommittentis, qui voluit eum non poſſe

P ſucce-

Digitized by Google

ſuccedere exiſtente legitimato, vt ponderatur *Aretin. in l. ex facto ſub num. 11. de vulgar & pupill. Gionagn. conſ. 21. num. 18. lib. 1. Cyriac d. controu. 207. num 50. Lup. vbi ſupra d. § 2. num. 3 poſt med & ſub num. 21. Rot. dec. 388. ſub nu. 1. par. 1. rec*

Denique d. legitimatio Carolo ſuffragatur etiam ad
effectum ſuccedendi in bonis Emphiteuticis, & ſub dire-
cto dominio Abbatiæ trium fontium, cum Domini de
Campegijs, qui illam fecerunt habeant poteſtatem legi-
22 timandi etiam pro bonis Eccleſiæ, quo caſu, in Emphi-
teuſi Eccleſiaſtica legitimatus, filiorum legitimorum, &
naturalium appellatione continetur, *Gratian diſcept. 218. num. 41 & 42. Mareſcot. var. reſol lib. 1. cap. 15. num. 1. & ſeqq. Mantic de tacit. lib 22 tit. 11. num. 27. Lucidor. de illegitim. cap. 24. numer. 37. Rot. cor. Seraph. dec. 45. numer. 1.*

Neque aduerſatur conſtitutio San. me. Pij V. inter
eius impreſs 117. *Bullar. nou. tom. 2* prohibens legiti-
matos ſuccedere in bonis Eccleſiaſticis, tum, quia vetat
23 tantum ſucceſſionem ex priuilegio, vel alio Iure ſpe-
ciali, non autem prouenientem à iure communi *Surd. conſ. 509. num. 6. & ſeqq. Gargiari. conſ. 5. num. 10. Burſat conſ. 235. ſub num. 16. lib. 3. Fulgin. de emphyt. tit. de ſucceſſ in bon. emphyt. quæſt. 6 num. 9. Lucidor. vbi ſup. cap. 26 num. 1. Rot. cor. Seraph. dec. 478. num. 4 dec. 505. num. 8. par. 1 diuerſ. dec. 319. num. 16. par. 5. rec. in d. Rom. fideic. de Griffonibus §. minuſque*, tum quia bona d. Abbatiæ fue-
runt redacta ad inſtar allodialium, vt dictum fuit in alia
24 *Terra Pontiani hæreditatis 18. Februarij 1619. §. quia ex tenore coram bo: me: Pirouano*, quo caſu prædicta con-
ſtitutio non intrat ex tradit. per *Fulgin. d. tract. tit. de diuerſ. quæſt. Emphyt. quæſt. 24. ſub nu. 17 in fine Thom. tract. 1. circa requiſit. legitimat tit. 14 num. 803. Rot. cor. Duran. dec. 254 num. 5 9 & 10.*

Præterea ceſſat omnis difficultas, nam d. Carolus fuit,
de nouo inueſtitus, de dictis bonis ab Eccleſia, cui non
eſt prohibitum ab initio illegitimos inueſtire *Iaſ. in l. 2.*
25 *§. liber ſub num. 2 ff. de inuſt. vacan Surd. conſ. 571. num. 4. Cyriac controu. 79. num 4. Mantic. de tacit lib. 22. tit. 10. num. 10 Sperell dec. 73. num. 9. Rot dec. 474. num. 3. par. 1. diuerſ. in Aquen. Emphyteuſis 27 Martij 1628. §. firmarunt coram bon: me: Card nalis Viriti.* Et prædicta Bulla
non Inficit conceſſionem ipſimet ſpurio factam, &
inueſtituram ab illo quæſitam, *Cyriac. d. controu. 79. num. 5. Sperell. dec. 73. num 9. Rot. cor. Seraph. dec. 1358 ſub num 4.*

Et ità vtraque &c.

R. D. Ninot Epiſcopo Gerunden.

Rauennaten. Releuationis Indemnitatis.

Ven. 6. Febr. 1663.

ARGVMENTVM.

Minor, non tenetur releuare eum, qui fideiuſſit, in eius contractu nulliter geſto: Alienatio rerum minoris, continere debet cauſam expreſsam, nominatim iudici, & probanda eſt verſio pecuniarum in d. cauſam, etiam ſi alienaretur, vigore facultatis a defuncto attributæ.

SVMMARIVM.

1 *Minor non tenetur releuare indemnem fideiuſſorem contractus nulli.*
2 *Alienatio bonorum minoris, pro ſoluendis debitis, requirit inſpectionem iudicis de vtilitate.*
3 *Debent exprimi ſingula debita.*
4 *Cauſa alienationis bonorū minoris, non debet eſſe vaga.*
5 *Decretum Iudicis ſine debita perquiſitione, nullius eſt roboris.*
6 *Alienatio rei particularis minoris facta, vigore facultatis data a defuncto, valet ſine ſolemnitatibus.*
7 *Contrà. ſi facultas ſit generalis de alienatione omnium bonorum.*
8 *Facultas faciendi aliquid, intelligitur, iuxtà formam a iure præſcriptam.*
9 *Alienatio facta, de ordine teſtatoris, requirit pecuniam præſentem, vt adimpleatur onus.*
10 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica, non ſubiacet ſtatuto laicorum.*
11 *Alienatio rerum minoris, de iure communi, requirit cauſam.*
12 *Statutum de habilitate perſonarum, habet locum in bonis Eccleſiaſticis & ſufficit ſubiecto perſonæ.*
13 *In alienatione neceſſaria, emptor debet attendere, vt pecunia vertantur in cauſam expoſitam.*
14 *Iudex intereſſe habens, non poteſt actum auctorizare.*
15 *Ratificatio non inducitur ſine ſcientia actus nulli.*
16 *Scientia, inducitur ex narratiua in memoriale.*
17 *Actus tendens ad reprobandum, excludit ratificationem actus.*
18 *Taciturnitas, inducit ratificationem, ad effectum agendi, non ad effectum excipiendi.*
19 *Ceſſionarius, agit vigore iurium ſibi ceſſorum.*
20 *In alienatione rerum minoris, debet exprimi iudici cauſa præciſa.*
21 *Et probari debet verſio in cauſam expreſſam.*
22 *Ceſſionario, obſtant omnes exceptiones cedentis.*

DECISIO CXXV.

FVndamenta deciſionis, cor: Me æditæ. ſub die 1. *Iulij* anni præteriti, ex quibus fuerat reſolutum Acca-
ritium, ad nihil teneri, erga Donatum, qui, vt illius fide-
iuſſor, in venditione cuiuſdam domus, liberauit Scainum
emptorem à moleſtijs ei illatis, per moniales Sanctiſſimi
Corporis Chriſti Rauennæ, nullo modo euerti, tam ex
denuo repetitis, quam ex nouiter deductis, putarunt Do-
mini, Propterea, illa confirmando, ſteterunt in deciſis, &
certè tolli nequit obiectum, quod minor non eſt obliga-
tus releuare indemnem fideiuſſorem ſui contractus nulli,
& inualidi, vt probant *Marcheſ. de Commiſſ. appell. in* 1
cauſ. oblig. Cam. 2 num. 219. fol. 812. Tiraquell. de leg. Connub. gloſſ. 4. num 4.

Subſiſtit etiam nullitas d. venditionis, deducta, ex in-
ſufficientia cauſæ expreſsæ, quoniam Adriana Tumaia
mater, & aſserta curatrix d. Accariſij expoſuit ſe vende-
re pro extinguendo quodam cenſu ſcut. 500. in ſorte, &
pro ſoluendo alio ære alieno paternæ hæreditatis, & ta-
men, cum Iudex ad hoc, vt d. alienationem legitimè ap-
probaret, teneretur inſpicere, an debita eſsent vera, & rea- 2
lia, & an minori expediret potiùs ſupra d. domum, quam
alia bona diſtrahere, *iuxta tex. in l. magis puto §. non paſſim, & §. idem prætor ff. de reb. eor. Barboſ. in l. ob æs 12 C de præd. minor. Mantic de tac. lib. 4. tit. 6. num. 8. Rot cor. Merl. dec. 540. num. 12. & ſeqq.* erant exprimenda ſingula debita, 3
in ſpecie, cum ſuis qualitatibus, Nam prædicta cognitio,
non potuit deſumi ex huiuſmodi narratiua, genericè fa-
cta, & quæ tanquam cauſam prætereuns, nimis vagam, 4
eſt prorſus irreleuans ac efficit, quòd decretum iudicis,
ſuper ea, interpoſitum, appareat fuiſse adhibitum, ſine
d. neceſsaria perquiſitione, & conſequenter priuetur
fomento iuris, *Rot. coram Merl. deciſ. 714 num. 37. &*
ſeqq. dec. 737. num. 16. & in alijs, quas cumulat *add. ad* 5
Rot. dec 81. num. 23. par. 8 rec. in Romana de Stephanis 25. Iunij 1657. §. neque pro conualidanda coram Reuerendiſſ. Papien.

Nec ipſa nullitas, aliaque reſultans, ex eo, quia, in
dicto contractu non interuenit proximior minoris, ad
for-

Digitized by Google

formã ſtatuti Rauẽnæ, in prima dec. plenè cõprobata eui-
tator, ob facoltatem alienandi omnia ſua bona, excepto
prædio, *della Colombara*, quam Rainutius pater d. Ac-
cariſij, eidem Adrianæ in teſtamento conceſſit, ad effe-
ctum ſoluendi debita, nam hæc facultas, excuſat ab inob-
ſeruantia ſolemnitatum, quandò fuit tradita, quoad cer-
tam rem particularem, quæ poſtea, eius vigore, diſtrahi-
tor, cum, enim, tũc aſſiſtat præſumptio, quòd teſtator, ca-
piendo bonum cõſilium, pro hærede, deſtinauerit aliena-
re rem minus damnoſam, vel magis proportionatam ne-
ceſſitati, excluditur ſuſpicio læſionis, & venditio eſt po-
tius executio voluntatis defuncti; quam proprium facti
6 minoris, ideò non requiruntur ſolemnitates, & in his ter-
minis loquitur textus *in l. prædium C. quando decreto
opus non eſt & in l. 1. §. 2. ff. de reb. cor.* ſed quando illa eſt
7 generalis, quia non intrat d. præſumptio, & minor lædi
poteſt in electione, ſi alienetur priùs vna res, quam alia,
vtique tributa cenſetur ſecundum ius commune, & ſer-
8 uata forma à iure præſcripta, arg. *tex. in l. ſi quando C. de
inoff. teſt. Pic. ad ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 151. gloſs. 7. nu. 15. Surd.
dec. 77. num. 4. Rot. in Firmana Cenſus 3. Iunij 1651. §. fin.
cor. R. P. D. Priolo*.

Eoque minus d. licentia ſuffragatur, quia non fuit
venditum, præſente pecunia, niſi quoad minorem par-
tem pretij, & pro reſiduo fuerunt aſſignata, quædam
credita exigenda, in diem, quod fieri non potuit, nam
quoties à teſtatore permittitur alienatio pro extinguen-
do ære alieno, vel ex alia cauſa, eſt facienda realis ſolutio
9 pretij, in actu venditionis, ad hoc, vt eo mediante, ſtatim
poſſit ſolui creditoribus, aut aliud iniunctum onus ad-
impleri, *Bart. in l. à Diuo Pio §. ſed ſi emptor num. 3. & 5.
ff. de re iudic. Manens conſ. 17. num. 56. & ſeqq. Rot. cor. Ca-
naler. deciſ. 8. num. 4. in Rom. domus 17. Martij 1649. cor.
Bichio*.

Neque, maioris eſt ponderis addita reſponſio, quod d.
10 domus eſt emphyteutica, & ſub directo dominio Eccle-
ſiæ S. Petri in vinculis, & ſic eius venditio non ſubiace-
bat ſtatuto Rauennæ, merè laicali; Etenim vltrà, quod
ſublata diſpoſitione d. ſtatuti, adhuc vigeret nullitas,
11 ex defectu legitimæ cauſæ, in diſtractione bonorum mi-
noris, etiam de iure, vt ſupra, requiſitæ, cum illud non
reſpiciat rem, ſed inhabilitet perſonas, ad contrahen-
dum, ſine ſolemnitatibus, annullando contractus aliter
geſtos ſufficit ſubiectio perſonarum contrahentium, vt
eius forma, pro validitate actus debeat obſeruari *Natt.
12 conſ. 280. num. 4. Alex. conſ. 93. num. 4. lib. 4. Rot. dec. 922.
num. 3. par. 9. rec.*

Præterea, non docetur ex pretio retracto, fuiſſe ſoluta
debita, niſi quoad modicam ſummam; Vndè etiam ex
iſto capite, venditio redditur inualida, cum ex alienatio-
ne, ex cauſa neceſſaria, emptor teneatur inuigilare, quod
13 pecuniæ conuertantur in cauſam expoſitam *Bald. in l.
fin. §. etſi præfatam num. 6. de iur. delib. Rot. dec. 25. num. 1.
poſt Cenc. de cenſ. in Rom. domus 4. Maij 1657. §. imo qua-
tenus cor. R. P. D. Beuilaqua*.

Pariter, nulla vis fieri poteſt, tum in expreſſa ratifica-
tione d. contractus ab Accariſio facta, per publicum in-
ſtrumentum, de tempore, quo adhuc minor, quam in ta-
cita, quæ deducitur ex longa illius taciturnitate, poſt-
quam fuit effectus maior; ſiquidem in prima interpo-
ſuit decretum ipſemet Donatus fideiuſſor, tunc prætor
Rauennæ, qui ob intereſſe, quod habebat, non potuit d.
14 actum auctorizare *l. qui Iuriſd. & ibi Iaſ. num. 2. ff. de Iu-
riſd. omnium Iudic. Rot. in Aſtoricen. cenſus 23. Iunij 1653.
cor. Dunozetto & 2. Iulij 1661. §. vlterius coram R. P. D.
Priolo*.

Deficit etiam probatio ſpecificæ ſententiæ nullitatis
d. contractus, an, ipſo approbante, ſine qua ratificatio
15 non præiudicat, *Rot. cor. Ottob. dec. 191. num. 19. & ſeqq.
& in Anconitana nullitatis Concordiæ 16. Aprilis 1646.
§. & maximè cor. Arguelles*.

Quoautem, ad tacitam, quamuis ex memoriali ab
Accariſio porrecto de anno 1630. Vicario Rauennæ pro
obtinenda abſolutione, à iuramento, ad effectum agendi
contrà poſſeſſorem d. domus, conſtet illum, de eo tempo- 16
re, habuiſſe ſcientiam nullitatis; tamen prætermiſſo,
quod hæc petitio, cum tenderet ad reprobandam vendi-
tionem excludit præſumptam voluntatem ratificandi
Rot. cor. Canaler. deciſ. 112. num. 25. longa taciturnitas 17
obeſt minori, ne agendo poſſit ampliùs contractum im-
pugnare, non verò illi adimit ius excipiendi de nullitate,
ſi ex contractu nullo conueniatur *Maluaſ. conſ. 86. num.* 18
21. Rot. deciſ. 262. num. 16. par. 9. rec.

Denique vrget obiectum, quod Donatus, ad liberan-
dum d. Accariſium emptorem à moleſtijs aſſumpſit in ſe
onus cenſuum alias per d. Adrianam, tutorio nomine,
venditorum dd. monialibus, quæ cum de illis fuiſſent po-
ſteà ſpoliatæ, à creditoribus anterioribus patris d. Acca-
riſij, agebant, pro eorum euictione; idcircò, ex iuribus ea- 19
rundem monialium, ſibi ceſſis, poſſit repetere fructus ſo-
lutos; quia venditio horum cenſuum laborat, eodem
morbo, nullitatis, quo eſt infecta alienatio d. domus, cum
ad eam fuerit deuentum, pro liberandis minoribus, ab 20
alijs cenſibus in genere, non expreſſo, quales eſſent hi
cenſus: Vndè iudex non potuit perſpicere an concurre-
ret iuſta cauſa, permittendi d. detractionem, nec vlterius
probatur verſio pecuniarum in cauſam expreſſam, quæ 21
ſemper eſt iuſtificanda quando d. cauſa non eſt ſpecialis,
ſed nimis vaga & generica *Rot. in Romana domus 12. Iu-
nij 1656. §. fin. cor. R. P. D. Veroſpio*, ſicuti ergo iſtæ exce-
ptiones, contra dd. moniales potuiſſent opponi, ità poſ-
ſunt opponi ad repellendum earum ceſſionarium, cui
obſtant omnes exceptiones quæ militant contra ceden- 22
tem *Surd. conſ. 4. num. 7. Rot. cor. Gregor. dec. 121. num. 3.*

Et ita vtraque parte &c.

Reuerendiſs. D. Ninot Epiſcopo Gerunden.

Romana Penſionis.

Ven. 15. Febr. 1664.

ARGVMENTVM.

Indultum transferendi penſiones Conclauiſtis, à S. M. Vrbano VIII. conceſſum, compræhendit vxoratos, nec excludit penſiones reſeruatas, ſuper diſtributionibus quotidianis, in beneficijs non habentibus præbendam.

SVMMARIVM.

1 *Papa habet pleniſſimam poteſtatem, ſuper penſionibus.*
2 *Priuilegium, vbi non diſtinguit, nec nos debemus diſtinguere.*
3 *Vbi eſt par ratio concedendi, debet eſſe par conceſſio.*
4 *Conceſſo antecedenti, conceditur omne id, quod venit in conſequentiam ad illud.*
5 *Indultum comprahendit id, de quo intelliguntur eius verba.*
6 *Præſeruata facultate retinendi penſiones, non cenſetur data facultas transferendi.*
7 *Diſpenſatio non trahitur ad diuerſa, & non operatur vltra expreſſa.*
8 *Poſteriora derogant prioribus.*
9 *Derogatoria, quarumcumque Conſtitutionum, & conciliorum, derogat illis, de quibus facienda eſſet expreſſa mentio.*
10 *Nomine fructuum, non veniunt diſtributiones quotidianæ.*
11 *Facultas transferendi penſiones, non comprahendit reſeruatas, ſuper diſtributionibus.*
12 *Nomine fructuum veniunt diſtributiones, quando beneficium non habet prabendam.*

Digitized by Google

DECISIO CXXVI.

TRanſtulerat Antoninus, ad fauorem Alexandri
Mariæ filij, annuam penſionem *duc.* 25. reſeruatam
ſuper fructibus vnius ex Beneficiatibus Baſilicæ D. Petri,
hodie per Andream Oddum poſſeſſi, verum, quia A.C.
huiuſmodi translationem inualidam declarauit, dubita-
ui, in gradu Appellationis, An ſuſtineretur, & fuit af-
firmatiue reſponſum.

Facta enim conuincitur, vigore Indulti, à San: mem:
Vrbano VIII. Dapiferis conceſſi, de transferendo quaſcun-
que penſiones vſq; ad ſummam *duc.* 100. vt in eius con-
ſtitutione 9. §. 11. Vnde eius validitas, non poteſt, in du-
1 bium reuocari, cum Papa pleniſſimam in hoc, & abſolu-
tam habeat poteſtatem, *Pariſ. de reſignat lib. 6. quæſt. 4. nu.*
7. & ſeqq Garz. de benefic. par. 2. cap. 5. num. 252. Rota cor.
Burats. deciſ. 658. num. 1. & in rec. dec. 340. num. 36 par. 9.

Non obſtat quod Antoninus eſſet vxoratus, cũ enim
d. Vrbani VIII Conſtitutio generaliter loquatur, de om-
nibus Dapiferis, nec diſtinguat, inter vxoratos, & non
2 vxoratos, generaliter de omnibus eſt intelligenda, nec
nos diſtinguere debemus *ad tex in l. non diſtinguemus ff.*
de recept arbitr. l. Prætor. ff. de offic præſid.

Conſiderato præſertim, quod ratio concedendi d. In-
dultum, fuit ſolum contemplatio ſeruitiorum, in Con-
claui creationis Vrbani per Dapiferos præſtitorum, quæ
cum eadem ſit in vxoratis, quæ in non vxoratis debet
vtroſque, eodem modo, determinare, non enim, poteſt
3 eſſe diſpar conceſſionis diſpoſitio vbi concurrit par con-
cedendi ratio *l. illud ff. ad leg. Aquil.*

Nec ex eo, quod *in §. 15.* eiſdem Dapiferis Pontifex
permittat, vt poſſint retinere penſiones, vſque ad ſum-
mam ducat. 200. etiamſi matrimonium contraxerint,
inferri poteſt, quod in antecedenti indulto, de transferen-
do non fuerint compræhenſi vxorati.

Cum, enim (vt dictum eſt) præfatum Indultum nul-
lam faciat diſtinctionem perſonarum, ſed ſolum illas ſpe-
cificet, in ordine ad factum poſſeſſionis, vt ſcilicet omnes
illi Dapiferi qui penſiones obtinent, & obtinebunt, poſ-
ſint illas vſque ad expreſſam quantitatem ducat. 100.
transferre dicebant, Domini, quod eo ipſo, quod vxorati
per Pontificem habilitantur ad obtinendas penſiones, il-
licò, & incontinenti cadebant ſub indulto, & conſeque-
bantur facultatem transferendi, quæ generaliter, & inde-
finite omnibus Dapiferis Penſiones obtinentibus, & ob-
tenturis indulgebatur cum conceſſo antecedenti, capia-
tur omne id, quod dependenter venit, & in conſequen-
4 tiam ad illud *cap. prudentiam § ſi verò de offic. de leg. lib. 1. §. 1.*
ff ſi vſusfruct. pet. Euerard. in topic legal loc. 94. Nauar. qu.
59. num. 1. lib. 1. Barboſ. ax. tom. 4. num. 4. & 9. & ax. tom. 30.
lib. 1.

Quod tali ratione confirmabant, ſi enim, inter Dapi-
feros fuiſſet aliquis vxoratus, qui Eccleſiaſticas penſio-
nes ex diſpenſatione antecedenter retineret, nulla ſubeſt
ratio dicendi, cur non debeat iſte gaudere tali priuile-
gio, dum ſit, de perſonis, de quibus loquitur indultum,
5 cuius verba ſunt apta illum compræhendere, ad *text. in*
l. conſtitutum ff. de milit. teſtam & l. 4. §. toties ff. de damn.
infect. ex quo apparere aſſerebant Pontificem non di-
ſtinxiſſe inter perſonas, ſed illas ſolum conſideraſſe in
ordine ad nudum factum, vt qui haberent capacitatem
facti ad transferendum, transferrent.

Hinc non facit concluſio, quod præſeruata facultate
recipiendi, & retinendi penſiones, non cenſeatur præſer-
6 uata facultas transferendi, iuxta *deciſ. Capsaq 315. par.*
2. & dec. 99. num. 100. par. 3. Procedit, enim, quoties diſ-
penſatio, de facultate transferendi nihil dicit, quo caſu,
indubitanter illam non compræhendit, cum diſpenſa-
tio, ſiue ſit præuentiua, & præſeruatiua, ſiue ſubſequens,
& reintegratiua non operetur vltrà mentem diſpenſan-
tis, & ad vnum effectum conceſſa, non trahatur ad di-
7 uerſum, ſed hic non eſt caſus noſter, cum Papa non ſo-
lum dederit vxoratis facultatem obtinendi penſiones
ſed vlterius omnibus Penſiones obtinentibus, ſeù obten-
turis claram, & explicitam facultatem transferendi.

Dato, autem, quod Pontifex voluerit concedere Da-
piferis facultatem transferendi Penſiones, nullius poteſt
eſſe momenti antecedens Pij V. Conſtitutio, in qua hu-
iuſmodi priuilegia fuerunt reuocata; Poſteriora enim de-
rogant prioribus *l. ſed & poſteriores ff. de legat. leg. pacta* 8
nouiſſima C. de pact. Cumque Vrbanus VIII. in dicto mo-
tu proprio derogauerit omnibus Concilijs, & Conſtitu-
tionibus, in contrarium facientibus, cum ampliſſimis de-
rogatoriarum derogatorijs &c. cenſetur dictam Pij V.
Conſtitutionem, ad hunc effectum ſuſtuliſſe, etiam ſi de
illa facienda fuiſſet expreſſa mentio, *Rota coram Dura-*
no deciſ. 285 num. 61. & in rec. dec. 630. num. 36. & ſeqq. 9
par 4. tom. 3. & in Rauennaten. Penſionis 5. Iulij 1660. & 1.
Decembris 1662. coram R. P. D. meo Albergato.

Maior difficultas viſa fuit adeſſe, circà alterum pun-
ctum; An Indultum compræhendat penſiones reſerua-
tas, ſuper diſtributionibus quotidianis; Quamuis, enim,
quoties beneficium vltrà diſtributiones habet etiam
propriam præbendam, nomine fructuum beneficij, non 10
veniant diſtributiones, & conſequenter indultum, de
transferendo penſiones impoſitas ſuper diſtributionibus, 11
vt in puncto deciſum fuit *in Romana Penſionis 23. Maij*
1644. & 24. Martij 1645. coram Reuerendiſſ. Melzio Epi-
ſcopo Papien.

Contrarium, tamen, dicendum eſt, quoties beneficium,
prout in præſenti caſu nullos alios habet redditus, quam
diſtributiones, quia tunc, nè contingat dari canonicatũ, 12
ſine præbenda, ſortiuntur iſtæ nomen, & naturam fru-
ctuum *gloſ. in cap. vnico verb. recepit de Cleric. non reſid. in*
6. verſ. credo Gemin. in cap. præſenti num. 19. de offic. deleg. in
6. Gonzal ad regul 8. §. 7 proem num. 157. & ſeqq Rota co-
ram Durano deciſ. 285. num. 99 & dec 411. num 7. & ſuc-
cedunt in locum prebendæ, *Monet de diſtrib. par. 1. quæſt.*
6. num. 16. Ceſar. de Graſſ. dec 8. num. 1. & ſeqq. de probat.
& admittitur etiam in vtraque deciſ. ſupra allegata *co-*
ram Reuerendiſſ. Papien.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. Ottalora.

Bononien. Bonorum ſeu Succeſſionis de Sighicellis.

Ven. 2. Martij 1663.

ARGVMENTVM.

Contra opinionem plurium Doctorum, hæc deciſio
ſequitur Rotæ opinionem, quòd ſtatutum, de ſuc-
ceſſione, non habeat locum, in hæreditate Clerici.
Renunciatio ad fauorem alicuius dicitur translati-
ua non abdicatiua.

SVMMARIVM.

1 *Proximior defuncto ſuccedit ab inteſtato.*
2 *Statutum, de ſucceſſione, habet locum in hæreditate Clerici.*
3 *Contrarium ſentit Rota.*
4 *Repudiatio hæreditatis inducitur ex receptione ſui crediti.*
5 *Niſi in receptione ſui crediti proteſtetur.*
6 *Referens non probat, quando non conſtat de relato.*
7 *Filia fratrum ſuccedunt inter ſe.*
8 *Renunciatio ad fauorem alicuius, eſt translatiua non abdicatiua.*
9 *Monaſterium ex perſona monaci, qui renunciauit non poteſt ſuccedere.*

DECISIO CXXVII.

ANno 1654. deceſſit, ab inteſtato, Balthaſſar de Seghicellis, nullis relictis filijs: Qua propter Io. Leonardus, & Ioſeph, de Bolognettis, nepotes, ex Sorore, d. Balthaſſaris petierunt, cor. Auditore Generali Bononiæ, immitti, ex interdicto quorum bonorum, in poſſeſſionẽ hæreditatis, & bonorum hæreditariorum eiuſdem contrà Sebaſtianum Mariam Seghicellum, ex Alberto fratre pronepotem; & lata eſt ſentẽtia fauorabilis, pro Indiuiſo cum d. Seghicello, a qua ſententia vtraque pars appellauit; Vndè cauſa mihi commiſſa, dubitaui; An ſit danda Immiſſio; cumque Sebaſtianus bona libera Balthaſſaris, & fideicommiſſa Leonardi proaui ſubiecta poſſideret; DD. dandam eſſe immiſſionem, in bonis liberis tantum Balthaſſaris, pro medietate decreuerunt.

Nam iuris diſpoſitio proximiorem conſanguineum, teſtamenti defectu, ad hæreditatem admittit, *l. 2. §. hac*
1 *hæreditas, & §. legitima ff. de ſuis & legit. hæred. l. 1. §. gradatim ff. vnde cognati §. ſi plures Inſtit. de legit. agnat. ſucceſs. l. conficiuntur 8. verſ. quoniam creditor ff. de Iur. Codicill. Rot. dec. 115. num. 1. par. 1. rec. & in Bononien. Bonorum ſeu Fideicommiſſi de Sanctis 17. Maij 1647. in principio in Bononien. ſucceſſionis de Barberijs 17. Maij 1651. §. in reliquis & 11. Martij 1652. § quo vero ad alia bona cor. R. P. D. Albergato.*

Nec alicuius conſiderationis eſt Statutum Bononiæ
tit. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. & collat. lib. 4. excludens co-
gnatos propter agnatos, quod in hæreditate Clerici, qua-
lis fuit Balthaſſar, de cuius ſucceſſione agitur locum
2 habere plurimi ſenſerunt, *Theſaur. Iun. qq. for. lib. 2.
quæſt. 2 per tot. Carol. de Craſſ. de effect. Cleric. effect. 2. num.
276. Merlin. de legit. lib. 3. quæſt. 19. num. 5. & ſeqq. cum
alijs.*

Quia hæc diſputatio fuit iamdiù exagitata, & pluri-
bus deciſionibus terminata, quibus firmatum eſt, d. Sta-
tuto locum non eſſe in hæreditate Clerici *Rot. in Bono-*
3 *nien. ſucceſſionis de Zanis 9. Decembris 1654. cor. Bichio,*
vbi de hac materia abundè, & *in Bononien. hæreditatis 28.
Iunij 1652. cor. eodem & 30. Maij 1653. & 26. Ianuarij
1654 cor Reuerendiſſ. Papien. & in Maceraten. hæreditatis
27. Maij 1658. §. & licet cor. R. P. D. Veroſpio & cor. Eminentiſs. Otthob. dec. 149. num. 4. & ſeqq.*

Hæc omnia tantum in perſona Ioſephi de Bolognet-
tis locum habent, nam Ioanni, & Leonardo fratribus im-
miſſio non eſt concedenda, cum receperint libras 1000.
à tutore Sebaſtiani, de Sighicellis pupilli, tamquam vnici
hæredis Balthaſſaris, ex quo videtur induci hæreditatis
4 repudiatio, vt in puncto, tradit, *Mantic. de coniect. lib. 12.
tit. 14. num. 29. his verbis.* Illud verò in dubium non venit,
quia ille, qui poteſt eſſe hæres, & ab alio petierit id, quod
ſibi à defuncto fuerit debitum, ex hoc videatur repo-
diare hæreditatem, niſi proteſtetur, quod non intendit
5 repudiare, iunctis *Bald. in l. vt debitum C. de hæred. act.
Socem. conſ. 45. num. 4. lib. 4. Menoch. præſ. 102. num 17. lib.
4. Rot. dec. 288. num. 3. par. 3. rec.* Quod in Ioſepho non
eſt admittendum; nam, et ſi quietantia debiti prædicti,
eius nomine, ex mandato à fratribus, pariter facta ſit, il-
6 lud tamen, non aliter, quam per relationem probatur,
cui non creditur, cum non conſtet de relato, *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. auth. ſi quis, C. de edend. cum vulgat.*

In alia, verò medietate Ioſepho de Bolognettis Immiſ-
ſio competere non poteſt; Cum enim Dorothæa filia
Alberti fratris Balthaſſaris, ad eius ſucceſſionem vna,
cum illo admittitur, tamquam exiſtens in eodem gradu;
nam filiæ fratrum ſuccedere debent inter ſe, in capita,
7 *Molin. de Hyſp. primog. lib. 3. c. 7. num. 22.* vbi copioſa ma-
nu addit *Caſtill. lib. 3. contr. cap. 19. num. 82. Fuſar. de ſubſt.
quæſt. 482. num. 10. Rot. dec. 27. par. 1. rec.* Cumque Doro-
thea, antè profeſſionem emiſſam, in Monaſterio Bono-
nien. S. Mariæ Angelorum, ceſſerit Camillo fratri, eiuſ-
que hæredibus, omnia Iura quibuſcumque ſucceſſioni-
bus illi debita, ſeù in futurum debenda; hæcque renun-
ciatio non ſit abdicatiua, ſed translatiua, iuxta tradita
per *Gratian. c. 692. num. 5. Surd. dec. 14. num. 2.* debet pro 8
hac medietate, ſuccedere Sebaſtianus, vti filius Camilli;
nam ſtatim, delata hæreditate monaſterio cenſetur, per
illud adita, & ex vi dictæ ceſſionis translata, in renuncia-
tarios, vt in terminis firmauit *Rot. in Maceraten. hæredi-* 9
*tatis 27. Maij 1658. coram R. P. D. Veroſpio §. neque bona
ceſſa.*

Quoad bona verò fideicommiſſaria, & prætenſas detractiones, ob materiæ ambiguitatem DD. nihil voluerunt pro nunc decidere.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. Ottaiora.

Bononien. Bonorum ſeu Succeſſionis de Sighicellis.

Ven. 2. Maij 1664.

ARGVMENTVM.

In corroborationem deciſionis ſuperioris, diſcutitur quandò, ob petitionem, & exactionem crediti proprij, dicatur repudiata hæreditas; & quid operetur Renunciatio translatiua.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad exigendum probat aditionem & repudiationem hæreditatis.*
2 *Limita, quando mandatum eſt generale.*
3 *Hæreditas viuentis non datur.*
4 *Conſenſus non trahitur ad ignorata.*
5 *Repudiari non poteſt hæreditas, de qua non habetur ſcientia.*
6 *Per exactionem crediti compatibilis cum aditione non inducitur repudiatio hæreditatis.*
7 *Ignorantia iuris non admittitur.*
8 *Præcipuè, vbi ſunt viri docti.*
9 *Doctor non allegat ignorantiam iuris.*
10 *Exactio crediti, quando non inducat repudiationem hæreditatis.*
11 *Contra, quando per exactionem confunduntur actiones.*
12 *Vnus ex pluribus hæredibus, non poteſt petere totum creditum hæreditarium.*
13 *Proteſtatio non repudiandi hæreditatem in exactione ſui crediti, excludit repudiationem.*
14 *Sciens ſe hæredem, & petens creditum ſuum repudiat.*
15 *Aditio excludit repudiationem.*
16 *Hæreditas ſemel adita repudiari non poteſt.*
17 *Renunciatio abdicatiua operatur ac ſi renuncians natus non fuiſſet.*
18 *Renunciatio dicitur translatiua, per verba,* ceſſit, tranſtulit.
19 *Renunciatio iuri non transfert ſucceſſiones deferendas.*

DECISIO CXXVIII.

PLacuerunt DD. Fundamenta deciſionis, in hac cauſa ſub *die 2. Martij 1663.* coram Me, emanatæ, in qua firmatur Ioſepho de Bolognettis dandam eſſe immiſſionem, pro medietate, in bonis liberis Balthaſſaris de Seghicellis, ab inteſtato, defuncti, reiectis his, quæ nouiter proponuntur.

Nec obſtat, quod Ioſepho immiſſio, videtur deneganda; quia dedit mandatum procuræ ad exigendũ, ex quo
repudiatio, vel aditio hæreditatis, quæ pendet à ſolo ani-
mo deducitur. *gl. magiſtral. in l. per procuratorem ff. de ac-* 1
quir. hæred. Rot. cor. Canaler. dec. 244. in fin. & dec. 353.

num 1 cor. Buratt. Itaque eadem exceptione veniat repellendus, qua reijciuntur Io;& Leonardus eius fratres.

Tum quia mandatum eſt generale ad exigendum, in
2 genere à quibuſcumq; perſonis, non in ſpecie creditum à
Sghicellis; Tum quia fuit datũ anno 1650. quo tempore
Balthaſſar, de cuius ſucceſſione agitur, ſuperuiuebat qui
3 obijt de anno 1654. cuius hæreditas non potuit dici Ioſepho delata, ad *l qui ſuperſtites ff de acquir. hæred. cum vulg Rot. cor Buratt. dec. 639. num. 11.*

Quo verò ad repudiationem Leonardi, & Io: deductã ex receptione lib 1000. per eos, facta, à tutore Sebaſtiani de Sghicellis tamquam hæredis Balthaſſaris non obſtat ignorantia prætenta, eò quod putabant obſtare ſtatutũ,
4 ex qua tollitur conſenſus, & impeditur repudiatio. *Bart*
5 *in l. Clodius ff. de acquir. hæred. Caſtrenſ. in l debitor num. 9. C. de pact.* vbi quærens vtrum quis, petendo ſuum creditum antequam adeat hæreditatem illam videatur repudiare, & relata negatiua ſententia ſubdit, *Iudico hoc verum ſi ignorabat hæreditatem ſibi delatam*, quibus accedit
6 exactionem crediti compatibilem eſſe, cum hæreditatis aditione, vt dixit *Rot. dec. 265. nu. 7 & 288 nu. 3 par. 3. rec.*

Nam Doctores adducti loquuntur, de ignorãtia facti; Ignorantia, verò Iuris vt in caſu noſtro, non admittitur,
7 *Rot dec. 281. num 4 par. 4. rec.* maximè in Ciuitate Bonon. quæ doctiſſimis floret Iuriſconſultis qui conſuli poterãt,
8 *Rot dec. 106. nu. 7 & deciſ. 311. nu 11 par. 4 to. 2. rec.* Deinde Io: qui fuit vnus ex exigẽtibus erat V. I. D. qui multò
9 minùs poteſt hanc ignorantiam allegare *Rot. cor Buratt dec 44. n. 9* & pluribus congeſtis, fuit dictum in *Bononien. Bonorum de Graffijs 26. Aprilis 1660. §. quia cor Reuerendiſſ. Decano*; Exactio, verò crediti, tunc eſt compatibilis cum hæreditatis aditione, quando creditor per aditionẽ, non confundit actiones vt accidit cum adit hereditatem cum Beneficio legis, & Inuentarij, vel ſibi ſoluit per imaginariam ſolutionem, ad effectum euitandi damna in reſtitutione fideicommiſſi, iuxta *Soc. Iun. 170. nu. 10.* in qui
10 bus terminis loquitur *Rot. d. dec. 265.* vbi allegat *d. conſ.* At, verò quãdo creditor, ſi eſſet hæres confunderet actiones, vt in præſenti, quia agitur de hæreditate ab inteſtato
11 iuxta *l Fratres, & l. hæres a debitore ff de fideiuſ.* d. deciſionis doctrina non procedit, propter quod, ab eo non petitur ſimpliciter creditum dotis, ſed eò quia eſt hæres ab inteſtato Balthaſſaris defuncti, & hæreditatem adiuerat, quo caſu ex petitione, & exactione totius crediti dotalis neceſſariò inducitur repudiatio, nec alias potuiſſent tres fratres de Bolognettis petere ſibi ratam d. debiti ad Sebaſtianum ſpectantis tamquam vnum ex hæredibus iuxta
12 *tex. in l. illud ff. de acquir. hæred.* ad quem effectum requirebatur proteſtatio, quod non intendebant exindè repu-
13 diare hæreditatem *gl. in l vt debitum 5. C. de hæred. act. Caſtr.* & alij, quos refert, & ſequitur *Soc Sen. conſ. 45. nu 4 & ſeqq lib. 4.* quod plenius procedit, quia Bolognetti ſciebãt mortem Balthaſſaris, ab inteſtato, & ſic eius hæreditatem ipſis delatam, tamquam nepotibus ex Aurelia ſorore, vt conſtat ex Inſtrum in quo referunt ſe nepotes per obitũ Balthaſſaris, exiſtentiam Sebaſtiani pronepotis, & ab inteſtato hæredis, nec non creditum ſibi ipſis debitum in hæreditate, quo caſu, eò faciliùs inducitur repudiatio, per exactionem totius crediti factam à Sebaſtiano hærede ſi
14 ne vlla proteſtatione, dum ipſi certò ſciebant, ſe vti nepotes poſſe hæredes eſſe *Socc. d. conſ. 45. num 4.* & admittit eadem *dec. 288. nu. 1. 3.* vbi fuit contrarium reſolutũ. quia concurrebat actus proteſtatione fortior, ſcilicet, præcedens aditio hæreditatis ex parte creditorum, vt patet *ex*
15 *num. 2.* & difficiliùs cenſetur repudiata hæreditas adita, quam ante aditionem, cum ſemel adita repudiari non
16 poteſt *lib. 1. §. hæreditas ff de ſucc. edict.*

Minùs obſtat, quod Sebaſtianus non dicatur renunciatarius Dorotheæ, quia renunciatio facta Camillo, etſi etiam quod, ex vi ſtipulationis hæredibus ſuffragaretur, non poteſt dici tranſlatiua, ſed merè abdicatiua, reſpectu
17 hæreditatis non delatæ, quæ proindè non eſt donatio, ſed per eam itum fuit ob viam principio acquiſitionis *Bald in l illud nu. 11. C de Sacroſ. Eccl. Gionagn. conſ. 91. n. 15. lib. 1. Montan. contr. 10. nu. 10. cum ſeqq. Hodier. in l. hac edictali q. 11. nu. 39. & contr. 7 nu. 4 8. 33 lib. 1.*

Quia ceſſionem fuiſſe tranſlatiuam verba, *ceſſit, dedit,*
& tranſtulit, demonſtrant, *Fab. conſ. 45. n. 24 & ſeqq. lib. 1.* 18
Camil. de Medic. conſ. 35. nu. 15. cum ſeqq. Rot. in Maceraten. Salmam 26. Iunij 1647. §. hinc non releuat cor. Peuting. & Auximana Dotium 26. Maij 1655. §. his accedunt cor. Bichio, & quod vbi verba cõtinent tranſlationem, & ceſſionem Iurii ſub renunciatione, cadant etiam hereditates
deferendæ agnoſcit *Gionagn. d conſ. 91 nu. 13 lib. 1 nu. 19.* 19

Denique parum intereſt Iuſephum, alios habere fratres, quibus pro æquali portione, deferretur ſucceſſio, illi, enim profeſſionem regularem emiſerunt in Monaſterijs, quorum nomine dum non agitur, nulla ipſis aſſignanda portio.

Reliqua verò ad fideic. pertinentia DD. reſeruanda eſſe cenſuerunt.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Ottalora.

Fauentina Succeſſionis.

Lunæ 5. Aprilis 1666.

A R G V M E N T V M.

Bona prouenientia à patre, non ſunt conferenda, ſi ſint donata vni filio, titulo primogenituræ; & non conſtet de intentione patris, quod voluerit conferre. Pactum futuræ ſucceſſionis ſuſtinetur, quando paciſcentes perſeuerant vſque ad mortem.

S V M M A R I V M.

1 *Bona quæ veniunt ab extraneo non ſunt conferenda inter fratres.*
2 *Conferuntur ſolum ea bona quæ veniunt immediatè à patre.*
3 *Bona quæ non conferuntur non imputantur in legitimam.*
4 *Bona paterna omnia ſunt conferenda.*
5 *Conuentiones non præiudicant 3. abſenti, & non conſentienti.*
6 *Bona paterna ſubiecta primogenituræ, non ſubiacent collationi.*
7 *Nec eorum valor, & pretium.*
8 *Nec fratres pro ea petunt recompenſationem.*
9 *Pater poteſt inæqualiter relinquere filijs.*
10 *Ex voluntate patris primogenitura confertur.*
11 *De hac voluntate conſtare debet.*
12 *Collationis præceptum, excluditur ex pacto reuerſiuo.*
13 *Inter extraneos nulla fit collatio.*
14 *Vna diſpoſitio non debet cenſeri diuerſo iure.*
15 *Collatio excluditur, quando ex ea aliquis deciperetur.*
16 *Pactum futuræ ſucceſſionis a iure reprobatur.*
17 *Limita, quando paciſcentes perſeuerant vſque ad obitum.*
18 *Copia non facit fidem.*
19 *Niſi concurrentibus coniecturis.*
20 *Vir in dignitate conſtitutus Cardinalis non cenſetur dicere falſum.*
21 *Scriptura priuata, vbi ſunt adminicula plenam facit probationem.*
22 *Obſeruantia dat robur ſcripturæ informi.*

D E C I S I O CXXIX.

CLar. me: Cardinalis Bernardinus Spada, contemplatione Matrimonij, inter Marchionem Gregorium filium primogenitum Iacobi Philippi, ſui fratris, & Marchioniſſam Camillam Fantucciã, promiſit Senatori Federico

derico Auo paterno d.Camillæ,conſtituere, infra termi-
num,octo annorũ.cũ pactis ſibi benè viſis, primogenitu-
rã annui redditus lib.32.m. bonorũ,& Marchionatũ va-
loris lib.64.m,ad fauorẽ d.Gregorij, & filiorũ maſculorũ
deſcendẽtiũ ex d matrimonio,de primogenito in primo-
genitum, obligando, ad hunc effectum ſe, & ſua bona
ad fauorem d.Federici, qui vice verſa, promiſit, quod
eadem Camilla erit hæres vniuerſalis tam ſui ipſius, quã
d.Margaritæ Anguiſciolæ eius Auiæ paternę,ita vt poſt
mortem vtriuſque hæreditas perueniat in Camillam, &
eius deſcendentiam maſculinam, vt patet, ex Capitulis
matrimonialibus confectis ſub die 30. *Maij* 1631. & da-
tur in *Summ.* Marchionis Gregorij,*n.*1.

Ad erectionem d.primogenituræ, & maioratus cura-
uit D.Cardinalis,pro ſua indemnitate, vt concurrerent
etiam fratres, ita vt ipſe eſſet ſolùm obligatus, pro vna,
R.P.D.Virgilius pro duabus, & D Iacobus Philippus,
pro tribus ſextis partibus, adiecto pacto, quod in caſum
deficientiæ lineæ maſculinæ ex d, matrimonio bona cõ-
tributa reuertantur ad eoſdem, pro rata, ſiue ad eorum
hæredes, & ſucceſſores, vt apparet ex apoca,inter ipſos,
confecta d. *Summ.num.*2.

Primogenitura hæc fuit à D.Cardinali conſtituta, in
nonnullis bonis, emptis pro tribus ſextis partibus, ex pe-
cunijs d. Iacobi Philippi, poſt cuius obitum aſſignata
fuit eidem Gregorio, qui cum vltra Primogenituram
prætenderet,etiam bona Paternæ hæreditatis, pro ſua
rata, orta controuerſia, cum fratribus ſuper illius colla-
tione, ſiue imputatione, cauſaque introducta, cor. b. m.
Pirouano & deinde coram Me, in eius locum ſubrogato,
propoſui dubium; An,& quæ bona ſint conferenda, vel
imputanda, & DD.non eſſe locum nec collationi, nec
imputationi reſponderunt.

Apparet enim ex prænarrata facti ſerie, quod bona
primogenituræ obuenerunt in Gregorium ex perſona
D. Cardinalis, qui eamdem inſtituit, pro implemento
promiſſionis factę Senatori Federico, ex cauſa effectuan-
di matrimonium; Vndè tamquam habita, ab extraneo,
1 non cadunt ſub collatione, ſed ea ſola conferuntur, quæ
immediatè à Patre proueniũt *l.vt liberis,& l. finaliq ſcri-*
2 *bentes,C.de collat.Pariſ.conſ.*130.*nu.*6.*lib.*1.*Surd.conſ.*219.
*nu.*7.*Medic in tract.de compenſat part.*1 *q.*15.*n.*4. *& ſeq.*
*de ſucceſſ.reſol.lib.*2.§.19.*num.*29.*Theſaur.dec.*45. *num* 9.
*Thomat.dec.*50.*nu.*145.*cum ſeqq.& nu.*165.*Merl.de legit.*
*lib.*2.*tit.*2.*q* 27 *n.*3.*Mangil.de imput.q* 12.*nu.*31. *Andreol.*
*contr.*300.*n.*1.2.*Rot.in Romana legitimæ* 30.*Ian.*1660.*cor.*
*R.P.D Taya,*Quæ autem non conferuntur,neque etiam
3 Imputantur, *l.illud vbi DD. C. de collat.Merlin.vbi ſup.*
*lib.*2.*tit.*2.*q.*1.*n.*2.*Thomat.d.dec.*50.*nu.*126.

Neque obſtare viſa fuit Apoca, inter D.Cardinalem,
& fratres, in qua Iacobus Philippus promiſit, & decla-
rauit concurrere ad primogenituram, pro tribus ſextis
4 partibus, & ſic bona,pro medietate, ſaltẽ,dicantur pater-
na,& per conſequens ſint conferenda, ex ſuperius addu-
ctis, vel quia primogenituræ inſtitutio promiſſa fuit in
Capitulis nuptialibus, à ſolo Cardinali, cum obligatione
propriorum bonorum, & ſtatim,in ipſo actu promiſſio-
nis fuit quæſitum ius Marchioni Gregorio, eiuſque de-
ſcendentiæ maſculinæ, & ſic conuentiones,ſuper contri-
butione expoſitę initæ à fratribus, pro indemnitate, vel
releuatione ipſius Cardinalis,nequeunt præiudicare eidẽ
5 Gregorio abſenti,& non conſentienti *Grat.diſcep.*924.*nu.*
45.11.12.14.15.26.28.*Larrea dec.Granat.*33.*nu.*56. *add.*
*ad Greg dec.*568.*n.*13.vel quia bona etiam paterna dela-
ta in fil. tit. primogenituræ vti ſeparationi non ſubiecta
6 ſunt exempta à collatione *Bald in auth.ex teſtamento,ſub*
*n.*39 *C de collat.Cephal.conſ.*3.*nu.*55. *& ſeqq. & conſ.*174.
*per tot.Surd.conſ.*427.*n.*53.*& ſeqq.Menoc.conſ.*1166.*nu.*6.
& ſeqq Cyriac.contr 312.*n.*67. *&* 117. *& ſeqq. Intrigl. de*
*feud.conſ.*2 *art.*5.*n.*388.*& ſingul.*82.*nu.*26.*lib.*3.*Tiraq. de*
*primog.q.*51.*n.*1.*& ſeqq. Mucciol. variar. q.*39.*n.*39. *Mi-*
*chal. de fratr. part.*1. *cap.*32.*n.*1. *Andreol. d.contr.*380.*nu.*
27.*Thomat.dec.*50.*num.*171. *Rot. in Bonon. Separat. bonor.*
15.*Iunij* 1661.*cor.b.m.Veroſpio,* & non ſolùm non debent
conferri, ſed nec pretium, ſeu valor bonorum, *Menocch.* 7
*d.conſ.*1166.*n.*9.*Mangil de imput. q.*37.*n.*12.14.15.*Pereg.*
*de fideic.art.*36.*n.*107. *&* 108. *Fachin.contr.*48.*nu.*7.*lib.*7.
nec fratres poſſunt prætendere recompenſationem, ſed
detractionem, Primogenituræ, omnes in alijs bonis pater-
nis, vna cum primogenito ęqualiter ſuccedunt, vt latè
firmat *Cephal.conſ.*3.*n.*54.*verſ.aggredior,& pluribus ſeqq.* 8
*& conſ.*174.*per tot.Roſental.de feud.cap.*7.*concl.*13.*nu.*21.
*cum ſeqq.Intrigl d contr.*2 *art.*5 *n.*388.*Cyriac.d.contr.*312
*nu.*117.*& ſeqq.* neque pater redargui poteſt de inęquali-
tate, cum poſſit de rebus ſuis ad libitum diſponere dum-
modò filijs non auferat legitimam, *Alciat. conſ.*8. *nu.*12. 9
*lib.*2.*Menoc.conſ.*272.*n.*12.*Honded.conſ.*89.*n.*14.*& conſ.*
92.*n.*50.*vol.*1.*Cyriac.d.contron.*312.*num* 6.

Et quamuis concluſio limitetur, quando Pater ex-
preſſe dici primogenituram conferri,quo caſu, neceſſe eſt
paternum amplecti iudicium, *autent.ex testat.& in l.vn-* 10
de ſumitur C de collat.& recedendo à priori deciſ. tenuit
Rot in d.Bononien.Separationis bonor. 15.*Iunij* 1662.*cor.b.*
*m.Veroſpio,*tamen limitatio non applicatur, cùm non ſo-
lùm non conſtet de expreſſa voluntate Iacobi Philippi,
vt bona,per eum contributa,conferantur, ſed potiùs de- 11
ſumatur contrarium, ex tenore eius apocę, in qua facta
priùs expreſſa declaratione, quòd primogenitura deter-
minabatur in gratiam matrimonij,cum d.Camilla,addi-
dit ſucceſſiuè pactum reuerſiuum in caſum deficientiæ
lineæ maſculinæ,ibi, *di modo, che mancando in qualſiuo-*
glia tempo la linea maſculina procedente dal matrimonio
ſuddetto li beni contributi tornino pro rata al Signor Cardi-
nale,al Signor Giacomo Filippo,& al Padre Virgilio, e loro
heredi, e ſucceſſori. Dum igitur Iacobus Philippus or-
dinauit reuerſionem bonorum contributorum, ad ip-
ſum, eiuſq; hæredes,& ſucceſſores in caſu, dumtaxat,de-
ficientiæ lineæ maſculinæ ex d. matrimonio, neceſſariò
voluit excludere collationem, quæ alias ſtatim ſequuto
eius obitu,potuiſſet ab hæredibus prætendi, vt in termi-
nis pacti reuerſiui,tenet *Roſental.de feud.cap.*7. *concl.*13. 12
*n.*12 *vſque ad fin.And.* alios cumulans *d. contr.*380. *n.*20.
*Intrigl.ſingul.*82.*ſub n.*26.*Thomat.d dec.*50.*n* 162. Idque
comprobatur, ex eo, quod reuerſio reſeruatur in eadem
ratione ad fauorem D Cardinalis, & R.P.D.Virgilij, eo-
rumque hæredum,& ſucceſſorum, vndè, ſicuti reſpectu
eorum portionis contributæ nulla intrat collatio, cum
ſint extranei,ita nec intrare poteſt reſpectu portionis Ia-
cubi Philippi, vna enim diſpoſitio non debet diuerſo Iu- 13
re,cenſeri. ſed vniformiter debet intelligi *l. vtẽ hoc iure,ff.*
*de vulg.& pupill.Rot dec.*247.*n.*10.*p.*5.*rec. & in Rauenna-* 14
ten, ſeu Ferrarien. decimarum 4.*Martij* 1649.*cor. Reue-*
rendiſs. Papien.

Adſtipulatur quoque prædictis promiſſio Federici,&
Margheritæ relinquendi poſt eorum obitum hæredem
vniuerſalem Camillam. eiuſque deſcendentes maſculos,
in correſpectiuitatem d.Primogenitur ę,ambo realiter ad
illius fauorem poſteà diſpoſuerũt d.*Sum.n.*8.9. admiſſio
enim,quod Primogenitura fuiſſet cõferenda, vtique prę-
dicti remanerent decepti, quia illa ſublata forſan non
procuraſſent effectuationem matrimonij, minuſq; feciſ-
ſent promiſſionem omnium ſuorum bonorum,ad quam
deceptionem euitandam ſemper intrat collationis exclu- 15
ſio, vt in puncto loquitur *Surd.conſ.*143.*n.*34.

Hęc autem promiſſio fruſtrà impugnatur ex eo,quod
contineat pactum futuræ ſucceſſionis à Iure reprobatum
l.pactum 15.*C.de pact.vbi Bald Salicet in princ Iaſ.nu.*16. 16
*& dec.n.*6.*l.hæreditas,ff.de pact.conuentum.*quia cum pro-
miſſores perſeuerauerint in eadem voluntate vſque ad
obitum, pactum præſcriptum ſuſtinetur *l. fin.* vbi. *Ca-*
*ſtrenſ.n.*8.*Aret.n.*8 *C.de pact. Bart.in l. ſtipulatio hoc modo*
*concepta,n.*4.*ff de verb.oblig.* cum alijs adductis in *Roma-*
na donat. 16.*Martij* 1643.§. *quo vero cum* §. *ſeq coram*
*b.m.Bichio,& coram Reuerendiſs.Terracinen.dec.*439.*nu.*
19.*& dec.*166.*num.*12.*& ſeqq.part.*4.*recent.*

Minùs etiam releuat, quod non exhibeatur apoca ori-
ginalis,

Digitized by Google

ginalis, qua Iacobus Philippus promiſit concurrere ad
erectionem Primogeniturę, pro tribus ſextis partibus,
ſed tantum ſimplex copia, quæ nullam meretur fidem,
18 *auth ſi quis in aliquo, C.de eden.cap.1. de fid. Inſtr.* quia in
præſenti, multa concurrunt illius veritatem, & exiſten-
tiam comprobantia, eius namque tenor fuit inſertus per
D. Cardinalem in Inſtrumento erectionis primogenitu-
19 ræ dato *in d. Sum.num.*7. in quo Notarius fatetur, quod
Originale retinebatur penès ſe, ibi, *& prout latius in ea-
dem ſcriptura cuius copiam collationatam, &c. originali pe-
nes ſe retento mihi notario cõſignauit, &c.* non enim præſu-
mendum eſt virum tantæ dignitatis, & in actu ſolemni,
& publico voluiſſe falſum dicere notario circa retentio-
20 nem d. Originalis *Farin.conſ.*172.*num.*22.*& q.*153.*n.*147.
*Vermigl.conſ.*198.*num.*2. ſimiliſque inſertio reperitur fa-
cta in alio Inſtrumento ceſſionis Iurium fiſci, cum enun-
ciatiua, quod fratres promiſerunt eumdem indemnem
releuare à d. Primogenitura d. *Sum.nu.*10. ac demum ad
formam d. Apocæ idem Iacobus Philippus perſoluit pro
tribus ſextis partibus pretium dd. primogeniturorum bo-
norum alleg. *Sum.nu.*3. eademque bona P. Virgilius in
Inuentario hæreditatis d. Iacobi Philippi deſcripſit, vtl
ſpectantia ad ipſum pro dd. tribus ſextis partibus, & pro
duabus ad ipſum P. Virgilium, & pro vna ad eumdem
D. Cardinalem, *nu.*5. ex quibus non ſolum reſultant ad-
minicula, & coniecturæ circa illius veritatem, & exiſten-
tiam, quibus concurrentibus, etiam ſcriptura priuata ple-
nam facit probationem *Rot.dec.*164.*n.*3.*& dec.*191.*n.*12.
21 *part.*8.*rec.* ſed etiam obſeruantia, quæ pariter dat fidem,
ac robur ſcripturæ informi *Grat.diſcept* 951.*n.*8. *Buratt.*
22 *dec.*10.*n.*21 *abſq. add. nu.*32.*& ſeqq. Merlin.dec.*244.*n.*22
& 572 *num.*2.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Ottalora.

Fauentina Succeſſionis.

Lunæ 7. Maij 1668.

ARGVMENTVM.

Bona prouenientia vni ex filijs aliter, quam ex iudicio patris, non ſunt obnoxia collationi inter fratres, facienda; Imò bona donata, cum onere fideicommiſſi a patre non imputantur in legitimam niſi conſtet de voluntate patris.

SVMMARIVM.

1 *Bona prouenientia aliter, quam à patre non ſunt confe-
renda inter fratres.*
2 *Obligatio vnius, non inducit obligationem alterius.*
3 *Pacta operantur ſolum in contrahentes.*
4 *Qui non interfuit contractui in eo non obligatur.*
5 *Ratio adducta declarat voluntatem.*
6 *Obſeruantia declarat intentionem contrahentium.*
7 *Relatio ad ſcripturam non operatur, quoad particulari-
ter diſpoſita.*
8 *Diche*, e non altrimente *exprimit modum ad vnguem
ſeruandum.*
9 *Bona data a patre pro primogenitura non conferuntur
inter fratres.*
10 *Bona data pro primogenitura, ea voluntate dantis im-
putantur in detractiones.*
11 *Imputatio non habet locum, vbi non habet locũ collatio.*
12 *Imputatio habet locum ab inteſtato non ex teſtamento.*
13 *Inæqualitas inter fratres operatur indignationem.*
14 *Limita, quando inæqualitas venit ob conſeruationem
familiarum.*
15 *Voluntas tollitur per contrariam voluntatem.*
16 *Imputatio, & Collatio in dubio excluditur.*
17 *Bona aduentitia non ſubiacent imputationi.*
18 *Bona ſubiecta reſtitutioni, non imputantur in detractio-
nibus.*
19 *Filij poſſunt præmori patri.*
20 *Voluntas contrahentium non conſideratur ab euentu.*
21 *Fructus fideicommiſſi imputantur in legitimam.*
22 *Contra ſi ſint relicti, cum aliquo onere.*

DECISIO CXXX.

Ex duabus deciſionibus emanatis in hac Cauſa, vna
alterius contraria, placuit DD. in hodierna propoſi-
tione, primam cõfirmare, quia verò Marchio Gregorius
recognoſcit Primogenituram, de qua agitur ex perſona
b.m. Cardinalis Bernardini eius Patrui, nõ autem ex per-
ſona Iacobi Philippi Patris, Ideoque in diuiſione bonorũ
patrimonialium facienda, cum ſuis fratribus, non tene-
tur illam conferre, tamquam ab extraneo prouenientem,
vt præter adductos in prima deciſ. tenuerunt, *Maluaſ.* 1
*conſ.*100.*n.*33.*& ſeqq.* qui in ſpecie loquitur, de bonis ha-
bitis à Patruo *Mangil. de Imput. q.*36 *num.*39. *Rota poſt
Merlin.deciſ.*54.*num.*10.*& ſeqq.*

Solus enim Cardinalis, in Capitulis matrimonialibus,
promiſit Senatori Fantuccio Marchionem Gregorium
habiturum primogenituram annui redditus libr. 32.m.
pro qua ſeipſum, & bona propria obligauit, nulla facta
mentione Iacobi Philippi *Sum* Gregorij, *nu.*1. vndè ipſe 2
ſolus dicitur obligatus *Bart.in l.*1.§.*nunciatio, num.*13.*&
ſeqq. ff.de nou.oper.nunciat. Dec.conſ.*21.*n.*11. *Soc.Sen.conſ.*
154.*n.*7.*lib.*2.*& conſ.*113.*nu.*2 *lib.*4. *Rot.in Pientina Paro-
chialis* 28. *Iunij* 18.55.§.*quia cor. Reuer. D.meo Decano.*

Non obſtat fundamentum ſecundæ deciſionis, quod
Cardinalis antè confeſſionem Capitulorum tractauerit,
cum fratribus, vt omnes ad primogenituram contribue-
rent, nempè ipſe pro vna, P. Virgilius pro duabus, & Ia-
cobus Philippus pro tribus ſextis partibus, vt ex Epi-
ſtolis, & apoca deſuper confecta, datis in preterita Po-
ſitione, ac proinde medietatẽ Primogenituræ veluti con-
ſtitutam, ex ſubſtantia Iacobi Philippi teneatur Grego-
rius eius filius illi conferre, quia huiuſmodi conuẽtiones,
de contribuendo, quæ interceſſerunt ad ſolum finem re- 3
leuandi indemnem ipſum Cardinalem, operari quidem
poterunt inter ipſos paciſcentes, quod ſcilicet, inter eos
naſcatur obligatio, non autẽ reſpectu Senatoris Fantuc-
cij, qui dum, cum ſolo Cardinali contraxit, illum ſolum
cõuenire poteſt *l. ſed Iulianus* §.1. *ff.ad Sen. Conſ. Maced.* 4
Bart.in l.qui in aliena, §.*ſi quis putabatur ſub nu.*1. ibique
*Iaſ.n.*21. *ff.de acquir.hared. Caſtr.conſ.*104.*n.*1 *lib.*1. *Surd.
conſ.*19.*n.*8.*&* 9. *Rota coram Buratt.dec.*696.*n.*6.*&* 7.*dec.*
64.*ſub n.*7.*p* 4.*tom.*2. *& deciſ.*151.*nu.*9.*part.*10.*rec.* Nec
contrarium voluit idem Philippus Iacobus, qui licet in-
tellexerit contribuere pro tribus ſextis partibus, melius
tamen exiſtimauit, quod ſcriptura, cum Senatore Fan-
tuccio fieret, ſub ſolo nomine Cardinalis, adiecta ratione,
*perche Gregorio habbia à conoſcere maggiormente il benefi-
tio da Sua Eminenza, e profeſſarli maggior obligatione*, vt
colligitur ex eius Epiſtola data 111. *d.Sum. n.*3. Ratio, 5
enim adducta voluntatem declarat *l. cum Pater* §.*dulciſ-
ſimus, ff.de leg.*2. *Pariſ.conſ.*16.*nu.*27.*lib.*3. *Menoch.conſ.*99
*nu.*141.*lib.*1. *Buratt.dec.*806.*nu.*4.*&* 5. Idque etiam com-
probauit obſeruantia, nam ſolus Cardinalis, proprio no-
mine, primogenituram promiſit, bona empta à ſe ad ef-
fectum prædictum aſſignauit, & à Senatore Fantuccio,
quietantiam reportauit, alleg. *Sum.nu.*4. ex qua pariter
obſeruantia ſubſequuta benè declaratur quænam fuerit
ab initio intentio contrahentium *Crauet. conſ.*101. *nu.*3. 6
*Grat.diſcept.*716.*n.*19. *Rot.dec.*79.*n.*7.*p.*10.*rec.* Et quam-
uis in ſcriptura dictæ aſſignationis fiat relatio ad Apo-
cam factam inter fratres, ea tamen eſt reſtricta ad pa-
ctum reuerſiuum in dicta Apoca inſertum, quæ non
operatur, quoad alia, de quibus particularis, & ex-
preſſa Conuentio interceſſerat inter Cardinalem, & Se-
natorem Fantuccium, *Alexand. conſil.*46. *numero* 8.
*lib.*2.

lib. 2. Pariſ. conſ. 39. num. 18. & ſeqq. lib. 1. Rot. dec. 469. nu.
26 part. 9. rec. Imò aſſignatio emanauit cum expreſſione.
che il Marcheſe Gregorio goda la Primogenitura nel modo
però, che ſi diſpone nella ſopradetta Scrittura ſtabilita fra
il Signor Cardinale, e Signor Federico ſotto li 30. Maggio
1631. e non altrimente, quæ dictio, oſtendit mentem fuiſ-
8 ſe, vt ad vnguem ſit ſeruandus modus ibidē preſcriptus,
& non aliàs, Pariſ. conſ. 19. num. 20. lib. 2. Rolan. conſ. 63. nu.
42. lib. 2. Gratian. diſcept. 587. num. 11. Rota deciſ. 61. num. 4.
part. 11 recent.

Ceterùm ad excludendam penitus collationem, ſatis
eſſet, quòd bona prouenientia ex ſubſtantia paterna aſ
ſignata ſint filio, cum expreſſo onere Primogenituræ,
quæ cum in perpetuū tranſire debeant volta de Primo-
genito in Primogenitum, regulariter numquam confer-
tur, quia collatio facit, vt omnia bona ſimul cumulentur,
& poſteà inter omnes æqualiter diuidantur, quod eſſet
Primogenituræ deſtructiuum, vt in puncto ponderat
9 Bald. in auth. ex teſtamento num. 3. C. de collat. & in repe-
tita l. cunctos Populos num. 816. C. de Summ. Trinit. ea fid.
Cathol. Gulieł. de Benedict. in repet. cap. Raynutius, nu. 144.
de Teſtam. Menocch. conſ. 1166. num. 6. & 7. cum aliis con-
geſtis in 1 deciſ.

Nec valet dicere, quod non verſemur in terminis col-
lationis, ſed imputationis, quæ ſemper intrat quoties ta-
citè, vel expreſsè Pater voluit bona, per filium imputari
10 ex adductis in ſecunda deciſ. §. ceſſat pariter. Quia, vltrà
quod valet argumentum negatiuum, bona, ſcilicet, non
11 conferuntur, ergo nec etiam imputantur, Pariſ. conſ. 56.
num. 20. lib. 1. Cephal. conſ. 183. num. 25. Merlin. de legit. lib.
2. tit. 2. qu. 1. num. 2. Rota coram Seraph. dec. 568. numer. 7.
tollitur difficultas ex eo, quod Iacobus Philippus deceſſit
ab inteſtato, vndè agendum non eſt, de imputatione, de
qua ſolùm quæritur, quando Pater decedit cum Teſta-
12 mento, & filius legitimam detrahere intendit Iuxta text.
in l. ſi non mortis ff. de inoff. Teſtam. Caſtr. in l. ſi cum dotem,
§. ſi Pater ff. ſolut. Matrim. Mangil. de imput. in præfat. num.
6. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 1. num. 49. Castell. de
donat. diſcurſ. 2 par. 10. num. 32. Peregr. de fideic. art. 36. nu.
5. Gionagn. conſ. 10. nu. 7. lib. 2. Molin. de legit. lib. 2. titulo 1.
qu. 1. num. 9. Rot. d. dec. 66. num. 22. part. 4. tom. 2. dec. 272. nu.
13. par. 5. rec. vel in omnem caſum, voluntas Patris, gra-
uandi Primogenituram onere collationis, ſiue Imputa-
tionis, nullo modo probatur; Nam, etſi Iacobus Philip-
pus à principio requiſitus contribuere pro tribus Sextis
13 Partibus, apertè diſſenſerit, ne propter inæqualitatem
incurreret indignationem aliorum filiorum, vt patet ex
epiſtola ponderata in ſecunda deciſ. §. voluntas autem;
motus poſtmodum rationibus Cardinalis, quod Primo-
genituræ paſſim fuiſſent à prudentiſſimis Patribus, pro
conſeruando ſplendore familiæ, abſque incurſu indigna-
14 tionis filiorum ibi, Conſiderandoſi nella primogenitura il
beneficio vniuerſale della Caſa, e lo ſplendore, che ne riſulta
alli Secondigeniti, quantunque meno commodi del primo,
mutauit conſilium, & proindè in alia Epiſtola, quam
ſcripſit P. Virgilio ità loquutus fuit. Diſſi già hier mattina
à V. R. che circonſcriueſſimo tutto ciò, che ella haueua ſcritto
à me, & io à lei intorno a i diſcorſi e preſuppoſti di contributio-
ne, & poſteà ſubdit. benche lo ſtimaſſi meglio, che ſi faceſ-
ſe da loro, ſi per mia difeſa, e ſcuſa con gl'altri miei figli,
&c. tuttauia ſe altrimente piace à loro, facciaſi come più li
piace, che con gl'altri miei figli, ſe ſi graueranno, che habbia
voluto far Primogeniture aſſai baſtante, ſcuſa mi ſarà il
dirli d'hauer ſtimato ſeruitio loro l'obbedire, come io deuo;
E come loro douran ſempre a i Comandamenti del Signor
Cardinale, e di V. R. ex quibus verbis; duo neceſſariò re-
ſultant; alterum, quod repugnantia, quā habuit à prin-
cipio Iacobus Philippus faciendi diſparitatem inter filios,
non ſit ampliùs habenda in conſideratione, dum omnes
præcedentes declarationes animi, & tractatus fuerunt cir-
cumſcripti, prout de decreto circumſcripto, tradit Carle-
15 val. de Iudic. lib. 1. titulo 3. diſput. 24. poſt num. 15. Rota cor.
Burati. dec. 574. n. 20. & in Romana Cenſus 14. Iunij 1656.
coram R. P. D. meo Albergato alterum quod attendendus
ſolus tenor Capitulorum, & Primogenituræ erectio tota-
liter remiſſa diſpoſitioni Cardinalis in qua, cum nullum
verbum fiat de collatione ſeu Imputatione illa in dubio
potiùs excludenda eſt Aldoman. conſ. 2. num. 90. Pereg. conſ. 16
97. nu. 90. lib. 4. Andreol. controu. 380 num. 4. Romat. deciſ.
50. num. 177. lib. 1. Potiſſimum quia contributio fuit fa-
cta contemplatione Cardinalis, & ſi bona data, non reſ-
pectu filij, ſed aliorum reputari nequeunt ipſius profecti-
tia, ſed aduentitia, quæ propterea imputationi non ſub-
iacent, vt punctualiter aduertit Vaſquez de Succeſſ. creat. 17
tom. 1. lib. 3. §. 30. part. 2. num. 240.

Fortiùs ponderato pacto reuerſiuo bonorum in Ca-
pitulis Matrimonialibus appoſito, deficiente linea ma-
ſculina Gregorij; hoc enim, quamcumque imputationē
excludit dum bona prędicta nō ſunt perpetuo remanſu-
ra penes Gregorium. Bald. in l. quoniam. ff. de Inoff. Teſt. 18
Hier. Laur. in l. ſi emancipati, num. 189. verſ. Sed nos reti-
nuit. C. de collat. Capr. conſ. 143. num. 8. Tiraquell. in l. ſi vn-
quam verb. ſuſceperit liberos num. 174. Cod. de reuoc. donat.
Mangil. de imput. qu. 14. nu. 8. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q.
9. num. 39. Peregr. de Fideic. art. 37. num. 23. Seraph. deciſ.
568. num. 8.

Nec releuat reſponſio ſecundæ deciſionis, quod Gre-
gorius, de præſenti, habeat filios ſuperſtites, quoniam po-
teſt dari caſus quod illi præmoriantur Patri, vt ponde- 19
rauit Rota in Parmen. Domus 4. Martij 1667. § fin. cor.
R. P. D. Emerix, & contrahentium intentio non iudica-
tur ab euentu, ſed ab eo quod contingere poteſt, l. ſi vo-
luntate C. de reſcind. vendit. Crauett. conſ. 40. num. 9. & 10. 20
Pereg. conſ. 54. num. 17 lib. 4 Gionagn. conſ. 76. num. 22. lib.
1. Cyriac. contr. 1 num. 35. Rota deciſ. 564. numer. 7. part. 4.
recent.

Minùſque ſubſiſtere poteſt, quod ſi non proprietas,
ſaltem commoditas fructuum perceptorum in caſu re-
uerſionis veniat Imputanda ad formam, l. hæreditatum, 21
ff. ad l. Falcid. quia fructus Primogenituræ ſunt obnoxij
oneribus ſubſtinēdi dignitatem Marchionatus, decorem
familiæ, & dotandi filias fęminas, dict. Summ. numer. 4.
ideoque imputari nequeunt in legitimam, quæ libera, &
abſque vllo onere, ipſo Iure, defertur in filium. Iuxtà
vulg. text. in l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus, C. de 22
inoffic. Teſtam.

Et ita Partibus hinc inde Informantibus reſolutum
fuit &c.

Reu. P. D. Ottalora.

Parmen. Penſionis.

Lunæ 1. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Poſtquam fuit firmatum, penſionem non annullari
ex falſa narratiua, facta incuria Expeditoris, de-
ciditur; quod Ius regreſſus ad beneficium com-
petens penſionario, competit etiam tranſlatario
penſionis.

SVMMARIVM.

1 Penſio tranſlata quibus inſpectis debeatur.
2 Penſio reſeruata cum falſa expreſſione valoris, eſt in
totum nulla.
3 Sed narratiua falſa, debet eſſe doloſa.
4 Procurator. excedendo fines mandati, non præiudicat
principali.
5 Quod ſolitum eſt facile à Papa impetratur.
6 Penſionis iuſtitia arguitur, ex ſimilibus penſionibus.
7 Penſionem ſoluens non poteſt retento beneficio allegare
nullitatem, quando penſionarius habet regreſſum.
8 Vel debet ſoluere penſionem, vel dimittere beneficium.

Qui

Digitized by Google

9 *Qui nunquam poſſedit beneficium, non poteſt excipere de regreſſu.*
10 *Translatarius Penſionis gaudet, iure regreſſus ad beneficium, ſicuti gaudebat transferens.*
11 *Præcipue, vbi translatio eſt cum clauſulis ampliſſimis.*
12 *Regreſſus ad beneficium non datur, quando nullitas penſionis prouenit à penſionario,*
13 *Incuria Expeditoris non præiudicat in beneficijs.*
14 *Regreſſus reſeruatus cum clauſulis ampliſſimis comprehendit quamcumque nullitatem.*

DECISIO CXXXI.

RESignauit q. Marchio Marius Zandemaria ad fauorem Io: Baptiſtæ Guereſchi, ſimplex beneficiũ, ſub titulo S.Mariæ, in Eccleſia Cathedrali Parmen. & cum expreſſione, quod fructus aſcenderent ad ducat.75. obtinuit ſibi reſeruari penſionẽ duc.24.quã poſtea transtulit in perſonam D. Marchionis Iacobi Zandemarij eius nepotis, inter quem,& Guereſchum,orta cõtrouerſia ſuper ſolutione d.penſionis, cauſaque in Rota Commiſſa fuit ſub die 12.*Decembris prox.præt. cor. Reuerendiſſ. Gerunden.* diſputatum dubium, an penſio debeatur; ſed dilata reſolutione, hodie, dubio à me, in eius locum ſuffecto repropoſito, Domini cenſuerunt penſionem deberi.

Quia nõ dubitatur inter partes de valida reſignatione,
cum reſeruatione ſupraſcriptæ penſionis de conſenſu, tã
reſignantis, quam reſignatarij, de facultate transferendi,
in vim Indulti Apoſtolici, de capacitate translatarij,qui-
bus concurrentibus penſio debetur, vt dixit *Rota coram*
1 *Millin dec.277.num.1.*

Non obſtat,quod penſio reſeruata fuerit, ſuper fructi-
bus certis tantùm, quos non probant aſcendere ad duc.
annuos 75.prout Papæ narratum fuit in ſupplicatione,
Quin imò ex depoſitionibus teſtium conſtet contrarium,
nempè fructus certos d.beneficij non aſcendere ad duc.
33. Vndè reſeruatio penſionis fundata in d. valore ex-
preſſo remanet in totum nulla ex defectu conſenſus Põ-
tificis *Garz. de benef.par.1.cap.5.num 422.& 500.Tondut.*
2 *de Penſion.cap.15.num.3.& 6 cap.45.num.22. Mant. dec.*
173 num.1. Nam quotieſcumque falſa narratiua valoris
non est doloſa, neque voluntas Papæ aduerſatur, gratia
nunquam redditur nulla, vel ſubreptitia, vt pluribus re-
3 latis, tenuit *Rot.dec.136.part.4.tom.3.rec.* In præſenti au-
tem excluditur dolus, ex parte reſignantis; Quia ipſe
conſtituit procuratorem, ad reſignandum beneficium,
cum reſeruatione penſionis, non ſolum, ſuper fructibus
certis, ſed etiam incertis, quos aſcendere dixit ad duc.75.
vt conſtat ex eius mandato; Deficit pariter ex parte re-
ſignatarij, quia ipſe, mediante procuratore, conſenſum
præſtitit reſeruationi dictæ penſionis, etiam ſuper incer-
tis; Et quamuis expeditor, in ſupplicatione reſtrinxerit
ſe ad certos tantum, narrando illos dumtaxat aſcendere
ad duc.75. patet id eueniſſe incuria eius iuuenis, qui,
egrediendo fines præſcriptos eius mandatorum, non po-
tuit præiudicium inferre reſignanti, *Rot.dec.270 num.4.*
4 *poſt 2 vol.conſ.Farinac.& in d.dec.536.num.15.& 16.par.*
4.tom.3.rec. Dum non aduerſatur voluntas Papæ, quia
ipſe ſolitus erat reſeruare conſimiles penſiones,ſuper alijs
beneficijs conſortialibus eiuſdem Eccleſię eorumque fru-
ctibus, tam certis, quam incertis; Adeò vt,quod ſolitum
erat fieri facilè potuiſſet impetrari, & ex ſolito ipſius Pa-
pæ arguitur eius voluntas,*Manτc.dec.214.Add.ad Gre-*
5 *gor.dec.150.nu.10.Add.ad Buratt.dec.110.n.11.* & hanc
conſiderationem, quod alia beneficia eiuſdem Eccleſiæ
grauata eſſe ſoleant cum ſimili penſione magnifecit *Rot.*
6 *in Rom.Penſionis 1.Aprilis 1667.§.fin. cor.Eminent.Celſo.*

Vlterius ponderatum fuit, vt in ſupplicatione, reſignans ſibi reſeruauit regreſſum in forma ampliſſima,caſu, quo, titularis deficeret in ſolutione penſionis, vel illã peteret annullari, aut inualidari; Quapropter Gueref-
chus, retento beneficio non poteſt de nullitate penſionis
excipere, *Lotter.de re benef.lib.1.par.42.num.38. Rot cor.* 7
ff.Creſcent.deciſ.17.de reſcript.dec.93.p.1. diuerſ.dec.283.
num.17.par.5.rec & in Camerinen. regreſſus 1. Decembris
1645.in fine confirmata *19.Iunij 1647.coram Pentingerio,*
Quinimò debet,vel illam ſoluere,vel dimittere beneficiũ,
quia, impugnando validitatem, vel petendo reductio-
nem penſionis, ſtatim aperit viam regreſſui,cum deficiat
conſenſus reſignantis conditionaliter præſtitus,quatenus
ſcilicet penſio ſoluatur, addita etiam clauſula, *non alias,* 8
aliter, nec alio modo, vt in his terminis dixit *Rot. dec. 286.*
num.1.& 2.par.2.rec.

Neque aduerſatur, quod prædicta procedant, fauore
reſignantis, qui iam eſt mortuus, non autem,fauore trãſ-
latarij,qui, cum nunquam poſſederit beneficium, non
poteſt excipere de regreſſu *Rot.dec.289.num.18.par.5.rec.* 9

Quia ſufficit, quod Translatarius ſit capax beneficij,
ad hoc, vt poſſit iuuari exceptione regreſſus, qui ſemper
cenſetur translatus, pro releuatione ipſius Translatarij,
quatenus titularis pẽſionem non ſoluat,*Pariſ. de reſignat.* 10
lib.6 part.4.nu.5.Lotter.de re benef.lib.1.q.4.num.266.& in
rec dec.119.n.6.par.4. Præſertim,quando, vt hic,transla-
tio facta fuit cum clauſulis prægnantiſſimis, nempè cum
omnibus vinculis, exceptionibus,& Indultis, in omnibus,
& per omnia, ad formam reſeruationis,quo caſu, præſu-
mitur translatus etiam regreſſus,*Pariſ.de reſign. lib.6. qu.*
4.n.15.Lotter.de re benef.lib.1.q.40 nu.266.& ſeqq.

Minùs facit,quod nullitas proueniat, ex facto,& culpa
reſignantis,ob falſam expreſſionem valoris, qui proinde
non poſſit petere regreſſum, ad beneficium reſignatum, 12
ex *Garz. de benef par.11.cap.3.nu.39.* Tum quia non pro-
batur id eueniſſe eius culpa, ſed potiùs incuria expedito-
ris, qui non potuit eidem præiudicare ex ſupradictis;Tũ, 13
quia reſeruatio regreſſus non eſt ſimpliciter concepta
iuxtà formam antiquam,ſed cum verbis,& clauſulis am-
pliſſimis, & prægnantibus, & ſignanter cum clauſula,&
quauis cauſa, ſub qua cenſetur compræhenſa quælibet
nullitas etiam proueniens ex cauſã expreſſionis valoris,
vt in puncto dictum fuit in *Aquil. Canonicatus 26. Maij* 14
1660.§.non obſtat coram Eminent.Celſo.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Ottalora.

Rauennaten. Fideicommiſſi.

Ven. 6. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Verba, *d'herede in herede* in fideicommiſſaria diſpoſitione, probata intelliguntur de filijs, & deſcendentibus, cum qualitate hæreditaria, ſanguinis, non Bonorum; Ideò, qui non eſſet hæres poſſet ſuccedere in huiuſmodi fideicommiſſo.

SVMMARIVM.

1 *Verba* d' herede, in herede,*in fideicommiſſo intelliguntur de filijs, & deſcendentibus,etiam ſine qualitate hæreditaria.*
2 *Præcipuè, ſi ſequeretur euerſio fideicommiſſi.*
3 *Nam grauatus poſſet inſtituere extraneum.*
4 *Maximè, ſi teſtator addat qualitatem maſculinitatis.*
5 *Obſeruantia valdè attenditur in fideicommiſſis dubijs.*
6 *Explicatur Doctrina Bartol. adducta in contrarium.*
7 *Quod procedat in poſitis in conditione.*
8 *Vel in contractibus.*
9 *Et quod quando quis repudiat hæreditatem.*

DE-

DECISIO CXXXII.

DIxerunt, Domini, conſtare, de bono Iure Io: Franciſci; nam, cum Antonius Pauluccius eius Proauus prælegaſſet bona de quibus agitur Hieronymo, Petro, & Alexandro ſuis filijs, & poſteà dixiſſet, *Con conditione, che li ſtabili, e poſſeſſioni laſciate à Girolamo, Pietro, & Aleſſandro vadino di heredi in heredi maſchi di legitimo Matrimonio*, dicta verba *d'heredi in heredi*, poſita in fideicommiſſo aſcendentium intelliguntur de filijs, & deſcendentibus, cum qualitate hæreditaria ſanguinis, non autē cum qualitate hæreditaria bonorum iuxta doctrinam,
1 *Rip. in l. ex facto, § ſi quis ità nu. 2 ff. ad Trebell.* quem ſequitur *Natt. conſ. 531 nu. 20. & 21. Pariſ. conſ. 55. num. 5. & ſeqq & conſ. 88. nu. 14. lib. 2. Dec conſ. 38 nu. 4. Menocch. conſ. 489. nu 3. & 4. Rui. conſ. 175. num. 12. lib 2. Soccin. Iun. conſ. 188. num. 5. & 6. Decian. conſ. 38. num. 3. lib. 4. Craſſ. de ſucceſſ. §. hæreditas dec. 11. num. 13. Petra de fideicomm. qu. 5. num. 179. Fuſar. de ſubſtit qu. 340. num. 10. Rot. dec. 216.*
2 *num. 1. par. 5. rec.* Alias, enim, ſequeretur euerſio fideic. quia DD. vocati non poſſent alienata reuocare à patre grauato, vt arguunt, *Rip. in d. l. ex facto in fine, Natt. d. conſ. 531, num. 21. Decian conſ. 38. num. 5. Pariſ. conſil. 31. num. 42. lib. 2. Fuſar. de ſubſtit. qu. 340. num* 1. Imò eſſet in poteſtate grauati excludere deſcendentem, inſtituendo,
3 in bonis, extraneum, vt in puncto, aduertit *Rui. conſil. 174. num. 12 lib 2. Fuſar d. quæſt. 340. num. 2. & conſil. 78. num. 9. & conſ. 79. nu. 3. & dixit, Rota in Interamnen. Bonor. 15. Martij 1656. coram Reuerendiſſ Decano*, & firmat deciſio in hac eadem cauſa *ſub die 20. Iunij 1661. cor. Emin. Celſo, §. non obſtat*,

Quæ concluſio faciliùs procedit, quando, vt hic, teſtator dd. verbis *d'herede in herede* addit qualitatem maſculinitatis & legitimitatis, ibi *Vadino d'heredi, in heredi maſchi, e di legitimo Matrimonio &c.* hoc, enim, caſu, multò minus requiritur, quod deſcendens ſit hæres bo-
4 norum, vt ponderauit, *Bald. in l. Gallus, §. & ſi numer. 3. verſ. de herede, ff. de liber & poſth. ibique Alexand. num 3. & Iaſ. num. 20 Pariſ. conſil. 155. num. 1. & 6. lib. 2. Dec. conſ. 184. num. 3 Soccin. Iun. conſ. 188. num. 7. lib. 2. Gratian. conſ. 31. num. 16. & 17. lib. 2. Decian. conſ. 38. num. 41. lib 4. Pereg. conſ. 46. numer 7. & conſ. 54. num. 24 lib. 1. & conſ. 50. num. 2. & conſil. 60 num. 1. lib. 3.* cum alijs adductis in *d. deciſ 216. num. 2 par. 5. rec. & in d. dec. ſub die 20. Iunij 1661. cor. Eminent. Celſo, §. vnde*.

Accedit, in præſenti, obſeruantia, nam, defuncto Alexandro vno ex hæredibus primo inſtitutis, filij hæreditatem illius repudiarunt, & nihilominus fuerunt admiſſi ad ſucceſſionem fideicommiſſi Antonij, quæ obſeruantia plurimum attenditur in fideicommiſsis dubijs, etiam, ſi non ſit præſcripta, cum ſufficiat ità aliquandò fuiſſe ob-
5 ſeruatum, *Cephal. conſ. 281 num 89. & 90 lib. 1. Gamm. decis. 345. num. 1. Rot. deciſ. 574 n 4 par. 1. diuerſ. deciſ. 193. nu. 4 par 4 decis. 185. nu. 4. par. 5 rec. & in Ariminen. ſecundogenituræ 18. Maij 1654 coram Bichio in fine*.

Non obſtat *Bart. in l. ex facto, § ſi quis ita num. 2. ff. ad Trebell.* minuſque Doctores in contrarium, quos, longa ſerie, citat *Fuſar. de ſubſt. d. qu. 340.* Tum, quia *Bart.* reprobatur ab *Imol.* qui ſequitur gloſſ. contrarium tenentem, & à *Rip in d. l. ex facto nu. 2.* & ab alijs pluribus alleg.
6 per *Pereg. de Fideic. art 32 nu 90.* Tum quia eius doctrina poteſt procedere, in hæredibus poſitis in conditione, in quibus terminis, ipſe loquitur, & habere locum in cō-
7 tractibus, non autem in vltimis voluntatibus, *Caſtil. controu. Iur. cap. 96. nu. 34. cum ſeqq. Rot. in Camerinen Bonor.*
8 *3. Iunij 1654. § primo coram Bichio*; cęteri, vero, Doctores nō loquuntur in caſibus, in quibus concurrat maſculinitas, & legitimitas, cum ratione conſeruationis bonorum in familia, ſeu agnatione, & cum obſeruantia ſubſecuta, nam tunc intelliguntur vocati hęredes ſanguinis, quamuis careant qualitate hæreditaria bonorum, ex Doctoribus ſupra adductis.

Minus refert, quod d. Io: Franciſcus fuit ſubſtitutus ab vltimo grauato poſt mortem Barbaræ hæredis inſtitutæ, is verò hæreditatem repudiauerit, & ità ſufficiat, quod per eum ſteterit, quominùs hæres fuerit vt dixit, *Rot. in d.* 9
Interamnen Bonorum, § reſpectu enim in fine; Quia, dum, ex mente teſtatoris tenebatur inſtituere illum, vti hæredem ſanguinis, non potuit illum ſubſtituere, & diſpoſitionem fideicommiſſi euertere, & teſtatorem illudere; Ideoque, dum non fuit inſtitutus per eum non ſtetit, & allegata deciſio non intrat.

Et ita vtraque parte &c.

Reu. P. D. Ottalora.

Rauennaten. Legitimæ.

Merc. 23. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Quamuis regulariter, per ſubſtitutionem pupillarem excludatur mater à legitima, regula, tamen, non procedit, quando conſtat, de contraria voluntate teſtatoris; At, hoc caſu, legitima matris non eſt tertia totius hæreditatis filij, ſed tertia tertiæ patris.

SVMMARIVM.

1 *Pro legitima datur immiſſio in vim l fin. quando petitur vigore teſtamenti.*
2 *Secus, ſi contra mentem teſtatoris.*
3 *Subſtitutio pupillaris regulariter, de iure Canonico, excludit matrem à legitima.*
4 *Sicuti etiam de iure ciuili.*
5 *Vigore ſubſtitutionis pupillaris, non ſucceditur pupillo ſed patri ſubſtituenti.*
6 *Matri debetur legitima in d pupillari, quando conſtat de voluntate teſtatoris.*
7 *Talis voluntas teſtatoris habetur ex verbis.*
8 *Vt ſi priùs relinquat matri legitimam.*
9 *Legitima relicta intelligitur ſi de iure debetur.*
10 *Verba, nunquam, cōtra mentē teſtatoris interpretātur.*
11 *Equitas cōgruit, vt mater habeat legitimā in bonis filij.*
12 *Mater non eſt excludenda, ab hæreditate filij.*
13 *Hæreditatis aditio requirit ſolemnitates ſtatuti.*
14 *Mater excluditur à legitima ex ſubſtitutione vulgari in pupillari contenta.*
15 *Aditio hæreditatis inducitur, per concordiam, ſuper hæreditate.*
16 *Et ex perceptione fructuum hæreditatis.*
17 *Actus, qui non poſſunt fieri, citrà ius, & nomen hæredis inducunt aditionem.*
18 *Hæreditas lucroſa adiri poteſt ſine ſolēnitatibus ſtatuti.*
19 *Hæres ſuus dicitur hæres ſine aditione.*
20 *Suitas tollitur a vulgari in pupillari contenta.*
21 *Quando nullus concurrit legitima eſt tertia totius.*
22 *Etiam fauore matris in bonis filij.*
23 *Legatum relictū vxori dilectiſſimæ latè interpretatur.*
24 *Dictio* nel retto *intelligitur, in eo quod ſupereſt.*
25 *Mater habet legitimam in bonis filijs ſed non mariti.*
26 *Legitima filio debita eſt tertia patrimonij.*
27 *Voluntas teſtatoris eſt ſeruanda.*
28 *Subſtitutio pupillaris comprahendit bona teſtatoris, & pupilli.*
29 *Etiam ſi teſtator fecerit ſubſtitutionem in bonis ſuis.*
30 *Per ſubſtitutionem pupillarem ſucceditur patri non filio etiam ſi filius adiuerit hæreditatem.*
31 *Legitima matris in bonis filij non eſt tertia totius quando concurrunt fratres.*
32 *Legitima non debetur matri in bonis filij, quando alius ſubſtituitur.*
33 *Legitima matri debetur, decedente filio ab inteſtato.*

34 *Ma-*

34 *Mater excluſa à ſtatuto non habet detractiones in bonis filij.*
35 *Diſpoſitio ad fauorem perſonæ dilectiſſimæ non alterat iuris diſpoſitionem.*

DECISIO CXXXIII.

OBijt Carolus Monaldinus, cum teſtamento, inſtituto ſibi hærede vniuerſali, ventre prægnante, ex Alba Oſia, ſua vxore, naſcituro, ſiue maſculo, ſiue fœmina, eidem ſeqoentem ſubſtitutinnem adiecit: *E morendo il detto Ventre pregnante in età pupillare voglio, che ſia liberamente, e ſenza controuerſia ſatisfatta detta Signora Alba mia dilettiſſima conſorte della legitima che le ſi conuiene. nel reſto della mia heredità coſtituiſco Monſignor Preuoſto Monaldini mio Zio*; cui ſubſtituit Herculem Monaldinum, eiuſque filios legitimos,& naturales, & in eorum defectum alios proximos maſculos.

Natus fuit,ex dicto Ventre Carolus Veſpaſianus, qui cum deceſſiſſet in pupillari ætate, Alba, pro conſecutione legitimæ ſibi in teſtamento relictæ, Iudicium immiſſionis inſtituit, contra præpoſitum ſubſtitutum, & cor. A.C. Bulgarino, ſententiam fauorabilem reportauit, pro tertia parte totius hæreditatis Caroli, à qua commiſſa mihi cauſa appellationis, propoſui dubium, *die 9. Aprilis præteriti*. An ſit danda immiſſio, & pro qua rata,& nulla fuit capta reſolutio, ſed illo denuò repropoſito reſponſum fuit immiſſionem eſſe concedendam pro tertia legitimæ filij.

Agitur enim de legitima debita, ex diſpoſitione teſta-
1 toris, & ſic benè competit remedium immiſſionis, quidquid ſit, quando petitur contra eius voluntatem, vel ex
2 ſimplici diſpoſitione legis, *Rot.cor.Buratt.dec.115.nu.12. & in Auenionen. legitima 17. Nouembris 1653. cor. bo.me. Peutingerio, & in Bonon. legitima 27. Martij 1662. §. quod vero coram Emerix.*

Nec fuit dubitatum, quod legitima debeatur, in hoc caſu, quia licet verſemur in expreſſa ſubſtitutione pupillari, quæ regulariter excludit Matrem à legitima, in
3 bonis filij, tam de iure Canonico, vt *in cap. ſi Pater de teſtam. in 6.* quam de Iure Ciuili, *vt in l. Papinianus, §. ſed*
4 *neque impuberis*, vbi *Bart. & alij, ff. de inoff. teſt.* quam concluſionem vti veriſſimam ſequitur *Peregr. conſil. 32. 14.68. num.7. lib.2. Franc. à Ponte conſ. 61. n.68. lib.1. Fuſar. de ſubſt. qu.156. num.1. Trentac. eodem tract. p.2. cap.16. Paſcal. de patr. pot. lib.1. cap.9 num.15. cum ſeqq. Merl. de legit. lib.3. tit.3. q.13. nu.12.13. & q.14. num.45.47. Amat. Panorm. reſol.25. nu.1. Mangon. dec. flor. 144. num.21. Rot. cor. Buratt. dec.84. nu.7. & ſeqq. & dec.120. nu.1. cum ſeqq. part.7. rec.* Et optima quidem ratione, cum ſubſtitutio pupillaris operetur, vt non ſuccedatur filio, cui fit ſub-
5 ſtitutio, ſed Patri, qui pupillariter ſubſtituit, & in cuius hæreditate ſucceditur, vt vltra citatos explicat, *Bell. de iur. accreſc. cap.9. qu.37. num.28. 29. part.3.* Tamen regula fallit, vbi conſtat de voluntate teſtatoris non priuandi Matrem legitima, quo caſu, debetur, non obſtante expreſſa popillari ſubſtitutione, *Surd. conſ.212. num.7.*
6 *lib.2. Decian. conſ.82 num.23. lib.3. Rot. dec.198. num.3. part.4. recent.* & in terminis, limitando conclusionem, reſolutum fuit, in *Caeſenaten. hæreditatis 16. Martij 1654 coram b. m. Peutinger.*

Voluntas autem Caroli teſtatoris relinquendi legitimam ſuæ vxori, nimis apertè colligitur, ex verbis teſtamenti ſupra relatis, ibi, *voglio, che ſia liberamente, e ſenza controuerſia ſodisfatta detta Signora Alba, mia dilettiſſima conſorte della legitima. che li ſi conuiene*, & ibi, *nel reſto della mia heredità ſoſtituiſco Monſignor Preuoſto.* Ex quibus duo reſultant, claram teſtatoris voluntatem explicantia, vt in terminis longè fortioribus firmat *Surd.*
7 *conſ.212. ante num.8. lib.2.* alterum ex quo prius legat legitimam,& poſteà in eo, quod ſupereſt pupillariter ſubſtituit, vnde cum non dicatur compræhenſa ſub ſubſtitutione, ſed vti excepta, & ab ipſo teſtatore ſeparata, prius deducenda ſit ab ipſa hæreditate, & vxori perſol-
uenda, ita in ſpecie, tradit, *Grat. diſc.276. nu.28. Rot. dec.* 8
361. num.4. par.5. rec. & in Bonon. bonor. 15. Iunij 1665. §.1. coram R.P.D.m. Emerix.

Non obſtat, quod Carolus non reliquerit ſimpliciter legitimam, ſed ſolùm mandauit Albam ſatisfieri de le-
gitima, *che li ſi conuiene*, hoc eſt ſibi de Iure debita, de Iu- 9
re autem nulla Matri debetur legitima in bonis filij pupillariter ſubſtituti ex auctoribus ſupra adductis; Quia dd. verba, non tangunt ſubſtantiam legitimæ, nec pa-
tiontur talem intellectum, quia eſſet, de directo contra- 10
rius menti teſtatoris, qui expreſsè voluit legitimam ſolui libere, & abſqoe controuerſia, ſed ſtant demonſtratiuè ad quantitatem, eiuſque congruitatem, & conuenientiam; æquitati autem contrauenit, vt mater conſequatur legitimam in bonis filijs, vt per hæc verba lo-
quitur *Menocch. conſ.144. num.8. lib.2. & text in l. ſcri-* 11
pto in fine, unde liberi, nè totaliter illa à inctuoſa filij hæ-
reditate excludatur, contra diſpoſitionem *tex. in l. fin. C.* 12
de inſt. & ſubſt. vt aduertit *Grat. d. diſc.275. n.24.* vbi, quod in dubio, ſemper eſt interpretandum fauore Matris.

Prout non ſubſiſtit alterum obiectum, quod Pupillus numquam adiuerit hæreditatem paternam, vel ſaltem,
cum ſolemnitatibus requiſitis à Statuto Rauennæ *libr.4.* 13
rubr.1. in Contractibus, & quaſi Contractibus minorũ, ideoque Præpoſitus ſubſtitutus ſuccedat, quoad bona paterna per tacitam vulgarem, in pupillari, contentam,
per quam excluditur Mater à legitima, cum numquam 14
effecta fuerint bona filij *Gomez. variar. reſol. tit.1. cap.4. de pupill. ſubſt. num.9. Vaſquez. de ſucceſſ. §.3. num.7. Craſſ. in §. ſubſtitutio q.12. num.5. Cancer. variar. reſol. part.1. c.1. num.19.* Quia dantur actus geſti, per tutores, neceſſariò adiectionem inferentes, prout tunc concordia per eoſdem
inita ſuper redemptione domus teſtatoris *Sum.* Alb. *nu.4.* 15
nec non exactio,& perceptio fructuum hæreditatis, qui
actus, dum non potuerunt fieri citra Ius, & nomen hæ- 16
redis aditionem inducunt *Rot. dec.7. num.2. & dec.98. n.4.* 17
coram S. M. Greg. 15. & in Romana retrouenditionis domus 18. Iunij 1657. cor. R. P. D. m. Priolo, neque erant adhibendæ ſolemnitates ſtatuti, cum ageretur de adeunda hæreditate lucroſa, vt probat *Tiraquell. de legit. connub.*
num.4. Thomat. dec.118. nu.23. & dec.170. n.18. & in rec. 18
dec.51. nu.34. part.6.

Vel quatenus de aditione, non conſtaret, adhuc non intraret obiectum, dum agitur, de hærede ſuo, in quo
ipſa ſuitas tantum operatur, quantum alijs aditio *§. ſic* 19
autem Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. de fer. Surd. conſ.458. num.5. Spin. de teſt. glo.33. princip. nu.8. Grat. diſc.732. n.52. idem Surd. dec.136. num.18. Rot. deciſ.128. num.20. par.4. tom.2. & dec.540. nu.4. par.5. rec. Quia ſuitas tollitur à tacita vulgari, in pupillari, contenta, quidquid ſit, de vul-
gari, *Spin. vbi ſup. d. gl.33 num.91. cum ſeqq. Bart. in l. ſi fi-* 20
lius. ff. de vulg. Bald. in l. ſi poſt aditam, Cod. de impuber. & alijs ſubſt. & in l. apud hoſtes, C. de deciſ. & legit. in l. Papin. §.4. ff. de inoff. teſt. cum alijs relatis per *Fuſar. de ſubſt. q.72 nu.9.* teſtatur de communi *Craſſ. in §. ſuitas q.10. n.4.*

Sed maior difficultas verſabatur, circa quantitatẽ aſſignandam, quam Alba prætendebat eſſe tertiam partem totius hæreditatis teſtatoris; tum quia nullus adeſt, qui
cum ea concurrat in ſucceſſione, quo caſu, legitima eſt 21
tertia totius, iuxtà diſtinctionem, quam facit *Merlin. de legit. lib.1. tit.4. q.7. n.28. & Rot. dec.219. nu.18. part.6.* maximè, dum mater à Statuto Rauennæ *lib.3. rubr.8.* eſt excluſa propter agnatos à ſucceſſione filij, præterquam a legitima, quam partem eſſe tertiam totius firmauit,
Rot. per eundem Merl. de legit. dec.39. num.17. Tum, quia 22
teſtator, legando legitimam vxori vocauit illam dilectiſſimam, ratione ſuæ dilectionis, relictum, venit latiſſimè interpretandum *Tiraquell. in l. ſi vnquam, C. de reuoc.*
donat. in præfat. nu.21. Seraph. dec.240. nu.1. & in Romana 23
legationis vſusfructus 15. Iunij 1661. cor. R.P.D.m. Bourlemont. Eoque magis, quia ſubſtitutio fuit facta, *nel reſto*
dell'heredità, ideſt in eo, quod ſupereſt, detracta priùs 24
legitima,

Digitized by Google

24 legitima,ex ipſa hæreditate *Iaſ.conſ.100 num.3.lib.4.Rot.*
dec.237,num.80.p.3.rec. & in Bononien. Pecuniaria 14.
*Febr.*1661 *cor.R.P.D.m.Beuilaqua*.
Quibus tamen non obſtaotibus conſueruot DD. legi-
timam eſſe tertiam tertiæ,non autem tertiam totius, ex
euidenti ratione, quia mater non poteſt legitimam præ-
25 tendere in bonis mariti, ſed in bonis ſui filij; bona autem
filij ſuot ſola legitima ipſi debita in bonis Patris, quæ
eſt tertia pars hæreditatis, oon verò totum Patrimo-
niom, cum de eo, qood ſupereit, poiſit Pater ad libitum
diſponere, & de facto diſpoſuerit, per pupillarem ſubſti-
tutionem, & ſic illa relicta, per teſtatorem non poteſt
26 eſſe niſi tertia legitimæ filio debitæ, vt voluerunt *Ca-*
*ſtrenſ.conſ.*416*.num.*2. 3*.Corn.conſ.*277*.num.*2*. lib.*1*. Me-*
*noch.*dicens rem eſſe claram,& manifeſtam *conſ.*262*.Fu-*
*ſar.conſ.*20*. in fin. & de ſubſtit. quæſt.*242*.ſub num.*30*. In-*
*trigl. eodem tract.conſ.*1*. quæſt* 91 *num.*2*. Cancer.variar.*
*reſolut part.*1*.cap.*1*.num* 40*. verſ. & quia in detractione*,
vbi dicit aliter ſentientes errare, *Rot. coram Seraph. dec.*
963*.num.*5*.deciſ.*223*.num.*4*. par.*5*.recent. & in d.Caſena-*
ten. hæreditatis 20*.Nouembris* 1652*. §. primo,&* 16*.Mar-*
tij 1654*. §.ad teſtes coram bo:me:Peutingerio*,aliàs ſequere-
tur abſordum, quod Mater totam caperet hæreditatem
27 filij contra mentem teſtatoris,qui ooluit vxori relinque-
re totam legitimam filij, ſed illam tantùm debitam ex
perſona propria,ibi, *voglio, che ſia ſotisfatta la Sign. Al-*
ba della legitima, che liſi conuiene,ex perſona autem pro-
pria noo poteſt conſequi niſi legitimam in bonis filij, &
non tertiam partem, cum reliqua eius bona deuoloan-
tur ad ſubſtitutos, ratione pupillaris ſubſtitutionis, quæ
compræhendit, tam bona teſtatoris, quam ipſius Popil-
28 li, *Bart.in l.*2*.num.*3*. ff.de vulgar.l.ſed & ſi plures,§. ad*
*ſubſtitutos eodem titulo Socc.conſ.*144*.num.*6*. lib* 1*. Pariſ.*
*conſ.*59*.num.*4*.lib.*1*.Surd.conſ.*48*.num.*7*.Honded.conſ.*73*.*
num 10*.lib.*1*. Menocch conſ.*303*.num.*13*.* 17*.lib.*4*. & in*
*tract.de præſumpt.lib.*4 *præſumpt.*88*.num.*2*.*10.Idque pro-
cedit, & ſi teſtator ſe reſtrinxerit ad hæreditatem ſuam,
ibi, *nel reſto della mia heredità ſoſtituiſco &c.* quia illa re-
ſtrictio habetor pro non appoſita, *l. & heredi,§. fin. ff.de*
29 *vulg. & pupill. l. ſi ita ſcriptum, §. qui filio, & ibi Bart. ff.*
*de bon.poſſ.ſecun. tabul.in l.*1*. num* 4*.ibique Alexand ſub*
*num.*7*. Socc num.*11*. in ſecundo caſu,ff. de vulg.Altogr.*
*conſ.*9*. num.*32*.cum ſeqq lib.*1*. Mantic. de coniect.vlt.vol.*
*lib.*5*.tit.*7*. num.*7. cum alijs pluribus relatis *in deciſ.*172*.*
num 2 *& dec.*198*. num.*1*. verſ non obſtante,part.*4*.tom.*1*.*
*recent. & coram Buratt deciſ.*84*.num.*5 *ibique Add.lit.C.*
eo non ſubſiſtente, quod per aditionem hæreditatis Pa-
tris, efficiatur Patrimoniom filij, eiqoe ſuccedatur *l.ſed*
30 *& ſi plures, § tex.eſſe verſ.ac ſubſtitutos, ff.de vulg. & pu-*
pill. quia nihilominus dicitur hæreditas Patris, cui ſucce-
ditur per mediam perſonam pupilli, *l. qui Patris* 59*. ff.*
de acquir.hæred. dict.l.ſed & ſi, § filio ff. vulgar. & pupill.
Bart.in l. Papinianus, §.ſed nec impuberis.ff. de inoff.text.
& benè ad propoſitum explicat *Faber in ſuo Cod lib.*3*.*
*tit.*8*.def* 9*.verſ.nec ad rem pertinet Surd.conſ.*31*. numero*
43*. in princip.Fuſar.conſ.*189 *num.*44*. & in tract.de ſubſtit.*
*quæſt.*88*.*
Hinc non applicantur *Merlin de legit. lib.*1*.tit.*4*.qu.*7*.*
28*. & d.deciſ.*219*.nu.*18 *part* 6*.rec.* quia loqoootur de
caſu longè diuerſo, nempè, de quæſtione illa ootiſſima
inter Butrigot. & Boriol. quanta, ſcilicet, ſit legitima
Matris, decedente filio, relictis poſt ſe etiam fratribus,vel
31 ſine illis, vbi firmat, quod, quaodo fratres non concur-
runt, legitima Matris eſt tertia omnium bonorum ipſius
filij, quod in præſenti non negator, ſed dicitur, bona filij
non connumerari omnia bona Patris, ſed in legitimam
ipſi debitam, cum Pater in reliquis diſpoſoerit ad fauorē
pupillariter ſubſtitutorum, & in ipſis nulla Matri debe-
tur legitima, quia non ſuot bona filij, vt adoertit *Me-*
32 *nocch de præſ. lib.*4*. præſ.*38*. ſub nu.*3*. Mant.de ſucceſſ.leg.*
*part.*2*.q.*2 *art.*8*.num.*12*.*
Minuſque ad rem facit Statutom Rauennę excludens
Matrem propter agnatos à ſucceſſione filij,prætterquam
à legitima, quia procedit, qoando filius, vti hæres Pa- 33
tris cedit ab inteſtato & nullum habet ſubſtitutum, ſe-
cùs, quando à Patre grauatur, per fideicommiſſum alte-
ri reſtituere, tunc enim non omnia bona paterna effi-
ciuntor bona filij, ſed tantùm legitima, vel Trebellhani-
ca, quæ ſtante ſtatoto excluſiuo fęminarum, non ſpe-
ctant ad Matrem, ſed agnatos excludentes tamquam
hæredes ab inteſtato, *Theſaur.lun.quæſt for.*22*. ſub nu.*2*.* 34
*lib.*3. Et ſolum Mater ſuccedit in legitima à ſtatuto præ-
ſeruata, oempè io tertia parte legitimæ filij, quæ dicitur
eius hæreditas *Menoch.conſ.*362 *num.*42*.cum ſeqq.Mier.*
*ad conſt. Catal in conſt. los impuberes, num.*3*.Cancer.var.*
*reſolut. par.*1*.cap.*1*.num.*4.
Verba demum teſtatoris vocantis vxorem dilectiſſi-
mam, non augent diſpoſitionem Iuris, tribuentis Matri
legitimam tantùm in bonis filij, vt de diſpoſitione con-
cepta ſub iſto verbo *dilectiſſima*. quod non poſſit altera-
re Iuris diſpoſitionem firmauit *Rot deciſ.*93*. nu.*17*. verſ.* 35
quinta vero coram Durano; qood autem ſubſtitutio ſit
facta *nel reſto della heredità* oon operator, quod integra
legitima filij deferatur ad Matrem, quam Teſtator lega-
re ooluit, ſed importet ſeparationem,dumtaxat, legitimę
ipſius Matris, quæ eſt tertia tertiæ ex auctoritatibus ſu-
pra adductis.
Et ita vtraque,&c.

R. P. D. Ottalora.

Rauennaten. Legitimæ.

Ven. 2*. Martij* 1668*.*

ARGVMENTVM.

Legitima calculatur iuxta valorem hæreditatis de
tempore mortis defuncti, noo tempore petitionis,
quando valor hæreditatis augetur ex induſtria hæ-
redis, & valor hæreditatis, ad hunc effectum, quo-
modò probetur.

SVMMARIVM.

1 *Filia dotata à Patre minùs legitima poteſt, poſt eius mortem,petere ſupplementum.*
2 *Dos data à Patre præſumitur congrua.*
3 *Petens ſupplementum Dotis debet probare eius incongruitatem.*
4 *Legitima eſt quota hæreditatis,deducto ære alieno.*
5 *Teſtis vnicus nihil probat.*
6 *Teſtis dubitatiuè deponens nihil probat.*
7 *Valor non probatur, per dictionem*, all'incirca.
8 *Valor probari non poteſt ab eo, qui non eſt informatus.*
9 *Teſtis de valore, debet deponere, quanti communiter res æſtimetur.*
10 *Ex valore detrahendus eſt Canon, & alia onera.*
11 *Valor non probatur ab eo, qui non eſt informatus.*
12 *Valor de tempore præſenti, non infert ad tempus præteritum.*
13 *Legitima calculatur iuxtà valorem de tempore mortis Patris non petitionis.*
14 *Maximè ſi augmentum hæreditatis proueniat ex induſtria heredis.*
15 *Teſtis vnicus plenè probat contra inducentem.*
16 *Bona emphyteutica dari non poſſunt pro legitima.*
17 *Fœmina excluſa a Statuto excluditur a legitima.*
18 *Legitima eſt portio eius, quod debetur ab inteſtato.*
19 *Fœmina non eſt comprahenſa in Emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
20 *Acquirens emphyteuſim cenſetur ſe conformare, cum Statuto loci.*

DECISIO CXXXIV.

ANno 1599. Dionyſius Louatellus, qoinqoe ha-
bẽs filios, ouptui tradidit Vrſulam Auguſtino Pi-
gnato, cum dote ſcut. 2400. ſolidur. 84. pro ſcuto, qua
poſtmodum defuncta, relicto Baptiſta eius filio, & ex
eo natis Gaſpare, & alijs quioque maſculis, ipſi ex perſo-
na dictæ Vrſulæ eorum Auiæ, prætendentes legitimæ
ſupplementũ, Iudicium in partibus inſtitueruot, contra
Albertum, & alios de Louatellis hæredes teſtamentarios
Dionyſij, & ſententiam in parte, fauorabilem reporta-
runt, ſed commiſſa mihi cauſa appellatiunis propoſui
dubium; An, & pro qua rata, vel ſumma debeatur ſup-
plementum legitimæ, vna cum fructibus, & à qua die
DD. autem cenſuerunt ſupplementum non deberi.

Admiſſa fuit, pro vera cunclusio, quod filia dotata à
Patre io mioori quantitate, quam ſit legitima, poſſit,
eo defuncto petere ſupplementum ex claro *text. in l. om-*
1 *nimodo, & l. ſimus C. de ioff. teſtam.* cum alijs congeſtis in
deciſ. 47 nu. 8. coram Carillo, quodqoe actio huiuſmodi à
filia viuente nun exercita, tranſeat ad eius hæredes ex
notatis per *Salycet. in d. l. ſimn. n. 4. ibique Iaſ. nu 5. Alex.*
conſ. 55. n. 5. lib. 2. Noual. de tranſmiſs. caſ. 8. nu. 107. & ſeqq
Benintend deciſ. 37. n. 26. & dec. 228 n 2. p. 8 rec.

Sed, quia dos à Patre filiæ conſtituta, in dubio præſu-
mitur congrua, dunec contrarium prubetur, *Salycet. in*
l. ſancimus, C. de nupt. & in Auth. reſque in 2. notabili, Cod.
2 *Commun. de legat Caſtr. conſ. 275. lib. 1 Alex. conſ. 33. n. 4*
lib 4. Engen. conſ 34. n. 15. & ſeqq lib. 1. Honded. conſ. 63. nu.
85. lib. 1 Altograd. conſ. 5. num. 18. lib. 1. Boſſ. de dote cap. 13.
num. 89. Merlin. de legit. lib. 3. q. 11. n. 1. & ſeqq. Rota coram
Buratt. dec 894. nu 2. dec. 581. n. 3. par. 1. dec. 213 n. 1. p. 10.
rec. & in Auximana dotium 24 Ian. 1654. cor. R. P. D. Al-
bergato, Ideò petens ſupplementa, eo quia dos nun cor-
reſpondeat legitimæ tenetur vti Actor liquidare illius
quantitatem, firmato ſtatu hæreditario ipſius Patris,
iuxta modum tradit. à *Bart. in celebri conſ. 17. lib. 1. Surd.*
3 *conſ. 148 nu. 5 cum ſeqq. Caren. reſolut. 148. num. 2. Cyriac.*
contron. ſup. n 149. Thomas. dec. 43. nu. 9 Seraph. deciſ. 331.
nu 17. & dec. 72. num. 13. poſt Merlin de pign. & in recent.
deciſ. 121. n. 8 & 9. par 6. & deciſ. 88. nu. 28 p. 10. & in Fer-
rarien. ſupplementi legitimæ 1. Decembris 1645. cor. bo: me:
Dunozett. §. non obſtat.

Status autem hæreditatis, oullo modo probatur, fir-
maos, quid, & quantum reliquerit deductis debitis, &
uneribus, cum legitima non ſit quota hæreditatis, ſed
4 quota eius, quud ſupereſt, deductu ære alieno, vt dixit
Rota coram Buratt. dec. 496. n 5. & dec. 399 n. 24. p. 5. deciſ.
398. n. 5. p 7. & dec. 230. n. 10. par. 10 rec.

Siquidem valor, reſpectu dumus ſitæ io Ciuitate Ra-
uennæ, non deſumitur, niſi ex dicto vnius teſtis, qui nihil
5 probat *cap. licet extra de teſtibus Buratt. dec. 538. num. 12.*
& 13. ibique Adden. lit. B. & in Imolen. bonorum 6. Martij
1665 coram b. m Veroſpio §. hanc verò, & quod magis eſt
6 deponit de ſua credulitate & Iudiciu, & dubitatiue, per
dictionem *in circa* ibi, *E quanto alla Caſa io non poſſo dar*
7 *certo giuditio per non hauerla conſiderata, ma credo poteſſe*
valere da 3000. ſcudi in circa moneta vecchia per quanto
ſi puol congetturare, coſi eſteriormente Greg deciſ. 517 nu.
18. Carill dec. 210. ſub n. 5. & ſeqq & in Romana pecunia-
ria 7. Iunij 1660. § nec contrarium cor. R. P. D. Priolo, qui-
nimmò fatetur, ſe nun informatum, de ſtatu, & qualitate
dictæ domus, ibi. *Io non ſono mai ſtato nella Caſa di d Sig.*
Cardinal Dionſio ne auanti, ne doppo la morte, e però non
ne ho pratica alcuna; vnde impoſſibile eſt poſſe præciſe
deponere de verò valure, ad quem effectum requiritur
nutitia omnium qualitatum, & circumſtãtiarum *Alex.*
8 *conſ 54 n. 5. cum ſeqq. lib. 6. Aldobrand. conſ. 60. num. 23. &*
25. lib. 1. Greg. dec. 570. n. 4 Seraph dec. 112. n. 5 & dec. 1462
nu. 4. Merlin. deciſ. 444 n. 4 & in reciſ. dec. 151. n. 10 part. 6.
& in Romana officij Notariatus 6. Febr. 1654 coram Emi-
nentiſſ. Celſo, §. nec prætenſio, & in Anconitana pecuniaria
9 Iunij 1655. coram Reuerendiſſ. Zarate.

Quoad Prędium ſitum in Villa S. Stephani, duo te-
ſtes adducti, vltra quod patiuntur eoſdem defectus ſuper
depoſitione de credulitate (& pro primo Iudicio) Primus
deponit de valore iuxta propriam affectionẽ, ibi, *perche*
io medeſimo la comprarei al medeſimo prezzo, e ſo ſe io l'ha-
ueſſi non la darei al medeſimo prezzo. Et ſic non attendi-
tur, cum debeat deponere, quanti cõmuniter veodi poſ-
ſet. *Pinell in l 2. par. 3. cap. 4. nu. 12. C. de reſcind. vend. Va-*
laſch. conſult. 43. n. 1. & n. 13. Thomat. deciſ. 50 n 83. Poſth.
de ſubhaſt inſpect. 60. n. 36. Rota poſt eum deciſ. 44. n. 13. Pe-
ma dec. 810. n. 4 & 6. deciſ. 292. nu. 36. p. 6. rec. Et in Fulgi-
naten bonorum 26. Maij 1662. cor. R. P. D. m. Priolo. Inſu-
per in eodem prædiu adſunt 28. tornaturæ emphyteu-
ticæ Ven. Abbatiæ S. Io: Baptiſtæ Euangeliſtæ *Sum.* Al-
berti *nu 6.* & dictis Teſtis in ſua depoſitione non deduxit
Canonem, ibi, *La ſtima, che è ſtata fatta da me è ſtata*
fatta ſenza cõſideratione, che ſiano emphiteotiche. mà libere,
qui tamen detrahendus erat, vti imminuens valorẽ rei,
Surd. conſ. 181. nu. 2. lib. 2. Grat. diſcept. 723. num. 17. poſt. de
ſubhaſt. inſpect 60. n. 56. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 20. qu. 19.
num. 17. & ſeqq Rota coram eodem dec. 705. num. 4. & dec.
334. n. 14. par 4. tom. 2. recent.

Alter verò teſtis ignorat præciſam quantitatem Tor-
naturarum, & fructuum percipi ſolitam ex dictu Prędio
quolibet Anno, ibi. *E più laſciò vna Poſſeſſione à S. Stefa-*
no, che credo ſia di tornature 100. in circa, & ibi, *e non sò*
preciſamente la quantità de frutti, che rendono detti terre- 11
ni, vn Anno per l'altro. Ideoque nequit probare verum
valorem, *Bart. in l pretia rerum num. 2. ff. ad l. Falcid. &*
in l. 2. nu. 23. C de reſcindend. vend. Altograd. conſ. 60. nu. 25
lib. 1. Grat. diſcept 461. n. 24. Thomas dec. 50. n. 84. Seraph.
dec. 1462. n. 3. & 4. & in rec. dec. 20. n. 2. dec. 272. nu 21. p. 5.
& in Piſauren. reſciſſionis Contractus 15. Iunij 1665. coram
R. P. D. m. Beuilaqua.

Minùs probatus dici poteſt valor bonurum exiſten-
tium in Villis Ragoni; Gattinellarum, & S. Alberti, quia
teſtes deſuper examinati laborant eiſdem exceptionibus
ſuperius recenſitis, alijſqoe io factu ponderatis, atque vl-
tro deponunt de valore de tempore præſenti, non verò
tempore mortis Dionyſij, quod eſt attendendum, *Aldo-* 12
brand. conſ. 60. n. 23. cum ſeqq. lib. 1. Rot. dec. 272. n. 22. par. 5.
rec. & coram Merlin. dec. 633. n. 4. & ſeqq.

Non obſtat, quod in calculanda legitima, metienda
quidem ſit quantitas bonorum, tempore mortis Patris,
ſed circa valurẽ, attendendum ſit tempus petitionis, cum 13
illa debeatur. & augumentum, quia concluſio procedit,
in augumento intrinſeco, non autem extrinſecu proue-
niente ex facto, & induſtria hæredum, vt ſunt bonifica-
tiones, meliorationes, &c. quæ ſemper cedunt, commodo
ipſius meliorantis, *Peregr. de fideic. art. 36. num. 19. Capyc.* 14
Latr. conſult. 78. nu. 24. Fachin. contron. 19. lib. 4. cap 26. in
princ. & lib. 12. cap. 5. Altograd. Iun contr. 19. nu. 10. Fontan.
dec. 573. n. 13. Merl. de legit lib. 5. tit. 3. q. 7. n. 33. Rot. poſt eũ
dec. 90. n. 1. & ſeqq. & dec. 204. nu. 4. & ſeqq. & poſt Salgad.
in Laberint. Credit. dec 45. n. 4. & ſeqq. Rot. diuerſ deciſ. 347
n. 5. par. 1. & deciſ. 272. n. 21. part. 5. rec.

Quod autem terrena huiuſmodi poſt murtem Diony-
ſij fuerint notabiliter meliorata induſtria hæredum, pro-
batur ex teſtibus datis *Summ.* Alberti *num. 5.* & in ſpecie
quoad illa exiſtentia in villa S. Alberti, vnus Teſtis à Pi-
goatis examinatus depunit tempore obitus Teſtatoris
fuiſſe deuaſtata ex inundatione fluminis Lamonis, eaq;
poſtmodum ad culturam redacta, ab eius hæredibus, qui
licet ſit vnicus, plenè probat contra eoſdem, qui illum re-
produxerunt, *Grat. diſc. 699 n. 21. & 753. nu. 15. adden. ad* 15
Greg. dec. 255. nu. 9. Adden. ad. Buratt. dec 298. lit. B.

Præterea, cum in prædicta hæreditate, adſint, in con-
fuſo, multa bona emphyteutica d. *Sum.* Alberti, *lit. A. B.*
C. nulla de illis, eſt habenda ratio, in calculanda legiti- 16
ma, nam licet, vigore Concordiæ Raoennę, de qua in vo-
lumine ſtatuturum *lib. 4. rub. 12.* ea redacta ſint, ad inſtar 17
allodialiũ, dum tamen ab ea fęminæ, exſtaotibus maſcu-
lis, ſunt excluſæ à ſocceſſionibus ab Inteſtato, cõſeruatur,
& exclu-

Digitized by Google

& excluſæ a legitima , quæ nihil aliud eſt quam portio
rei, quam qois habiturus eſt in teſtamento, vt in terminis
Concordiæ Rauconæ tenuit *Petr. de Soncin. inter conſil.*
18 *Marcian conſ.6. per tot. Ang. conſ.105 nu.4. Marchabrun.
conſ.79 n 95. cum ſeqq. Surd. conſ 427 n.57. Caphal. conſ.5.
n.46. & conſ 53. n 55. Bero conſ.70 nu.8. lib.2. Reec. conſ.103.
nu.21. Clar. in §. Teſtamentum q.42. n.6. Mangil. de imput.
q.7. n.45. Merlin. de legit. lib.3. tit.1. q 2. nu.35. Rot. dec 272.
n.10. p.5. deciſ.316. n 1. & ſeq. par.6. dec.37. n.1. p.10. rec. &
coram Reuerendiſs. Royas. deciſ.439 n 6.*

Nec facit, quod Dionyſius acquiſiuerit bona , titolo
oneroſo, cum inueſtitura pro ſe, & liberis, quia dum agi-
tur de bonis Eccleſiaſticis Vrſulantes fęmina noo dicitur
compræhenſa, vt reſoluit *Rot. in Mantuana emphyteuſis*
19 *1. Iunij 1638 cor. b.m. Dunozetto*, vel in omnem caſum re-
ſiſtit d. Concordia , & ſtatutum Rauennæ fęminarũ ex-
clusiuom per maſculos, quod licet dubitari poſſit, an cō-
pręhendat bona emphyteutica Eccleſiaſtica, deſeruit ta-
men pro interpretatione volũtatis ipſius acquirentis, qui
ſemper pręſumitur ſe voloiſſe conformare cum d. Statu-
20 to in puocto *Fulgin. de iur. emphyt. tit. de ſucceſſ. q.10 nu.3.
Rot. coram Caual. dec.583 n 9. Adden. ad Buratt dec.838.
num.15. Merl. dec.447 num.1. & in Romana Emphyt. 28.
Februarij 1656. coram R.P.D.m. Priolo.*

Cum ex ſupradictis ſupplemeotom noo debeatur ,
non habita fuit ratio de fructibus, Vtraque &c.

R. P. D. Ottalora.

Romana Dotis.

Ven. 12. Februarij 1666.

A R G V M E N T V M.

Pater tenetur congruam dotem aſſignare filiæ, etiam diuiti, oubenti viro ſibi æquali , ſine eius conſenſo . Nec in tali dote, imputantur legata relicta ab extraoeis.

S V M M A R I V M.

1 *Pater debet dotare filiã contra eius placitum nuptam.*
2 *Maximè ſi nubat viro ſe digno.*
3 *Secùs ſi nubat viro indigno.*
4 *Pater tenetur quærere virum filie.*
5 *Pater mortuo genero, tenetur habere paratam dotem filiæ pro danda alio marito.*
6 *Dos congrua dicitur arbitrio Iudicis.*
7 *Perſpecta qualitate perſonæ & Patrimonio Patris.*
8 *Dos pinguior aſſignãda eſt filiæ, quãdo non ſunt maſculi.*
9 *Qualitas viri ſolet attendi pro congruitate dotis.*
10 *Contra, quando dotatur filia vnica.*
11 *Tunc enim attenditur qualitas familiæ mulieris.*
12 *Legatum relictum filiæ ab extraneo cenſetur contemplatione Patris.*
13 *Hoc legatum imputatur in legitima & dote.*
14 *Pater non tenetur dotare filiam diuitem contra voluntatem eius nubentem.*
16 *Legatum relictum filiæ, non expreſſa dote, cenſetur eius contemplatione, & non Patris relictum.*
16 *Maxime ſi legataria ſit cognata teſtatori.*
17 *Pater tenetur dotare etiam filiam diuitem.*
18 *Dos detrahitur ex ſubſtantia bonorum, quæ reperitur apud Patrem.*
19 *Filia viuente Patre non poteſt petere legitimam.*
20 *Ideo viuente Patre, dos non debet æquiparari legitimæ.*

D E C I S I O CXXXV.

DIxerunt DD. ſtandum eſſe in deciſis, eoram b. m.
Veroſpio, 1. *Iunij* 1663. ſcilicet, D. Aonæ Caffa-
rellæ præſtanda eſſe 12.m. ſcuta, pro dote, non eompu-
tato Palatio, & legato licet in decimo ſexto ætatis ao-
no conſtituta, nulla ſibi dote promiſſa. contra placi-
tum Patris matrimoniom cum D. Antonio cootraxerit.

Cum enim Anna nupſerit viro nobili , & digno, li-
cèt in minori ætate , & ſine conſenſu Patris. Pater eam
tenetur plenè dotare *Dicaſtill. de matrimon. tract.10. diſ-* 2
putat.4 dub.19. ſub numero 186. vbi dicit , hanc eſſe
differentiam, inter nubentem digno, & indigno *Bo-*
naccin. oper. moral. tomo 2. circa quartum decalog. prace- 3
*ptum diſputat 6. quaſt. vnica punct.5. § propoſit. prima nu-
mero 1. ante finem fol.343. & de contract. diſput.3. quaſt.
11. punct.2. propoſit. prima, num.13. ante finem pag.716.
Cancer. variar reſolut. parte 3. cap.11. numero 6* vbi ait
ita fuiſſe deciſom à Senatu, *Ripol in l. Titio centum, §. Ti-
tio, ff. de conditione, & demonſtrat. numero 102. & 103.
Guttier de matrimon. cap.80. num.13. verſic prima Con-
cluſio eſt, & practicar. quaſt. lib.2. quaſt.5. num.4.* vbi li-
mitat , quando ouberet indigno. *Boſſ. eodem tractat.
capit.11. numero 191. verſic. ſed tenent Communiter , &
in tractat. de dote , capit.4. numero 119. & 123. Mantic.
de tacit. lib.12. tit.16. num.6. & 7. Canall. commun. con-
tra commun. quaſt.5 num.3. & ſeqq* qui dicit . ità ſeruari
in practica, & omnes vno ore ita tenere, *Barboſ in l. pri-
ma, parte 4. num.33. in fine, & 34. & 38. ff ſolut. matrim.
Fontanell de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.2. numero* 28. vbi ait
Senatum ita iudicaſſe, cum alijs congeſtis in deciſio-
ne, quæ reuidetor, in principio cuius concluſionis ra-
tiones hæ à Doctoribus aſsignantur ; nam, quando fi-
lia nubit viro digno, dicitor geſſiſſe negotium vtile 4
pro Patre , qui tenetur Inoenire virum pro filia, eam-
que dotare , & ideò licet ceſſet oous inuenieodi virum,
noo eximitor ab obligatione dotandi, vt filia oopta one-
ra matrimonij ſubſtineat , & melius tractetur à viro.
Item ſi contigerit , quod vir decedat, habeat dotem
paratam ab nubendum cum alio , & ſi nubere no-
luerit , vnde ſe poſſit alere , vt conſiderant *Fachin.
controu. Iur. libro 3. capit 45. verſic. fundamentum eſt, Bo-* 5
*naccin. oper. moral. tomo 2. de contract. diſput.3 quaſt.11.
punct.2. n.14. verſic. dixi, aut nubat inuito Patre Boſſ. de
dote capit.4. ſub numero 119. Barboſ. in l. 1. part.4. num.
27. ff. ſolut. matrimon. Franc. Barom. de effect. minor.
ætat. circa contractus effect. 1 num 627. verſic. & ſi ſunt
plures rationes adden. ad Rotam in rec. dec.460. n.62. p.4. t.2*

Ad quantitatem verò aſſignandam io ſumma ſcut.
12.m plurima concurrunt, nempè , nobilitas coniu-
gum, apulentia Patrimonij Patris dotaotis , & conſue-
tudo, in Vrbe, io familijs nobilibus, ac diuitibus , & par-
ticularis domus Caffarellæ dotandi puellas io eadem,
ac etiam longè maiori dotis quantitate, à quibus Iudicis
arbitrium regulari debet , in dote conſtituenda tam ex
diſpoſitione Iuris communis, de qua *in l. quæro 61. l.* 6
*cum poſt diuertium 70. §. in domum verſic. gener, ff. de
Iure dot.* quam ex decreto Sanctiſſimi D. Noſtri, vbi de-
rogaodo Sixtioæ Cooſtitotioni, dotem à qualitate per-
ſonarum , & viribus patrimonij præcipit regulari , in
quod arbitrium Domini in pręſenti libentiùs inclinarũt,
vbi Patrimonium eſt pingue , filia vnica , nec adſuot 7
maſculi, quo caſu non eſt aſſignaoda modica dos , ſed
pinguior *Rota in rec. deciſ.195. n.2 verſ. & licet iſta dos ,* 8
*par.2. & dec.28. num.21. & dec.88. num.3. p.5. dec 150. n.5.
p 9 & coram Merlin. dec.293. num 3.*

Nec obitat, quod in taxanda dote, conſuetudo fami-
liæ viri ſoleat conſiderari, ea verò dotes infra ſcuta 5.m.
conſueuit accipere, & qualitas , & cooſuetodo familiæ
viri prævalere debeat conſuetudini nobilium familia-
rum Vrbis. vt io ſpecie firmat *Dec. conſ.26. num.4.* quem 9
ſequuntur *Rum. conſ.56. num.10. & 17. lib.3. Mantic. de
tacit. lib.12. tit.21. num.35.*

Nam præter, quod hoc ſolum conſiderari non debet,
ſed ſimol cum alijs omnibus circumſtantiis , de quibus
ſupra obiectum oō procedit, vbi agitur de dotanda vni-
ca filia, tunc enim indiſtinctè ei eſt aſſignanda Dos ma-
ior, & attenditur qualitas mulieris, non autem conditio,

Digitized by Google

10 & locus mariti, vt firmat *Rota in recent. deciſ.245.nu.31.*
p.8. & licet ab ea fuerit receſſum in *deciſ.199. poſt Merl.*
de legit. dicta concluſio præſupponitur, & receditur, eo
quia, ibi, mulier aſſignauerat marito in dotem omnia
bona fideicommiſſi, & habebat etiam aliunde, quod non
11 licuit, vt ibi legitur, *nu.7. verſ. quin imo contrarium, &c.*
ac quod ad congruitatem dotis non ſit attendenda con-
ſuetudo familiæ viri, ſed mulier fuit dictum *in Bononien.*
fideicommiſſi de Monterentijs 6. Martij 1665. cor. Reue-
rendiſs. Taya.

Minùs officit, quod Anna teneatur renunciare legato
Palatij, ſibi à Cardinale Patrono relicto, vt aſſigna-
tam Dotem conſequi valeat, vel quia Cardinalis illud
legauit Annæ, tamquam filiæ Petri fratris teſtatoris, &
& legatum videatur relictum contemplatione Patris, &
ad ſubleuandum fratrem in dote, per ea, quæ tradunt
12 *Surd.conſ.488.nu 7.* vnde imputandum eſt tam in dote,
13 quam in legitima, *Caſtr. conſ.96.ſub nu.2. lib 2.* quem re-
ferunt, & ſequuntur *Alex.conſ.19.num.3. verſ.hoc etiam*
conſulendo lib.5. Caphal conſil.105.num 33.34. & 35. vel
etiam, quia Pater non teneatur dotare filiam diuitem,
14 ſine eius conſenſu, & abſque dotis promiſſione in mino-
ri ætate nubentem *Couar. de matrim. part.2. cap.3. §.8.*
num.8. Sanch. eodem tract. libr.4. diſput.29 num.18 Gut-
tier. de matrimon. cap.80 num.13. verſ ſecunda concluſio
Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5 gloſ.1.num.87.

Primum enim non ſubſiſtit, nam cum Palatium fue-
rit legatum ſimpliciter, nulla facta expreſſione dotis,
contemplatione propriæ perſonę cenſeri debet relictum,
15 *Bald. in l. fin num.6. C. quibus ad libert. proclam. non lic.*
Mangil. de imput gloſ.21.num.50 & 51. Merlin. de legit.
lib 2. tit.2. quæſt.9 num 45. cum relatis, per *Capyc. Latr.*
conſult.158. num.31. Magon. deciſ. florenſ.13.num 5. &
6. Maximè in præſenti, vbi agitur de legataria, iam na-
ta, & cognita, Patruo teſtatori. quo caſu, ipſiuſmet
contemplatio, & non Patris præſumitur datum *Decian.*
16 *conſil.81 num.5. Menoch. de præſumpt. præſumpt.17 num.3*
lib.3. Simon. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. dub.12.
num.7. fol.436. Rota poſt Gilian. ad Statut. Peruſ. deciſ.
118 num.8. & in fortioribus terminis de dote aſſignata à
S.M. Vrbano VIII. Sereniſs D. Lucretiæ Duciſſæ Muti-
næ eius nepoti mediante Patre, ſcilicet, vt Pater eam
daret D Lucretiæ eius filiæ, Rota cenſuit contemplatio-
ne Nepotis, non autem Patris conceſſam fuiſſe in *Ro-*
mana legitima 30. Ianuarij 1660. coram R. P. D. meo
Taya.

Secundum quoque non vrget, quia contrariam ſen-
tentiam tenuerunt DD. moti pluribus rationibus, & au-
17 thoritatibus adductis in *deciſione, quaremdetur §. præ-*
terquam, & amplexi fuerunt *Merlin. de legit libr. 3.*
tit.1. quæſt.22. num 7. iuncto, num.10. Bonaccin. de con-
tract punct.2. num.14. ſub verſ. dixi, aut nubat Boſſ. de
matrim. cap.11 num.193. & in tract de dote cap.4. num.
123. Fachin. controu. Iur. libro 6.3. cap 45. verſic. & ſic
argumentor, vbi rationem huius opinionis aſſignat,
nam cum filia, nubendo viro nobili, & digno, ſit do-
tanda à Patre, quamuis minor, & nupſerit ſine eius
conſenſu, cum geſſerit negotium vtile, pro Patre, nec
vlla lex reperiatur, quæ ob iſtam cauſam eam priuet
dote debita, de Iure communi, non eſt enim receden-
dum à diſpoſitione Iuris, & Doctorum traditionibus,
qui firmant filiæ deberi dotem à Patre, etiam ſi diues
ſit, & habeat de proprio, vt tenuerunt *Mantic. de*
tacit. libro 12. tit.16. numero 15. & 16. Menoch. lib.4.
præſumpt.189. num 61. & ſeqq. Sanch. de matrimon.
lib.4. diſputat.20. num.5. Canall. Commu. contra commun.
cap.11. num.175. & ſignanter num.178. & 193. vbi latè
reſpondit omnibus contrarijs, & *in tract de dote cap.4. à*
num.25. vſque ad 35. vbi refert cęteros, tam antiquos,
quàm recentiores, *& cap 6. num. 39. & capit.7. num.*
49. Merlin. de legit. libro 3. tit.1. quæſt. 22. num. 2. 8.
& 10.

Verùm quia, circa modum ſoluendi dotem conſtitu-
tam ab Informantibus pro Petro allegabatur facultates
ſuas in ſtabilibus, non verò in pecunia conſiſtere, ideo-
que dotem deducendam ex illa particulari ſubſtantia,
quæ apud ipſum reperitur *iuxta text in l. profectitia verſ.* 18
ſed ſi proponas, ff. de Iur. dot. Baſd. Nouell. de dot. par.6.
priuil.15. num.1. ibi, *quod Pater in vita ſua cogitur aſſi-*
gnare filiæ aliquam partem ſui patrimonij pro ſua dote, &
priuil.19 num.1. Petrus Barboſ. in 4. parte leg. prima n.3.
verſic. ſed circa horum dicta, ff. ſolut. matrim. ab An-
na, vero id non recuſabat, ſed petebat tertiam partem
bonorum, quam DD non poſſe aſſignari cenſuerunt,
quia ſic conſtitueretur dos ad rationem legitimæ, quæ
viuente Patre à filia peti non poteſt *Fontanell. de pact.*
nupt. clauſ.5. gloſ.8. parte 1 numero 6. & latius ſub n.10. 19
ante med. verſic. nec tunc eſt habenda aliqua ratio le-
gitimæ, quam opinionem tenuit *Rota dec.708. nu.3. verſ.* 20
quod autem hic par.1. rec.

Qua propter DD. declarauerunt Petrum teneri, vel
ſoluere dotem in quantitate ſcut. 12. m. vel pro nunc
tradere Annæ quartam partem omnium bonorum,
quæ habet, cum oneribus quibus obnoxia reperiun-
tur.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Ottalora.

Romana Fideicommiſſi.

Vener. 2. Decembris 1667.

ARGVMENTVM.

In Confirmationem alterius deciſionis, firmatur, acquiſitionem emphyteuſis, titulo oneroſo factam à marito, pro ſe, & vxore, nullum ius dare d. vxori, in caſu, quo maritus ſoluerit pecunias, de proprio, tanto magis, niſi doceatur de acceptatione vxoris.

SVMMARIVM.

1 *Maritus acquirens, pro ſe, & vxore dicitur primus acquirens pro medietate.*
2 *Ideò vnus alteri præiudicare non poteſt.*
3 *Acquiſitio in emphyteuſi cenſetur facta ab eo ſole, qui pretium ſoluit.*
4 *Stipulatio notarij, ad fauorem abſentis, habet locum in acquiſitione merè lucratiua.*
5 *Contractus, quando poteſt eſſe oneroſus non operatur ad fauorem abſentis ante ratificationem.*
6 *Conceſſio facta marito, & vxori abſentibus, acquiritur vni ſoli in totum, qui ratificauit.*
7 *Maritus ſi acquirat, pro ſe, & vxore, ſi ipſe pecuniam ſoluat de proprio, non acquirit vxori.*
8 *Donatio inter virum, & vxorem prohibetur de iure.*
9 *Et ex Statuto Vrbis.*
10 *Statutum Vrbis, de prohibitione donationis, inter coniuges, habet locum in donationibus inratis.*
11 *Et habet locum in donatione de bonis particularibus.*
12 *Maritus acquirens emphyteuſin pro vxore non dicitur ei donare, ſed acquiſitio venit à Domino.*
13 *Limitatur, quando conceſſio eſt, ex titulo oneroſo, & maritus ſoluit de proprio.*
14 *Per ſolutionem Canonis contractus emphyteuticus non perdit naturam mere lucratiui.*
15 *Limitatur, quando Canon eſt conſiderabilis, & ſoluitur aliquid pro intratura, tunc enim acquiſitio dicitur ex titulo oneroſo.*

16 *In*

Digitized by Google

16 *In præiudicium comprahenſorum poſſeſſa non poteſt de emphyteuſi diſponere.*
17 *In emphyteuſi conceſſa pluribus in ſolidum habet locum ius accreſcendi.*
18 *Dominus directus, durante prima linea, non poteſt nouam facere inueſtituram:*
19 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ad tertiam generationem non poteſt extendi ad hæredes extraneos, ſine Apoſtolico beneplacito, & alijs ſolemnitatibus.*
20 *Legitima non detrahitur ex fideicommiſſo particulari niſi in ſubſidium.*
21 *Detractionum prætenſio illiquida non retardat immiſſionem fideicommiſſario.*

DECISIO CXXXVI.

PRo receſſu à deciſis cor. Me 26. *Iunij* 1665. informantes pro Eliſabetha Salamonia, iterum inſiſtebant in eo, quod Domus non fuerat totaliter acquiſita ab Alexandro Fabrino, ità, vt potuerit, tamquam primus acquirens illam particulari fideicommiſſo ſubijcere, fauore Antonij eius filij, pro medietate, & pro alia medietate, fauore Dominici Petri Antonij, & Io: Andreæ, nepotum ex Franciſco altero filio prædefuncto, ſed partim ab ipſo, & partim ab Angela eius vxore, eo quia conceſſiones, de anno 1592. & 1595. apertè dicunt maritum ſtipulatum fuiſſe emphyteoſim pro ſe, & vxore, cuius ſtipulationis vigore, vtique debet primus acquirens pro medietate *iuxta doctrinam Specul tit. de locat. §. nunc aliqua num.* 175. quam ſequuntur, *Dec conſ* 58 *per tot. lib.* 1. *Me-*
1 *nocch. conſ.* 160. *nu.* 50. *Cald. de contr. emphyt. qu.* 19. *num.* 83.
Fulgin. de Iur. emphyt tit. de contract. quæſt. 43. *numer.* 4. &
vnus alteri in ſua portione ſimultaneè conceſſa præludicare non poteſt, vt, in terminis duorum, vel plurium, qui ſint primi acquirentes, declarat *Valaſc. de Iur. emphyt. quæſt.* 49. *num.* 10. 11. *Clar in §. emphyteuſis quæſt.* 16. *nu.* 1.
2 *Giurb. de ſucceſſ feud. prælud.* 5. *num.* 44. *Roſental. de feud. cap.* 9. *concl.* 66. *num.* 25. *& ſeqq.* & tenuit *Rot. in Forolimien. ſeu Nullius Caſtrorum* 14. *Martij* 1657. *cor. R. P. D. Albergato, §. tollitur, & § hinc titulus, & in Bonon. Bonor.* 24. *Ian* 1664. *§. nihilominus cor. eodem.*

Verùm quia prædicta fuerunt aliàs ſublata, in duabus deciſionibus *cor. Reuerendiſſ. Decano*, Ideo DD. his non obſtantibus, ſteterunt in deciſis; Quandoquidem non ſubſiſtit nos verſari in duobus primis acquirentibus; Nã, ſi inſpiciatur prima Inneſtitura, quæ fuit de anno 1586. apertè liquet Alexandrum emiſſe domum, pro ſe dumtaxat, nulla facta mentione vxoris, ſoluiſſe pretium, de proprio, in manibus Venturę venditoris, & exburſaſſe alia ſcuta 250. Eccleſiæ proprietariæ, pro intratura, auxiſſe Canonem, Soluiſſe laudemium, & domum notabi-
3 liter melioraſſe; Vndè fit, vt acquiſitio dicatur facta illi tantùm, qui pretium ſoluit, vt conſulit *Roman. conſ* 291. *num.* 11. *circa medium cum* alijs relatis *in deciſ. huius cauſa* 26. *Februarij* 1663. *cor. Reuerendiſſ. Decano.*

Si verò inſpiciantur ſucceſſiuæ conceſſiones, de anno 1592. & 1595. quæ, reſpectu tranſlationis vitæ, ſeu generationis, ſtipulatæ fuerunt ab Alexandro, pro ſe, & vxore abſente, illæ non concludunt per neceſſe domum fuiſſe pro medietate acquiſitam ipſi vxori; Quia, cum non agatur, de inueſtitura, titulo oneroſo, propter obligatio-
4 nem ſoluendi pretium domus, Canonem, Laudemia, & faciendi melioramenta notabilis valoris, pro illius acquiſitione, non erat ſufficiens ſtipulatio notarij, pro abſente, quæ tantùm operari poteſt, in contractibus merè lucratiuis, ex latè congeſtis in dd *dec coram Reuerendiſſimo*
5 *Decano*, ſed erat neceſſaria eius poſitiua acceptatio, & Ratificatio, aliàs portio vnius non Ratificantis accreſcit alteri, vt in terminis conceſſionis factæ marito, & vxori
6 abſenti, quæ non ratificauit Inſtrumentum tradit, *Bellon. de Iur. accreſc. lib.* 1. *cap.* 6. *quæſt.* 38. *num.* 311.

Acceptatio autem, vxoris, nedum non probatur, in præſenti, ſed penitùs excluditur, ex ponderatis, in vtraque *deciſ. coram Eminentiſſ Decano*, & quatenus probaretur, non releuaret, quia, cum Alexander, ex proprijs pecunijs, domum comparaſſet, abſque eo, quod vxor
aliquid, de ſuo impenderet; ſi poſteà illam, ad partici- 7
pationem admitteret, hoc præſeferret donationem inter
virum, & vxorem prohibitam tàm de Iure communi, 8
vt *in l.* 1. *&* 2. *& tot. tit. ff de donat. int. vir. & vxor.* quàm
à Statuto Vrbis *lib.* 1. *cap.* 135. quod habet locum, nedum 9
in donationibus in ratis, ſed etiam in donationibus, quæ 10
non ſunt de vniuerſis bonis, vt dixit *Rota Romana Do-* 11
mus de Reggardis 15. *Ianuarij* 1649. *coram Dunozetto, & in Romana Dotis* 21. *Februarij* 1650. *§. vel donationis cor. Corrado.*

Non obſtat, quod præſumptio donationis, non intrat in materia emphyteotica, in qua dum à Domino fit cõceſſio marito, & vxori, prætendi non poteſt, quod maritus donet, ſed ambo dicuntur accipere emphyteu-
ſim immediatè à Domino concedente, vt aduertit *Cald.* 12
de Iur. emphyt. lib. 2. *quæſt.* 4. *num.* 18. *& lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 4.
Quoniam concluſio poſſet procedere in emphyteuſi merè lucratiua, prout in his terminis loquitur Cald. ſupra adductus, non autem in emphyteuſi acquiſita à marito, præuijs tot ſolutionibus, & obligationibus, & ſic, titulo oneroſo, nàm tunc non recognoſcit inne-
ſtituram, ex munificentia Domini directi, ſed ex li- 13
beralitate, & donatione viri, vt patet ad ſenſum.

Neque eſt applicabilis reſponſio, quod per ſolutionem ſimplicis Canonis contractus Emphyteuticus non deſi-
nat eſſe merè gratioſus, & lucratiuus, vt poſt *Bald firmãt* 14
Roland. à Vall. conſ. 23. *lib.* 1. *Socc. Sen. conſ* 4. *num.* 5. 6. *lib.* 3. *Mareſc. var. cap.* 74. *num.* 5. *lib.* 1. *Rot. poſt Merlin. de legit. dec.* 94. *num.* 17. cum alijs pluribus ab informantibus adductis; Quia, non verſamur in emphyteuta, qui præſtat ſolum annuum, & exiguum Canonem, ſed in eo, qui, vltrà annuam ſolutionem obligat ſe à principio certam ſoluere quantitatem, & quidem conſiderabilem, pro intratura, aliaque facere, de quibus, vt ſu-
pra; Hoc enim, caſu, ſemper quis dicitur acquirere, 15
ex titulo oneroſo, vt diſtinguendo, tradunt *Bart. in l. ſi mihi, & Titio, num.* 4. *ff. de verb. oblig. Salicet. in l* 1. *num.* 3. *ibique Iaſ num.* 3 *C de Iur. emphyt.* quos ſequitur *Surd. dec.* 290. *num* 1. 22. 23.

Prætereà dicebant DD. quod, dato etiam, ſine veri præiudicio, quod medietas Domus, de qua agitur, ex ſtipulatione mariti dici poſſit acquiſita vxori, tamen, cũ in inueſtitura de anno 1592. fuerit expreſsè conuentum, vt in poſterum conceſſiones currant, & currere debeant, ſuper vita ipſius Alexandri, & Angelæ eius vxoris, ad eorum tertiam generationem maſculinam Summar. *num.* 1. non poterat Antonius, hæres Angelæ, de d. domo diſ-
ponere, ad fauorem Eliſabethæ prorſus extraneæ in prę- 16
iudicium Io. Andreæ compræhenſi in d. conceſſione ad tertiam generationem maſculinam, vti nepotis primorum inueſtitorum; ſed portio eiuſdem Antonij ſine filijs, ipſo Iure, conſolidatur cum illa Io. Andreæ. per ius accreſcendi, quod habet locum in emphyteuſi conceſſa plu-
ribus inſolidum, qualis eſt iſta vt pluribus cumulatis fir- 17
mat *deciſ.* 176. *num.* 8. *par.* 5. *rec.*

Nec dicatur, quod de anno 1595. facta fuerit noua conceſſio eiſdem coniugibus, pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque; Ea namque ex duplici ratione, ſubſtineri non poteſt; Primò, quia Dominus directus
non poteſt nouam facere Inueſtituram, durante adhuc 18
linea primo Inueſtitorum, nec ſupplantare ſucceſſores, *Bald conſil.* 431. *num.* 6. 7. *lib.* 2. *Dec conſil.* 144. *numer.* 1. 2. *Rot. d dec.* 36. *numer.* 38. *par.* 5. *rec. & in Ceruien. Bonorum* 23. *Martij* 1648. *§. non ſubſtinetur coram Reuerendiſſimo Imolen. & in Bononien. Bonorum Emphyteuticorum* 11. *Decemb.* 1662. *§. hinc vrgere cor. Veroſ.* Secundò quia cum fuerit à principio reſtricta emphyteuſis ad tertiam generationem, non poterat, in prę iudicium Eccleſię. poſteà extendi ad hæredes extraneos, niſi concurrentibus copu-

25 latiuè, Beneplacito Apoſtolico,& vtilitate,vel neceſſitate ipſius Eccleſiæ concedentis, *Rot. in Bononien. inueſtitura 14. Aprilis 1660. §. fundamentum, & §. ſeq. coram Beuilaqua.*

Ex quibus patet, non poſſe denegari immiſſionem Io: Andreæ in tota domo, ſeu tamquam vocato ad fideicommiſſum Alexandri, ex tacita reciproca lineali, contento, vt latè comprobat deciſio, quæ reuidetur, *§ quo vero, cum ſeqq.* ſiue tamquam in inueſtitura compræhæoſo, parum obſtante, quod ſaltem Eliſabethæ competat retentio pro legitima, debita Antonio, in bonis dicti Alexandri; Tum, quia legitima, ex particulari fidei
20 commiſſo ſuppoſita detrahi non poteſt, niſi in ſubſidiũ, alijs ſcilicet, liberis bonis non extantibus *Seraph. dec. 760 Buratt. dec. 697. num.* 10. Tum, quia Eliſabetha, & Antonius eius auctor occuparunt per plures annos, domum, de qua agitur, exigendo penſiones, quæ tamquam indebitè perceptæ, adeò reddunt illiquidum creditum legitimæ, vt nullo modo prætextu eius deteriorationis, poſſit retardari immiſſio fideicommiſſario, vt dixit *Rot.*
21 *deciſ. 47. nu. 10. par. 5. rec & in Bononien. fideic. de Maluezzi 4. Februarij § vlt. coram R. P. D. Beuilaqua, & in Bononien. fideicommiſſi de Amorinis 17. Martij 1664. §. fin. cor. R. P. D. Priolo.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Ottalora.

Romana Fideicommiſſi de Ferratinis,

Vener, 14. Ianuarij 1667.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio poſt mortem duorum, ſine filijs, quomodo non reſoluatur in ſingularitates, ita vt vno mortuo, ſine filijs ſubſtitutus admittatur ad eius portionem, non expectata morte ſine filijs alterius,

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum probatur ex teſtamento.*
2 *Subſtitutus alicui decedenti ſine filijs, eo mortuo, abſque filijs admittitur*
3 *Subſtitutus, duobus decedentibus ſine filijs, vno mortuo, admittitur ad eius portionem.*
4 *Et hoc ex præſumpta mente teſtatoris.*
5 *Contra, quando adeſt perſona prædilecta.*
6 *Poſiti in conditione, vigore ſtatuti, vocati cenſentur ad portionem patris non patrui.*
7 *Filius admittitur præmortuo patre, quando ex propria perſona vocatur.*
8 *Verba* ſi vterque *ſignificat,* ſi ambo.
9 *Subſtitutus duobus reciprocè vocatis, debet expectare mortem amborum.*
10 *Limita.*
11 *Declara.*
12 *Sublimita.*
13 *Vocatus ad totum ſi totum conſequi non poteſt, ita nec partem.*
14 *Qui poteſt habere totum, multò magis habet partem.*
15 *Proximior, & prædilectus cenſetur potiùs vocatus, quam remotior, & minùs dilectus.*
16 *Extraneus non debet præferri coniunctis.*
17 *Deſcendentes faciliùs vocantur, & admittuntur, quàm tranſuerſales.*
18 *Caducato gradu, non expirat ſubſtitutio compendioſa.*
19 *Sicuti, nec anomala contenta in vulgari.*
20 *Contra ſi ſubſtitutio habet conditionem ſuperuiuentiæ.*
21 *Diſpoſitio* doppo la morte *non dicitur conditionalis.*

DECISIO CXLVII.

RESolutionem captam, coram Me, ſub *die 14. Maij 1666.* ſuper exiſtentia fideicommiſſi, bo: me: Cardinalis Ferratini, illiuſque purificatione, in perſona Angeli Auueduti, eiuſque filiorum, hodie Domini confirmarunt, & quoad immiſſionem reſponderunt, vt coadiuuentur probationes.

Exiſtentia enim fideicommiſſi reſultat, ex claris verbis teſtamenti, ibi, *heredi miei vniuerſali inſtituiſco Fabri-*
tio. e Fuluio nepoti miei di fratello patruele in modo, che vno 1
ſucceda all'altro, in euento che non habbia figlioli, e dopò la morte d'ambidue ſenza figlioli ſoſtituiſco mio herede il Signore Angelo Auueduti, e doppo la morte ſua li ſuoi figlioli in infinito, Cum autem deceſſerit, primo Fabritius, cum filijs, & poſteà Fuluius, nulla relicta prole, portio eiuſdẽ, procul dubio, deuoluitur ad Angelum ſubſtitutum, in caſu obitus inſtitutorum, ſine filijs, vt in puncto reſpon-
dit *Papinianus in l. heredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell.* 2
quem tex. ſequuntur, quamplures DD. relati *in deciſ. quæ reuidetur, §. quod enim.* & alias amplexa fuit *Rota, vt in deciſ. 408. par. 1 diuerſ. deciſ. 145. num. 2. par. 1. rec. & dec. 296. num. 1. coram Gregor.* Nec refert, quod ſubſtitutio ſit facta deſcendentibus ambobus ſine filijs, quia reſoluitur in ſuas ſingularitates, & vno ſine filijs. defuncto, ſubſti-
tutus, ad eius portionem admittitur *Rot deciſ. 437. nu. 7.* 3
& ſeqq. par. 9. rec. idem prouenit, ex præſumpta mente teſtatoris, qui ſi morientibus ambobus, primo inſtitutis ſine filijs, voluit ſubſtitutum habere integram hæreditatem, eo magis voluit habere partem vnius ſine filijs
deſcendentem, vt latè explicat *Peregrin. de fideic. art. 13.* 4
num. 35. cum alijs in mea deciſione allegatis; Et quamuis prædicta non habeant locum, quando concurrit, perſona aliqua ſubſtituto prædilecta, quo caſu, ſubſtitutum
excludit, voluit idem *Peregr. vbi ſupra d. num. 35.* & in 5
præſenti adſint filij Fabritij, illi tamen, vti poſiti in conditione, cenſentur vigore Statuti Vrbis, ſolum vocati ad portionem patris, non autem patrui, vt plenè firmant
deciſiones editæ, in hac cauſa, 19. *Nouembris 1646. & 29* 6
Martij 1647. coram Peutingero, & 15. Iunij 1648. coram Reuerendiſs. Papien.

Angelo autem defuncto veniunt vtique admittendi eius filij, qui poſt eundem ſunt expreſsè vocati, vbi, *ſoſti-*
tuiſco mio herede il ſopradetto Signor Angelo, e doppo la ſua 7
morte li ſuoi figlioli in infinito, nulla facta diſtinctione; An Angelus prædeceſſerit Fuluio, & an eidem ſuperuixerit, ex rationibus firmatis *in d. deciſ. quæ reuidetur §. fin*

Quibus fundamentis, nullatenus reſiſtunt ea, quæ in contrarium adducuntur, quod enim diſpoſitio *tex. in d. l. heredes mei,* ſolùm procedat, vel quando verba ſunt diſtributiua, vel ſaltem ſimplicia, ſecus verò ſi ſunt collectiua plurium, vt in caſu noſtro quo ſubſtitutio fuit facta, *doppo la morte di ambidue ſenza figlioli,* nullo modo ſubſiſtit, quia, etiam verba textus ſunt collectiua, vt patet ibi, *quod ſi vterque ſine liberis,* Verbum autem, *ſi vterque,* idem importat, ac verbum, *ſi ambo,* nec diffe-
runt, inter ſe, vt probant *Bartol. in dict. §. cum ita num. 5.* 8
verſ ſi verò Peregr. de fideic. d. art. 13. num. 35. & Indiuidualiter reſpondendo contrarijs, tenuit *Rot. coram Greg. d. dec. 296. num. 2.*

Minus ſubſiſtens eſt aliud obiectum, quod ſtante reciproca ſubſtitutione, inter primo vocatos, in caſu mortis, ſine filijs, exigatur copulatiuè purificatio conditio-
nis, tam reſpectu Fabritij, quam Fuluij, qui caſus non 9
euenit, ex quo Fabritius filios reliquit, & ſic non intrat diſpoſitio *tex. in d. l. heredes mei,* vt reſpondit *Pap d. §. cum ita num. 136.* quem refert, & ſequitur *Rot. in Senen. fideic. 5 Aprilis 1660. coram Reuerendiſs. Decano, & coram Seraph. dec. 1190. n. 6. & dec. 429. n 10 par. 4. tom. 2 rec.*

Etenim prædictus intellectus expreſsè repugnat diſpoſitioni d. textus, in quo liberaliter adeſt facta reciproca, inter primo inſtitutos, ibi, *ſi quis eorum ſine liberis prior*

diem

Digitized by Google

diem obierit partem ſuam fratri ſuperſtiti reſtituat, quod ſi vterque ſine liberis diem ſuum obierit omnem hereditatem ad neptem meam Claudiam peruenire volo, & nihilominus pro Claudiæ ſubſtitutæ ſucceſſione ad portionem vltimi defuncti ſine liberis Papinianus reſpondit, ac reddit rationem, abſurdum eſſe, ceſſante prima ſubſtitutione pactis nepti portionem denegare, quam totam habere voluit auus, ſi nouiſſimus fratris quoque portionem
20 ſuſcepiſſet. Neque applicatur doctrina *Rip. in d. § cum ita num.* 136. quia loquitur in diuerſo caſu, nempe, quandò conditio obitus, ſine filijs purificatur in primo decedente & euaneſcit in 2. vbi, decedente cum filijs, puta ſi Fabritius primò defunctus deceſſiſſet, ſine filijs, & poſteà Fuluius cum filijs, vt declarando eum Rip. reſpondit, *Rot. cor. Gregor. d. dec.* 296. *num.* 6. ſecus verò eſt, quandò vt hic, primus obijt cum filijs, ſecundus autem ſine filijs, tunc enim, non obſtante reciproca, ſubſtitutus admittitur ad portionem vltimò defuncti, & in hoc præciſo caſu, locum habet diſpoſitio *tex. in d. § cum ita*, vt magiſtra-
21 liter diſtinxit *Rot dec.* 804 *a num.* 6. *cum ſeqq par.* 1. *diuerſ.* & 2. hanc diſtinctionem eſſe intelligendum d. textum tradunt *Corn conſ.* 283 *num.* 3 *lib.* 1. *Fuſar. de ſubſtit. quaſt.* 473 *num* 118 *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 5. *nu.* 29. & cum hac præcautione declaranda venit *dec.* 429. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.* dum ibi non conſtat quiſnam primus
22 obijſſet, & deciſio in *Senen. fideic cor. Reuerendiſs. Decano*, vltra quod ponit perfunctorie, & per modum obiecti concluſionem, de qua agitur, nec firmat, quòd, ſtante reciproca, excludatur ſubſtitutus, à portione vltimo defuncti, deciſio verò 1190. *cor Seraph.* non firmat aſſumptum imò DD. reſolutioni expreſſè famulatur, vt patet ex eius lectura.

Quod autem ſubſtitutus admitti non poſſit ad portionem vltimi, eo quia fuit ſubſtitutus in totali hæreditate,
23 & ſicut totum conſequi non poteſt, ita etiam nec partem, eſt pariter, de directo contra literalem ſenſum *d. §. cum ita*, per rationem ibidem adductam; Claudia enim ſubſtituta in totum fuit admiſſa ad portionem vltimi, imò præcipuum voluntatis teſtatoris eſt, vt ſubſtitutus habeat partem dum voluit habere totum, vt notant *Corn.*
24 *d. conſ.* 95. *nu.* 3. *Peregr. de fideic. art.* 13. *num.* 35. *Rot. d. dec.* 296. *num.* 6. *cor Gregor.*

Ad alterum obiectum, quod exiſtentibus filijs Fabritij teſtatoris nepotibus, & per conſequens, magis dilectis, excludendus ſit Angelus ſubſtitutus, vt remotior, & de di-
25 uerſa familia, quouque, tali caſu, collectiua ſubſtitutio non reſoluatur in ſingularitatem, ne videatur teſtatorē voluiſſe extraneum ſubſtitutum ſuis coniunctis præfer-
26 ri, ex *Fuſar de ſubſt. quaſt.* 473 *num.* 30. cum alijs ibidem adductis, Vltrà reſponſionem datam in dec. quæ reuidetur *§. fideicommiſs* altam Domini æque congruam tradiderunt, nempe, quod tunc dicitur ſupereſſe perſona, quæ ex præſumpta mente teſtatoris excludit ſubſtitutum, quando inſtituti ſunt liberi, & deſcendentes. quales non ſunt filij Fabritij qui ſunt teſtatoris tranſuerſales, vt de-
27 clarat *Fuſar. vbi ſupra nu.* 23. cum alijs pluribus ab eodem congeſtis de communi teſtantibus, & tenuit *Rot. cor. Seraph. d. dec.* 1190. *nu.* 4.

Denique non vrget, quod Angelus prædeceſſerit Fuluio, & ſic expirauerit ſubſtitutio fauore eius filiorum; quia, vt obſeruat eadem deciſio, quæ reuidetur, *in §. fin.* eorum ſubſtitutio fuit facta, ſub ſola mentione mortis Angeli ibi: *E doppo la morte ſua li ſuoi figlioli in infinitum*,
28 & ſic verſamur in ſubſtitutione compendioſa, vt præter adductos firmat, *Fuſar de ſubſtit. quaſt.* 223. *num.* 7. vndè ex vi anomalæ vulgaris in compendioſa, contextæ, ſub-
29 ſtitutio filiorum intelligitur facta, ſiue Angelus obierit, adita, ſiue non adita hæreditate, *Bart. in l. quandiu num.* 10. *ff de acquir. hæred. Rot. dec.* 201. *num.* 6. *cum ſeqq par.* 8. *rec.*

Neque applicantur deciſ. in *Bononien. fideic. de Pinchiaris* 18. *Martij* 1660. *& in Romana Fideic. de Alberi-*
30 *nis* 7. *Febr. & 8. Martij* 1662. *coram R.P.D. Priolo*; Quia ſubſtitutio erat ibidem concepta, ſub expreſſa conditione ſuperuiuentiæ primo inſtituti, hic tamen indefinitè, poſt mortem Angeli, ibi, *e doppo la morte ſua*, quæ verba non faciunt conditionem, vt dixit *Rota in Bonon. legati Vſusf.* 31
5. Septembris 1650. *coram Bichio*.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. Ottalora.

Romana Legati.

Lunæ 22. *Martij* 1666.

A R G V M E N T V M.

Pater non habet vſumfructum legati relicti eius filiæ, quando eidem patri, ex eodem teſtamento acquiritur aliud relictum. Hæc concluſio latiſſimè firmatur, & reſpondetur omnibus contrarijs.

S V M M A R I V M.

1 *Patri non competit vſusfructus in bonis relictis filio, quando ei, in eodem teſtamento aliquid relinquitur.*
2 *Ex legato patri relicto, non cenſetur ei prohibitus vſusfructus in bonis filij, præcipuè in legato rei diuerſæ.*
3 *Pater relictus hæres ſimul cum filio, non habet vſumfructum in bonis dicti filij.*
4 *Præcipuè, ſi ambo ſuccederent ab inteſtato.*
5 *Legatum annuum æquiparatur vſufructui.*
6 *Legata particularia ſi relinquantur patri, & filio, patri non denegatur vſusfructus, in legato filij.*
7 *Contrà in deciſione firmatur.*
8 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
9 *Voluntas teſtatoris elicitur ex coniecturis.*
10 *Teſtator cenſetur ſe conformare, cum diſpoſitione iuris communis.*
11 *Pater non habet vſumfructum in legato, quod de ordine teſtatoris ſolui debet filio.*
12 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
13 *Vſusfructus patri, in bonis relictis filio acquiritur niſi à teſtatore prohibeatur.*
14 *Pater poteſt eſſe adminiſtrator bonorum filij ſuper quibus non habet vſumfructum.*

D E C I S I O CXXXVIII.

INformantes, pro D. Petro Caffarello, non acquieſcentes reſolutionibus emanatis *cor. Veroſpio* 1. *Iunij* 1665. *&* 27. *Ian. præteriti cor. Me*, quibus firmatum fuit, D. Annæ Caffarellæ dandam eſſe immiſſionem, in palatio ei legato, à Card. Caffarello ſequentia opponebant, quibus non obſtantibus, DD. ſteterunt in deciſis.

Primò obiectum fuit, quod dum agitur de legato relicto Annæ filiæ Petri minori 15. annis, & ſub eius poteſtate exiſtenti, ex eo quod in eodem teſtamento Patri, & filiæ relicta ſint legata, non poſſit deduci valida coniectura ad excludendum patrem ab vſufructu ei compe- 1
tente in bonis aduentitijs filij, *ex l. cum oportet* 6. *C. de bon. quæ lib.* cum vulg. Tum, quia ex legato Patri relicto non
cenſetur eidem prohibitus vſusfructus, *Paris conſ.* 129. *per* 2
tot. lib. 1. *& ſignanter num.* 10. *& ſeqq.* vbi, quod nulla lege, cauetur, Patrem in diuerſa re legata priuari vſufructu, *Menoc. conſ.* 18. *per tot.* tum quia Doctores, in deciſionibus allegati, procedunt; vel quando pater, & filia ſunt inſimul hæredes inſtituti, in eodem teſtamento, quo caſu,
ratione conſortij, in proprietate non acquiritur Patri 3
vſusfructus, in portione filiæ, cum teſtatoris diſpoſitio intelligi debeat iuxtà diſpoſitionem Iuris, quæ patri ab inteſtato ſuccedenti, vna cum filio, in bonis defuncti,

negat

Digitized by Google

negat vſumfructum in portione filij, *auth. idem hæreditas C. de bon. quæ liber.* in quibus terminis loquuntur *Bald. Caſtr. Boer. Surd. Gratian.* io deciſionibos allegatis, vel quandò filia ioſtituta eſt hæres vniuerſalis, Patri, verò, relictum eſt annoom legatum, quod æqoiparatur vſufructui *l. in ſingulos 8. ff. de ann. leg.* Tunc enim pater, quaſi concurrit, cum filio, in vſufructu, pro rata, & ideò videtur teſtatorem legaſſe annuam præſtationem, vt reſiduum fructuum hęreditatis ſit filiæ, hæredis ioſtitotæ, in quibus terminis loquitur *Alb. conſ. 110. num. 1. 2. & 6. alleg. in dec. Veraſpij.*

Gum, verò, Cardinalis inſtituerit doo loca pia, & in eodem teſtameoto reliquerit legata particularia, & diſtiocta Patri, & filiæ; non cenſetur Patri prohibitus vſusfructus, in Palatio relicto Aooæ; cum ceſſet ratio concur-
6 ſus, ad idem corpus, quæ militat in primò caſu, quando pater, & filius ſunt hæredes, ſcù legatarij, in eadem re, vt io *auth item hæreditas*, & io corpore, vndè ſumitor, ceſſatque altera ratio adducta in ſecuodo caſo, quando patri relicta eſt annua præſtatio incompatibilis cum integrali vſofructu, in bonis filiæ relictis, in qua fundatur *Alb. d. conſ. 110.* & ſic videtur non denegaodus Petro vſusfructus in Palatio, vt diſtinguendo hos caſus, & reſpondendo contrarijs conſilijs Albæ, & Surdi comprobat ſequendo *Pariſ. d. conſ. 129. Morott. d. conſ. 18. num. 16. vſque ad fin.* & ſub *num. 30. poſt princ.* refert ità iudicatum.

Sed reſponſum fuit, qood cum in ſeparata proniſione teſtatoris reſidear coniectura voluotatis, qua pater, ab vſufructu cenſetur excluſus, *Rot. deciſ. 547. num. 8. par. 4. tom. 1. rec.* hloc eſt, vt ſiue per legatum, ſiue per inſtitu-
7 tionem aliqold relinquatur, idem dicendum ſit, vt ſentit *Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 15. num. 24. in fin.* ibi, *Ego non video rationem diuerſitatis, propterea exiſtimo, ſiue Patri per legatum, ſiue per Inſtitutionem aliquid relinquatur, vtroque caſu denegari vſumfructum, quia, vtroque caſu, eadem militat ratio.*

Parum refert, quod *Morott. d. conſ. 18.* confutato Sordo, prædictam opinionem teouerit, quia reprobatur expreſsè ab *Andreol. contr. 224. num. 9.* dicente, quod licet, *d. auth. item hæreditas*, loquatur in hæreditate, & concurſu, ratio propter quam dicitur prohibitus patri vſusfructus, non conſiſtit in eo, qood agatur de hæreditate, &
8 concurſu, ſed ex eo, quod fuerit aliquid relictum patri, ex qua particolari incloſione ſequitur excluſio vſusfructus, nec iodè prouenit aliqua correctio Ioris communis, *& d. l. cum oportet.* Illa enim non diſponit, quod quæratur vſusfructus Patri contrà voluntatem teſtatoris, ſed ſolū, quando non repugnat teſtatoris voluntas, quæ cum ex coniecturis elici poſſit *Caſtill. de vſufr. c. 3. num. 55.* quem-
9 admodum, quando lex concedit Patri hæreditatem vnà cum filio, ex illa conceſſione cenſetur pater vſofructu priuatus, idem dicendum eſt, quando teſtator legatum
10 relinquit, quia cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communi, quod verò excluſio Patris ab vſufructu procedat, quando filia eſt inſtituta hæres, & patri fuit, legata certa annua præſtatio, pariter non ſubſiſtit, quia contrarium tenuit *Rot. deciſ. 547. num. 8. par. 4. rec.* vbi dicit procedere ſiue legatom ſit annuum, ſiue certæ rei, vel quantitatis etiam modicæ.

Conſiderabant, etiam DD. quod Card. teſtator noluit vſomfructum Palatij patri acquiri, cum enim, io primo teſtamento legauerit Aonæ ſcut. 5000. his verbis, *laſcio alla Signora Anna Caffarelli mia nepote ſcudi 5000. moneta da pagarſeli dall'infraſcritto mio herede*, & voluerit legatum tradi ipſi filiæ familias, ſicuti ex eo pater non
11 deberet conſequi vſumfructum *l. ſi vſusfructus §. item ſi quis ff. quand. dies leg. ced.* vbi diſponitur, quod ſi Teſtator legauerit filio fam. & mandauerit ei ſolui legatum, quod ex hoc videtur voluiſſe, nihil acquiri patri, ac ſi nominatim expreſſiſſet, pluribus adductis, *Menoch. conſ. 1022. num. 2.* & admittit, *Morot. d. conſ. 18. num. 2. circa medium*, vbi dicit veriorem, & communem eſſe opinionem, ſic nec io palatio legato, in ſecundo teſtamento, loco ſcut. 5000. quia cum hoc ſecundum legatum fuerit ſubrogatum, in locum primi, ibi, *Il legato di 5000. ſcudi moneta laſciato da S. E. alla Sign. Anna Caffarella ſua nepote, dichiara che non habbia effetto alcuno, & in luogo di detti ſcudi 5000. per ragion di legato laſcia alla detta Sign. Anna la Caſa doue habita al preſente S. E.* iudicari debet relictum cum eadem qualitate, & ſic exemptum ab onere vſusfructus competentis Patri in bonis adoen- 12
titijs filij *Rot. deciſ. 150. num. 54. par. 9. rec.*

Minus vrget, qood cum Anna, tempore teſtamenti, eſſet innupta, io iouenili ætate, & ſub poteſtate Petri Patris, quod Teſtator legans cogitauit, dum dixit, *laſcio alla Sign. Anna figlia del Sig. Pietro mio fratello*, & ſic vidit illam eſſe inhabilem ad adminiſtrandum Palatiom, omnemque admioiſtrationem de Iure remanſuram penès Patrem voa eom vſufructu, *Pariſ. d. conſ. 129.* 13
num. 14. Itaque non prohibendo illi adminiſtrationem, & vſumfructum, cenſetur ſe conformare com diſpoſitione Iuris communis *Pariſ. vbi ſup. num. 15.* & patri vſumfructum reſeruaſſe, nam aliàs expreſsè prohiboiſſet, vel per verba æquipollentia ſi voluiſſet, *Morott. d. conſ. 18. num. 11. poſt med. Pariſ. loco alleg.*

Nam, ex his non infertur, quod Patri debeatur vſusfructus, qoi ex mente teſtatoris, ei non defertur, cum ſtent ſimul, quod Pater ſit legitimus adminiſtrator filiæ, & tamen non habeat vſumfructum, in eius bonis *l. fin.* 14
§. fin autem C. de bon. quæ liber. Burſatt. conſ. 133. num. 25. & ſeqq. Milanen. deciſ. 3. num. 96. & ſeqq. lib. 2. Caſtill. de vſufr. cap. 3. num. 60. Salgad. de concurſ. par. 1. cap. 27. nu. 32. & ſeqq. Rot. coram Penn. deciſ. 780. num. 3. 4. & in rec. dec. 103. num. 16. par. 6.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. Priolo.

Ariminen. Donationis.

Lunæ 24. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta ab ingreſſuro Religionem, non reuocatur, niſi ex cauſa receſſus ad ſæculum. Nec requirit ſolemnitates ſtatutarias, præcipuè, ſi ſit ad fauorem perſonæ coniunctæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, poſt biennium, tranſit in iudicatum.*
2 *Volens ingredi religionem, poteſt diſponere, tam inter viuos, quam in vltima voluntate.*
3 *Non reuocat donationem niſi egrediatur de religione.*
4 *Etiam ſi donatio eſſet ante ingreſſum.*
5 *Donatio ante inſinuationem nullam vim habet.*
6 *Donatio ob ingreſſum religionis, dicitur cauſa mortis ciuilis.*
7 *Non indiget inſinuatione.*
8 *Donatio, ob ingreſſum religionis, non requirit ſolemnitates ſtatuti.*
9 *Ingredientes religionem, ſolent renunciare, vt viuant procul à curis temporalibus.*
10 *Donatio, non facta profeſſione, reuocatur.*
11 *Res iudicata prodeſt pluribus ſucceſſiue venientibus.*
12 *Res iudicatæ ſtandum eſt.*
13 *Res iudicata habetur pro veritate.*
14 *Ceſſante læſione non datur reſtitutio in integrum.*

D E-

DECISIO CXXXIX.

EX cauſa ingreſſus lo religlonem , donauit Ioſeph
Mancinus omnia eius bona Franciſcæ Auanzolinæ
matri, & poſt obitum Illius,Carolo Mancino fratri,cum
onere fideicommiſſi, ad fauorem deſcendentiæ, fuitque
preuijs duabus ſententijs Rotalibus, pronunciatum , do
natiooem validam eſſe, contra Nicolaum alierum fra-
trem, qui cum ab vltima ſententia, lata *die 26.Ianuarij*
1656.coram Dunozetto, appellauerit ſub *die 1.Februarij*
ſeqq. menſis, cum ſubſecuta cõmiſſione appellationis. Ab
indè verò citrà nihil ampliùs io cauſa peregerit, dubita-
ui, in vim commiſſionis executorialiter expeditæ, ad io-
ſtantiam Caroli, ob prædeceſſum matris , an cooſtaret
de re iudicata, vel potiùs de cauſis reſtitutionis in inte-
grum,& Domini reſpooderunt, affirmatiuè, quoad pri-
mam partem,& negatiuè, quoad ſecondam .

Nam, & ſi fuerit,congruo tempore interpoſita,& ſoc-
ceſſiuè commiſſa appellatio, quia tamen à die appella-
tionis vſque ad diem commiſſionis executorialis præſen-
tatæ *die 8.Iunij* 1658. effluxerint anni duo,& mẽſes qua-
tuor,& cauſa non fuerit proſecuta,& terminata,nec pro-
rogata fatalia, vtique ſeoteptia per ſpatiom tanto tem-
poris,tranſiuit in Iudicatom,cum ad iſtum effectũ lapſus
1 bieonij ſufficiat, iuxta *textum in cap.cum ſit Romana ex-*
tra de appell.& in auth. ei qui appellat. C. de temp. appell.
Gratian.deciſ.March 2.num.2. & 10. Rot.dec.426 num.1.
& deciſ.548.num 2.par.4.tom.3.rec. & coram Emmnent.
Ottbob.deciſ.44.n 4. & in alijs.

Concurrentibus præſertim , validitate ſententiarum
reſultante, ex reuolutione actorum , vbi apparet fuiſſe
ſeruata omnia ſubſtantialia Iudicij,& iuſtitia, quæ opti-
me deducitur, ex deciſionibus in hac cauſa editis, in qui-
bu s firmatur donatiooem prædictam ſubſtineri, nec po-
tuiſſe reuocari, in poſteriori teſtamento condito, ad fa-
uorem Nicolai alterius fratris, ex eo ,quod volens ingre-
di religionem poſſit quidem ad libitum diſponere , de
bonis temporalibus, tam in contractibus inter viuos,quã
2 per vltimam voluntatem, *§ illud auth. de Monach. Dec.*
conſ.31.num.3.Rot.coram Buratt.dec.461. num.10. & cor.
Dunozetto in hac cauſa die 1.Iunij 1654 §.1 an ſi ſed poſt-
quam ſemel diſpoſuit, aut donationem fecit eidem, ſi iã
religiooem eſt ingreſſus, ampliùs liberum non ſit pe-
3 nitere , & donationem reuocare, niſi quatenos ab illa
egrediatur, vt comprobat *Bero.cap.in præſentiam n.124.*
de probat. declarat *Sanch.ad præcept.Decal lib.7.cap.1 nu.*
28.Caſtro Pala oper. moral part.3. tract.16.punct.15.nu.
32. & dixit *Rot. in Romana donationis 1640. 17. Decem-*
bris coram Reuerendiſs. Tarraconen. vbi, quod prædicta
locum habent , ſiue donatio facta fuerit intra annum
probationis, ſiue in ſęculo aote ingreſſum , comproba-
tam in deciſionibus huius cauſæ *13.Ian.1653.§. ſimiliter*
4 *in fine & §.nec releuat cor. Pentingerio, & 1.Iunij 1654. §.*
nec ſubſiſtit coram Dunozetto.

Nec refert, quod vnquam ea fuerit Inſinuata , licet
enim ad perfectionem donationis requiratur ioſiouatio,
ità vt nollum prorſus effectum obtineat,anteqoam inſi-
nuetur *l.donatio,§ in conſcribendis l. ſancimus, §. ſi quod*
5 *autem, C.de donat.* attamen id procedit, in vera , & ſim-
plici donatione, ſecùs autem io donatione facta ab in-
greſſuro religionem, quæ cum dicatur facta cauſa mor-
tis ciuilis; *Io. Andr. Abb. & Imol. in cap.ſtatuimus de reli-*
6 *gioſis Iaſ.in auth. ſi qua mulier in fine,C.de Sacroſ.Eccleſ.*
Menoch.præſ.36 num.11.lib.3. nulla indiget inſinuatio-
7 ne,vt reſpondet *Rot.coram Buratt.dec.461.num.1. & per*
tot. & in Aſculana hæreditatis 4. Aprilis 1650. coram
Emmnent.Celſo, cum alijs,pluribus adductis in præcit. de-
ciſionibus cauſæ.

Nec ex eo , quod non fuerint reſeruatæ ſolemnitates
ſtatoti Ariminen. in contractibus minorum reqoiſitæ ,
dici poterit donationem non fuiſſe completam,& perfe-
ctam, oam vltra, quod ſatis eſſe reſpondere, ſtatutum
8 non loqui de donationibus factis, de cogitantibus de in-
greſſu in religionem. Tollitur obiectum, quia ſtatutum
habilitat minorem ad contrahendum, fauore proximio-
rum, vſque ad ſecundum gradum , dummodò nec do-
lus, nec fraus dederit cauſam contractui,interuenerit iu-
ramentum,& abſit minoris præiudicium, vt *in Rubr. de*
contract.& quaſ. contract.minor.

Vnde, dum Ioſeph intuitu ingreſſus in religionem ,
medio iuramento, donauit Franciſcæ matri,& poſtquã
mater deceſſiſſet Carolo fratri, & deſcendentibus , pro
conſeruatione familiæ , nulla poteſt exinde conſiderari
fraus, aut læſio, cum tranſeuntes ad religionem ſoleant
donationem facere, ne deſerentes mundum ampliùs ſol- 9
liciti ſint de curis temporalibus, ex notat. per *Marcab.*
conſ.30 num.117.Neguz.q.10.num.30.Trentacinq.qu 13.
num.18.lib.2. & ita conſiderauit *Rot.in d. Romana dona-*
tionis 3.Iunij 1641.coram Reuerendiſs. Tarraconen. & in
poſtrema deciſ. die 1.Iunij 1654.§.1 poſt med.coram Duno-
zetto; maximè,cum donatio eſſet reuocabilis, quatenùs
propoſitus profitendi non obtenuiſſet effectum, tam ex
pacto adiecto, in inſtrumento eiuſdem donationis,quam
ex diſpoſ. *Sac Conc.Trid.ſeſſ.25 cap.16.* vt etiam fuit in 10
prax. alleg. deciſ. ponderatum, *§.non obſtat in fin.*

Quæ quidem res iudicata, cum Franciſca deceſſerit ,
tranſiuit in Carolum ſecundum donatarium , haben-
tem eandem cauſam defenſionis , iuxta deducta per
Scacc. de ſent.& re iudic. gloſſ.14.q.2 nu 9 & 12. num.27. 11
Pereg.de fideic.art 53.n.18 & ſeqq.præſertim. nu.24.

Hinc facilis fuit reſolutio ſecundæ partis concernentis
reſtitutionem in ioregrum: nam, cum validitas dona-
tionis liquido reſultet, ex re iudicata,per duas conformes
latas aduerſus Nicolaum,cum executorialibus expeditis,
cui rei iudicatę ſtandum eſſe ait *textus in l.1. ff. de re iu-* 12
dic. ſcripſit Vlp. in l poſt rem iudicatam, ff. eodem; habe-
tur enim pro veritate *l.res iudicata ff.de reg iur.* & præſu- 13
mitor ritè , & rectè per omnia emanaſſe, *c. cum inter §.*
fin. ff.de ſent.& re iudic. Ceſſat proinde quælibet læſio ,
qua ceſſante, nulla ratio poſtulat,vt coocedatur in inte-
grum reſtitutio *l nam,& poſtea,§. ſi minor,Cod.de iureiur.* 14
Abb.in cap.ex literis,nu.5.de reſtit.in integ.Rot.dec.1.in no-
uiſs. eod.tit.in rec dec 731 num.1.coram Caualer. dec.194.
num 2. & ſæpè in alijs.

Et ità Carolo tantum,&c.

R. P. D. Priolo.

Aſtoricen. Ceoſus.

1. *Iunij* 1661.

ARGVMENTVM.

Capitulum Eccleſiæ ,non poteſt imponere Cenſum ,
ſuper eius bonis, ſine cauſa vtilitatis, & neceſſita-
tis, quæ vtilitas non conſideratur reſpectu ſingulo-
rum de Capitulo, ſed reſpectu totius Eccleſiæ. Et
vltra vtilitatem requiritur Beneplacitum Apoſtoli-
cum, quod hodie non præſumitur niſi poſt 100.an-
nos.

SVMMARIVM.

1 *Sententia confirmatoria alterius dicitur conformis.*
2 *Sententiæ conformes ſunt exequendæ.*
3 *Iudex allegatus ſuſpendus non poteſt dare ſententiam.*
4 *Procurator, ſine mandato ſpeciali , non poteſt iudicem recuſare.*
5 *Per appoſitionem manus Papæ in aliqua cauſa quilibet iudex perdit iuriſdictionem.*
6 *Dans cauſam nullitati, eam allegare non poteſt.*
7 *Exceptio, poſt ſententiam oppoſita , non impedit illius executionem.*
8 *Cenſus non imponitur ab Eccleſia ſine ſolemnitatibus.*
9 *Impoſitio Cenſus eſt ſpecies alienationis.*

10 *In*

10 *In alienatione bonorum Eccleſia requiritur Beneplacitum Apoſtolicum.*
11 *Beneplacitum Apoſtolicum hodie non præſumitur niſi poſt* 100. *annos.*
12 *Beneplacitum Apoſtolicum non conualidat alienationem factam ab Eccleſia niſi conſtet de cauſa alienationis.*
13 *Solemnitates in alienatione rerum Eccleſiæ, requiruntur ad euitandas fraudes.*
14 *Clauſula ſublata, & decretum irritans tollunt omnem conſuetudinem.*
15 *Vicarius Canonicus non auctorizat contractum ad fauorem Canonicorum.*
16 *In Contractu ad fauorem Eccleſiæ vtilitas debet eſſe reſpectu Eccleſiæ non ſingulorum.*
17 *Vtilitas Eccleſiæ pro alienatione debet eſſe certa non dubia.*

DECISIO CXL.

SVper cenſu ſcut. 1000. monetæ, impoſito anno 1616. per Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Oppidi de Villa Franca, plures, & diuerſæ latæ fuerunt ſententiæ, inter ipſum, & Patres Societ. Ieſu, eiuſdem Oppidi, ex perſona Gabriellis Robles, & vltima fuit Rotalis, conformis duabus ſuper nullitate, à qua interpoſita appellatione à Patribus, qui cùm prætenderẽt habere etiam ipſi tres ſententias conformes, ſuper validitate, ſignatura reſcripſit, cum clauſula, *conſtito hinc inde de tribus*, quo dubio, per me propoſito, Domini reſponderunt, conſtare de tribus ad fauorem Capituli.

Prima enim lata fuit à Reuerendiſs. Nuncio Hiſpaniarum, altera ab Ordinario Lucen., quæ primam confirmat. altera coram Dunozetto, vbi fuit pronunciatum, cenſum non ſubſtineri, ſicut in ſecunda ſententia fuerat pronunciatum; Vnde illarum conformitas, non poteſt controuerti, dum vna eſt confirmatoria alterius *gloſſ. in*
1 *Clem. 1. de re iudic. Rot. deciſ. 647. num. 1. part. 5. dec 292. eodem num. par. 6. & in Romana de Regardis 16. Ianuarij 1649. coram Dunozetto*, & ideo ſunt exequendæ, *vt in*
2 *d. Clement. 1. de re iudic. & dixit Rot. deciſ. 98. num. 3. in fine par. 1. rec.*

Nec validitas impugnari poteſt, ex eo, quod ſententia
3 Ordinarij Lucen. lata fuerit, non obſtante recuſatione illius, nam, cum talis recuſatio allegata, & oppoſita fuerit à procuratore non habente ſpeciale mandatum, non venit attendenda *Pariſ. conſil. 31. num. 112. libro 5.*
4 *Gratian. capit. 100. num. 44. Verall. deciſ. 348. num. 1. & 2. part. 1 lib. 1 coram Caual deciſ. 348. nu. 2. & cor. Duran. deciſ. 178. num. 1.*

Minùs ex eo, quod non potuerit Nuncius cauſam
5 committere Ordinario Lucen, poſtquam à Sanctiſs. per Breue Apoſtolicum certi executores fuerant deputati. Quoniam, cum Iudices delegati à Sanctiſs. fuerint iurati ſuſpecti, adeundo propterea, Patres Nuncium, vt aliũ ſobrogaret, neſciunt ipſi dare de nullitate, cui cauſam
6 præbuerunt *Bart l. 2. ff. de except. rei iudic. Alexand. conſ. 38. num 6 lib. 2. Ruin. conſ. 40. num 6. verſ. non obſtat lib. 2. Caphal conſil. 133. numero 125. Rot. coram Gregor. deciſ. 140. num. 10.* Cumque talis defectus non fuerit oppoſitus niſi poſt latam tertiam ſententiam aliarũ confirma-
7 toriam, amplius non ſuffragatur ex not. *per add. ad Gregor. deciſ 176. numero 15. in fine, Oſaſch. 17. de re iudic. Rot. in Oſcen. Parocchialis de Moran. 10. Decembris 1604. coram Lancellott. penes Marcheſ de Comm. nu. 1. part. 2. fol. 591. & in Romana domus 10. Maij 1638. coram Carillo.*

Iuſtitia verò manifeſtè apparet, ex deciſione edita coram Dunozetto, *die 27. Iunij* 1653. in qua probatur nullitas d. cenſus impoſiti à nonnullis Capitularibus, non ſeruatis ſolemnitatibus, & ſine iuſta cauſa, de quibus
8 *in cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2. cap. præſenti*, cum ibi notatis *de reb. Eccleſ. non alien. libro 6. Redoan. quæſt. 51. cap. 7 numero 17. Rot. deciſ. 250 numero 1. coram Duran. & in Leodien. Dominorum 25. Iunij 1689. cor. Eminent. Corrad.* quibus deficientibus, impoſitio cenſus, quæ eſt ſpecies alienationis ſubſtineri non valet. *Bald. in l. iubemus, vbi Caſtr. & alijs, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Tiraq. de* 9
retract lignag § 1. gloſſ. 6. num. 6. & alios adducit *Corbul. de cauſ. priuil. ob alien. fact. vtroq. Domino ampliat. 49. numero 4. Burg. de Landem. par. 2. ſuſp. 20. n. 5. Rot. dec 300 num. 2. 3. part. 4. diuerſ.*

Solemnitas deficit, quia non probatur interueniſſe Beneplacitum Apoſtolicum, in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum omninò requiſitum, ab *extrau. ambitioſè de reb. Eccleſ. non alien. Duran. deciſ. 238. numero 26.* 10
Quarant. in Summ. rerum Bullar. verb. alienatio rei Eccleſiæ, num. 24. quod nequaquam præſumi poteſt, ex curſu temporis, nam hodiè talis præſumptio non ſufficit, ad inducendum Beneplacitum; ſed lapſus temporis centenarij, vna cum obſeruantia requiritur, iuxta *conſtit. S.* 11
M. Vrbani 8. de præiudicialibus Eccleſiarum editam anno 1641. & firmauit *Rot. in Barchinonen. exemptionis 13. Iunij 1646. coram Eminentiſs Corrado*, & vbi etiam præſumi poſſet, adhuc non ſuffragaretur; Quia cum nulla detur probatio cauſæ imponendi cenſum, ſcilicet neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis Eccleſiæ, Beneplacitũ non releuat, vt probat *Sarmient de reddit. bonorum Eccleſ.* 12
cap. 2. num. 2 par. 1. Caſtr. Pala oper moral. part. 2. tract. 12. gloſſ. 6 punct. 15. num. 5. & dixit Rot coram Merl. deciſ. 764. num. 9. comprobata *in Feroſempronien. bonorum 4. Martij 1641. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. impreſſ. in rec. deciſ. 10. num. 15. par. 9.*

Non obſtat conſuetudo, illarum partium, deueniendi ad alienationem bonorũ Eccleſiæ, ſine aſſenſu Apoſtolico, nam vltra, quod ex teſtibus potiùs conſtat, de cõtrario, nimirum, quod factis aliquibus diſtractionibus, inconſulto Romano Pontifice, illæ fuerunt declaratæ irritæ, & caſſæ. Talis conſuetudo nequit adimere ſolemnitatem huiuſmodi, ne aperiatur via fraudibus, ad quas euitandas emanarunt conſtitutiones Pauli Secundi *in Extrau ambitioſè, & Vrbani*, cum clauſula, *ſublata*, 13
& decreto irritanti, quæ tollunt omnem contrariam conſuetudinem *Rot. d. dec. 764. nu. 15. apud Merl.* & reſpon- 14
ſum fuit *in Aretina Vnionis 8. Martij 1652. cor. R. P. D. Veroſpio, & in Cæſenaten. ſeu Sarſinen. Laudemiorum 19. Iunij 1656. cor Reuerendiſſ. Albergato.*

Vlterius, quando non deberet interuenire Beneplacitum Apoſtolicum, requirebatur ſaltem licentia Ordinarij, & tamen fuit adhibita ſola licentia Vicarij, qui vt Canonicus, non poterat auctorizare contractum, ad proprium commodum, vt in ſimili, *Soccin. Sen. l. prima, §. fuit quæſitum num. 6. ff. ad Trebell. & conſ. 112. numero 4. lib. 1. Clar. §. donatio quæſt 6 num. 7 Burati. deciſ 49 num. 3.* 15
& eſt textus *in l. qui huiuſmodi vbi Iaſ. num. 2. ff de iuriſd. omn. Iud.*

Cauſa vero, neceſſitatis vel euidẽtis vtilitatis, prorſus excluditur, quia tum ex tractatibus ſuper hac re capitulariter habitis, tùm ex licentia Vicarij, & ex ipſo inſtrumento cenſus, & teſtibus deſuper examinatis, nulla deducitur cauſa, niſi, quod cenſus fuit impoſitus, pro indigentijs Canonicorum, quodque pecuniæ debebant inter ipſos diuidi, prout diuiſæ fuerunt, & in proprios vſus conſumptæ; Vnde cenſus à nullitate ſaluari non poteſt, cum non ſufficiat, vt pecuniæ verſæ fuerint in vtilitatem ſingulorum de Capitulo, ſed in vtilitatem 16
Eccleſiæ, & pro eius neceſſitate ſubroganda erogari debuiſſent *ad text in dict. cap. ſine exceptione* 12. *quæſt. 2. & in cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. Redoan. de reb Eccl. non alien quæſt. 20. num.* 101. & in ſpecie reſpondit, *Rot. deciſ. 705. num. 2. part. 1. rec. & in Pampilonen. alienationis 13. Ianuarij 1649. coram Bichio.*

Nec pro ſufficienti cauſa, releuat annonæ penuria, quæ, in illis partibus, vigere dicebatur, etenim illa, vt fuit reſponſum, in prima deciſ. non erat talis, vt cogerentur Canonici deſerere ſeruitium Eccleſiæ, quinimò plerique

que

Digitized by Google

que eorum poterant, ex proprijs redditibus, ſe honorificè ſubſtentare. Vtilitas, autem, Eccleſiæ in qua potiſſimè conſiſtit validitas alienationis bonorum illius, de-
17 bet eſſe certa, & indubitata, non autem dubia, quemadmodum inquit *tex. in d. c. ſine exceptione* ibi, *ad eligat. quod non ſit dubium profuturum Eccleſia*, & dixit *Rot. deciſ. 702. num. 52. coram Merlin. & in Comen. pecuniaria 14. Martij præteriti coram R. P. D. Bourlemont §. deficit etiam*.

Et ità Capitulo tantum &c.

R. P. D. Priolo.

Bononien. Fideicommiſſi de Monterentijs.

Mercurij 22. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Renunciatio fideicommiſſi conditionalis, licet induci poſſit, ex diuiſione, hoc tamen habere locum non poteſt, quando diuiſio eſt facta à procuratore non habente mandatum ſpeciale renunciandi; Nec præiudicat principali approbatio diuiſionis, niſi, conſtito, quod habuerit notitiam renunciationis fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium, probat bona fuiſſe teſtatoris.*
2 *Tam contra hæredes, quam habentes cauſam ab eis.*
3 *Et idem probant diuiſiones, & venditiones.*
4 *Fideicommiſſario competit immiſſio in bonis fideicommittentis.*
5 *Diuidentes poſſunt ſibi ad inuicem remittere fideicommiſſum.*
6 *Remiſſio fideicommiſſi, debet eſſe clara, & euidens.*
7 *Nulla facta mentione fideicommiſſi, non poteſt dici renunciatum.*
8 *Etiam ſtante promiſſione euictionis.*
9 *Promiſſio euictionis non comprahendit euictionem ſequutam ex qualitate bonorum.*
10 *Ex facultate alienandi, & diſponendi renunciatur fideicommiſſo.*
11 *Fideicommiſſum non poteſt dici renunciatum, quandò diuiſio eſt facta à procuratoribus.*
12 *Nemo præſumitur velle id quod non poteſt.*
13 *Fideicommiſſum ignoratum, non poteſt dici renunciatum.*
14 *Approbatio eorum, quæ fecit procurator reſtringitur ad valide geſta.*
15 *Approbatio non præiudicat, niſi conſtet de nullitate actus approbati.*
16 *Fundus dotalis reſtitui debet.*
17 *Nec datur pretium in alijs corporibus.*
18 *Mobilia alienata imputantur in detractiones.*
19 *Alienationes, vbi ſunt excedentes detractiones prima in illas imputantur.*
20 *Poſteriores ſunt nulla.*
21 *Auth. res quæ, non habet locum, niſi conſtet de dotis conſtitutione.*
22 *Iudex priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione.*
23 *Et eam transfert in immiſſum.*
24 *Sententia lata contra carceratum, eſt nulla.*
25 *Contra, quando poterat conſtitui procurator.*
26 *Per contradictas procedi non poteſt quando pars comparet.*
27 *Manutentio non datur non tranſportatis actis prima inſtantia.*

DECISIO CXXXXI.

Defuncto Carolo Monterentio, ſcriptis ſibi hæredibus, Iulio, & Franciſco filijs, eiſque ſine filijs, decedentibus, ad inuicem ſubſtitutis, nacti ſunt, Iulius, & Franciſcus ſucceſſionem paternam, & paulo poſt aditam hæreditatem, deuenerunt ad diuiſionem bonorum, mediantibus procuratoribus, ad hunc effectum conſtitutis; cum autem, Iulius portionem ſuam penè totam diſtraxerit, & ob illius prædeceſſum, ſine filijs, purificata fuerit d. ſubſtitutio reciproca, inſurrexit Franciſcus frater, contra tertios poſſeſſores, & vigore mandati de immittendo, Auditoris generalis Bononiæ, cæpit poſſeſſionem nonnullorum bonorum, quæ ab Alexandro Pellicano detinebantur; Verum quia, in gradu appellationis obtinuit ipſe ab A. C. mandatum de manutenendo, dubitaui; An, & cui ſit danda manutentio: Sed Domini noluerunt capere reſolutionem, niſi præuio examine boni iuris, ſuper quo hodie cauſa reproposita reſponderunt conſtare de bono iure Franciſci, etiam ad effectum manutentionis.

Siquidem bonum ius, reſultat ex fideicommiſſo prædicto, cuius exiſtentia non controuertitur, ſicut etiam purificatio ad fauorem Franciſci, & quod bona, de quibus agitur, proueniant ab hæreditate Caroli fideicommittentis, deſumitur, tum ex inuentario confecto ab hære-
dibus, quod probat omnia, in eo, contenta fuiſſe teſta- 1
toris, tam contra ipſos hæredes, quam habentes cauſam
ab illis, ad tradita per *Bart. Bald & alios in l. cum tale §.* 2
Titius ff. de condit. & demonſt. & per Bald. in l. fin. §. 1. C. de iur. delib. Pariſ. conſ. 45. num. 20 lib. 2. Decian. conſ. 76. num 8. lib. 3. Rot. in Viterbien. pecuniaria 3. Martij 1659. coram Reuerendiſs. Papien.

Tum etiam in diuiſione, & ex ipſomet Inſtrumento venditionis à Iulio factæ, ad fauorem Alex. vt dictum
fuit, *in Bononien. fideicommiſs. de Bolognini 4. Iulij 1653.* 3
coram Eminen. Celſo & in Romana Cenſus Iunij 1655. coram Eminentiſs. Cerro.

Quibus concurrentibus, fideicommiſſario competit immiſſio, ex remedio *l. fin. C. de edicto D. Adr tollen.* vel vtil. ſalu. inter. *Grat. conſ. 46. num. 20 lib. 1. Pereg. de fi-
deicommiſs. art. 48. num. 55. & Rot. dec. 131. & 237. vtrobi-* 4
que num. 1. par. 1. rec. ac in alijs.

Nec ex eo, quod inter Iulium, & Franciſcum facta fuerit diuiſio, eademque bona obuenerint, in perſonam Iulij, cum clauſula, ad habendum, & pleno iure, diſponendum, ſub obligatione manutentionis, euictionis, cenſe-
tur tale fideicommiſſum conditionale remiſſum, licet 5
enim diuidentes poſſint illud ſibi inuicem remittere, tamen ad hunc effectum, remiſſio debet eſſe clara, & expreſſa, vel quæ indubitata reſultat, ex cauſa diuiſio-
nis, ad *tex. in l. cum pater §. hæreditatem ff. de leg. 2. Bart.* 6
in l. qui Roma §. duo fratres num. 11. & 12. ff. de verb. oblig. ibique *Rip num. 38. & 39. Bald. conſ. 367. num. 1. lib. 4. Dec conſ. 495. num. 17. Rom conſ. 403. num. 1. Alex conſ. 208. num 4. lib. 6. Oſaſch. deciſ. 112. num. 14. & Rot. deciſ. 66. num. 2 par. 3. rec.*

Vndè, cum, in inſtrumento diuiſionis, nulla fuerit expreſſa mentio renunciationis fideicommiſſi, minuſuè deprehendatur, ex vi verborum, non poteſt dici de eo, fuiſſe, aliquo modo, tranſactum, aut illi renunciatum,
vt notant communiter Doctores, in *d. l. qui Roma §. duo* 7
fratres ff. de verb. oblig. & præ cæteris, *Caſtren. num. 6. verſ. tunc autem videretur remiſſum, Corn conſ. 202. num. 4. per tot. Grat. conſ 17. num 44. lib. 1. Capra conſ. 89. num. 17. Boer. dec. 147. num. 11. Gabriel. comm. opin. lib. 4 de fideicommiſs. concl. 1. num. 10.*

Quæ concluſio procedit, non obſtante promiſſione
euictionis, & detentione, quia, ſicuti per ſimplicem 8
diuiſionem, non cenſetur fideicommiſſum remiſſum, ita nec per promiſſionem euictionis, & detentionis, cum huiuſmodi clauſulæ referantur, quidem ad executio-

nem,

Digitized by Google

nem, & obſeruantiam diuiſionis, pro facto ipſorum diui-
dentium, ſed non includant euictionem, & litem prouenientem, ex natura, & qualitate bonorum, vt probat
10 *Alex in d. §. duo fratres num. 30. verſ. præterea* ibique
*Iaſ. num. 33. Rip. num. 45. ff. de verb oblig. Pereg. de fideic.
art. 12. num. 65.* & dixit *Rot. coram Buratt. deciſ. 89. num.
8. & ſeqq. & in Romana fideicommiſſ. de Maximis* 11.
Ianuarij 1649. *coram Reuerendiſs. Decano.*

Clauſula verò, *ad habendum*, & *pleno iure diſponendum*, non videtur vrgere, nam, eſto, quod, ex facultate alienandi à partibus ipſis, illius vigore, ad inuicem attributa, videatur inducta renunciatio fideicommiſſi conditionalis, in quibus terminis procedunt auctoritates in contrarium adductæ, ſecus, tamen eſt, quando prout hic, facta fuit diuiſio à procuratoribus non habentibus ſpecialem facultatem remittendi fideicommiſſum, ſed ſimpliciter ad diuidendum, & acceptandam partem diuiſam, tunc enim, per talẽ diuiſionem, quibuſcumque clauſulis concepta ſit, non dicitur renunciatum fideicommiſſo, de futuro, vt declarat *Soccin. Sen conſ. 251 num. 19. verſ.
11 ex quibus patet ſolutio lib. 2. Alex. d. conſ. 208. num. 5. & 6.
lib. 6. Odd. conſ. 49. num. 8.* & reſpondit *Rot. cor. Buratt d.
dec. 89. num. 16. & in d. Roman. fideic. de Maximis 11. Ian.
1649. cor. Reuerendiſs. Decano, §. quæ fortius.*

Nam quemadmodum procuratores iſti, non potuiſſent, ex defectu facultatis, per pactum ſpeciale remittere inter fratres fideicommiſſum, ita, metiendo voluntatem, à poteſtate, nec cenſent, per clauſulam illam, voluiſſe id,
12 quod non poterant, iuxtà deducta per *Rip. d. §. duo fratres
num. 80. Roman. d. conſ. 403. num. 5. Soccin. d. conſ. 25. num.
19. Alb. conſ. 29. num. 16.* quin imo non ſolum non habebant facultatem huiuſmodi, ſed nec minor ſcientiam fideicommiſſi, cum, de eo, nec, in mandatis, aliqua mentio præceſſerit, nec, in ipſo inſtrumento diuiſionis, habita fuerit; vndè nullo modo, cenſentur cogitaſſe renuncia-
13 re fideicommiſſo, quod ignorabant, vt benè deducit idem
Rom d. conſ 403 num. 6. Ode. d conſ. 49. n. 9.

Approbatio diuiſionis, per ſubſecutam poſſeſſionem fratrum portionis diuiſæ, non releuat, quia reſtricta cenſetur ad ea, quæ valide facta fuerunt ab eorum procura-
14 toribus, non autem extenditur ad renunciationem fideicommiſſi, pro qua deficiebat facultas; illa enim, non præiudicat niſi indiuidualis notitia iuris, & facti in approbante iuſtificetur, ex adductis per *add. ad Gregor. dec. 209.
15 num 8.* & ità huic obiecto reſponderunt *Soccin d. conſil.
251 num 21. Alb. d. conſ. 29. nu. 76. Odd. d. dec. 49. num. 10.
Rot. d dec. 89 num. 17. quod Buratt & d. Romana fideic. de
Maximis cor. Reuerendiſſ Decano, §. ratificatio.*

Nec prædicta euitantur, ſub prætextu detractionum, ex perſona Iulij competentium, etenim, reſpectu dotis maternæ corruit prætenſio, dum illa conſiſtit in prædio Rubani, & Gazzanigi, quæ fuerunt tradita, pro fundo dotali, adeò vt eadem reſtitui debeant, nec pretium repe-
16 ti poſſit, ſuper alijs corporibus, *l. fin C. de pact. dotal. Bar-
17 boſ. in l. ſi æſtimatis 51. num. 35 ff. ſol matrim Rot. apud Ca-
naler. dec. 574. num. 2. cor. Merl. dec. 792. num. 1. & in Rom.
fideic. de Donatis 7. Iunij 1660. cor. Emmen. Cerro.*

Quoad legitimam, & Trebellianicam ceſſat obiectum ex quo Iulius ante alienationem controuerſam, diſtraxit mobilia valoris librarum 12. mil. cum tamen pro dimidia dumtaxat alienare potuiſſet. Ideoque pro dimidia lib. 6000. tenetur pretium reſtituere fideicommiſſario, vel in ſuas detractiones imputare, *Honded. conſ. 59. num. 14. lib.
18 2. Merl de leg. lib. 2. tit. 2. qu. 6. num. 9.* & ex pretio Anzolæ tornatorarum 140. alienauit tornaturas 16. ex quibus alienationibus etiam pro reliquis tornaturis 14. deficientibus legitima, & Trebellianica quæ ſemis erat, fuit abundè conſumpta cũ primę alienationes cedant in detractio-
19 nes debitas, vltimæ, verò, retractentur ad *tex. in l. Marcel-
20 lus §. res quæ, ff ad Trebell Rot in rec. dec. 399. num. 28. &
29.* cum alijs per *add. ad Gregor. dec. 580. nu. 8. & in d. Romana fideic. de Donatis, §. de ſua tamen.*

Præterea verò, detractionis dotis Iacobæ vxoris eiuſdem Iulij, à qua cauſam habet idem Alexander, tollitur, ex quo, de ea, nulla datur iuſtificatio, & ideò fruſtrà prę- 21
tenditur illam extrahi ex bonis fideicommiſſarijs, in vim
auth. res quæ C. comm. de leg.

Conſtito, igitur, de bono iure Franciſci, dixerunt Domini, eidem dandum eſſe mandatũ de manutenẽdo quo docet de eius poſſeſſione, per inſtrumentum appræhenſionis illius, vigore ſententiæ, & mandati auditoris gene- 22
ralis Bononiæ, quo ſtante. Alexander omnem poſſeſſionem amiſit, cum iudex priuet poſſeſſorem, ſua anteriori poſſeſſione, illamque transferat in immiſſum, *l. iuxtà
poſſidet, ff. de acquir. poſſ. Angel. in l. quam poſſidere, §. qui ad* 23
*nundinas, num. 2. in fin vbi Iaſ. num. 20. ff. eod. Rot dec 305.
num. 1. par. 6. rec. & in Vercellen. manutentionis* 28. *Iunij*
1655. *cor Bichio.*

Non obſtat, quod ſententia lata fuerit, Alexandro tūc in carceribus, detento, & propterea nulla ſit, tanquam lata contra carceratum. Quia, cum Bononiæ non deficiat copia patronorum cauſarum, imo Alexander, ſpatio 24
vnius anni, & vltrà comparuerit, per procuratorem, à quo cauſa ſemper deluſa fuit, debebat tunc etiam procuratorem mittere qui cauſam defenderet, atque ita proceſſus rectè ſubſtinetur, iuxtà Theoricam *Bart. in l. is qui
reus num 14. ff. de publ. iudic. Vand. de nullit ex defectu iuriſd & vndè ac quib. mod. num. 161. verſ. ſi quis Pariſ. conſ.
102. num. 5. lib. 4. Farinacc. de Inquiſ. q. 11. numer. 54. verſic.* 25
contrarium.

Data autem, validitate, ac iuſtitia ſententiæ predictę, non ſuffragatur eidem ſubſequens decretum manutentionis reportatum ab A.C. quod vlterius nullum eſt, tum quia proceſſum fuit, per contradictas, licet in actis comparuerit procurator Franciſci citatus ab eodem Alexandro, quod nequaquam fieri potuit, vt probat, *Gratian. c.
686 num. 19. & 27. Rot. cor. Burats. dec. 409. nu.* 12. ibique 26
add. & dec. 193. nu. 7. par. 8. rec. Tom, ex eo quod manutentio decreta fuit, non tranſportatis actis prioris inſtantię, vt omninò opus erat, *Rot dec. 131. num. 8. & 264. nu.
12. apud eandem Buratt.* & in ſpecie apud *Poſth. de ma-* 27
nut dec. 62. leg ſecunda num. 3.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Priolo.

Carpentoraten. Hæreditatis.

Luna 27. Februarij 1662.

ARGVMENTVM.

Licet libertas contrahendi matrimonium impediri, aut reſtringi nequeat, poteſt tamen, quis inuitari ad certas nuptias, ſub ſpe lucri acquirendi: Nec valet diſpenſatio nubendi contrà præceptum teſtatoris, niſi narretur ſubſtitutio facta in caſu contrauentionis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia gaudere debent plena libertate.*
2 *Sub ſpe lucri quis inuitari poteſt ad certas nuptias.*
3 *Præceptum teſtatoris licitum, & honeſtum, eſt ad vnguem adimplendum.*
4 *Diſpenſatio, & licentia eſt ſubreptitia, quando non narratur ſubſtitutio alicuius, in caſu contrauentionis.*
5 *Subreptio inducitur, ex taciturnitate eorum, quæ concedentem retraxiſſent.*
6 *Priuatio hæreditatis delatæ, dicitur pœna.*
7 *Nemo cogi debet, metu pœnæ, ad contrahendum matrimonium.*
8 *Amiſſio lucri non dicitur pœna.*
9 *Præceptum nubendi cum aliquo ſub ſpe lucri valet.*
10 *Intentio Pontificis præſumitur ſecundum ius.*

11 *Præ-*

11 *Præiudicium tertij, de quo poterat cogitari non eſt narrandum in gratia.*
12 *Scientia generalis non ſufficit, quando id, quod tacitum fuit retraxiſſet concedentem.*
13 *Præiudicium tertij, non eſt narrandum in gratia de ſui natura præiudiciali.*
14 *Papa &c. non cenſetur habere notitiam eius, quod ex ſpeciali iure debetur.*
15 *Subreptio ceſſat, ceſſante dolo, & malitia.*
16 *Contra, quando eſt tertij præiudicium.*
17 *Petens gratiam, pro aliqua re, dicitur in mala fide.*
18 *Mala fides colligitur ex præſumptionibus.*
19 *Declarationi Principis de coram ſe geſtis ſtandum eſt.*

DECISIO CXLII.

PRælegatum relictum Catharinæ, & Spiritę ſororibus, à Matthęo patre, ſub cõditione nubendi, duobus filijs Pauli de Beauuis, & ſi alterutra ſecùs nupſerit, pleno iure pertineat alteri, reſolutum fuerat lucrari potuiſſe Catharinam, licet vni ex filijs Pauli non nupſerit, in vim diſpenſationis Apoſtolicæ, ſed repropoſito iterùm dubio, Domini contrariam opinionem ſunt amplexi.

Haud enim ambigi poteſt, quin iſtud prælegatum fieri potuerit; Nam, & ſi matrimonia gaudere debeant
1 plena libertate, tamen non eſt prohibitum, ſub ſpe lucri
ad certas nuptias inuitari, *l. Titio 100. § primo, ff. de condit. & demonſtr. l. 1. vbi Iaſ. C. de inſt. & ſubſt. Gomez. va-*
2 *riar. reſolut. libro 1. capit. 44. numero 1. libro 3. Surd. conſil. 211. numero 22. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 433. num. 2. &
3. in recent. part. 5. deciſ. 44. num. 16 in Romana hæreditatis 8. Iunij 1637. coram Coccino,* licèt ab ea receſſum fuerit, ex alio capite, *ſub die 30. Maij præt. coram Me, & in Anconitana legati 30. Maij 1642. cor. Bichio.*

Cùm itaque Catharina matrimonium, cum extraneo contraxerit, amiſit commodum prælegati, & illud in totum fuit acquiſitum Spiritæ, quæ, vni ex filijs Pauli nupſit iuxtà Pauli præceptum, quod vti licitum, & honeſtum erat ad vnguem adimplendum *Oldrad.*
3 *conſil. 16. num. 1.* quem ſequitur *Aret. in l. ſi ita ſtipulatus fuero, § ſi ſibi nupſero, ff. de verb. oblig. Sanch. de matrimon. lib. 1. diſput. 33. num. 6. & ſeqq. Mart. de ſucceſſ. leg. quæſt. 14. num. 45. Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 2. capit. 13. num. 14.*

Huic ſententiæ non refragatur diſpenſatio Apoſtolica, quia gratia viſa fuit ſubreptitia, ex defectu inten-
4 tionis, cum non fuerit narratum, quod prælegatum relictum, per viam conditionis huiuſmodi, ea non impleta acquirebatur Spiritæ, quod ſi fuiſſet expreſſum, potuiſſet reddere Sanctiſſimum difficiliorem, & proindè non poteſt Catharinæ impetratio ſuffragari, vt poſt
5 *Abb.* & alios tradit *Felin. in capit. ſuper literis numero 8. verſ. exprimenda ſunt de reſcript. Honded. conſ. 27. nu. 52. lib. 1. Caſſad. deciſ. 12. num. 14. de Presb. Mant. deciſ. 214. num. 12.*

Sed fuit narratum dumtaxat, quod ipſæ ſorores erant inſtitutæ hæredes vniuerſales, quodque ſi Catharina non impleret conditionem, non poſſet conſequi ex dicta hæreditate, niſi ſcuta 3000. quæ quidem narratiua faciliorem reddit Pontificem ad concedendam diſpenſationem. Aliud enim eſt hæreditate iam quæſita, priuari, aliud ab acquiſitione lucri conditionalis arceri; cum enim agitur de priuatione hæreditatis delatæ, agitur de pœna, *Bartol. in l. paterſ. numero 2. ff. de*
6 *hæredit. inſtit. Peregrin. de fideicomm. artic. 11. num. 92. Gionagn. libro 1. conſ. 93. numere 23. & 32.* & ideò Pontifex de facili Indulſit diſpenſationem, ſe conformans iuris diſpoſitioni, ſecundum quam nemo debet cogi, metu pœnæ, ad contrahendum matrimonium, *capit. Gemma de ſponſal. Sanchez. de matrimonio, libro 1. diſp.* 7
33. numero 3. Cyriac. controu. 451. num. 79. & 80. Rot. in d. Anconitana legati 30 Maij 1642. coram Bichio, & in Romana, ſeu bonorum hæreditatis 26. Iunij 1647. coram Reuerendiſſ. Papien.

Cum vero agitur de adeptione lucri, ſub conditione, aut modo adiecto conceſſi, non poteſt conſiderari in ea aliqua pęna, *Bartol. Angel. & Imol. in l. prima, ff.* 8
de condit. Inſtit. Caphal. libro 3. conſil. 52. numero 14. & 28. Menocch. conſil. 78. numero 3. cum alijs cumolatis *in deciſ. Surd. 232. numero 1. & ſeqq.* Vnde ſi Pontifici fuiſſet expreſſum Prælegatum factum tantummodò ſub conditione nubendi, cum filijs Pauli, quodque, in defectum conditionis, acquirebatur Spiritæ, vel non dediſſet, vel difficiliùs conceſſiſſet diſpenſationem pariter ſe conformans diſpoſitioni iuris, ſecundum quam licitum eſt, lucri ſpe, ità aliquem conditione, vel modo adiecto, inuitare ad matrimonium contrahendum, 9
vt eo non contracto, lucrum illud amittat ſicuti probatum eſt. Ac ità præſumi intentionem Pontificis iuri conformem, notat *Iaſ. in l. iuſtitia, numero 11.* 10
ff. de Iuſt. & iur. Decian. conſil. 33. numero 5. Aldobrand. conſil. 1. numero 113. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt 9. per tot. Rot. diuerſ. part. 1. deciſ. 193. numero 4. & 5.

Nec defectus intentionis euitari poteſt, ex eo, quod ſub narratiua amiſſionis hæreditatis, Pontifex potuerit in genere cogitare, de præiudicio, quod inferebatur Spiritæ, iuxtà deducta per *Felin. in dicto capit. ſuper lite-* 11
ris regul. 5. & capit. nonnullis verſic. & ideo de reſcript. cum alijs relatis in deciſionibus contrarijs huius cauſæ *die 16. Decembris 1658. & 16. Martij 1660. cor. R. P. D. Beuilaqua.*

Quoniam, vltra quod non ſufficit ſcientia generalis, quando id, quod tacitum fuit, concedentem gratiam veriſimiliter retraxiſſet, ſi fuiſſet expreſſum, vt notat *Alexand. in l. ſi ab hoſtibus, numero 15. in fin. ff. ſolut. matrimon. Menocch. de arbitr. Iud. caſ. 201. numero 31.* 12
Eſtò, quod Papa cogitauerit ex tali diſpenſatione reſultare præiudicium Spiritæ, quoad portionem hæreditariam, ex quo gratia eſt de ſui natura præiudicialis, non tamen ſequitur, quod potuerit cogitare de eius præiu- 13
dicio, quoad prælegatum, quod ex ſpeciali diſpoſitione teſtatoris illi deferebatur, de quo Papa non habuit, nec præſumitur habuiſſe notitiam, vt dixit *Rot. in Aquaten. ſeu Nullius Beneficiorum apud Marcheſ. de* 14
commiſſ. parte 2. fol. 436. numero 4. apud Seraphin. deciſ. 1293. numero 4. & 5. & apud Merl. deciſ. 370. num. 6.

Nec releuat, quod Catharina, tunc minor ob ætatis ſimplicitatem, & ſexus potuerit credere, fuiſſe omnia legitimè geſta, nec de tempore contracti coniugij diſpenſationem, pati defectu; Et ideò ceſſante dolo, & malitia, ceſſet quoque ſubreptio, nam id procedit in 15
his, quæ non tendunt in alterius præiudicium, non autem in his, quæ competunt tertio, & princeps non conceſſiſſet, ſi ſciuiſſet illi competere, iuxtà *text. in capit. ſi conſtitutus, & ibi Abb. in ſecun. notab. de reſcript. Riminald. libro 1. conſil. 28. num. 8. apud Creſcent.* 16
deciſ. 10. numero 2. de Presb. & tradit *Honded. conſil. 27. num. 14. lib. 1.*

Remouetur autem difficultas, ex eo, quod Catharina antequam nuberet, adierat mediantibus agentibus ſub *die 23. Februarij 1657.* ſignaturam Sanctiſſimi, exponens, veram facti ſeriem, de ſibi relicto legato conditionali, & ſupplicans, pro eiuſdem prælegati conceſſione, ex gratia, ex quo colligitur ipſam dubitaſſe de viribus diſpenſationis, & ſic non poteſt dici, quando bona fide matrimonium contraxerit, ſed mala potius fide, dum timens, de ſuis iuribus, preces ita porrexit ad habendam gratiam, quæ imò fuit illi denegata à Sanctiſs., reſcribente ſignatura, quod Catharina vteretur iure ſuo; ſufficit, enim, hæc

Digitized by Google

malam fidem colligi, ex præſumptionibus, & cooiectu-
18 ris,prout facti qualitas dictat *Bart. in l.Celſus 27.num.18.
ff.de Vſucap.Bald in l·1 C de Vſucap.tranſ. Abb.conſil. 19.
nu 2.verſ.nam mala fides lib.2.Rum.conſ.170.in fin.lib.2.&
Burſatt.conſ.66 num.10.*

Eoque magis, quia idem Sanctiſsimus in alia demum
ſignatura, die 13. *Septembris* 1667. auditis, hinc inde,
partibus, declarauerit, quod, licet habilitauerit Ca-
tharinam, pro retinenda delata hæreditate, ſuæ, ta-
men, intentioois oon fuiſſe, illam habilitare pro ac-
quirendo prælegato conditionali io præiudicium Spiri-
tæ, imò quod diſpenſationem non conceſſiſſet, ſi tenor
teſtameoti fuiſſet expreſſus, huic, enim, declaratio-
19 ni Principis, de coram ſe geſtis ſtandum eſſe cauetur,
*in Clem. 1. vbi Imol. & aly de Probat Soccin. conſ. 266.
num.27.lib.2. Gabriel. de prob. concl. 2.num.5.part. 8. Rot.
rec par.1.dec.271.num.5. & par.8.dec.10.num.17. & cor.
Caualer. dec.612.num.5.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Priolo.

Romana Succeſſionis,

28. *Iunij* 1660.

ARGVMENTVM.

Renunciatio iurata, per pactum, de non petendo, facta ab ea, quæ capit dotem, dicitur generalis, & compræhendit ius prouenieos vigore, *l. fœmina de ſecund. Nuptijs.*

SVMMARIVM.

1 *Ceſſante læſione, non datur reſtitutio in integrum.*
2 *Renuncians non poteſt redire ad bona renunciata.*
3 *Lucrum acquiſitum, vigore l.fœmina, acquiritur ipſo iure.*
4 *Dictio*, quomodolibet, *eſt vniuerſalis, & comprehendit omnem caſum.*
5 *Verbum*, poſſet, *reſpicit ius futurum.*
6 *Dictio*, oon alias, *eſt præciſa, & nullam interpretationem admittit.*
7 *Renunciatio facta in actu acquiſitionis dotis, latiùs interpretatur.*
8 *Renunciatio, per pactum de non petendo, improbatur à iure Ciuili.*
9 *Cum iuramento valet.*
10 *Sine læſione non datur reſtitutio in integrum.*

DECISIO CXXXXIII.

Conſtituit Aotonius Pellegrus in cap. Matrimooialibus dotem 3000. Veronicæ filiæ, pro omni,& toto eo, quod ipſa prætendere poſſet, ex bonis, tam paternis, & fratrum etiam defunctorum, quam poſteà in inſtrumento dotali tradidit, & coosignauit Blaſio, eius ſpooſo, & ſubiodè Veronica ſolutiooem,& conſignationem huiuſmodi cum ſolemnitatibus ratificauit, modo,& forma, conteotis in dd.capitolis, & ioſtrumeoto dotali, cum autem, prædicta Veronica, nihilominus ſuccedere in bonis maternis,& fratrum prædefuoctorum,tam ante, quam poſt contractum matrimonium,contenderet,cumque in Rot.ſuper hoc fuiſſet, in grado appellationis introductum iudiciũ,propoſito dubio, reſponderunt Domini, contra D.Verooicam, ei, ſcilicet, obſtare propriam renunciationem, & ità ſemel atque iterum fuit pronuociatum, vndè, commiſſa cauſa reſtitotionis in integrum, cum clauſula ſine præiudicio duarum conformium,hodie, me proponente,reſponſum fuit non conſtare de cauſis prætenſæ reſtitutionis.

Fundamentum,enim,reſtitutionis in integrum,eſt læ-
ſio,quæ ſi ceſſet, prout io præſenti ceſſat, non eſt locus
reſtitutioni.*l.minor,& ibi gloſſ.ff de minor.Innoc.in c.audītis* 1
*& in c.ex literis de reſtit.in integrum Rot dec.1.in nouiſſ eod.
tit.cor.Duran.dec.289.num.1.cor Seraph.dec.634.n. 1. &
1238.nu.1.in rec.dec.34.num.1.part.2.*

Læſio, autem, ceſſat, quia validitas ſententiarum,non
controuertitur;Iuſtitia,verò,remanet probata ex eo,quia
dum Veronica, poſtqoam ab Antooio patre, obtinuerat
dotem ſcutorum 3000, renunciauit bonis paternis, ma-
ternis,& fraternis,cum iuramento,& omnibus ſolemnita-
tibus adhibitis,vtique, ad bona renunciata amplius redi-
re non poteſt *l.quæritur,§.ſi venditor ff.de ædil.edict.l.Hæ-* 2
*rennius in princ ff.de euict.l.ſi quis iuſiurandum,Cod.de reb.
cred.Rot.dec.125.nu.4.part.5.rec.& cor.Mant.dec.356.n.3.*

Non obſtat, quod bona fratrum prędefunctorum fue-
runt, ipſo iure acquiſita Veronicæ, ob tranſitum patris
ad ſecuodas ooptias,per *tex in l fœmina, § illud, C. de ſe-
cund.nupt.*quodque eius diſpoſitio procedat tam in mu-
liere quam in viro, ex eo quod pœnę ſecundo nubentiũ
communes ſint vtrique parenti,vt explicat.ibi *gloſſ.verb.* 3
*poſſeſſione delata Dec.conſ.87.num.3.Rot.cor.Buratt. deciſ.
82.n.2.cum ſeqq.& in Aſculana hæreditatis 19.Iunij 1648.
coram Emin Celſo.*

Quia, cum renunciatio ſit concepta verbis ampliſſi-
mis,& io tempore, quo iam pater tranſierat ad ſecundas
nuptias,& duo fratres deceſſerant,vnus ciuiliter, per pro-
feſſiooem,alter naturaliter,ſuperſtite,dumtaxat, Io:Ba-
ptiſta,qui non deceſſit, vtique intelligitur ſub illa com-
præhensũ omne ius,quod Veronicæ, tunc temporis, cõ-
petebat,& competere poterat, in futurum, vt inferunt
verba illa, *quomodolibet prætendere poſſet,& non aliàs*,nam 4
dictio,*quomodolibet*, eſt vniuerſalis compræhenſiua quo-
rumcumque caſuum,& omnem modum iocludit *Menoc.* 5
de recuperand.rem.6.num.13.add.ad Buratt.dec.193.num.
15.& verbum,*poſſet* reſpicit etiam Ius de futuro *Bero.conſ.* 6
*130.nu.24.Surd.conſ.267.nu.25.Rot.cor. Buratt. dec. 226.
nu.7.*iuncta clauſula, *& non alias*, quæ adeò præciſa eſt,
vt de ſui natura, nullam ioterpretationem à verbis ſepa-
ratam admittat, ad notata per *Pariſ.conſ.19.num.11.Ro-* 7
*land.conſ.63.num.29.lib.4.Rot dec.446.nu.5.par,1. diuerſ.
&* ita deducitur in vtraque deciſ. huius cauſæ.

Quæ faciliùs veniunt admittenda, cum Veronica fue-
rit congruenter dotata,imò pinguiùs, quam eius qualitas
expoſceret,& vires patrimonij ſuppeterent, ità, vt eo mi-
nus ſit ambigendum,quin fuerit, in renunciatione com-
præhenſum totum id, quod ipſa ex hæreditatibus ma-
ternis,& fraternis, tam tunc viuentium,quam mortuorũ
prætendere poſſet,vt fuit conſideratom *in prima dec.§.vt* 8
*faciliùs cor.R.P.D.Alberg. & in ſecunda, §. & magis hac
coram Reuerendiſs.Papien.*

Fortius, quia renunciatio facta eſt, non ſolum per viã
ſimplicis renunciationis, ſed vlteriùs, per modom pacti
de non petendo,ibi, *pro omni,& toto eo quod ipſa quomodo-* 9
libet prætendere poſſet,& non alias;quod licet improbet lex
ciuilis *l pactum dotale,C.de collat.* tamen cum ſit firmatũ
iuramento,valet & eſt omninò ſeruandom, *iuxta tex.ex-
preſſum in c.quamuis de pact.Bero.conſ 51.nu.9. & per tot.* 10
*Rot.cor.Buratt.dec.394.num.1.confirmata cor.Merl. deciſ.
274.num.2.*

Conſtito, itaque de validitate,& iuſtitia ſententiarum
nulla poteſt coosiderari læſio, ſine qua non competit re-
ſtitotio io integrum, *Rot.dec.731.num.1 par.2.recent. &
cor.Emmen. Otthob.dec.40.in fin. & dec.50.* cum alijs in
princ. alleg.

Reu.

Digitized by Google

R. P. D. Priolo.

Rauennaten. Legitimæ.

Luna 28. Nouembris 1667.

ARGVMENTVM.

Matris legitima, quæ eſt tertia pars hæreditatis filij, deducto ære alieno, non minuitur, per legatum ei relictum, niſi conſtet, de acceptatione, in imputationem legitimæ, & de voluntate defuncti neceſſariò inducente imputationem.

SVMMARIVM.

1 *Matri debetur legitima in bonis filij.*
2 *Quæ eſt tertia pars hæreditatis.*
3 *In calculanda legitima detrahitur æs alienum.*
4 *Et legatum relictum alicui conſucceſſori ab inteſtato.*
5 *Legatum, iudicio teſtatoris, adeptum imputatur in legitimam.*
6 *Sed probari debet acceptatio legati.*
7 *Quæ acceptatio debet probari concludenter aliter quam per aditionem, & poſſeſſionem.*
8 *Quiſque præſumitur poſſidere titulo ſibi magis vtili.*
9 *Vſusfructus relictus vxori ſimul cum filio non reſtringitur ad alimenta.*
10 *Ius accreſcendi poſt ius quæſitum peculiariter datur in vſufructu.*
11 *In legitimam imputantur ſolum ea, quæ debentur purè, & ſine interuallo à die mortis defuncti.*
12 *Legatum non debet eſſe fruſtatorium.*
13 *Imputantur in legitimam ſolum ea bona, quæ ſpectabant ad defunctum.*
14 *Procurator, ſine ſpeciali mandato, non poteſt declarare voluntatem.*
15 *Donatio, inter viuos non imputatur in legitimam.*

DECISIO CXLIV.

IO: Baptiſta Bagnara, relicto Annæ matri, bonorum omnium vſufructu, vna cum facoliate; *di poter diſporre de' ſuoi beni fino alla ſomma di ſcudi 300.* ac legatis ſcut. 200. Tizzono, ex ſorore prædefuncta, nepoti, hæredem proprietariam ſcripſit Catharinam alteram ſororem; Tribus verò, menſibus elapſis, à morte Io: Baptiſtæ, eidem fato ſuccubuit Anna præfata, quæ prælegatis d. Catherinæ eiſdem ſcut. 300. propriæ diſpoſitioni, ex iudicio Io: Baptiſtæ, vt ſupra, præordinatis, Catherinam eius filiam, & Romualdum Tizzonum, ex alia filia nepotem, hæredes inſtituit, inter quos, orta lite, ſoper quantitate, & imputationibus legitimæ competentis Aonæ matri, in bonis Io: Baptiſtæ, emanarunt in partibus ad fauorem Tizzoni binæ ſententiæ ab A. C. in gradu appellationis reuocatæ: deuoluta, autem, cauſa ad Rotam, mihique commiſſa, dubitaoi; An, & quanta debeatur legitima, & quænam ſint imputanda.

Et quoad primam partem dubij nulla fuit controuerſia; Colligatotes, enim, ad inuicem conueniebant, com aperta loris diſpoſitione, tam circa debitum legitimæ, quæ matri, in bonis filij prædefun-
1 cti, defertur per *textus in l. nam etſi parentibus 15. ff. de Inoff. teſt. & in auth Presbyteris C. de Epiſc. & Cleric.* quam, circa illius, quantitatem, nempè, in tertia parte medietatis, ſeu portionis bonorum Io: Baptiſtæ, quæ Annæ matri obueniſſet, ſi, inteſtato defuncto ſucceſſiſſet, cum d. Catherina filia, & reſpectiuè ſorore teſtatoris hærede inſtituta iuxtà ſententiam *Bart.* ſpreto *Butrig.* comoniter ſequotam in ca- 2
ſo noſtro vt teſtantur, *Burſatt. conſ. 114. numer. 11. & conſ. 115. numer. 7. & 8. Gabriel. conſ. 94. num. 20. & ſeqq. lib. 1. Spada conſ. 300 numer. 1. & 2. lib. 4. Fachin. controu. 29. lib. 4. Gratian. diſcept. for. cap. 178. numer. 13. Bellon. de Iur. Accreſc. cap 6. quæſt. 16. numer. 109. & ſeqq. lib. 1. Rot. deciſ. 421. numer. 4. par. 4 diuerſ & in Sueſſana legitima 10. Martij 1662 §. item coram R. P. D. Taya.*

Detracto, tamen, in calculanda legitima, nedum
ære alieno teſtatoris, *l. Papinianus § quarta ff. de Inoff.* 3
teſtam. ſed etiam legato ſcut. 200 fauore Romualdi
Tizzoni ex ſorore nepotis, per Io: Baptiſtam relicto, tanqoam facto perſonæ, quæ, circumſcripto teſtamento, vna cum matre, & ſorore defuncti ab in-
teſtato conſucceſſiſſet, *Mareſcott. var. lib 1. cap. 10.* 4
numer. 9 Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæſt. 7 numer. 16. & poſt ipſum *Rot. deciſ. 39. numer. 15. repetita in deciſ. 421. numer. 8. par. 4. diuerſ. deciſ. 527. numer. 22. & 23. par. 5. tom. 2. & deciſ. 219. per tot. ſignanter numer. 7. par. 6. rec. & in Anemonen. legitima 22. Aprilis 1654. §. 1. coram Peutingerio.*

Quo verò ad aliam partem dubij, reſponderunt DD. nihil eſſe imputandum; quamuis, enim Io: Baptiſta matri reliquerit vſumfructum, ac facultatem diſponendi, de ſuis bonis, vſque ad ſummam ſcut. 300. ideoque videatur in legitima eſſe imputandum vtrum-
que legatum iudicio teſtatoris adeptum, *l. omnimo-* 5
do 30. & l ſcimus 36. §. repletionem ff de Inoff. teſt. Bart. in l. in quartam num. 10. ff. ad l. Falcid.

Factum, tamen, de quo agitur, huius concluſionis limites egreditur, nec patitur illius applicationem. Siquidem, reſpectu Vſusfructus, non docetur, quod mater eum acceptauerit, prout euidenter oſtendi de-
bet, ad effectum imputationis in legitimam, nec ad- 6
mittitor tacita, & æquiuoca probatio, reſultans, ex
poſſeſſione bonorum, aut aditione hæreditatis, *Spa-* 7
da conſ. 301. numer. 5. & 6. lib. 3. Pereg de Fideic. art. 36. numer 84. & ſeqq. Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Luparis 14. Ianuarij 1661. §. fuit enim & §. ſeq. & 27. Ianuarij 1662. §. ad effectum coram R. P. D. Bourlemont. confirmata 2. Maij 1664. §. quantum coram R. P. D. Beuilaqua.

Hinc, igitur, non releuat, quod Anna, poſſederit bona hæreditaria, & nihilominus alia vlterius adducitur reſponſio, quod nempè mater bona poſſidere poterat ex alio titulo, ſibi magis vtili, & proficuo, cuius vigore, quilibet poſſidere ſemper præſumitur; *Alex conſ. 8. num. 19. verſ nec etiam probatur & num. 20. lib. 3 Menoch. conſ. 87. num. 64. verſ. quod maxime, & de Præſumpt. lib. 6. præſ. 5. num. 40.*

Alium, verò, vtiliorem, & antiquiorem poſſeſſionis titulum Annæ ſubminiſtrabat teſtamentum Andreæ Bagnaræ ſui viri, qui formalem vſumfructum vxori reliquerat, vna cum Thomaſia, & d. Io: Baptiſta, matre, & reſpectiuè filio eiuſdem Andreæ; Nec poteſt huiuſmodi Vſusfructus reſtringi ad alimenta, iuxtà conſuetudinem Bulgari, dum matri ſimul cum filio relictus apparet, ne idem legatum, diuerſo iure, cenſeatur; *Dec. conſ. 454. numer. 3. Rum. conſ. 39. numer. 3. ad finem lib. 2. Menoch. conſ. 578. numer. 3. & ſeqq. Gratian. diſcept. 70. numer. 49. & ſeqq. & diſcept. 573. numer. 7. 8. Rot. deciſ. 311. numer 35. par. 11. rec. in Fauentina Vſusfructus 20. Iunij 1664. coram Vereſpio, & in Firmana Vſusfructus 5. Iulij 1666. §. iuſtitia & §. ſeqq. coram R. P. D. Albergato.*

Digitized by Google

Vnde Thomaſia, & Io: Baptiſta, præmortuis, Anna potuit, iure proprio, retinere tertiam partem Vſuſfructus bonorum d. Andreæ Bagnaræ, alias, verò, duas portiones acquiſiuit, per ius accreſcendi, quod etiam, poſt ius quæſitum peculiariter datur in vſufructu per
10 *textum clarum in l. 1. §. interdum ff. de Vſufructu accreſc. gloſſ. in l. is qui compIures 92. verbo omnibus ff. de leg. 3. Bart. in l. re coniuncti numer. 49. verſ. fallit ff. eodem, Ciriac. controu. 51. num. 4.* & relatis concordantibus plene firmat *Bellon. de Iur Accreſc. c. 7. quæſt. 59. num. 103. & ſeqq.*

Reſpectu, verò, ſcut. 300. quæ, ad formam facultatis attributæ à Io: Baptiſta teſtatrice, Anna prælegauit Catherinæ, pariformiter excluditur imputatio, tum quia, poſt mortem filij non fuerunt matri ſtatim acquiſita, & attendi debebat diſpoſitio poſtmodum facienda, qua non facta, in hæreditate remanſiſſent, ſtantibus præſertim, illis verbis; *e non diſponendone s'*
11 *accreſca all'Infraſcritta ſua herede proprietaria*; Ideò locum habere non poteſt imputatio, quæ datur, dumtaxat, in ijs, quæ, poſt mortem debentis legitimam, ſtatim obueniunt purè, & ſimpliciter, abſque temporis interuallo, atque independenter à futuro euentu *Peregrin de fideicommiſs. art. 36. num. 112. & ſeqq. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 1. num. 15. cum pluribus ſeqq.*

Tum, quia prorſus inutile fuiſſet tale legatum, ſi mater illum imputare debuiſſet, de qua, abſque vlla,
12 difficultate teſtatrix poterat ad libitum, tanquam de re propria, diſponere, omnemque alium intellectum reijcit ipſemet verborum contextus, eo enim, quod teſtator legauit facultatem, *di potere diſponere de' ſuoi beni fino alla ſomma di ſcudi* 300. clarã declarauit diſpoſitionem referri ad propria bona, non autem ad bona matris, qualia ſunt illa, quæ pro legitima ei deberen-
13 tur, ideoque ceſſat imputatio, ex doctrina *Bart. in l. vt Iuſiurandi, §. ſi liberis in fine, ff. de oper. libert. Bald. conſ. 84. lib 2, Surd conſ. 112. num. 83, Menoch. de Præſ. lib. 4. præſ. 109. num 6.*

Minus, denique, prætendi poteſt imputatio pro ſcut. 3500. quæ Io: Baptiſta anno 1645. donauerat matri, quoad vixerit, quoniam deficit expreſſa acceptatio, ad hunc effectum, requiſita, ex ſuperius allegatis, non attenta quadam proteſtatione facta per procuratorem Tizzoni cohæredis Annæ; quia ſine ſpeciali mandato, non potuit animum principalis declarare, nec ei
14 aliquod afferre præiudicium, *Rot. coram Coccin. deciſ. 326. num 4. & in Romana Emphyteuſis ſeu Deuolutionis Domorum 3. Iuly 1661. §. nec qualitatem, coram R. P. D. Albergato*; Ac extrà difficultatem duxit iuris Concluſio, quod valide donata, inter viuos, non ſunt
15 obnoxia imputationi *l. ſi illud 20 ad finem C. de collat, Rip. in l. in quartam numer. 143. ff. ad l. falcidiam, Merlin. de legit lib 2 tit. 2 quæſt 20. numer. 1. ſubdens numer. 16.* id procedere, quandò donata fuerint alimenta, *Seraph deciſ. 568. num. 1.* cum alijs allegatis *in Rauennaten. ſucceſſionis 31. May 1658. §. quo autem coram Me.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Priolo.

Romana, ſeu Farſen. Bonorum.

Ven. 30. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Renunciatarius ingreditur in omnia iura renunciantis; & clauſula Conſtituti transfert poſſeſſionem ad quoſcumque effectus, etiamſi ſit poſita in omnibus bonis.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula cõſtituti transfert verã & realem poſſeſſionẽ.*
2 *Ad effectum manutentionis.*
3 *Operatur eoſdem effectus, quos vera traditio.*
4 *Renunciatarius ingreditur in omnia iura renunciantis.*
5 *Clauſula conſtituti, appoſita rei incertæ, non operatur.*
6 *Dictiones* omnia, & ſingula, *habent vim ſpecialis expreſſionis.*
7 *Tranſactio tollit præcedentem conuentionem.*
8 *Actus approbatus, non poteſt amplius impugnari.*
9 *Recognitio ſcripturæ, probatur ex teſtibus habentibus notam manum.*
10 *Teſtis inimicus non probat.*
11 *Apoca legitimè recognita non dicitur ſuſpecta.*
12 *Accedente maximè obſeruantia.*
13 *Exceptio falſitatis, niſi ſit clariſſima, non impedit manutentionem.*

DECISIO CXXXXV.

FVit reſolutum *die 27. Iunij præteriti*, Franciſco Olliuario, qui ſolus informabat, dandum eſſe mandatum de manutenendo, ſuper bonis, de quibus agitur, & hodie, ſuper iiſdem, repropoſito dubio, vtraque parte informante, Domini ſteterunt in deciſis.

Etenim, reſpectu bonorum, quæ inter ipſum Franciſcum, Andream, & Antonium fratres remanſerant indiuiſa, competit Franc. manutentio pro duabus, ex tribus partibus, nam quoad tertiam ſibi debitam, ex perſona propria, res tranſit ſine difficultate, & pars non controuertit, quo, verò, ad aliam tertiam partem ſpectantem ad Antonium habet intentionem fundatam, in renunciatione, & ceſſione ſibi ab eodem facta, addita clauſola conſtituti, per quam fuit in eundem tranſlata poſſeſſio manutenibilis, perindè, ac ſi ab initio illam poſſediſſet, cum clauſula conſtituti transferat veram, & realem poſ-
ſeſſionem *l quod meo ff. de acquir. poſſeſſ Rot. in rec. dec. 551.* 1
n. 4. p. 2. & dec. 2661. n. 15. par. 7. & ad hunc effectum manutentionis tradit *Poſt. de manut. obſeru. 55. nu. 11, Rot. pe-* 2
nes eundem dec. 89. nu. 6. dec. 180. nu. 2. & dec. 299. nu. 3. &
operatur eoſdem effectus, quos vera, & realis traditio *Rot.* 3
in Romana, ſeu Auximana donationis 9. Decembris 1641. cor. Peutingerio; Vndè, ſicuti Antonio concedi deberet manutentio, ita etiam concedenda venit Franciſco ha-
benti renunciationem ab eodem Antonio *l fin C. de priuil.* 4
fiſc. Bald. in l. emptor, C. de hered & act. vend. Poſt. vbi ſupra obſeru. 55 num. 14. & Rot. cor. Duran. dec. 132. nu. 2.

Nec ſubſiſtit, quod renunciatio non loquatur de integra, & in tali portione, quæ ad Antonium ſpectabat, ſed ſolum de reſiduo, quod ipſe prætendere poſſet ex hæreditate, & bonis paternis, atque ideo clauſula conſtituti, vti appoſita rei incertæ, non ſit apta transferre poſſeſſionem manutenibilem. Siquid contrarium conuincitur, ex eiuſdem lectura, ibi. *Renuntio, e reſpettiuamente cedo à d. Sig. Franceſco mio fratello anco con l' effetto del precario, e conſtituto non ſolo &c. ma anco tutti, e ſingoli altri beni, e ragioni &c. tanto per l'heredità paterna &c.* quæ verba *omnia, & ſingula bona*, habent

vim

Digitized by Google

vim ſpecialis expreſſionis, perindè ac ſi, de integra tertia hæreditatis paternæ, ſibi debita fuiſſet indioidualiter facta mentio, ioxtà *gloſſ.in c.circa verb omnia & ſingula de Elect in 6.Pacif.de Salut.inſpect 4.cap.1.numer.8. Roland. conſ.1.num.71.lib.3.& par.6.rec.dec.179.nu.10.* cum alijs *in Roman. legati* 8.*Iuny* 1658.*cor. Emin. Celſo,&* 14.*Currentis menſis cor. Me*.

Nec quicquam facit apoca aſſertæ communionis, inter hos fratres coouentæ, ſub die 31.*Ianuarij* 1653. quia, omiſſis exceptionibus, contra eam adductis, ab illa, quatenus vera receſſum fuit, mediante tranſactione inita, cũ Antonio die 28. *Decembris* eiuſdem anni, in qua idem Antooius, recepto à Francisc. prædio, vocato *delle Collemnelle*, fecit eidem ſupradictam renonciationem, & ceſſinnem com Andrea inita ſob die 4. *Octobris*, pariter eiuſdem anni, in qua, inter ipſom, & Franciſcum, deuentum fuit ad tranſactinnem, & diuiſionem controuerſorum bonorum, tranſactio namque huiuſmodi reddit inefficacem, & elidit aſſertam apocam præcedentis con-
7 uentionis, *l.pacta nouiſſima, C de pact.l.1 § fin ff. de ſtipul. ſeruorum Rot. in Romana domus ſeu retractus* 26. *Maij præteriti cor. Me, §.minùs obſtat*.

Maximè, cum d. renonciatio, & ceſſio fuerit, per eundem Andream, ratificata, & approbata, ita vt non poſſit eam ampliùs impugnare, & in controuerſiam deducere,
8 *c. quod ſemel de reg.iur in pr.Rot.cor.Eminent.Otthob. dec.* 103 *num* 20.*& in Ferrarien. laudemij* 23.*Iunij cor. Eminent. Celſo*.

Poſſeſſio verò. eiuſdem Franciſci, reſpectu bonorom, quæ ſunt compræhenſa, in apoca dictæ tranſactionis confecta inter ipſum, & Andream, reſultat ex dictamet apoca & clauſula conſtituti ibidem adiecta, ita vt propterea, iure, veniat io illa manotenendus, ex addoctis. Gulus, quidem, apocæ veritas oegari non poteſt, cum Andreas in ea ſe ſubſcripſerit, & eius manum legitimè recognouerint, tam Valentinus Hippoiytus, qui præſens fuit confectioni illius, & ſe ſubſcripſit, quam alij teſtes habentes notam manum, quam recognitinnem ſufficere ex ſtylo Rot. firmatum foit cor. *Millino deciſ.*
9 55.*numer.1.& per tot. cor. Buratt.deciſ.905.numer.* 8. *in rec.d* 41.*numer.1.pars.4.* & in alijs.

Hinc non releuat fides Io: Baptiſtæ Paulini, negantis ipſius ſubſcriptionem, & interuentum in prædictæ apocæ confectinne, quooiam, vltrà quod ille ioſenſus eſt Franciſco, & proindè ad teſtificaodum inhabilis, vt comprobat *Farinacc. de Teſt.quæſt.*53.*numer*.1. attenta prædicta recogoitinne, ceſſat qoælibet ſuſpicio inx-
10 ta tradita per *Altogr. conſil.* 50. *n.* 138. & ante per *De-*
11 *cian. conſil.*101 *numer.2.verſic.*4n *conſiderandum eſt, Rot. coram Eminentiſſimo Otthob.deciſ.29.numer.99.* præſertim concurrente obſeruantia, cum Andreas, pioribus
12 Epiſtolis, comprobauerit validitatem tranſactionis, Franciſcus, verò, extioxerit omnia debita communia, & hæreditaria, in ſe accollata, occaſione diuiſionis in d. tranſactinne peractæ, quæ optimè probant veritatem eiuſdem Apocæ *Rot. coram Seraph. deciſ*522. *num.2.&* ſequitur *Buratt.dec.142.num.42.& in rec. dec.* 41.*num.1.& ſeqq.part.4.*

Atteſtationes, verò Iacobi Giuccij, & Io:Baptiſtæ Saluiati, quod Franciſcus, nonquam habuerit aliquid de proprio, omiſſo, quod aliter appareat, ex publicis inſtrumentis acquiſitionum, & alijs ioribus quoad pretiom terræ vocato la *Peſcara*, vodè idem Giuccius legitur, vt teſtis, propria maou ſubſcriptus, non releuant ad falſitatem apocæ, & nihilominus exceptio falſi, niſi ſit adeò nitida, & concludens, vt nollo velamine poſ-
13 ſit offuſcari, apta non eſt ad impediendam maootentionem, ixtà not. per *Poſth. de manut obſeru.* 68. *num.* 3. *Rot.deciſ.*422.*numer.5.&* 15.*par.1.& deciſ.*551.*num.7. par.4.tom* 3.*rec.*

Prædicta eò magis comprobari dicebant, Domini, ex eo, quod Franciſcus pluries obtolit etiam iudicialiter recedere à dicta apoca, vt ſibi læſiua, & velle experiri ſua iura, ea circumſcripta, quam, tamen, oblationem recoſauit, & recuſat Andræas, vnde elicitur animus, & intentio ipſius hoc modo continoandi in poſſeſſione bonorum contra omne iuris debitum.

Et ita vtraqoe &c.

R. P. D. Priolo.

Romana Donationis.

Vener. 11. *Maij* 1663.

ARGVMENTVM.

Donatio facta patri, & filijs, acquiritur filijs, vti filijs. Facta patri, acceptanti pro ſe, & filijs, acquiritur filijs, vti hæredibus. Sed ab hac regula receditur, ex coniecturis, quæ, io hac deciſione, ponderantur excluſis pluribus in contrarium conſideratis.

SVMMARIVM.

1 *Quæ non pendent à noſtra poteſtate debent probari aliundè quam à noſtra aſſertione.*
2 *Aſſertio donantis valdè infert ad declarandam donationem.*
3 *Clauſula,* Et latiùs, *non reſtringitur ad expreſſa.*
4 *Donatio acceptata pro ſe, & filijs, poteſt ſpectare ad filios vti filios, non vti hæredes.*
5 *Clauſula ceterata extenditur, pro hæredibus.*
6 *Donatio pro ſe, & filijs comprahendit maſculos, & fœminas.*
7 *Diſcretiuus modus loquendi arguit diuerſitatem diſpoſitionis.*
8 *Maximè, vbi, in alia parte, nulla eſt diſcretiua locutio.*
9 *Stante diuerſitate, vna determinatio, non comprehendit æqualiter omnia determinata.*
10 *Superfluitas eſt vitanda.*
11 *Auus, donando, præſumitur habere reſpectum ad nepotes.*
12 *Coniectura pro inducenda donatione, ad fauorem filiorum ſimul concurrunt.*
13 *Donatio facta patri acceptanti, pro ſe, & filijs acquiritur filijs, vti hæredibus, non vti filijs.*
14 *Hæc concluſio habet contradictores.*
15 *Et procedit, in dubio, non quando ſunt coniectura in contrarium.*
16 *Coniectura debent deduci, ex inſtrumento.*
17 *Dicta Concluſio, non eſt regula iuris, ſed opinio Doctorum.*
18 *Pro declaranda voluntate ſumuntur coniectura ab extrinſeco.*
19 *Coniectura deducuntur ex indicijs.*
20 *Donatio longè excedens onus, quod habet annexum dicitur titulo lucratiuo.*
21 *Etiam quoad imputationem legitima.*
22 *Acceptans donationem pro legitima longè maiorem etiam ſi habeat aliquod onus non poteſt impugnare.*
23 *Filius tenetur ex debito, famulari, ad fauorem patris.*
24 *Acquiſitio, vt dicatur, ex titulo oneroſo, lucrum debet eſſe æquale oneri.*
25 *Expreſſio meritorum non probat merita.*
36 *Fideicommiſſum non poteſt conſeruari in mercibus quæ ſunt venales.*
27 *In donationibus ſæpè grauantur filij, & non nepotes.*
28 *Vbi eſt eadem ratio, ibi eſt eadem deciſio in caſibus dubijs.*
29 *Factum ex vna cauſa non debet deduci ad aliam.*

DECISIO CXXXXVI.

DOnationem Guidi Iordanis mercatoris fundacalis, acceptam à Gaſpare filio pro ſe, & filijs naſcituris, ſuffragari Annæ Felici vxori, eiuſque filijs, firmarunt iterum Domini, ex coniecturis, ex duabus deciſionibus in cauſa factis, ponderatis; Nam illa inſinuata fuit, à Gaſpare donatario, de mandato Guidi donantis, eodem modo, tanquam facta ſibi, & filijs ſuis naſcituris; Quamuis, enim, ea, quæ non pendent à noſtra voluntate, & poteſtate ſint aliunde probanda, quam ex no-
1 ſtra aſſertione, confeſſio, tamen, huiuſmodi, vtpotè eiuſdem donatarij de veritate facti inſtructi, & informati plurimum vrget, ad declarandam do-
2 nantis voluntatem, *Corn.conſil.*123.*numer.*14 *lib.*1.*Rot. dec.*264. *num.*9. *part.*6.*&* *dec.*68.*num.* 21.*&* 22 *part.*9. *rec.*

Ad quantitatem verò donatam, & modum illam ſoluendi, proximè enunciatum, referri debet clauſula illa, & latiùs, prout, in d. inſtrumento non autem ad expreſſa circa donationem factam ſibi, & filijs, de qua Gaſpar ſe-
3 paratione, & explicitè mentionem fecit, iuxtà doctrinam, *Bart. in l. talis ſcriptura*, §. *fin ff. de legat. primo Mant. de coniect. vlt. vol. lib.*6. *titulo* 13. *numer.* 10. *Alexand. conſil.* 48. *numer.* 6. *&* 9. *lib.* 2. *& conſil.* 580. *numer.* 71. *libr.* 6. *Aym. conſil.* 70. *num* 9. *&* 11. *Rot. dec.* 153. *numer.* 7 *coram Merl & dec.* 469. *num.* 26. *par* 9. *rec.*

Coadiuuatur hæc vehemens coniectura, ex inſtrumento eiuſdem donationis, in quo, dos Annæ Felicis aſſignata fuit Gaſpari præſenti ſimpliciter; donatio vero facta fuit eidem acceptanti, pro ſe, & filijs naſcituris, ſignum euidens, quod filij aliter contemplati fuerunt, in dote, ac in donatione. In iſta, tanquam filij, in illa, tanquam hæredes, vt limitando, tradunt, *Alex. in*
4 *l ſi tibi decem*, §. *ſi paſſus in* 8. *& Iaſ num.* 13. *ff. de pact. Menocch præſump* 58. *num.* 8. *lib* 3. *Surd. dec.* 322. *numer.* 21. *& ſeqq.*

Etiam ſi ſtipolatori vtriuſque, ſit appoſita clauſula
5 ceterata, quæ extenditur pro hæredibus: Quia dum, in donatione addita fuit clauſula, pro ſe, & filijs naſcituris, quod, quidem, verbum, *Naſcituris*, adiectum, filijs, non potuit extendi, niſi ad filios naſcituros, tam mares, quam fœminas, vt reſpondit deciſio *cor. Reue-*
6 *rendiſſ Papien.* §. *an prima ſub die* 14. *Maij* 1657. In dote, verò poſita ſola clauſula ceterata, ex hoc diſcretiuo modo adiecto in eadem parte diſpoſitionis, colligitur, quod non eodem modo, filij contemplati fuerunt in
7 donatione, ac in dote, vt probat *Add. ad Gregor. deciſ.* 301. *numer.* 18. *Rot. in rec. part.* 4. *deciſ.* 235. *numer.* 1.

Idque augetur ex conſignatione fundaci, & rerum fundacalium facta, à Guido Gaſpari, in ſatisfactionem præuentiue factam, de ſumma ſcut. 22. mil. donata poſt mortem expreſsè pro ſe, ſuiſque filiis, ad formam donationis, & quamuis deinde ſubdat, ac hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, tamen placuit reſponſio, quod, cùm valor rerum fundacalium ſcut. 28150. excederet donationem ſcut. 22. mill. reſpectu ſummæ donatæ, ſtipulatio debeat intelligi, pro ſe, & filiis ad formam donationis, reſpectu, verò, reſidui, pro hæredibus & ſucceſſoribus, omnes merces traditæ fuiſſent, abſque vlla diſcretiua, *cap. ad audientiam de de-*
8 *cim. l. vnic.* §. *deficientes*, *C. de caduc tollen.* & in ſpecie tradit *Surd. dec.* 322. *num.* 22. *& conſ.* 554 *num.* 8. *&* 9.

Nec quicquam facit, quod acceptatio facta à Gaſpare, recipiat tam filios, quàm hæredes: ideoque æqualiter illos determinare debeat, etenim illa reſpicit, quidem, vtrumque determinatum, ſed vnumquemque cum ſua qualitate, & diuerſo modo, vnum ab alio, qua data diuerſitate, vna determinatio non æquè omnia determinat, *Aret. in* §. *hinc nobis nu.* 37. *in* 9
fin. ibique Angel. auth. de hæred. & Falcid. Roland. conſil 74. *numer.* 13. *lib.* 2. *Surd. conſil.* 426. *numer.* 4. *verſic & per hanc rationem Rot. deciſ* 527. *num.* 18. *par.* 7 *rec.*

Minus difficultatis facit, quod valor mercium, in exceſſu compenſatus fuerit, partim, per accollationem debitorum fundaci, partim in pecunia numerata; Quia ius non ſtat in modo ſoluendi inferiùs conuento, qui non impedit, quin etiam hæredes remanerent obligati, pro ſumma ſcut. 6150. quæ vltra quantitatem donatam ſupererat, ſed in duplici ac diuerſo modo acceptandi, ab initio bona aſſignata pro filiis, ad formam donationis, & deinde pro hæredibus, quod iudicat expreſſionem hæredum eſſe reſtrictam ad ſummam reſiduam; alias ſuperfluum fuiſſet mentionem facere, de filiis, quod dici non debet, vt ad hunc effectum euitandi ſuperfluitatem aduertit, *Rot. coram Gregor. deciſ.* 424. *numer.* 6.

Coniecturæ, autem, huiuſmodi, eò magis militant in caſu propoſito, quo verſamur in donatione, intuitu certi matrimonii facta ab auo qui non ſolum 11
præſumitur habuiſſe reſpectum ad nepotes, ſicuti latè deducitur, in deciſ. 14. *Martij* 1657. *coram Reuerendiſſimo Meltio*, ſed etiam quod ita voluerit donare, referunt duo teſtes, omni exceptione maiores, quorum alter, qui expleuit minutam inſtrumenti, atteſtatur Guidum mentis, & intentionis fuiſſe principaliter filiis Gaſparis conſulere, adeout ceſſet quælibet ambiguitas, non enim iſtorum depoſitiones, & coniecturæ prædictæ conſiderandæ ſunt, vna, aut alia, de per ſe, ſed debent omnes conſiderari ſimul iunctæ, vt, in terminis donationis, ſeruauit *Rot. coram Merlin. deciſ.* 692. *numer*, 63. *Mantic. de coniect. lib.* 1. *titulo* 3, *numer.* 28. *Honded. conſil.* 68. *numer.* 43. *lib.* 1. *Rota recen. deciſ.* 266. *numer.* 2. *&* 19. *part.* 1.

Quibus non obſtant ea, quæ in contrarium adducebantur, & ſignanter, quod donatio non ſit facta patri & filiis, ſed patri ſtipolanti, pro ſe, & filiis, in quo conſiſtit tota vis contrariæ opinionis, quod tunc donatio acquiritur filiis, vti hæredibus, non autem, 13
vti filiis, iuxtà *gloſſ. in l. ſi tibi decem*, §. *ſi paſſus verbo proderit*, *ff. de pact.* quam ex profeſſo comprobat *de Marin. lib.* 1. *reſol. capit.* 8. nam, vltrà quod illa habet plures ac grauiſſimos contradictores relatos per *Cutell. de donat. contempl. Matrimon. tract.* 2. *di-* 14
ſcurſ. ſpecial. 25. Domini reſponderunt eam, in dubio, procedere, & præualere, &c. ſecus, quando adſunt coniecturæ pro vocatione filiorum, ad quas eſſe recurrendum, pro habenda contrahentis voluntate, concludit, *gloſſ. in d. l. ſi tibi decem*, & cum ea 15
omnes Doctores pro contraria allegati, & latè dictum fuit, in præterita *deciſ.* 22. *Martij* 1662. *co-* 15
ram Me.

Nec refert, quod coniecturæ, vt à regula recedatur, deduci debeant, ex eodem inſtrumento, Tum 16
quia concluſiu deducta non eſt regula ſcripta in iure, ſed opinio Doctorum, ſicuti quoque obſeruat *Cutell.* 17
vbi ſupra numer. 8. Tum, quia non agitur de inducenda voluntate, ſed tantummodo declarant, quo caſu admittuntur coniecturæ extrinſecus ab inſtru- 18
mento, & à poſteriori deſumptæ, vt voluit *Bart. in l. marius* 2. *numer.* 4. *ff. de vulg. & pupill.* quem referunt, & ſequuntur *Imol. in capit. Raynutius numer.* 116. *de teſtam. Calcan conſ* 8. *numer.* 2. *ad cred. verſ. ſed etiam*, *Mantic. de coniect. lib.* 11. *titulo ſecundo*, *n.* 9. *verſ. verum planè*; non enim ex demonſtrationibus ad oculum concludentibus, ſed ex inditijs probabilibus coniecturæ deduci debent *Rot. cor. Merl. deciſ.* 228. *num.* 19
27. *&* 28.

Cætera icula viſa ſunt, & de facili remoueri, & primo ad liber-

Digitized by Google

libertatem donationis, deductam, ex onere imputandi
bona donata in legitimam, nec non ex remuneratione
meritorum, clara patet reſponſio. Quia quoad legiti-
mam, cum donatio longè illam excedat non ceſſat titu
20 lus lucratiuus, *Gabr. conſ. 127. num. 31. lib. 1. Rot rec. par. 7.*
deciſ. 27. num. 2. Magis enim vtile fuit Gaſpari donatio
nem, in hac ſumma recipere, cum onere reſtituendi fi-
lijs, quam liberam habere ſolam portionem legitimæ,
21 iuxta tradita per *Hodiern. ad Surd. deciſ. 322. num. 43.*
Pignatell. controu. lib. 2. cap. 34. cum alijs *in dec. Reue-*
rendiſs. Papien. Cumque hac præuentiua ſolutione maio-
ris quantitatis accepta in vita patris, videtur adeò com-
penſatum onus ſuper legitima impoſitum, vt non poſſit,
22 eo defuncto, vocari, ſicuti probat idem *Hodiern. vbi ſu-*
pra num. 45. quicquid, ſecus dicendum eſſet, vbi bona
donata legitimæ connumerantur, vt, in his terminis lo-
quitur, *Rot. apud Merl. de pignor. deciſ. 110. num. 46.*

Quoad remunerationem meritorum, reſponſio eſt pa-
riter clara; Quia, cum filij teneantur, ex debito erga
23 patrem, ex vnt. *Menoch de præſumpt. lib. 3. præſ. 29. num.*
12. & ſeqq. Paſchal de patr. pot. par. 1. cap. 3. num. 25. ſerui-
tia à Gaſpare præſtita, in fundaco, & ſimilia non ſunt
talia, quæ correſpondeant donationi ſummæ notabilis,
24 quæ requireret ad effectum, vt præſtaret titulum one-
roſum, vt latè dictum fuit *in Romana Cenſus ſeu Saluia-*
ni 8. Iunij 1654. coram Bichio; Imò expreſſio meritorum
huiuſmodi videtur potiùs color quæſitus, in cortice ver-
25 borum, quam ita ſe veritas habere, vt admonet *Bald. in*
l. fin. num. 2. verſ. non obſtat ff. de exercit. act. Menocch.
conſ. 112. num. 23. Rot. in Rom. ſeu Elina donationis 23.
Martij 1640. cor. Reuerendiſs. Ghiſilerio.

Aliud, de qualitate mercium, ſuper quibus, tan-
quam venalibus, non poſſit conſeruari fideicommiſ
26 ſum, tollitur ex facto, dum donatio eſt quantitatis ſcut.
22. m. exigen. poſt mortem ex effectibus, & bonis
eiuſdem, non autem mercium, nec dicatur eſſe inueri-
ſimile, quod donator voluerit grauare filios onere fidei-
commiſſi, & non nepotes, cum id ſæpè contingat, & in
27 his donationibus contemplatione certi matrimonij com-
muniter fieri ſolent; quod autem ita donatarius nemi-
nem inueniſſet, qui vellet contrahere, cum ipſo, ceſſat
ex eo, quia ſicuti donator ipſe, ex hac ratione non retra-
hebatur ab obligando, ſe erga filiam, ita nõ retrahebatur
ab obligando filios erga nepotes, quandò enim militat ea-
dem ratio. eadem fit deciſio caſuum dubiorum, vt in
28 quit *Bald. in l. de quibus ff de leg. Alex. in l. 5. in fin. & conſ.*
75. num. 3. lib. 5. Aym. conſ. 118. num. 15.

Nec eſt recurrendum ad illud, quod Lucidus expreſ-
ſerit in teſtamento, ſcilicet, quod ipſe donationem fe-
cerat Gaſpari, nulla facta mentione filiorum, cauſa nam-
que huius eſt, non, vt filios excluderet, ſed ne omittens
29 Gaſparem inſtituere teſtamentum, ex defectu, præteritio-
nis corruiſſet, cum ergo hoc fecerit, ex neceſſitate, quam
habebat, reſpectu illius, non autem reſpectu
filiorum, & nepotum reſpectiuè, non poteſt
exindè validum argumentum in con-
trarium deſumi, vt in ſpecie pon-
derat *Rimnald. conſ. 174.*
numer. 38. Maſtril.
deciſ. 305. nu.
6. & 7.
Et ita cauſa ſemel atque
iterum propoſita;
vtraque &c.

R. P. D. Priolo.

Romana Vſusfructus.

Ven. 4. Febr. 1661.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta, cum onere ſoluendi aliquid, vel habendi vſumfructum, ex his, onere acceptato, non poteſt quis redire ad aliud, & talis acceptatio, ſeu electio fieri poteſt à muliere ſine ſolemnitatibus. Et quando legatum cenſeatur relictum animo compenſandi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, à qua non appellatur tranſit in rem iudicatam.*
2 *Sententia in iudicatum tranſacta venit exequenda.*
3 *Ceſſante læſione, ceſſat reſtitutio in integrum.*
4 *Remittens ſemel vſumfructum, non poteſt amplius illum prætendere.*
5 *Legatum correſpondens obligationi cenſetur relictum animo compenſandi.*
6 *Obligatio alternatiua ſufficit, vt in vna parte verificetur.*
7 *Solemnitates ſtatuti non requiruntur in contractu facto in conſequentiam alterius.*
8 *Solemnitates, in contractu, adhibitæ comprahendunt totum contractum & pacta in eo contenta.*
9 *Contractus vtilis non requirit ſolemnitates.*
10 *Nemo impugnat factum proprium.*
11 *Legatum compenſatur cum vſufructu.*
12 *Hæres non poteſt impugnare, quod non poterat defunctus.*
13 *Legatum ex coniecturis præſumitur animo compenſandi.*

DECISIO CXXXXVII.

PRæuijs duabus deciſionibus, firmatum fuit, per ſen-
tentiam Rotalem, *cor. Reuerendiſs. Cerro* vſumfru-
ctum Vineæ, quem Margherita, in donatione illius fa-
cta Zenobio Ciliano, ſibi reſeruauerat, non fuiſſe debi-
tum, a qua ſententia, cum non fuerit appellatum, de-
di dubium, iuxta formam commiſſionis executorialis;
An conſtet, de re iudicata, ſeu potius de cauſis reſtitu-
tionis in integrum, & reſponſum fuit, quoad primam
partem affirmatiuè, negatiuè vero, quoad ſecun-
dam.

Dum enim nulla fuit interpoſita appellatio, cauſa re-
manſit deſerta, ac ſi pars illi acquiſiuiſſet, & ſententia
tranſiuit in iudicatum, *c. cum inter 13. & c. quoad con-* 1
ſultationem 15. de ſent. & iudic. Aym. conſ. 103. num. 1.
Rot. deciſ. 5. de ſent. excom. in nou. quæ propterea venit
omnino exequenda, *l. ſi non obtulit 6. ſi ex conuentione ff* 2
de re iudic. l. 2. C. de exec. rei iudic. Mant. deciſ. 82. num.
3. in rec. deciſ. 612. num. 2. par. 1. & deciſ. 246. num. 1. par.
2. & in alijs

Cauſa, verò, reſtitutionis in integrum, ceſſat propter
Iuſtitiam eiuſdem ſententiæ reſultantem, ex eiſdem deci-
ſionibus, qua ſtante deficit læſio, ſine qua, non conce-
ditur reſtitutio in integrum, *c. 1. ibi Abb. numer. 2. de* 3
reſt. in integr. Rot. deciſ. 1. eod. tit. in nou. in rec. deciſ. 331.
num. 1. coram Merl. deciſ. 33. num. 3. apud Canaler. deciſ.
149. num. 2.

Siquidem non poteſt controuerti, quod Margheri-
ta donauerit, cum ſolemnitatibus, vineam, de qua agi-
tur Zenobio, reſeruato vſufructu, eius vita durante, cum
pacto, quod ſi ipſa ſuperuiueret Petro, eius viro, poſſet,
vel

vel retinere d. vſumfructum, vel eo dimiſſo, permanere
in domo donatarij, qui eidem victum veſtitum, & habi-
tationem præſtare teneretor; Vnde cum iſte caſus eue-
nerit, & ſucceſſiuè eadem Margherita, ob prouectam,
& ingraoeſcentem ætatem, vineam colere oon valens,
eligendo cooſequi alimenta, in domo donatarij remiſerit
vſumfructum huiuſmodi, non potoit ampliùs ad illum
4 redire ad *tex. in l quaritur. ff. de edil. edict. Aym. conſil. 24.
num. 4. & conſ. 114. num. 10. Rot. dec. 382. num. 1. part. 1. rec.
& deciſ. 125. num. 4. par. 8. & in Romana fideic. 5. Decem-
bris* 1655. *coram R. P. D. Veroſpio*.
Quod autem ipſa conſecuta fuerit alimenta ab anno
5639. quo facta fuit renunciatio, vſque ad obitum, nec
etiam eſt dobitandum. Iulius Cilianus, qui in inſtru-
mento dictæ renunciationis, ad illorum præſtationem,
ſe obligauerat, pro Zenobiu abnepte eandem Marghe-
ritam retinuit, & aluit in propria domo, vſque ad annũ
1644. quo ipſe decederet, fuit legatom ſcut. 6. quolibet
meoſe, cum habitatione, quod ſanè, cum correſpondeat
5 obligationi, præſumitur relictum in ſatisfactionem, &
implementom eiuſdem oneris, *Caſtren. in l ſicut dotem
23. l. ſi pater, nu. 2. verſ. ſi tamen, ff ſol. matrim. Aym. conſ.
249. nu. 5. & conſ. 301 num. 6. Menoch conſ. 46. num. 2. Rot.
deciſ. 312. num. 9. par. 7. rec.*
Maximè, quia in eodem inſtrumento renonciationis,
conuentum fuit, quod eatenus liceret Margheritæ redi-
re ad vſumfructum reounciatom, qoatenus Iulius ei
non traderet alimenta, vel alias non prouideretur, ideò,
cum eidem prouiderit de dd. ſcut. 6. menſtruis, & habi-
tione, ceſſat facultas redeundi ad iura renunciata, dùm
enim onus alendi relictum non fuit ad alimenta præ-
ſtanda, potiùs in ſpecie, quam in quantitate, ſed fuit con-
6 ceptum alternatiuè, ſufficit, quod implemento vnius ha-
bitus fuerit effectus contemplatus, *iuxtà cap. in alterna-
tiis de reg. iur. in 6. & benè dec. Reuerendiſs. Decani*.
Non obſtat, quod iſta renonciatio facta ſit noo adhi-
bitis ſolemnitatibus ſtatuti, quia cum illæ ſeruatæ fue-
rint, io principali contractu donationis, nun erant ite-
7 rùm, & de nuuo ſeruandæ *Alex. conſ. 186. n. 13. lib. 2. Car-
pan. ad Stat. Mediol. part. 1. cap. 328 nu. 519.* & firmauit
*Rot. deciſ. 259. nu. 3. poſt Zacch. de Oblig. Camer. & apud
Merl. deciſ. 364. num. 2. & 3.*
Minùs facit, quod ſolemnitates adhibitæ, in primo
inſtrumento, cadant ſuper validitate eligendi victum, &
habitationem, quia cum interuenerint, in toto contra-
ctu compræhendunt etiam pacta, lo eo, contenta, alias
in qoolibet pacto deberent adhiberi nouæ ſolemoitates,
8 vt aduertit *Pic. ad Stat. Vrb. gloſſ. 21. num 18. & ſeqq. Rot.
dec 316. n 77. p. 2. diuerſ. & in Auximana fideic. de Tibal-
dinis 26. Ianuarij 1654 coram Reuerendiſs. Cerro*
Propterea, com nulla interceſſerit læſio, imò contra-
ctus fuit vtilis mulieri, dom pro fructibus vineæ, qui
dempto caoone vix aſcendunt ad ſcut. 91. & aliquando
minùs, aot nihil ferant propter caſus, qui ſemper in vi-
neis accidunt, recipit legatum ſcut. 6. menſtruorum, &
habitationis, qood eandem ſummam adæquat, non fuit
9 opus alio decreto Iudicis, & ſolemnitatibus *Surd. conſil.
9. num. 15. Rot. deciſ. 173. num 8. apud Zacch. de obligat.
Camer.*
Sed vtcumqoe ſit, dicebant Domini, ſufficere, quod
legatum fuerit factum, aoimu compenſandi, quodqoe
mulier illud agnouerit, dom legatom habuit qoouſque
vixit; Vnde quemadmodum, ſi ipſa viueret, non poſ-
10 ſet impugnare factom propriom, ſed teneretor legatum
compenſare, cum vſufructu, ad *tex in l. compenſandi, C.
11 de hæred. inſt. l. creditorem ibique gloſſ. de leg. 2. Alex. conſil.
132. num. 2. lib. 2. Mant. de tacit. lib. 10. tit. 2. num.* 18. Ita
etiam tenetor hæres illius, qui noo poteſt impugnare, id,
12 quod non poterat ipſa defuncta, *l. cum à matre Cod. de re
iudic. Gabriel de reg. iur. concl. 11. nu 6. Natt. conſ. 214. nu. 1.
Menocch. conſ 89. num. 37. Surd. conſ. 73. num. 34. & 143.
num 9.*
Prætenſio, qood Iulius, non fecerit legatom, animo
compeoſandi, ſed illud reliquerit Margheritæ, nomine
famulæ, nullo modo, ſobſiſtit; quoniam vltra, quod
non conſtat, ipsã talem, re vera fuiſſe, cùm idem Iulius,
his, quæ ſpacio 20. annorum ſibi inſeruierant, vix ſcut. 10
reliquerit, inueriſimile videtur, quod voluerit ingens fa-
cere legatum mulieri, quæ dumtaxat 10. annis, in eius
domo, habitauerat, ideoqoe conſtans, & illæſa remanet
præſumptio, oe ſuom iactauerit teſtator, quod illod re-
liquit animo compenſandi præſomptionibus, & con-
iecturis præmiſſis, quas etiam ponderat *Grat. cap. 274. n. 1
& ſeqq. Altog. conſ. 68 nu. 35. & ſeqq.* 13
Hinc vis facienda noo eſt, contra habilitatem Nota-
rij, qui de inſtrumento renunciationis rogatus fuit, nam
ſiue renunciatio ſit valida, ſiue non, ſatis eſt, quod mo-
lier non poſſet prætendere vſumfructum, cum legati
compenſatione, & nihilominus obiectum fuit aliundè
ſublatum in deciſionibus Reoereodiſs. Decani. Ex qoi-
bus Domini dixerunt conſtare de re iudicata, noo autem
de cauſis reſtitutionis in integrum.
Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Priolo.

Senogallien. Hæreditatis, ſeu Dotis.

Lunæ 26. Maij 1664.

A R G V M E N T V M.

Maritus acqoirens, ſoo, & vxoris nomine, ſi de pro-
prio ſoluit, pretium, acquirit ſibi, non vxori, alias
diceretur nulliter donationem facere, in fauorem
vxoris, quod non licet, niſi maritus prædecedat, &
perſiſtat in voluntate.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio dominij non attenditur in interdictis poſſeſſo-
rijs.*
2 *Niſi conſtet incontinenti de non iure agentis.*
3 *Maritus acquirens nomine vxoris ſi ipſe pretium ſoluit
ſibi acquirit non vxori.*
4 *Vxor quicquid acquirit cenſetur acquirere ex pecunia
mariti.*
5 *Maritus non poteſt aſſerere acquiſiuiſſe, ex pecunia
vxoris.*
6 *Donatio, inter virum, & vxorem morte confirmatur.*
7 *Ad hoc autem requiritur prædeceſſus donantis tradi-
tio, & perſeuerantia vſque ad mortem.*
8 *Donatio, per alienationem rei donata, dicitur reuoca-
ta.*
9 *Hæres viri non tenetur reſtituere, niſi dotem verè ſo-
lutam.*
10 *Legatum compenſatur, cum lucro dotis debito ex ſtatu-
to.*
11 *Augumentum non datur ſine aucto.*
12 *Pro Augumento, vel dote datum, intelligitur pro
dote.*
13 *Hæres viri non condemnatur ad reſtitutionem dotis,
niſi conſtet de promiſſione dotis.*

D E C I S I O CXLVIII.

FLorentina inſtituto Iacobo viro, in vſufructu, & in
proprietate, nepotibus, Iacob ſecundo duxit in vxo-
rem Hieronymam, contra quam, vti hæredem Iacobi,
egerunt Thomas, & fratres de Colinis, ad immiſſioem
bonorum hæreditariorum amitæ, nec non, ad reſtitu-
tionem florenorum 850. loco prædij *del Zappale*, ſed ab
vtraque petitione fuit abſoluta Hieronyma, cui abſolo-
toriæ acquieſcentes fratres prædicti, introduxerunt no-
uum iudiciom, pro reſtitutione dotis eioſdem Auiæ; in
quo pariter obtinuit Hieronyma ab impetitis abſolui;
Cum

Cum autem vtraque ſententia reuocata fuerit, in gradu
appellationis cauſa in Rota, mihi commiſſa, dubitaui,
An, & quid Hieronyma reſtituere teneretur, & reſpon-
derunt DD. eam non teneri reſtituere, niſi duas tertias
partes prædij Iuliani, & quoad aliam tertiam partem,
facta compenſatione fructuum, perceptorum ex vſu-
fructu.

Nam, quoad prædium in Fundo Zappalis, à Iacobo
venditum, obitat Fratribus de Colinis exceptio Domi-
nij, quæ licet, in interdictis poſſeſſorijs non debet admit-
1 ti, fallit, quando conſtat in continenti, de non Iure agen-
tis, vt notant DD. *in l. fin. C. de ed. D. Adr. toll. Rot diuerſ*
2 *par. 2. dec. 201. num. 8. & deciſ. 9. num. 27 poſt Poſth. de ma-
nut. & latiſſime Pacif. de Salu. inſp. 2. cap. 2 n. 5.*

In propoſito conſtat, ex ipſo Inſtrumento venditio-
nis, prędium illud non fuiſſe proprium Florentinę vxo-
ris, ſed Iacobi mariti, quia licet emptum fuerit à viro, no-
mine vxoris, cum tamen ipſe, non illa precium ſoluerit,
3 eidemque viro tradita fuerit poſſeſſio, dominium fuit
acquiſitum viro, & non vxori, cuius nomen cenſetur ſi-
mulatè appoſitum, ex notat. per *Bald. Salyc. Caſtr* &
alios *in l. multum intereſt, C. ſi quis alt. vel ſib. Bald. conſil.
407. n. 8. lib. 1, Dec conſ. 534. num. 16. & ſeqq. Socc. Sen. conſ.
129. n. 22 lib. 4. Capyc. dec. 213. num. 18.*

Precium ſolutum fuiſſe à Iacobo viro patet, ex eodem
Inſtrumento, in quo ipſe ceſſit venditori ad computum
precij ſocietatem officij ſcut. 100. contra Iulium Cano-
nium, promiſitque ſoluere reſiduum floren. 640. in plu-
ribus vicibus, quos poſteà ſoluiſſe apparet, ex quietantia
ab eodem reportata, abſente vxore vſque de anno 1609
& non refert, quod in d. Inſtrumento aſſeratur Floren-
tiam ſoluiſſe florenos 100. nam vltra quod id non aſſe-
ruit maritus, & ſi aſſeruiſſet, nihilominus, quia quid-
quid vxor quęrit exiſtimari ſolet acquiſiuiſſe ex pecu
4 nia mariti, *l. quintus Mutius, ff. de donat int. vir. & vx.*
niſi aliunde conſtet pecuniam fuiſſe propriam vxoris,
talis aſſertio facta, conſtante matrimonio, in fraudem
donationis prohibitæ inter virum. & vxorem facta præ-
5 ſumitur. vt abundè probat *Pariſ. lib. 1. conſ 62. nu 10. &
per tot. Socc. Sen. conſ. 66. num. 8. lib. 1. Mareſcot. var. reſol
lib. 2. cap. 82. n. 4. Fontanell. de pact. nup. clauſ. 7. gl. 3. par. 5.
n. 33. Merend contr Iur. tom. 3. lib. 16. cap. 21. num. 6. Capyc.
Latr. conſ. 44. n 35. & ſeqq lib. 1.*

Non applicatur, quod donatio inter virum, & vxo-
rem, licet ab initio nulla morte tamen viri confirma-
6 tur, quia limitatio procedit, quando vir vxori prædece-
dit, ac interuenit traditio, ac perſeuerantia voluntatis,
7 vſque ad obitum, vt obſeruat, *text. in l. Papinianus, ff. de
donat. int. vir. & vxor.* & cum eo *Mantic. de tacit. lib. 21.
tit. 7. num. 23.* In præſenti autem caſu deficit traditio, &
vxor prædeceſſit viro, nec non conſtante matrimo-
nio facta fuit per virum, alienatio, ex qua donatio infir-
mata, & reuocata remanſit ad *tex. in l. cum hic ſtatus*, §.
8 *ſi maritus, ff de donat. int. vir. & vx. l. ſi maritus la ſecon-
da, C. eodem tit. Mantic. vbi ſupra d. lib. 21. tit. 30. n. 3.* cum
alijs per *Merl. de pign. lib. 4. tit. 5. q. 141. n 1.*

Quò vero ad dotem Florentinæ nullibi conſtat, eam
habuiſſe aliam dotem, quam prædium, in fundo Iulia-
9 no; Vnde non poteſt Hieronyma hæres Iacobi, ad aliud
teneri, niſi ad duas ex tribus partibus illius, nam reſpe-
ctu alicuius tertiæ partis Iacob illam, ex Statuto Rocchę
Contradæ lucratus fuit, ob prædeceſſum Florentinæ,
ſuper qua propterea competit retentio hæredi compen-
ſatis tamen fructibus perceptis, ex vſufructu Iacobo à
Florentina relicto, quia cum lucrum ex dicto Statuto
neceſſario debeatur, compenſandum venit, cum legato.
10 *Menoch. praeſ. 109. num. 35. lib 4 Mantic de coniect lib. 10.
tit. 2. n. 7. Gabriel. conſ. 16. nu. 30. & ſeqq. lib. 1. Fenzon. ad
Stat. Vrb. lib. 4. cap. 131. num* 50.

Nec obstat, quod in aſſignatione dicti Prædij in fun-
do Iuliani, dicatur illud tradi, in augumentum dotis,
11 ex quo infertur Florentinam habuiſſe aliam dotem, cum
non detur augumentum, ſine aucto; Tum, quia poſt
verba in augumentum additur, & dotis nomine, per
quod incertum remanet, an d. Prædium fuerit aſſigna-
tum in dotem, vel in augumentum; Tum etiam, quia 12
donec non probatur in qua re, & quantitate conſiſtat
reliqua dos, ex præcedenti promiſſione, vel alijs proba-
bilibus coniecturis non poteſt Hieronyma hæres Iacobi 13
ad reſtitutionem condemnari *ad tex. in l. 1 Cod. de donat.
ant. nupt l. ſi quis poſt hac, vbi gl. verb. dotalium, C. de bon.
preſc. l. penult. §. mulier, ff. ſol. matr. Rot. in rec. deciſ. 306.
num. 39 & ſeqq. par. 7.* cum alijs *in Romana Dotis 21. Fe-
bruarij* 1650. *coram Eminentiſs. Corrado* confirmata 11.
*Februarij 1656 coram R. P. D Beuilaqua, & 10. Decem-
bris 1656. coram Reuerendiſs. Meltio.*

Et ita vtraque &c.

R.P. D. Taya.

Aſculana Beneficij.

Ven. 23. Maij 1664.

A R G V M E N T V M.

Reſignanti Beneficium, non abdicatur ius, ſuper eo,
donec reſignatarius capiat pacificam poſſeſſio-
nem; Vndè ſi contingat dubitare, de validitate re-
ſignationis, interim manutenetur reſignans, tàm
contra reſignatarium, quàm contra tertium.

S V M M A R I V M.

1 *Reſignatio beneficij debet publicari intra 6. menſes.*
2 *Manutentio datur poſſeſſori.*
3 *Reſignanti non abdicatur ius ſuper beneficio reſignato, donec reſignatarius acquirat beneficium.*
4 *Beneficium non dicitur plene acquiſitum, niſi fuerit capta poſſeſſio.*
5 *Reſignatarius non capit poſſeſſionem ante publicationem.*
6 *Manutentio datur habenti ſolam detentationem.*
7 *Reſignans manutenetur, quando dubitatur de validitate reſignationis.*

D E C I S I O CXLIX.

CVm Eccleſia, ſeu Cappella S. Petri ad Vincula, per
obitum Lęlij, apud Sanctam Sedem vacaſſet, fuit
collata Lactantio 13. *Iulij* 1644 quem Ordinarius immi-
ſit in actualem, & corporalem poſſeſſionem 10. *Auguſti
ſeq.* & profeſſus etiam Iacobus in ſua impetratione, ex
cauſa reſignationis factæ, poſteà Benedicto, non publi-
catæ ad conſtitutionem *bo: me: Greg XIII.* de qua latè, 1
*Pariſ. de reſign. q. 7. num. 34. & ſeqq. lib. 11. Rot. dec. 208. n. 7.
& ſeqq p. 9.* Vnde propoſito dubio, an Lactantio ſit dan-
da manutentio, pro ipſo informante, Domini reſponde-
runt, vtpotè poſſeſſori, §. *retinendæ inſtit. de interdicto*
præſertim iusto, & legitimo ad tradita, *a Poſt. obſeru. 11.* 2
ab initio.

Nec obſiſtit reſignatio, quia non conſtitit, & quate-
nus conſtitiſſet, conſtare quoque debuiſſet conſumatio
reſignationis, & in reſignatione facta in fauorem alte-
rius, reſignans dicitur etiam poſſidere, & titulum colo- 3
ratum habere, donec reſignatario beneficium requira-
tur, & cum effectu, vt eſt communis concluſio, plene au-
tem non dicitur acquiſitum, niſi fuerit capta poſſeſ- 4
ſio iuxta communem opinionem apud *Pariſ. de reſign.
quæſt. 3. num. 47 & q. 5. num. 37. & 38. & q. 11. num. 10. &
ſeqq. lib. 1. Garz. de benef. cap. 1. num. 139. & 140. part. 1.
Loter. de reb. benef. q. 14. num. 89. & 90. lib. 3. Poſt de manut.
obſeru 57. n. 19.* & vbique ſæpè ſæpius *Rot. max me cor.
Ludouiſ. dec. 138 num 6. & coram Eminentiſs. Ottbob. dec.*
106. *num 4. & nouiſs. dec. 190. num. 11. & 12. par. 9.* vbi di-
citur hoc non habere contradictorem, & ſic poſſeſſio
occupa-

Digitized by Google

nem, & obſeruantiam diuiſionis,pro facto ipſorum diui-
deotium,ſed non includant euictionem, & litem prooe-
nientem, ex natura, & qualitate boorum, vt probat
10 *Alex in d.§.duo fratres num.30. verſ.præterea* ibique
*Iaſ.num.33. Rip. num. 45.ff. de verb oblig.Pereg.de fideic.
art.12.num.65.* & dixit *Rot.coram Buratt.deciſ.89. num.
8.& ſeqq.& in Romana fideicommiſſ. de Maximis* 11.
Ianuarij 1649.*coram Reuerendiſs. Decano*.

Clauſula verò, *ad habendum*, & *pleno iure diſponen-
dum*, non videtur vrgere, nam, eſto, quod , ex facultate
alienandi à partibus ipſis, illius vigore, ad inuicem,attri-
buta, videatur inducta renuociatio fideicommiſſi condi-
tionalis, io qoibus terminis procedunt auctoritates in cō-
trarium adductæ, ſecus, tamen eſt, quando prout hic,fa
cta fuit diuiſio à procuratoribus non habentibus ſpecia-
lem facultatem remittendi fideicommiſſum, ſed ſimpli-
citer ad diuidendom, & acceptandam partem diuiſam,
tunc enim, per talē diuiſionem, quibuſcumque clauſulis
coocepta ſit, non dicitur renunciatum fideicommiſſo ,
de futuro, vt declarat *Soccin.Sen conſ.*251.*num.* 19. *verſ.*
11 *ex quibus patet ſolutio lib.2.Alex.d.conſ.208.num.5.& 6.
lib.6.Odd.conſ.49.num.8.&* reſpondit *Rot. cor. Buratt d.
dec.89.num.16.& in d.Roman.fideic.de Maximis* 11. *Ian.*
1649.*cor.Reuerendiſs.Decano,§.quia fortius*.

Nam quemadmodum procuratores iſti , non potuiſ-
ſent, ex defectu facultatis, per pactum ſpeciale remittere
inter fratres fideicommiſſum, ita, metiendo voluntatem,
à poteſtate, nec cenſeot, per claoſulam illam,voluiſſe id,
12 quod non poteraot, loxtà dedocta per *Rip.d.§.duo fratres
num.80.Roman.d.conſ.403.num.5.Soccin. d.conſ. 25.num.
19.Alb.conſ.29.num.*16. quin imo noo ſolum non habe-
bant facultatem huiuſmodi, ſed nec minor ſcientiam fi-
deicommiſſi,cum, de eo, nec, in mandatis, aliqua mentio
præceſſerit , nec , in ipſo inſtromento diuiſionis, habita
fuerit ; vodè nullo modo, cenſentor cogitaſſe reouncia
13 re fideicommiſſo,quod ignorabant,vt benè deducit idem
Rom d.conſ 403 num.6. Ode. d conſ.49.n.9.

Approbatio diuiſionis , per ſubſecutam poſſeſſionem
fratrum portionis diuiſæ, non releuat, quia reſtricta cen-
ſetur ad ea, quæ validè facta fuerunt ab eorum procura-
14 toribus, non autem extenditor ad renunciationem fidei-
commiſſi, pro qua deficiebat facultas; illa enim,non prę-
iodicat niſi indiuidualis notitia iuris . & facti in appro-
bante iuſtificetur,ex adductis per *add.ad Gregor.dec.*209.
15 *num* 8. & ità huic obiecto reſponderuot *Soccin d. conſil.*
251 *num* 21.*Alb.d.conſ.29.nu.76.Odd.d.dec.49. num.* 10.
*Rot.d dec.89 num.17.quod Buratt & d.Romana fideic. de
Maximis cor.Reuerendiſſ Decano,§.ratificatio.*

Nec prædicta euitantur, ſub prætextu detractionum ,
ex perſona Iulij competentium , etenim , reſpectu dotis
maternæ corruit prætenſio, dum illa conſiſtit io prædio
Rubani, & Gazzanigi, quæ fuerunt tradita, pro fundo
dotali. adeò vt eadem reſtitui debeant,nec pretium repe-
16 ti poſſit, ſuper alijs corporibus, *l.fin C.de pact. dotal. Bar-*
17 *boſ.in l.ſi æſtimatis* 51.*num.35 ff.ſol matrim Rot.apud Ca-
ualer.dec.574.num.2.cor.Merl.dec.792.num.1.& in Rom.
fideic.de Donatis 7.Iunij 1660.cor.Eminen.Cerro.*

Quoad legitimam, & Trebellianicam ceſſat obiectum
ex quo Iulius ante alienationem controuerſam, diſtraxit
mobilia valoris librarum 12. mil. cum tamen pro dimi-
dia dumtaxat alienare potoiſſet. Ideoque pro dimidia lib.
6000. tenetur pretium reſtituere fideicommiſſario, vel in
ſuas detractiones imputare, *Honded.conſ.59.num.* 14. *lib.*
18 2,*Merl.de leg lib.2.tit.2.qu.6.num.9.*& ex pretio Anzolæ
tornaturarum 140. alienauit tornaturas 16. ex quibus
alienationibus etiam pro reliquis toroaturis 14. deficien-
tibus legitima,& Trebellianica quæ ſemis erat,fuit abun-
dè conſumpta cū primę alienationes cedant in detractio-
19 nes debitas,vltimæ. vero,retractentor ad *tex.in l.Marcel-*
20 *lus §.res quæ,ff ad Trebell Rot in rec.dec.399.num.*28. *&*
29. cum alijs per *add ad Gregor.dec.580.nu.8.& in d. Ro-
mana fideic.de Donatis,§. de ſua tamen.*

Prætenſio verò,detractionis dotis Iacobæ vxoris eiuſ-
dem Iulij, à qua cauſam habet idem Alexander, tollitur,
exquo, de ea, oulla dator iuſtificatio,& ideò fruſtrà prę- 21
tenditur illam extrahi ex bonis fideicommiſſarijs,in vim
auth.res quæ,C.comm.de leg.

Conſtito, igitur, de bono iure Franciſci, dixerunt Do-
mini, eidem dandum eſſe mandatū de manutenēdo quo
docet de eius poſſeſſione, per inſtrumeotum appræhen-
ſionis illius, vigore ſententiæ, & mandati auditoris gene- 22
ralis Booniæ, quo ſtaote . Alexander omnem poſſeſſio-
nem amiſit, cum iudex priuet poſſeſſorem, ſua anteriori
poſſeſſiooe , illamque transferat in immiſſum , *l. iuxtà
poſſidet, ff.de acquir.poſſ.Angel.in l.quam poſſidere,§.qui ad* 23
*nundinas, num.2.in fin vbi Iaſ.num.20.ff.eod.Rot dec.*305.
num.1.par.6. rec. & in Vercellen. manutentionis 28. *Iunij*
1655.*cor Bichio*.

Non obſtat, qood ſententia lata fuerit, Alexandro tūc
in carceribus, detento , & propterea nolla ſit , tanquam
lata contra carceratum . Quia , cum Bononiæ non defi-
ciat copia patronorum caoſarum,imo Alexander,ſpatio 24
vnius anni, & vltrà comparuerit, per procuratorem , à
quo cauſa ſemper deluſa fuit , debebat tunc etiam pro-
curatorem mittere qui caoſam defenderet,atque ita pro-
ceſſus rectè ſubſtinetur, iuxtà Theoricam *Bart.in l is qui
reus num 14.ff.de publ.iudic.Vand.de nullit ex defectu iu-
riſd & vnde ac quib.mod.num.161.verſ.ſi quis Pariſ. conſ.*
102.*num.5.lib.4.Farinacc.de Inquiſ.q.11.numer.54 verſic.* 25
contrarium .

Data autem, validitate, ac iuſtitia ſententiæ predictę,
oon ſuffragatur eidem ſubſequens decretom manuten-
tionis reportatum ab A.C. quod vlterius nullum eſt,tum
quia proceſſum fuit, per contradictas , licet in actis com-
paruerit procurator Franciſci citatus ab eodem Alexan-
dro, quod nequaquam fieri potoit, vt probat, *Gratian. c.*
686 *num.19.& 27.Rot.cor Buratt.dec.409.nu.* 12. ibique 26
add.& dec.193.nu.7 par.8.rec. Tum , ex eo quod manu-
tentio decreta fuit, non tranſportatis actis prioris inſtan-
tię, vt omnioò opus erat, *Rot dec.131.num.8.& 264. nu.*
12. *apud eandem Buratt.* & in ſpecie apud *Poſth.de ma-* 27
nut.dec.62.leg ſecunda num.3.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Priolo.

Carpentoraten. Hæreditatis.

Luna 27. Februarij 1662.

ARGVMENTVM.

Licet libertas contrahendi matrimonium impediri, aut reſtringi neqoeat, poteſt tamen , qnis inuitari ad certas nuptias, ſub ſpe lucri acquirendi: Nec valet diſpenſatio nubendi contra præceptum teſtatoris, niſi narretur ſubſtitutio facta in caſu contrauentionis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia gaudere debent plena libertate.*
2 *Sub ſpe lucri quis inuitari poteſt ad certas nuptias.*
3 *Præceptum teſtatoris licitum, & honeſtum, eſt ad vnguem adimplendum.*
4 *Diſpenſatio, & licentia eſt ſubreptitia, quando non narratur ſubſtitutio alicuius, in caſu contrauentionis.*
5 *Subreptio inducitur, ex taciturnitate eorum, quæ concedentem retraxiſſent.*
6 *Priuatio hæreditatis delatæ, dicitur pœna.*
7 *Nemo cogi debet, metu pœnæ, ad contrahendum matrimonium.*
8 *Amiſſio lucri non dicitur pœna.*
9 *Præceptum nubendi cum aliquo ſub ſpe lucri valet.*
10 *Intentio Pontificis præſumitur ſecundum ius.*

11 *Præ-*

11 *Præiudicium tertij, de quo poterat cogitari non eſt nar-*
randum in gratia.
12 *Scientia generalis non ſufficit, quando id, quod tacitum*
ſuit retraxiſſet concedentem.
13 *Præiudicium tertij, non eſt narrandum in gratia de ſui*
natura præiudicialis.
14 *Papa &c. non cenſetur habere notitiam eius, quod ex*
ſpeciali iure debetur.
15 *Subreptio ceſſat, ceſſante dolo, & malitia.*
16 *Contra, quando eſt tertij præiudicium.*
17 *Petens gratiam, pro aliqua re, dicitur in mala fi-*
de.
18 *Mala fides colligitur ex præſumptionibus.*
19 *Declarationi Principis de coram ſe geſtis ſtandum*
eſt.

DECISIO CXLII.

PRælegatum relictum Catharinæ, & Spiritę ſorori-
bus, à Matthęo patre, ſub cōditione nubendi, duobus
filijs Pauli de Beaouis, & ſi alterutra ſecùs nupſerit, ple-
no iure pertineat alteri, reſolutum fuerat lucrari po-
tuiſſe Catharinam, licet vni ex filijs Paoli non oopſe-
rit, io vim diſpeoſationis Apoſtolicæ, ſed repropoſito
iterùm dubio, Domini contrariam opioionem ſunt
amplexi.

Haud enim ambigi poteſt, quin iſtud prælegatom
fieri potuerit; Nam, & ſi matrimooia gaudere debeant
1 plena libertate, tamen noo eſt prohibitum, ſub ſpe lucri
ad certas nuptias inuitari, *l. Titio 100. §. primo, ff. de con-*
dit. & demonſtr. l. 1. vbi Iaſ. C. de inſt. & ſubſt. Gomez. va-
2 *riar. reſolut. libro 1. capit. 44. numero 1. libro 3. Surd. con-*
ſil. 211. numero 22. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 433. num. 2. &
3. in recent. part. 5. deciſ. 44 num. 16 in Romana hæredita-
tis 8. Iunij 1637. coram Coccino, licèt ab ea receſſum fue-
rit, ex alio capite, *ſub die 30. Maij prat coram Me, & in*
Anconitana legati 30. Maij 1642. cor. Bichio.

Cùm itaque Catharina matrimoniom, cum extra-
neo contraxerit, amiſit commodum prælegati, & il-
lud in totum fuit acquiſitom Spiritæ, quæ voi ex filijs
Pauli nupſit iuxtà Pauli præceptum, quod vti licitum,
& honeſtum erat ad vnguem adimplendum *Oldrad.*
3 *conſil. 16. num. 1.* quem ſequitur *Aret. in l. ſi ita ſtipulatus*
fuero, §. ſi ſibi nupſero, ff. de verb. obligat. Sanch. de matri-
mon. lib. 1. diſput. 33. num. 6. & ſeqq. Mart. de ſucceſſ. leg.
quæſt. 14. num. 45. Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 2. capit. 13
num. 14.

Huic ſententiæ non refragatur diſpenſatio Apoſtoli-
ca, quia gratia viſa fuit ſubreptitia, ex defecto inten-
4 tionis, cum non fuerit narratum, quod prælegatum
relictum, per viam conditionis huiuſmodi, ea non im-
pleta acquirebatur Spiritæ, quod ſi fuiſſet expreſſum,
potuiſſet reddere Sanctiſſimum difficiliorem, & proin-
dè noo poteſt Catharinæ impetraoti ſuffragari, vt poſt
5 *Abb.* & alios tradit *Felin. in capit. ſuper literis numero 8.*
verſ. exprimenda ſunt de reſcript. Honded. conſ. 27 nu. 52.
lib. 1. Caſſad. deciſ. 12. num. 14. de Presb. Mant. deciſ. 214.
num. 12.

Sed fuit narratum domtaxat, quod ipſæ ſorores
erant inſtitotæ hæredes vnioerſales, quodque ſi Catha-
rina non impleret cooditionem, nou poſſet conſequi
ex dicta hæreditate, oiſi ſcuta 3000. quæ quidem nar-
ratiua faciliorem reddit Pontificem ad concedendam
diſpeoſationem. Aliud enim eſt hæreditate iam quæſi-
ta, priuari, aliud ab acqoiſitione lucri conditionalis ar-
ceri; cum enim agitur de priuatione hæreditatis dela-
tæ, agitur de pœna, *Bartol. in l. paterſ. numero 2. ff. de*
6 *hæredit. inſtit. Peregrin. de fideicomm. artic. 11. num. 92.*
Giouagn. libro 1. conſ. 93. numero 23. & 32. & ideò Ponti-
fex de facili indulſit diſpenſationem, ſe conformans iu-
ris diſpoſitiooi, ſecundom quam oemo debet cogi,
metu pęnæ, ad contrahendum matrimonium, *capit.*
Gemma de ſponſal. Sanchez. de matrimonio, libro 1. diſp. 7
33. numero 3. Cyriac. controu. 451. num. 79. & 80. Rot. in
d. Anconitana legati 30 Maij 1642. coram Bichio, & in
Romana, ſeu bonorum hæreditatis 26. Iunij 1647. coram
Reuerendiſs. Papien.

Cuoi vero agitur de adeptiooe lucri, ſub conditione,
aut modo adiecto conceſſi, non poteſt conſiderari in
ea aliqua pęna, *Bartol. Angel. & Imol. in l. prima, ff.* 8
de condit. Inſtit. Caphal. libro 3. conſil. 52. numero 14. &
28. Menocch. conſil. 78. numero 3. cum alijs cumolatis
in deciſ. Surd. 232. numero 1. & ſeqq. Vnde ſi Pontifici
fuiſſet expreſſom Pręlegatum factum tantummodò ſub
conditione oubendi, cum filijs Paoli, qoodque, in
defectum conditionis, acquirebatur Spiritæ, vel oon
dediſſet, vel difficiliùs conceſſiſſet diſpenſationem pari-
ter ſe conformans diſpoſitioni iuris, ſecondom quam
licitum eſt, lucri ſpe, ità aliquem conditione, vel mo-
do adiecto, inuitare ad matrimonium contrahendum, 9
vt eo non cootracto, lucrom illud amittat ſicuti
probatum eſt. Ac ità præſumi intentionem Pontifi-
cis iuri conformem, notat *Iaſ. in l. iuſtitia, numero 11.* 10
ff. de Iuſt. & iur. Decian. conſil. 33. numero 5. Aldo-
brand. conſil. 1. numero 113. Menoch. de præſumpt. lib. 2.
præſumpt. 9. per tot. Rot. diuerſ. part. 1. deciſ. 193. numero 4.
& 5.

Nec defectus iotentionis euitari poteſt, ex eo, quod ſub
narratiua amiſſionis hæreditatis, Pontifex potuerit in
geoere cogitare, de præiudicio, quod ioferebatur Spi-
ritæ, iuxtà deducta per *Felin. in dicto capit. ſuper lite-* 11
ris regul. 5. & capit. nonnullis verſic. & ideo de reſcript.
cum alijs relatis io deciſionibus contrarijs huius cauſæ
die 16. Decembris 1658. & 16. Martij 1660. cor. R. P. D.
Beuilaqua.

Quoniam, vltra quod non ſufficit ſcientia generalis,
quando id, quod tacitom fuit, concedeotem gratiam
veriſimiliter retraxiſſet, ſi fuiſſet expreſſum, vt ootat
Alexand. in l. ſi ab hoſtibus, numero 15. in fin. ff. ſolut.
matrimon. Menocch. de arbitr. Iud. caſ. 201. numero 31. 12
Eſtò, quod Papa cogitauerit ex tali diſpenſatione reſul-
tare præiudiciom Spiritæ, quoad portionem hæredita-
riam, ex quo gratia eſt de ſui natora præiudicialis, non
tamen ſequitor, quod potuerit cogitare de eius præiu- 13
dicio, quoad prælegatum, quod ex ſpeciali diſpoſi-
tione teſtatoris illi deferebatur, de quo Papa oon ha-
buit, nec præſumitur habuiſſe notitiam, vt dixit *Rot.*
in Aquiten. ſeu Nullius Beneficiorum apud Marcheſ. de 14
commiſſ. parte 2. fol. 436. numero 4. apud Seraphin.
deciſ. 1293. numero 4. & 5. & apud Merl. deciſ. 370.
num. 6.

Nec releuat, qood Catharioa, tunc minor ob ætatis
ſimplicitatem, & ſexus potuerit credere, fuiſſe omnia
legitimè geſta, oec de tempore cootracti cooiugij diſ-
penſatiooem, pati defectu; Et ideò ceſſaote dolo, &
malitia, ceſſet quoque ſubreptio, nam id procedit in 15
his, quæ non tendunt in alterius præiudicium, noo au-
tem io his, quæ competuot tertio, & princeps oon
conceſſiſſet, ſi ſciuiſſet illi competere, iuxtà *text. in*
capit. ſi confluentes, & ibi Abb. in ſecun. notab. de re-
ſcript. Riminald. libro 1. conſil. 28. num. 8. apud Creſcent. 16
deciſ. 10. numero 2. de Presb. & tradit *Honded. conſil. 27.*
num. 14. lib. 1.

Remouetor aotem difficultas, ex eo, quod Catha-
rina antequam nuberet, adierat mediaotibus agen-
tibus ſub *die 23. Februarij 1657.* ſignatoram Saoctiſ-
ſimi, exponens, veram facti ſeriem, de ſibi relicto
legato conditionali, & ſupplicans, pro eiuſdem præ-
legati conceſſione, ex gratia, ex quo colligitur ip-
ſam dobitaſſe de viribus diſpenſationis, & ſic noo po-
teſt dici, quaodo booa fide matrimonium contraxe-
rit, ſed mala potius fide, dum timens, de ſuis iorihus,
preces ita porrexit ad habendam gratiam, qoæ imò
fuit illi denegata à Sanctiſs., reſcribente ſignatura, quod
Catharina vteretur iure ſuo; ſufficit, enim, haoc

malam fidem colligi, ex præſumptionibus, & coniectu-
18 ris, prout facti qualitas dictat *Bart. in l. Celſus 27. num. 18. ff. de Vſucap. Bald in l. 1 C. de Vſucap. transf. Abb. conſil. 19. nu. 2. verſ. nam mala fides lib. 2. Rum. conſ. 170. in fin. lib. 1. & Burſatt. conſ. 66 num. 10.*

Eoque magis, quia idem Sanctiſſimus in alia demum
ſignatura, die 13. *Septembris* 1667. auditis, hinc inde,
partibus, declarauerit, quod, licet habilitauerit Ca-
tharinam, pro retinenda delata hæreditate, ſuæ, ta-
men, intentionis non fuiſſe, illam habilitare pro ac-
quirendo prælegato conditionali in præiudicium Spiri-
tæ, imò quod diſpenſationem nuo conceſſiſſet, ſi tenor
teſtamenti fuiſſet expreſſus, huic, enim, declaratio-
19 ni Principis, de coram ſe geſtis ſtandum eſſe cauetur,
in Clem. 1. vbi Imol. & alij de Probat. Soccin. conſ. 266. num. 27. lib. 2. Gabriel. de prob. concl. 2. num. 5. part. 8. Rot. rec. par. 1. dec. 271. num. 5. & par. 8. dec. 10. num. 17. & cor. Caualer. dec. 612. num. 5.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Priolo.

Romana Succeſſionis,

28. *Iunij* 1660.

ARGVMENTVM.

Renunciatio iurata, per pactum, de oon petendo, facta ab ea, quæ capit dotem, dicitut generalis, & compræhendit ius prouenìens vigore, *l. fœmina de ſecund. Nuptijs.*

SVMMARIVM.

1 *Ceſſante læſione, non datur reſtitutio in integrum.*
2 *Renuncians non poteſt redire ad bona renunciata.*
3 *Lucrum acquiſitum, vigore l. fœmina, acquiritur ipſo iure.*
4 *Dictio*, quomodolibet, *eſt vniuerſalis, & comprahendit omnem caſum.*
5 *Verbum*, poſſet, *reſpicit ius futurum.*
6 *Dictio*, non alias, *eſt præciſa, & nullam interpretationem admittit.*
7 *Renunciatio facta in actu acquiſitionis dotis, latiùs interpretatur.*
8 *Renunciatio, per pactum de non petendo, improbatur à iure Ciuili.*
9 *Cum iuramento valet.*
10 *Sine læſione non datur reſtitutio in integrum.*

DECISIO CXXXXIII.

COnſtituit Antonius Pellegrus in cap. Matrimonialibus dotem 3000. Veronicæ filiæ, pro omni, & toto eo, quod ipſa prætendere poſſet, ex bonis, tam paternis, & fratrum etiam defunctorum, quam poſteà in inſtrumento dotali tradidit, & conſignauit Blaſio, eius ſponſo, & ſubindè Veronica ſolutionem, & conſignationem huiuſmodi cum ſolemnitatibus ratificauit, modo, & forma, contentis in dd. capitulis, & inſtrumento dotali, cum autem, prædicta Veronica, nihilominus ſuccedere in bonis maternis, & fratrum prædefunctorum, tam ante, quam poſt contractum matrimonium, contenderet, cumque in Rot. ſuper hoc fuiſſet, in gradu appellationis introductum iudiciũ, propoſito dubio, reſponderunt Domini, contra D. Veronicam, ei, ſcilicet, obſtare propriam renunciationem, & ità ſemel atque iterum fuit pronunciatum, vndè, commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum, cum clauſula ſine præiudicio duarum conformium, hodie, me proponente, reſponſum fuit non conſtare de cauſis prætenſæ reſtitutionis.

Fundamentum, enim, reſtitutionis in integrum, eſt læ-
ſio, quæ ſi ceſſet, prout in præſenti ceſſat, non eſt locus
reſtitutioni *l. minor, & ibi gloſſ. ff. de minor. Innoc. in c. auditis* 1
& in c. ex literis de reſtit. in integrum Rot. dec. 1. in nouiſſ. eod. tit. cor. Duran. dec. 289. num. 1. cor. Seraph. dec. 634. n. 1. & 1238. nu. 1. in rec. dec. 34. num. 1. part. 2.

Læſio, autem, ceſſat, quia validitas ſententiarum, non
controuertitur; Iuſtitia, verò, remanet probata ex eo, quia
dum Veronica, poſtquam ab Antonio patre, obtinuerat
dotem ſcutorum 3000. renunciauit bonis paternis, ma-
ternis, & fraternis, cum iuramento, & omnibus ſolemnita-
tibus adhibitis, vtique, ad bona renunciata amplius redi-
re non poteſt *l. quæritur, §. ſi venditor ff. de ædil. edict. l. He-* 2
rennius in princ. ff. de euict. l. ſi quis iuſiurandum, Cod. de reb. cred. Rot. dec. 125. nu. 4. part. 5. rec. & cor. Mant. dec. 356. n. 3.

Non obſtat, quod bona fratrum prędefunctorum fue-
runt, ipſo iure acquiſita Veronicæ, ob tranſitum patris
ad ſecundas nuptias, per *tex. in l. fœmina, § illud, C. de ſecund. nupt.* quodque eius diſpoſitio procedat tam in mu-
liere quam in viro, ex eo quod pœnę ſecundo nubentiũ
communes ſint vtrique parenti, vt explicat ibi *gloſſ. verb.* 3
poſſeſſione delata Dec. conſ. 87. num. 3. Rot. cor. Buratt. deciſ. 82. n. 2. cum ſeqq. & in Aſculana hæreditatis 19. Iunij 1648. coram Emin. Celſo.

Quia, cum renunciatio ſit concepta verbis ampliſſi-
mis, & in tempore, quo iam pater tranſierat ad ſecundas
nuptias, & duo fratres deceſſerant, vnus ciuiliter, per pro-
feſſionem, alter naturaliter, ſuperſtite, dumtaxat, Io: Ba-
ptiſta, qui non deceſſit, vtique intelligitur ſub illa com-
præhenſũ omne ius, quod Veronicæ, tunc temporis, cõ-
petebat, & competere poterat, in futurum, vt inferunt
verba illa, *quomodolibet prætendere poſſet, & non alias*, nam 4
dictio, *quomodolibet*, eſt vniuerſalis compræhenſiua quo-
rumcumque caſuum, & omnem modum includit *Menoc.* 5
de recuperand. rem. 6. num. 13. add. ad Buratt. dec. 193. num. 15. & verbum, *poſſet* reſpicit etiam ius de futuro *Bero. conſ.* 6
130. nu. 24. Surd. conſ. 267. nu. 25. Rot. cor. Buratt. dec. 226. nu. 7. iuncta clauſula, *& non alias*, quæ adeò præciſa eſt,
vt de ſui natura, nullam interpretationem à verbis ſepa-
ratam admittat, ad notata per *Pariſ. conſ. 19. num. 11. Ro-* 7
land. conſ. 63. num. 29. lib. 4. Rot. dec. 446. nu. 5. par. 1. diuerſ. & ita deducitur in vtraque deciſ. huius cauſæ.

Quæ faciliùs veniunt admittenda, cum Veronica fue-
rit congruenter dotata, imò pinguiùs, quam eius qualitas
expoſceret, & vires patrimonij ſuppeterent, ità, vt eo mi-
nus ſit ambigendum, quin fuerit, in renunciatione com-
præhenſum totum id, quod ipſa ex hæreditatibus ma-
ternis, & fraternis, tam tunc viuentium, quam mortuorũ
prætendere poſſet, vt fuit conſideratum *in prima dec. §. vt* 8
faciliùs cor. R. P. D. Alberg. & in ſecunda, §. & magis hac coram Reuerendiſſ. Papien.

Fortius, quia renunciatio facta eſt, non ſolum per viã
ſimplicis renunciationis, ſed vlteriùs, per modum pacti
de non petendo, ibi, *pro omni, & toto eo quod ipſa quomodo-* 9
libet prætendere poſſet, & non alias; quod licet improbet lex
ciuilis *l. pactum dotale, C. de collat.* tamen cum ſit firmatũ
iuramento, valet & eſt omninò ſeruandum, *iuxta tex. ex-*
preſſum in c. quamuis de pact. Bero. conſ. 51. nu. 9. & per tot. 10
Rot. cor. Buratt. dec. 394. num. 1. confirmata cor. Merl. deciſ. 274. num. 2.

Conſtito, itaque de validitate, & Iuſtitia ſententiarum
nulla poteſt conſiderari læſio, ſine qua non competit re-
ſtitutio in integrum, *Rot. dec. 731. num. 1 par. 2 recent. & cor. Emmen. Ottbob. dec. 40. in fin. & dec. 50.* cum alijs in
princ. alleg.

Reu.

Digitized by Google

R. P. D. Priolo.

Rauenoaten. Legitimæ.

Luna 28. Nouembris 1667.

ARGVMENTVM.

Matris legitima, quæ eſt tertia pars hæreditatis filij, deducto ære alieno, non minuitur, per legatum ei relictum, niſi conſtet, de acceptatione, io imputationem legitimæ, & de voluntate defuncti neceſſariò inducente imputationem.

SVMMARIVM.

1 *Matri debetur legitima in bonis filij.*
2 *Quæ eſt tertia pars hæreditatis.*
3 *In calculanda legitima detrahitur æs alienum.*
4 *Et legatum relictum alicui conſucceſſori ab inteſtato.*
5 *Legatum, iudicio teſtatoris, adeptum imputatur in legitimam.*
6 *Sed probari debet acceptatio legati.*
7 *Quæ acceptatio debet probari concludenter aliter quam per aditionem & poſſeſſionem.*
8 *Quiſque præſumitur poſſidere titulo ſibi magis vtili.*
9 *Vſusfructus relictus vxori ſimul cum filio non reſtringitur ad alimenta.*
10 *Ius accreſcendi poſt ius quæſitum peculiariter datur in vſufructu.*
11 *In legitimam imputantur ſolum ea, quæ debentur purè, & ſine interuallo à die mortis defuncti.*
12 *Legatum non debet eſſe fruſtatorium.*
13 *Imputantur in legitimam ſolum ea bona, quæ ſpectabant ad defunctum.*
14 *Procurator, ſine ſpeciali mandato, non poteſt declarare voluntatem.*
15 *Donatio, inter viuos non imputatur in legitimam.*

DECISIO CXLIV.

IO: Baptiſta Bagnara, relicto Annæ matri, bonorum omnium vſufructu, vna cum facultate; *di poter diſporre de' ſuoi beni fino alla ſomma di ſcudi* 300. ac legatis ſcut. 200. Tizzono, ex ſorore prædefuncta, nepoti, hæredem proprietariam ſcripſit Catharinam alteram ſororem; Tribus verò, menſibus elapſis, à morte Io: Baptiſtæ, eidem fato ſuccubuit Anna præfata, quæ prælegatis d. Catherinæ eiſdem ſcut. 300. propriæ diſpoſitioni, ex iudicio Io: Baptiſtæ, vt ſupra, præordinatis, Catherinam eius filiam, & Romualdum Tizzonum, ex alia filia nepotem, hæredes inſtituit, inter quos, orta lite, ſuper quantitate, & imputationibus legitimæ competentis Annæ matri, in bonis Io: Baptiſtæ, emanaruot in partibus ad fauorem Tizzoni binæ ſententiæ ab A. C in gradu appellationis reuocatæ: deuoluta, autem, cauſa ad Rotam, mihique commiſſa, dubitaui: An, & quanta debeatur legitima, & quænam ſint imputanda.

Et quoad primam partem dubij nulla fuit controuerſia; Colitigantes, enim, ad inuicem conueniebant, cum aperta iuris diſpoſitione, tam circa debitum legitimæ, quæ matri, in bonis filij prædefun-
1 cti, defertur per *textum in l. nam etſi parentibus* 15. *ff. de Inoff. teſt. & in auth Preſbyteris C. de Epiſc. & Cleric.* quam, circa illius, quantitatem, nempè, in tertia parte medietatis, ſeu portionis bonorum Io: Baptiſtæ, quæ Annæ matri obueniſſet, ſi, inteſtato defuncto ſucceſſiſſet, cum d Catherioa filia, & reſpectiuè ſorore teſtatoris hærede inſtituta iuxtà ſententiam *Bart.* ſpreto *Burrig.* comuniter ſequutam in ca- 2
ſu noſtro vt teſtantur, *Burſatt. conſ* 114. *numer.* 11. *& conſ* 115. *numer.* 7. *&* 8. *Gabriel. conſ.* 94. *num.* 20. *& ſeqq. lib.* 1. *Spada conſ.* 300 *numer.* 1. *&* 2. *lib.* 4. *Fachin. controu.* 29. *lib.* 4. *Gratian. diſcept. for. cap.* 178. *numer.* 13. *Bellon. de Iur. Accreſc. cap* 6. *quæſt.* 16. *numer.* 109. *& ſeqq. lib.* 1. *Rot. deciſ.* 421. *numer.* 4. *par.* 4. *diuerſ & in Sueſſana legitima* 10. *Martij* 1662 *§. item coram R. P. D. Taya.*

Detracto, tamen, In calculanda legitima, nedum
ære alieno teſtatoris, *l. Papinianus § quarta ff. de Inoff.* 3
teſtam. ſed etiam legato ſcut. 200 fauore Romualdi Tizzoni ex ſorore nepotis, per Io: Baptiſtam relicto, tanquam facto perſonæ, quæ, circumſcripto teſtamento, vna cum matre, & ſorore defuncti ab in-
teſtato conſucceſſiſſet, *Mareſcott. var. lib* 1. *cap.* 10. 4
numer. 9 *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 7 *numer.* 16. & poſt ipſum *Rot. deciſ.* 39. *numer.* 15. *repetita in deciſ.* 421. *numer.* 8. *par.* 4. *diuerſ. deciſ.* 527. *numer.* 22. *&* 23. *par.* 5. *tom.* 2. *& deciſ.* 219. *per tot. ſignanter numer.* 7. *par.* 6. *rec. & in Auemonen. legitima* 22. *Aprilis* 1654. *§.* 1. *coram Pettingerio.*

Quo verò ad aliam partem dubij, reſponderunt DD. nihil eſſe imputandum; quamuis, enim Io: Baptiſta matri reliquerit vſumfructum, ac facultatem diſponendi, de ſuis bonis, vſque ad ſummam ſcut. 300. ideoque videatur in legitima eſſe imputandum vtrum-
que legatum iudicio teſtatoris adeptum, *l. omnimo-* 5
do 30. *& l ſcimus* 36. *§. repletionem ff de Inoff. teſt. Bart. in l. in quartam num.* 10. *ff. ad l. Falcid.*

Factum, tamen, de quo agitur, huius concluſionis limites egreditur, nec patitor illius applicationem. Siquidem, reſpectu Vſusfructus, non docetur, quod mater eum acceptauerit, prout euidenter oſtendi de-
bet, ad effectum imputationis io legitimam, nec ad- 6
mittitor tacita, & æquiuoca probatio, reſultans, ex
poſſeſſione bonorum, aut aditione hæreditatis, *Spa-* 7
da conſ. 301. *numer.* 5. *&* 6. *lib.* 3. *Pereg de Fideic. art.* 36. *numer* 84. *& ſeqq. Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Lupariis* 14. *Ianuarij* 1661. *§. fuit enim & §. ſeq. &* 27. *Ianuarij* 1662. *§. ad effectum coram R. P. D. Bourlemont. confirmata* 2. *Maij* 1664. *§. quantum coram R. P. D. Beuilaqua.*

Hinc, igitur, noo releuat, quod Anna, poſſederit bona hæreditaria, & nihilominus alia vlterius adducitur reſponſio, quod nempè mater bona poſſidere poterat ex alio titulo, ſibi magis vtili, & proficuo, cuius vigore, quilibet poſſidere ſemper præſumitur; *Alex conſ.* 8. *num.* 19. *verſ nec etiam probatur & num.* 20. *lib.* 3 *Menoch. conſ.* 87. *num.* 64. *verſ. quod maxime, & de Præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 5. *num.* 40.

Alium, verò, vtiliorem, & antiquiorem poſſeſſionis titulum Annæ ſubminiſtrabat teſtamentum Andreæ Bagnaræ ſui viri, qui formalem vſumfructum vxori reliquerat, voa cum Thomaſia, & d. Io: Baptiſta, matre, & reſpectiuè filio eiuſdem Andreæ; Nec poteſt huiuſmodi Vſusfructus reſtringi ad alimenta, iuxtà conſuetudioem Bulgari, dum matri ſimul cum filio relictus apparet, ne idem legatum, diuerſo iure, cenſeatur; *Dec. conſ.* 454. *numer.* 3. *Rum. conſ.* 39. *numer.* 3. *ad finem lib.* 2. *Menoch. conſ.* 578. *numer.* 3. *& ſeqq. Gratian. diſcept.* 70. *numer.* 49. *& ſeqq. & diſcept.* 573. *numer.* 7. 8. *Rot. deciſ.* 311. *numer* 35. *par.* 11. *rec. in Fauentina Vſusfructus* 20. *Iunij* 1664. *coram Veroſpio, & in Firmana Vſusfructus* 5. *Iulij* 1666. *§. initium & §. ſeqq. coram R. P. D. Albergato.*

Vnde Thomaſia, & Io: Baptiſta, præmortuis, An-
na potuit, iure proprio, retinere tertiam partem Vſuſ-
fructus bonorum d. Andreæ Bagnaræ, alias, verò, duas
portiones acquiſiuit, per ius accreſcendi, quod etiam,
poſt ius quæſitum peculiariter datur in vſufructu per
10 *textum clarum in l. 1. §. interdum ff. de Vſufructu ac-
creſc. gloſſ. in l. ſi qui complures 92. verbo omnibus ff. de
leg. 3. Bart. in l. re communi numer. 49. verſ. fallit ff. eo-
dem, Ciriac. contron.* 51. *num.* 4. & relatis concordanti-
bus plenè firmat *Bellon. de Iur. Accreſc. c. 7. quæſt. 59. nu.
103. & ſeqq.*

Reſpectu, verò, ſcut. 300. quæ, ad formam facul-
tatis attributæ à Io: Baptiſta teſtatrice, Anna prælega-
uit Catherinæ, pariformiter excluditur imputatio, tum
quia, poſt mortem filij non fuerunt matri ſtatim ac-
quiſita, & attendi debebat diſpoſitio poſtmodum fa-
cienda, qua non facta, in hæreditate remanſiſſent,
ſtantibus præſertim, illis verbis; *e non diſponendone s'-*
11 *accreſca all' Infraſcritta ſua herede proprietaria*; ideò lo-
cum habere non poteſt imputatio, quæ datur, dum-
taxat, in ijs, quæ, poſt mortem debentis legitimam,
ſtatim obueniunt purè, & ſimpliciter, abſque tempo-
ris interuallo. atque independenter à futuro euentu
Perigrin de fideicommiſs. art. 36. num 112. *& ſeqq. Mer-
lin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 1. num. 15. cum pluribus
ſeqq.*

Tum, quia prorſus inutile fuiſſet tale legatum, ſi
mater illum imputare debuiſſet, de qua, abſque vlla,
12 difficultate teſtatrix poterat ad libitum, tanquam de
re propria, diſponere, omnemque alium intellectum
reijcit ipſemet verborum contextus, eo enim, quod te-
ſtator legauit facultatem, *di potere diſponere de' ſuoi be-
ni ſino alla ſomma di ſcudi* 300. clarâ declarauit diſpo-
ſitionem referri ad propria bona, non autem ad bona
matris, qualia ſunt illa, quæ pro legitima ei deberen-
13 tur, ideoque ceſſat imputatio, ex doctrina *Bart. in l.
vt Iuſiurandi, §. ſi liberti in fine. ff. de oper. libert. Bald. conſ.*
84. *lib* 2, *Surd conſ.* 112. *num.* 83, *Menoch. de Præſ. lib.* 4.
præſ. 109. *num* 6.

Minus, denique, prætendi poteſt imputatio pro ſcut.
3500. quæ Io: Baptiſta anno 1645. donauerat matri,
quoad vixerit, quoniam deficit expreſſa acceptatio,
ad hunc effectum, requiſita, ex ſuperius allegatis,
non attenta quadam proteſtatione facta per procura-
torem Tizzoni cohæredis Annæ; quia ſine ſpeciali man-
dato, non potuit animum principalis declarare, nec ei
14 aliquod afferre præiudicium, *Rot. coram Coccin. deciſ.*
326. *num* 4. *& in Romana Emphyteuſis ſeu Deuolutio-
nis Domorum* 3. *Iulij* 1662. *§. nec qualitatem, coram R.
P. D. Albergato*; Ac extrà difficultatem duxit iuris
Concluſio, quod validè donata, inter viuos, non ſunt
15 obnoxia imputationi *l. ſi illud 20 ad finem C. de col-
lat, Rip. in l. in quartam numer.* 143. *ff. ad l. falcidiam*,
Merlin. de legit lib 2 tit. 2 quæſt 20. *numer.* 1. *ſub-
dens numer.* 10. id procedere, quandò donata
fuerint alimenta, *Seraph deciſ.* 568. *num.*
1. cum alijs allegatis *in Rauenna-
ten. ſucceſſionis* 31. *May*
1658. §. *quo au-
tem coram
Me*.
Et ita vtraque
parte &c.

R. P. D. Priolo.

Romana, ſeu Farſen. Bonorum.

Ven. 30. *Aprilis* 1660.

ARGVMENTVM.

Renunciatarius ingreditur in omnia iura renuncian-
tis; & clauſula Conſtituti transfert poſſeſsionem
ad quoſcumque effectus, etiamſi ſit poſita in om-
nibus bonis.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula cõſtituti transfert verã & realem poſſeſſionẽ.*
2 *Ad effectum manutentionis.*
3 *Operatur eoſdem effectus, quos vera traditio.*
4 *Renunciatarius ingreditur in omnia iura renunciantis.*
5 *Clauſula conſtituti, appoſita rei incertæ, non operatur.*
6 *Dictiones* omnia, & ſingula, *habent vim ſpecialis ex-
preſſionis.*
7 *Tranſactio tollit præcedentem conuentionem.*
8 *Actus approbatus, non poteſt amplius impugnari.*
9 *Recognitio ſcripturæ, probatur ex teſtibus habentibus
notam manum.*
10 *Teſtis inimicus non probat.*
11 *Apoca legitimè recognita non dicitur ſuſpecta.*
12 *Accedente maximè obſeruantia.*
13 *Exceptio falſitatis, niſi ſit clariſſima, non impedit manu-
tentionem.*

DECISIO CXXXXV.

FVit reſolutum *die* 27. *Iunij præteriti*, Franciſco Oli-
uario, qui ſolus informabat, dandum eſſe manda-
tum de manutenendo, ſuper bonis, de quibus agitur,
& hodie, ſuper ijſdem, repropoſito dubio, vtraque par-
te informante, Domini ſteterunt in deciſis.

Etenim, reſpectu bonorum, quæ inter ipſum Franciſ-
cum, Andream, & Antonium fratres remanſerant in-
diuiſa, competit Franc. manutentio pro duabus, ex
tribus partibus, nam quoad tertiam ſibi debitam, ex per-
ſona propria, res tranſit ſine difficultate, & pars non con-
trouertit, quo, verò, ad aliam tertiam partem ſpectantem
ad Antonium habet intentionem fundatam, in renun-
ciatione, & ceſſione ſibi ab eodem facta, addita clauſula
conſtituti, per quam fuit in eundem tranſlata poſſeſſio
manutenibilis, periodè, ac ſi ab initio illam poſſediſſet,
cum clauſula conſtituti transferat veram, & realem poſ-
ſeſſionem, *l quod meo ff. de acquir. poſſeſſ Rot. in rec. dec.* 551. 1
n. 4. *p.* 2. *& dec.* 2061, *n.* 15. *par.* 7. & ad hunc effectum ma-
nutentionis tradit *Poſt. de manut. obſeru.* 55. *nu.* 11. *Rot. pe-* 2
nes eundem dec. 89. *nu.* 6. *dec.* 180. *nu.* 2. *& dec.* 299. *nu.* 3. &
operatur eoſdem effectus, quos vera, & realis traditio *Rot.* 3
in Romana, ſeu Auximana donationis 9. *Decembris* 1641.
cor. Peutingero; Vndè, ſicuti Antonio concedi deberet
manutentio, ita etiam concedenda venit Franciſco ha-
benti renunciationem ab eodem Antonio *l ſin C. de priuil.* 4
*fiſc. Bald. in l. emptor, C de hæred & act. vend. Poſt. vbi ſu-
pra obſeru.* 55. *num.* 14. *& Rot. cor. Duran. dec.* 132. *nu.* 2.

Nec ſubſiſtit, quod renunciatio non loquatur de inte-
gra, & totali portione, quæ ad Antonium ſpectabat, ſed
ſolum de reſiduo, quod ipſe prætendere poſſet ex hære-
ditate, & bonis paternis, atque ideo clauſula conſtitu-
ti, vti appoſita rei incertæ, non ſit apta transferre poſ-
ſeſſionem manutenibilem. Siquid contrarium conuin-
citur, ex eiuſdem lectura, ibi. *Renuntio, e reſpettiuamente
cedo a d. Sig. Franceſco mio fratello anco con l' effetto
del precario, e conſtituto non ſolo &c. ma anco tutti, e
ſingoli altri beni, e ragioni &c. tanto per l' heredita pater-
na &c.* quæ verba *omnia, & ſingula bona*, habent
vim

Digitized by Google

vim ſpecialis expreſſionis, perindè ac ſi, de integra tertia hæreditatis paternæ, ſibi debita fuiſſet indiuidualiter facta mentio, iuxtà *gloſſ.in c.circa verb omnia & ſingula de Elect in 6.Pacif.de Salui.inſpect 4.cap.1.numer.8. Roland. conſ.1.num.71.lib.3.& par.6.rec.dec.179.nu.10.* cum alijs *in Roman. legati 8.Iunij 1658.cor. Emin. Celſo,& 14.Currentis menſis cor.Me.*

Nec quicquam facit apoca aſſertæ communionis, inter hos fratres conuentæ, ſub die *31.Ianuarij 1653.* quia, omiſſis exceptionibus, contra eam adductis, ab illa, quatenus vera receſſum fuit, mediante tranſactione inita, cū Antonio die 28. *Decembris* eiuſdem anni, in qua idem Antonius, recepto à Franciſc. prædio, vocato *delle Collemnelle*, fecit eidem ſupradictam renunciationem, & ceſſionem cum Andrea inita ſub die 4. *Octobris*, pariter eiuſdem anni, in qua, inter ipſum, & Franciſcum, deuentum fuit ad tranſactionem, & diuiſionem controuerſorum bonorum, tranſactio namque huiuſmodi reddit inefficacem, & elidit aſſertam apocam præcedentis con-
7 uentionis, *l.pacta nouiſſima, C de pact.l.1 § fin ff. de ſtipul. ſeruorum Rot. in Romana domus ſeu retractus 26. Maij præteriti cor. Me, §.minùs obſtat.*

Maximè, cum d. renunciatio, & ceſſio fuerit, per eundem Andream, ratificata, & approbata, ita vt non poſſit eam ampliùs impugnare, & in controuerſiam deducere,
8 *c. quod ſemel de reg.iur in pr.Rot.cor.Eminent.Otthob. dec. 103 num 20.& in Ferrarien. laudemij 23.Iunij cor. Eminent. Celſo.*

Poſſeſſio verò eiuſdem Franciſci, reſpectu bonorum, quæ ſunt comprænhenſa, in apoca dictæ tranſactionis confecta inter ipſum, & Andream, reſoluit ex dicta met apoca & clauſula conſtituti ibidem adiecta, ita vt proptereà, iure, veniat in illa manutenendus, ex adductis. Cuius, quidem, apocæ veritas negari non poteſt, cum Andreas in ea ſe ſubſcripſerit, & eius manum legitimè recognouerint, tam Valentinus Hippolytus, qui præſens fuit confectioni illius, & ſe ſubſcripſit, quam alij teſtes habentes notam manum, quam recognitionem ſufficere ex ſtylo Rot. firmatum fuit cor. *Millino deciſ.*
9 *55. numer.1.& per tot. cor. Buratt.deciſ.905. numer. 8. in rec.d.41.numer.1.part.4.* & in alijs.

Hinc non releuat fides Io: Baptiſtæ Paulini, negantis ipſius ſubſcriptionem, & interuentum in prædictæ apocæ confectione, quoniam, vltrà quod ille inſenſus eſt Franciſco, & proindè ad teſtificandum inhabilis, vt comprobat *Farinacc. de Teſt quæſt.53.numer.* 1. attenta prædicta recognitione, ceſſat quælibet ſuſpicio iux-
10 ta tradita per *Altogr. conſil. 50. n. 138.* & ante per *De-*
11 *cian. conſil.101 numer.2.verſic.40 conſiderandum eſt, Rot. coram Eminentiſſimo Otthob.deciſ.29.numer.99.* præſertim concurrente obſeruantia, cum Andreas, pluribus
12 Epiſtolis, comprobauerit validitatem tranſactionis, Franciſcus, verò, extinxerit omnia debita communia, & hæreditaria, in ſe accollata, occaſione diuiſionis in d. tranſactione peractæ, quæ optimè probant veritatem eiuſdem Apocæ *Rot. coram Seraph. deciſ 522. num.2.&* ſequitur *Buratt.dec.142.num.42. & in rec. dec. 41.num.1.& ſeqq.part.4.*

Atteſtationes, verò Iacobi Ciuccij, & Io:Baptiſtæ Saluiati, quod Franciſcus, nonquam habuerit aliquid de proprio, omiſſo, quod aliter appareat, ex publicis inſtrumentis acquiſitionum, & alijs iuribus quoad pretium terræ vocato la *Peſcara*, vndè idem Ciuccius legitur, vt teſtis, propria manu ſubſcriptus, non releuant ad falſitatem apocæ, & nihilominus exceptio falſi, niſi ſit adeò nitida, & concludens, vt nullo velamine poſ-
13 ſit offuſcari, apta non eſt ad impediendam manutentionem, ixtà not. per *Poſth. de manut. obſeru. 68. num. 3. Rot.deciſ.422.numer.5.& 15.par.1.& deciſ.551.num.7. par.4.tom 3.rec.*

Prædicta eò magis comprobari dicebant, Domini, ex eo, quod Franciſcus pluries obtulit etiam iudicialiter recedere à dicta apoca, vt ſibi læſiua, & velle experiri ſua iura, ea circumſcripta, quam, tamen, oblationem recuſauit, & recuſat Andræas, vnde elicitur animus, & intentio ipſius hoc modo continuandi in poſſeſſione bonorum contra omne iuris debitum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Priolo.

Romana Donationis.

Vener. 11. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Donatio facta patri, & filijs, acquiritur filijs, vti filijs. Facta patri, acceptanti pro ſe, & filijs, acquiritur filijs, vti hæredibus. Sed ab hac regula receditur, ex coniecturis, quæ, in hac deciſione, ponderantur excluſis pluribus in contrarium conſideratis.

SVMMARIVM.

1 *Quæ non pendent à noſtra poteſtate debent probari aliundè quam à noſtra aſſertione.*
2 *Aſſertio donantis valdè infert ad declarandam donationem.*
3 *Clauſula,* Et latiùs, *non reſtringitur ad expreſſa.*
4 *Donatio acceptata pro ſe, & filijs, poteſt ſpectare ad filios vti filios, non vti hæredes.*
5 *Clauſula cæteraſa extenditur, pro hæredibus.*
6 *Donatio pro ſe, & filijs comprahendit maſculos, & fœminas.*
7 *Diſcretiuus modus loquendi arguit diuerſitatem diſpoſitionis.*
8 *Maximè, vbi, in alia parte, nulla eſt diſcretiua locutio.*
9 *Stante diuerſitate, vna determinatio, non comprahendit æqualiter omnia determinata.*
10 *Superfluitas eſt vitanda.*
11 *Auus, donando, præſumitur habere reſpectum ad nepotes.*
12 *Coniectura pro inducenda donatione, ad fauorem filiorum ſimul concurrunt.*
13 *Donatio facta patri acceptanti, pro ſe, & filijs acquiritur filijs, vti hæredibus, non vti filijs.*
14 *Hæc concluſio habet contradictores.*
15 *Et procedit, in dubio, non quando ſunt coniecturæ in contrarium.*
16 *Coniectura debent deduci, ex inſtrumento.*
17 *Dicta Concluſio, non eſt regula iuris, ſed opinio Doctorum.*
18 *Pro declaranda voluntate ſumuntur coniecturæ ab extrinſeco.*
19 *Coniecturæ deducuntur ex inditijs.*
20 *Donatio longè excedens onus, quod habet annexum dicitur titulo lucratiuo.*
21 *Etiam quoad imputationem legitimæ.*
22 *Acceptans donationem pro legitima longè maiorem etiam ſi habeat aliquod onus non poteſt impugnare.*
23 *Filius tenetur ex debito, famulari, ad fauorem patris.*
24 *Acquiſitio, vt dicatur, ex titulo oneroſo, lucrum debet eſſe æquale oneri.*
25 *Expreſſio meritorum non probat merita.*
36 *Fideicommiſſum non poteſt conſeruari in mercibus quæ ſunt venales.*
27 *In donationibus ſæpè grauantur filij, & non nepotes.*
28 *Vbi eſt eadem ratio, ibi eſt eadem deciſio in caſibus dubijs.*
29 *Factum ex vna cauſa non debet deduci ad aliam.*

DECISIO CXXXXVI.

DOnationem Guidi Iordanis mercatoris fundacalis,
acceptam à Gaſpare filio pro ſe, & filijs naſcituris,
ſuffragari Annæ Felici vxori, eiuſque filijs, firmarunt
iterum Domini, ex coniecturis, ex duabus deciſionibus
in cauſa factis, ponderatis; Nam illa inſinuata fuit, à Gaſ-
pare donatario, de mandato Guidi donantis, eodem mo-
do, taoquam facta ſibi, & filijs ſuis naſcituris; Quam-
uis, enim, ea, quæ non pendent à noſtra volunta-
te, & poteſtate ſint aliunde probanda, quam ex no-
1 ſtra aſſertiooe, confeſſio, tamen, huiuſmodi, vipo-
tè eiuſdem donatarij de veritate facti instructi, &
informati plurimum vrget, ad declaraodam do-
2 nantis voluntatem, *Corn.conſil.123.numer.14.lib.1.Rot.
dec.264. num 9. part.6.& dec.68.num.21.& 22.part.9.
rec.*

Ad quantitatem verò donatam, & modum illam ſol-
uendi, proximè enunciatum, referri debet clauſula illa,
& latiùs, proot, in d. inſtrumento non autem ad expreſſa
circa donationem factam ſibi, & filijs, de qua Gaſpar ſe-
3 paratione, & explicitè mentionem fecit, iuxtà doctrinam,
*Bart. in l. talis ſcriptura, §. fin ff. de legat. primo Mant. de
coniect. vlt. vol. lib.6. titulo 13. numer. 10. Alexand. conſil.
48. numer. 6. & 9. lib. 1. & conſil. 580. numer. 71. libr. 6.
Aym. conſil. 70. num 9. & 11. Rot. dec. 153. numer. 7 coram
Merl & dec 469. num. 26. par 9. rec.*

Coadiuuatur hæc vehemens coniectura, ex inſtru-
mento eiuſdem dooationis, in quo, dos Annæ Felicis aſ-
ſignata fuit Gaſpari præſenti ſimpliciter; donatio vero fa-
cta fuit eidem acceptanti, pro ſe, & filijs naſcituris, ſi-
gnum euidens, quod filij aliter contemplati fueruot,
in dote, ac in donatione. In iſta, tanquam filij, in
illa, tanquam hæredes, vt limitando, tradunt, *Alex. in
4 l ſi tibi decem, §. ſi paſſus in 8. & Iaſ num.13. ff de pact. Me-
nocch præſump 58. num. 8 lib 3. Surd. dec. 322. numer. 21. &
ſeqq.*

Etiam ſi ſtipulatori vtriuſque, ſit appoſita clauſula
5 ceterata, quæ extenditur pro hæredibus: Quia dum, in
donatione addita fuit clauſula, pro ſe, & filijs naſcitu-
ris, quod, quidem, verbum, *Naſcituris*, adiectum,
filijs, non potuit extendi, niſi ad filios naſcituros, tam
mares, quam fœminas, vt reſpondit deciſio *cor. Reue-
6 rendiſſ Papien. § an prima ſub die 14. Maij* 1657. Io dote,
verò poſita ſola clauſula ceterata, ex hoc diſcretiuo
modo adiecto io eadem parte diſpoſitionis, colligitur,
quod non eodem modo, filij contemplati fuerunt in
7 donatioue, ac in dote, vt probat *Add. ad Gregor.
deciſ. 301. numer. 18. Rot. in rec. part. 4. deciſ. 235. nu-
mer. 1.*

Idque augetur ex conſignatione fundaci, & rerum
fundacalium facta, à Guido Gaſpari, in ſatisfactio-
nem præuentiue factam, de ſumma ſcut. 22. mil. dona-
ta poſt mortem expreſsè pro ſe, ſuiſque filiis, ad for-
mam donationis, & quamuis deinde ſubdat, ac hære-
dibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, tamen placuit
reſponſio, quod, cùm valor rerum fuodacalium ſcut.
28150. excederet donationem ſcut. 22. mill. reſpectu
ſummæ donatæ, ſtipulatio debeat iotelligi, pro ſe, &
filiis ad formam donationis, reſpectu, verò, reſidui, pro
hæredibus & ſucceſſoribus, omnes merces traditæ fuiſ-
ſent, abſque vlla diſcretiua, *cap. ad audientiam de de-
8 cim. l. vnic. §. deficientes, C. de caduc tollen.* & io ſpe-
cie tradit *Surd. dec. 322. num. 22. & conſ. 554. num. 8.
& 9.*

Nec quicquam facit, quod acceptatio facta à Gaſ-
pare, recipiat tam filios, quàm hæredes: ideoque
æqualiter illos determinare debeat, etenim illa reſpi-
cit, quidem, vtrumque determinatum, ſed vnum-
quemque cum ſua qualitate, & diuerſo modo, vnum
ab alio, qua data diuerſitate, vna determinatio non
æquè omoia determinat, *Aret. in §. hinc nobis nu. 37. in* 9
*fin. ibique Angel. auth. de hæred. & Falcid. Roland.
conſil 74. numer. 13. lib. 2. Surd. conſil. 426. numer.
4. verſic & per hanc rationem Rot. deciſ 527. num. 18.
par. 7 rec.*

Minus difficultatis facit, quod valor mercium, in
exceſſu compenſatus fuerit, partim, per accollatio-
nem debitorum fundaci, partim in pecuoia numera-
ta; Quia ius non ſtat in modo ſoluendi inferiùs con-
uento, qui non impedit, qnin etiam hæredes rema-
oerent obligati, pro ſumma ſcut. 6150. quæ vltra
quantitatem donatam ſupererat, ſed in duplici ac
diuerſo modo acceptaodi, ab initio bona aſſignata
pro filiis, ad formam donationis, & deinde pro hæ-
redibus, quod iudicat expreſſiooem hæredum eſſe
reſtrictam ad ſummam reſiduam; alias ſuperfluum
fuiſſet mentionem facere, de filiis, quod dici oon
debet, vt ad huoc effectum euitandi ſuperfluita-
tem aduertit, *Rot. coram Gregor. deciſ. 424. nu-
mer. 6.*

Coniecturæ, autem, hoiuſmodi, eò magis militant
in caſu propoſito, quo verſamur in donatione, in-
tuitu certi matrimonii facta ab auo qui noo ſolum 11
præſumitur habuiſſe reſpectum ad nepotes, ſicuti la-
tè deducitur, io deciſ. 14. *Martij* 1657. *coram Re-
uerendiſſimo Meltio*, ſed etiam quod ita voluerit do-
nare, referunt duo teſtes, omni exceptione maiores,
quorum alter, qui expleuit minutam inſtrumenti,
atteſtatur Guidum mentis, & intentioois fuiſſe prin-
cipaliter filiis Gaſparis coofulere, adeout ceſſet que-
libet ambiguitas, non enim iſtorum depoſitiones, &
coniecturæ prædictæ conſiderandæ ſunt, vna, aut
alia, de per ſe, ſed debent omnes conſiderari ſimul
iunctæ, vt, in terminis donationis, ſeruauit *Rot.
coram Merlin. deciſ. 692. numer. 63. Mantic. de
coniect. lib. 1. titulo 3. numer. 28. Honded. conſil. 68.
numer. 43. lib. 1. Rota recen. deciſ. 266. numer. 2. &
19. part. 1.*

Quibus noo obſtaot ea, quæ in contrariom addu-
cebantur, & ſignanter, quod donatio non ſit facta
patri & filiis, ſed patri ſtipulanti, pro ſe, & filiis,
in quo conſiſtit tota vis contrariæ opinionis, quod tunc
donatio acquiritur filiis, vti hæredibus, non autem, 13
vti filiis, iuxtà *gloſſ. in l. ſi tibi decem, §. ſi paſſus
verbo proderit, ff. de pact.* quam ex profeſſo compro-
bat *de Marin. lib. 1. reſol. capit.* 8. nam, vltrà quod
illa habet plures ac grauiſſimos contradictores relatos
per *Cutell. de donat. contempl. Matrimon. tract. 2. di-* 14
ſcurſ. ſpecial. 25. Domini reſponderunt eam, in du-
bio, procedere, & præualere, &c. ſecus, quando ad-
ſunt coniecturæ pro vocatione filiorum, ad quas eſſe
recurrendum, pro habenda contrahentis voluntate,
concludit, *gloſſ. in d. l. ſi tibi decem*, & cum ea 15
omnes Doctores pro contraria allegati, & latè di-
ctum fuit, in præterita *deciſ. 22. Martij* 1662. *co-* 15
ram Me.

Nec refert, quod coniecturæ, vt à regula rece-
datur, deduci debeant, ex eodem inſtrumento, Tum 16
quia concluſio deducta non eſt regula ſcripta in iure,
ſed opiolo Doctorum, ſicuti quoque obſeruat *Cutell.* 17
vbi ſupra numer. 8. Tum, quia non agitur de iodu-
cenda voluotate, ſed taotummodo declarant, quo
caſu admittuntur coniecturæ extrinſecus ab inſtru- 18
mento, & à poſteriori deſumptæ, vt voluit *Bart. in
l. maritus 2. numer. 4. ff. de vulg. & pupill.* quem re-
ferunt, & ſequuntur *Imol. in capit. Raynutius nu-
mer. 116. de teſtam. Calcan conſ 8. numer. 2. ad cred. verſ.
ſed etiam, Mantic. de coniect. lib. 11. titulo ſecundo,
n. 9. verſ. verum planè*; non enim ex demonſtrationibus
ad oculum concludentibus, ſed ex inditijs probabilibus
coniecturæ deduci debent *Rot. cor. Merl. deciſ. 228. num.* 19
27. & 28.

Cætera leuia viſa ſunt, & de facili remoueri, & primo ad
liber-

Digitized by Google

libertatem donationis, deductam, ex onere imputandi
bona donata in legitimam, nec non ex remuneratione
meritorum, clara patet reſponſio. Quia quoad legiti-
mam, cum donatio longè illam excedat non ceſſat titu
20 lus lucratiuus, *Gabr.conſ.127.num.31.lib.1. Rot.rec.par.7.
deciſ.27. num.2.* Magis enim vtile fuit Gaſpari donatio
nem, in hac ſumma recipere, cum onere reſtituendi fi-
lijs, quam liberam habere ſolam portionem legitimæ,
21 iuxta tradita per *Hodiern. ad Surd. deciſ. 322. num. 43.
Pignattell. controu. lib. 2. cap. 34.* cum alijs *in dec. Reue-
rendiſs. Papien.* Cumque hac præuentiua ſolutione maio-
ris quantitatis accepta in vita patris, videtur adeò com-
penſatum onus ſuper legitima impoſitum, vt non poſſit,
22 eo defuncto, vocari, ſicuti probat idem *Hodiern. vbi ſu-
pra num.* 45. quicquid, ſecus dicendum eſſet, vbi bona
donata legitimæ connumerantur, vt, in his terminis lo-
quitur, *Rot. apud Merl. de pignor. deciſ. 110. num. 46.*

Quoad remunerationem meritorum, reſponſio eſt pa-
riter clara; Quia, cum filij teneantur, ex debito erga
23 patrem, ex vnt. *Menoch de præſumpt. lib. 3. præſ. 29. num.
12. & ſeqq. Paſchal de patr. pot. par. 1. cap. 3. num. 25.* ſerui-
tia à Gaſpare præſtita, in fundaco, & ſimilia non ſunt
talia, quæ correſpondeant donationi ſummæ notabilis,
24 quæ requireret ad effectum, vt præſtaret titulum one-
roſum, vt latè dictum fuit *in Romana Cenſus ſeu Salma-
ni 8. Iunij 1654. coram Bichio*; Imò expreſſio meritorum
huiuſmodi videtur potiùs color quæſitus, in cortice ver-
25 borum, quam ita ſe veritas habere, vt admonet *Bald. in
l. fin. num. 2. verſ. non obſtat ff. de exercit. act. Menocch.
conſ. 112. num. 23. Rot. in Rom. ſeu Elina donationis 23.
Martij 1640. cor. Reuerendiſs. Ghiſilerio.*

Aliud, de qualitate mercium, ſuper quibus, tan-
quam venalibus, non poſſit conſeruari fideicommiſ
26 ſum, tollitur ex facto, dum donatio eſt quantitatis ſeut.
22. m. exigen. poſt mortem ex effectibus, & bonis
eiuſdem, non autem mercium, nec dicatur eſſe inueri-
ſimile, quod donator voluerit grauare filios onere fidei-
commiſſi, & non nepotes, cum id ſæpè contingat, & in
27 his donationibus contemplatione certi matrimonij com-
muniter fieri ſolent; quod autem ita donatarius nemi-
nem inueniſſet, qui vellet contrahere, cum ipſo, ceſſat
ex eo, quia ſicuti donator ipſe, ex hac ratione non retra-
hebatur ab obligando, ſe erga filiam, ita nō retrahebatur
ab obligando filios erga nepotes, quandò enim militat ea-
dem ratio. eadem fit deciſio caſuum dubiorum, vt in-
28 quit *Bald. in l. de quibus ff de leg. Alex. in l. 5. in fin. & conſ.
75. num. 3. lib. 5. Aym. conſ. 118. num. 15.*

Nec eſt recurrendum ad illud, quod Lucidus expreſ-
ſerit in teſtamento, ſcilicet, quod ipſe donationem fe-
cerat Gaſpari, nulla facta mentione filiorum, cauſa nam-
que huius eſt, non, vt filios excluderet, ſed ne omittens
29 Gaſparem inſtituere teſtamentum, ex defectu, præteritio-
nis corruiſſet, cum ergo hoc fecerit, ex neceſſitate, quam
habebat, reſpectu illius, non autem reſpectu
filiorum, & nepotum reſpectiuè, non poteſt
exindè validum argumentum in con-
trarium deſumi, vt in ſpecie pon-
derat *Rimnald. conſ. 174.
numer. 38. Maſtril.
deciſ. 305. nu.
6. & 7.*

Et ita cauſa ſemel atque
iterum propoſita;
vtraque &c.

R. P. D. Priolo.

Romana Vſusfructus.

Ven. 4. Febr. 1661.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta, cum onere ſoluendi aliquid, vel
habendi vſumfructum, ex his, onere acceptato,
non poteſt quis redire ad aliud, & talis accepta-
tio, ſeu electio fieri poteſt à muliere ſine ſolemni-
tatibus. Et quando legatum cenſeatur relictum
animo compenſandi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, à qua non appellatur tranſit in rem iudica-
tam.*
2 *Sententia in iudicatum tranſacta venit exequen-
da.*
3 *Ceſſante læſione, ceſſat reſtitutio in integrum.*
4 *Remittens ſemel vſumfructum, non poteſt amplius il-
lum prætendere.*
5 *Legatum correſpondens obligationi cenſetur relictum
animo compenſandi.*
6 *Obligatio alternatiua ſufficit, vt in vna parte verifice-
tur.*
7 *Solemnitates ſtatuti non requiruntur in contractu facto
in conſequentiam alterius.*
8 *Solemnitates, in contractu, adhibitæ comprehendunt
totum contractum & pacta in eo contenta.*
9 *Contractus vtilis non requirit ſolemnitates.*
10 *Nemo impugnat factum proprium.*
11 *Legatum compenſatur cum vſufructu.*
12 *Hæres non poteſt impugnare, quod non poterat defun-
ctus.*
13. *Legatum ex coniecturis præſumitur animo compen-
ſandi.*

DECISIO CXXXXVII.

PRæuijs duabus deciſionibus, firmatum fuit, per ſen-
tentiam Rotalem, *cor. Reuerendiſs. Cerro* vſumfru-
ctum Vineæ, quem Margherita, in donatione illius fa-
cta Zenobio Ciliano, ſibi reſeruauerat, non fuiſſe debi-
tum, a qua ſententia, cum non fuerit appellatum, de-
di dubium, iuxta formam commiſſionis executorialis;
An conſtet, de re iudicata, ſeu potius de cauſis reſtitu-
tionis in integrum, & reſponſum fuit, quoad primam
partem affirmatiuè, negatiuè vero, quoad ſecun-
dam.

Dum enim nulla fuit interpoſita appellatio, cauſa re-
manſit deſerta, ac ſi pars illi acquiſiuiſſet, & ſententia
tranſiuit in iudicatum, *c. cum inter 13. & c. quoad con-* 1
*ſultationem 15. de ſent. & iudic. Aym. conſ. 103. num. 1.
Rot. deciſ. 5. de ſent. excom. in nou.* quæ propterea venit
omnino exequenda, *l. ſi non obiulit 6. ſi ex conuentione ff* 2
*de re iudic. l. 2. C. de exec. rei iudic. Mant. deciſ. 82. num.
3. in rec. deciſ. 611. num. 2. par. 1. & deciſ. 246. num. 1. par.
2.* & in alijs

Cauſa, verò, reſtitutionis in integrum, ceſſat propter
Iuſtitiam eiuſdem ſententiæ reſultantem ex eiſdem deci-
ſionibus. qua ſtante deficit læſio, ſine qua, non conce-
ditur reſtitutio in integrum, *c. 1. ibi Abb. numer. 2. de* 3
*reſt. in integr. Rot. deciſ. 1. eod. tit. in nou. in rec. deciſ. 331.
num. 1. coram Merl. deciſ. 33. num. 3. apud Canaler. deciſ.
149. num. 2.*

Siquidem non poteſt controuerti, quod Margheri-
ta donauerit, cum ſolemnitatibus, vineam, de qua agi-
tur Zenobio, reſeruato vſufructu, eius vita durante, cum
pacto, quod ſi ipſa ſuperuiueret Petro, eius viro, poſſet,
vel

Digitized by Google

vel retinere d. vſumfructum, vel eo dimiſſo, permanere io domo donatarij, qui eidem victum veſtitum, & habitationem præſtare teneretur; Vnde cum iſte caſus euenerit, & ſucceſſiuè eadem Margherita, ob prouectam, & ingraneſcentem ætatem, vineam colere non valens, eligendo conſequi alimenta, io domo donatarij remiſerit vſumfructum huiuſmodi, non potuit ampliùs ad illum
4 redire ad *tex. in l. quæritur. ff. de edil. edict. Aym. conſil. 24. num. 4. & conſ. 114. num. 10. Rot. dec. 382. num. 1. part. 1. rec. & deciſ. 125. num. 4. par. 8. & in Romana fideic. 5. Decembris 1655. coram R. P. D. Veroſpio.*

Quod autem ipſa conſecuta fuerit alimenta ab anno 1639. quo facta fuit renunciatio, vſque ad obitum, nec etiam eſt dubitandum. Iulius Cilianus, qui in inſtrumento dictæ renonciationis, ad illorum præſtationem, ſe obligauerat, pro Zenobio abnepte eandem Margheritam retinuit, & aluit in propria domo, vſque ad annũ 1644. quo ipſe decederet, fuit legatum ſcut. 6. quolibet menſe, cum habitatione, quod ſanè, cum correſpondeat
5 obligationi, præſumitur relictum in ſatisfactionem, & implementum eiuſdem oneris, *Caſtren. in l. ſicut dotem 23. l. ſi pater, nu. 2. verſ. ſi tamen, ff. ſol. matrim. Aym. conſ. 249. nu. 5. & conſ. 301. num. 6. Menoch. conſ. 46. num. 2. Rot. deciſ. 312. num. 9. par. 7. rec.*

Maximè, quia io eodem inſtrumento renunciationis, conuentum fuit, quod eatenus liceret Margheritæ redire ad vſumfructum renunciatum, quatenus Iulius ei non traderet alimenta, vel alias non prouideretur, ideò, cum eidem prouiderit de dd. ſcut. 6. menſtruis, & habitione, ceſſat facultas redeundi ad iura renonciata, dùm enim opus alendi relictum non fuit ad alimenta præſtanda, potiùs io ſpecie, quam in quantitate, ſed fuit con-
6 ceptum alternatiuè, ſufficit, quod implemento vnius habitus fuerit effectus contemplatus, *iuxtà cap. in alternatiuis de reg. iur. in 6. & benè dec. Reuerendiſs. Decani.*

Non obſtat, quod iſta renunciatio facta ſit non adhibitis ſolemnitatibus ſtatuti, quia cum illæ ſeruatæ fuerint, io principali contractu donationis, non erant ite-
7 rùm, & de nouo ſeruandæ *Alex. conſ. 186. n. 13. lib. 2. Carpan. ad Stat. Mediol. part. 1. cap. 328. nu. 519.* & firmauit *Rot. deciſ. 259. nu. 3. poſt Zacch. de Oblig. Camer. & apud Merl. deciſ. 364. num. 2. & 3.*

Minùs facit, quod ſolemnitates adhibitæ, in primo inſtrumento, cadant ſuper validitate eligendi victum, & habitationem, quia cum interuenerint, in toto contractu, compræhendunt etiam pacta, in eo, contenta, alias in quolibet pacto deberent adhiberi nouæ ſolemnitates,
8 vt aduertit *Pic. ad Stat. Vrb. gloſſ. 21. num. 18. & ſeqq. Rot. dec. 316. n. 77. p. 2. diuerſ. & in Auximana fideic de Tibaldinis 26. Ianuarij 1654. coram Reuerendiſs. Cerro*

Propterea, cum nulla interceſſerit læſio, imò contractus fuit vtilis mulieri, dum pro fructibus vineæ, qui dempto canone vix aſcendunt ad ſcut. 91. & aliquando minùs, aut nihil ferant propter caſus, qui ſemper io vineis accidunt, recipit legatum ſcut. 6. menſtruorum, & habitationis, quod eandem ſummam adæquat, non fuit
9 opus alio decreto Iudicis, & ſolemnitatibus *Surd. conſil. 9. num. 15. Rot. deciſ. 173. num 8. apud Zacch. de obligat. Camer.*

Sed vtcumque ſit, dicebant Domini, ſufficere, quod legatum fuerit factum, animo compenſandi, quodque mulier illud agnouerit, dum legatum habuit quouſque vixit; Vnde quemadmodum, ſi ipſa viueret, non poſ-
10 ſet impugnare factum proprium, ſed teneretur legatum compenſare, cum vſufructu, ad *tex. in l. compenſandi, C.*
11 *de hæred. inſt. l. creditorem ibique gloſſ. de leg. 2. Alex. conſil. 132. num. 2. lib. 2. Mant. de tacit. lib. 10. tit. 2. num. 18.* Ita etiam tenetur hæres illius, qui non poteſt impugnare, id,
12 quod non poterat ipſa defuncta, *l. cum à matre Cod. de rei vendic. Gabriel de reg. iur. concl. 11. nu. 6. Natt. conſ. 214. nu. 1. Menocch. conſ. 89. num. 37. Surd. conſ. 73. num. 34. & 143. num 9.*

Prætenſio, quod Iulius, non fecerit legatum, animo compenſandi, ſed illud reliquerit Margheritæ, nomine famulæ, nullo modo, ſubſiſtit; quoniam vltra, quod non conſtat, ipſã talem, re vera fuiſſe, cùm idem Iulius, his, quæ ſpacio 20. annorum ſibi inſeruierant, vix ſcut. 10 reliquerit, inueriſimile videtur, quod voluerit ingens facere legatum mulieri, quæ dumtaxat 10. annis, in eius domo, habitauerat, ideoque conſtans, & illæſa remanet præſumptio, ne ſuum iactauerit teſtator, quod illud reliquit animo compenſandi præſumptionibus, & coniecturis præmiſſis, quas etiam ponderat *Grat. cap. 274. n. 1 & ſeqq. Altog. conſ. 68. nu. 35. & ſeqq.* 13

Hinc vis facienda non eſt, contra habilitatem Notarij, qui de inſtrumento renunciationis rogatus fuit, nam ſiue renunciatio ſit valida, ſiue non, ſatis eſt, quod mulier non poſſet prætendere vſumfructum, cum legati compenſatione, & nihilominus obiectum fuit aliundè ſublatum io deciſionibus Reuerendiſs. Decani. Ex quibus Domini dixerunt conſtare de re iudicata, non autem de cauſis reſtitutionis in integrum.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Priulo.

Senogallien. Hæreditatis, ſeu Dotis.

Lunæ 26. Maij 1664.

A R G V M E N T V M.

Maritus acquirens, ſuo, & vxoris nomine, ſi de proprio ſoluit, pretium, acquirit ſibi, non vxori, alias diceretur nulliter donationem facere, in fauorem vxoris, quod non licet, niſi maritus prædecedat, & perſiſtat in voluntate.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio dominij non attenditur in interdictis poſſeſſorijs.*
2 *Niſi conſtet incontinenti de non iure agentis.*
3 *Maritus acquirens nomine vxoris ſi ipſe pretium ſoluit ſibi acquirit non vxori.*
4 *Vxor quicquid acquirit cenſetur acquirere ex pecunia mariti.*
5 *Maritus non poteſt aſſerere acquiſiuiſſe, ex pecunia vxoris.*
6 *Donatio, inter virum, & vxorem morte confirmatur.*
7 *Ad hoc autem requiritur prædeceſſus donantis traditio, & perſeuerantia vſque ad mortem.*
8 *Donatio, per alienationem rei donatæ, dicitur reuocata.*
9 *Hæres viri non tenetur reſtituere, niſi dotem verè ſolutam.*
10 *Legatum compenſatur, cum lucro dotis debito ex ſtatuto.*
11 *Augmentum non datur ſine aucto.*
12 *Pro Augmento, vel dote datum, intelligitur pro dote.*
13 *Hæres viri non condemnatur ad reſtitutionem dotis, niſi conſtet de promiſſione dotis.*

D E C I S I O CXLVIII.

Florentina inſtituto Iacobo viro, in vſufructu, & in proprietate, nepotibus, Iacob ſecundo duxit in vxorem Hieronymam, contra quam, vti hæredem Iacobi, egerunt Thomas, & fratres de Colinis, ad immiſſionem bonorum hæreditariorum amitæ, nec non, ad reſtitutionem florenorum 850. loco prædij *del Zappale*, ſed ab vtraque petitione fuit abſoluta Hieronyma, cui abſolutoriæ acquieſcentes fratres prædicti, introduxerunt nouum Iudicium, pro reſtitutione dotis eiuſdem Aniæ; in quo pariter obtinuit Hieronyma ab impetitis abſolui;
Cum

Digitized by Google

Com autem vtraque ſententia reuocata fuerit, in gradu
appellationis cauſa in Rota, mihi commiſſa, dubitaui,
An, & quid Hieronyma reſtituere teneretur, & reſpon-
derunt DD. eam non teneri reſtituere, niſi duas tertias
partes prædij Iuliani, & quoad aliam tertiam partem,
facta compenſatione fructuum, perceptorum ex vſu-
fructu.

Nam, quoad prædium in Fundo Zappalis, à Iacobo
venditum, obſtat Fratribus de Colinis exceptio Domi-
nij, quæ licet, in interdictis poſſeſſorijs non debet admit-
1 ti, fallit, quando conſtat in continenti, de non iure agen-
tis, vt notant DD *in l. fin. C. de ed. D. Adr. toll. Rot diuerſ*
2 *par. 2. dec. 201. num. 8. & deciſ. 9. num. 27 poſt Poſth. de ma-
nut. & latiſſimè Pacif de Salu. inſp. 2. cap. 2 n. 5.*

In propoſito conſtat, ex ipſo Inſtrumento venditio-
nis, prędium illud non fuiſſe proprium Florentinę vxo-
ris, ſed Iacobi mariti, quia licet emptum fuerit à viro, no-
mine vxoris, cum tamen ipſe, non illa precium ſoluerit,
3 eidemque viro tradita fuerit poſſeſſio, dominium fuit
acquiſitum viro, & non vxori, cuius nomen cenſetur ſi-
mulatè appoſitum, ex notat. per *Bald. Salyc. Caſtr* &
alios *in l. multum intereſt, C. ſi quis alt. vel ſib. Bald. conſil.
407. n. 8. lib. 1, Dec conſ. 534. num. 16. & ſeqq. Socc. Sen. conſ.
129. n. 22 lib. 4. Capyc. dec. 213. num. 18.*

Precium ſolutum fuiſſe à Iacobo viro patet, ex eodem
Inſtrumento, in quo ipſe ceſſit venditori ad computum
precij ſocietatem officij ſcut. 100. contra Iulium Cano-
nium, promiſitque ſoluere reſiduum floren. 640. in plu-
ribus vicibus, quos poſteà ſoluiſſe apparet, ex quietantia
ab eodem reportata, abſente vxore vſque de anno 1609
& non refert, quod in d. inſtrumento aſſeratur Floren-
tiam ſoluiſſe florenos 100. nam vltra quod id non aſſe-
ruit maritus, & ſi aſſeruiſſet, nihilominus, quia quid
quid vxor quęrit exiſtimari ſolet acquiſiuiſſe ex pecu
4 nia mariti, *l. quintus Mutius, ff. de donat int. vir. & vx.*
niſi aliunde conſtet pecuniam fuiſſe propriam vxoris,
talis aſſertio facta, conſtante matrimonio, in fraudem
donationis prohibitæ inter virum, & vxorem facta præ-
5 ſumitur, vt abundè probat *Pariſ. lib. 1. conſ 62. nu 10. &
per tot. Socc. Sen. conſ. 66. num. 8. lib. 1. Mareſcot. var. reſol
lib. 2. cap. 82. n. 4. Fontanell. de pact. nup. clauſ. 7. gl. 3. par. 5.
n. 33. Merend contr Iur. tom. 3. lib. 10. cap. 11 num. 6. Capyc.
Latr. conſ. 44. n 35. & ſeqq lib. 1.*

Non applicatur, quod donatio inter virum, & vxo-
rem, licet ab initio nulla morte tamen viri confirma-
6 tur, quia limitatio procedit, quando vir vxori prædece-
dit, ac interuenit traditio, ac perſeuerantia voluntatis,
7 vſque ad obitum, vt obſeruat, *text. in l. Papinianus, ff. de
donat. int. vir. & vxor.* & cum eo *Mantic. de tacit. lib. 21.
tit. 7. num. 23.* In præſenti autem caſu deficit traditio, &
vxor prædeceſſit viro, nec non conſtante matrimo-
nio facta fuit per virum, alienatio, ex qua donatio infir-
mata, & reuocata remanſit ad *tex. in l. cum hic ſtatus*, §,
8 *ſi maritus, ff de donat. int. vir. & vx. l. ſi maritus la ſecon-
da, C. eodem tit. Mantic. vbi ſupra d. lib. 21. tit. 30. n. 3.* cum
alijs per *Merl. de pign. lib. 4. tit. 5. q. 141. n 1.*

Quò vero ad dotem Florentinæ nullibi conſtat, eam
habuiſſe aliam dotem, quam prædium, in fundo Iulia-
9 no; Vnde non poteſt Hieronyma hæres Iacobi, ad aliud
teneri, niſi ad duas ex tribus partibus illius, nam reſpe-
ctu alicuius tertiæ partis Iacob illam, ex Statuto Rocchę
Contradæ lucratus fuit, ob prædeceſſum Florentinæ,
ſuper qua propterea competit retentio hæredi compen-
ſatis tamen fructibus perceptis, ex vſufructu Iacobo à
Florentina relicto, quia cum lucrum ex dicto Statuto
neceſſario debeatur, compenſandum venit, cum legato.
10 *Menoch. praſ. 109. num. 35. lib 4 Mantic de coniect lib. 10.
tit. 2. n. 7. Gabriel. conſ. 16. nu. 30. & ſeqq. lib. 1. Fenzon. ad
Stat. Vrb. lib. 4. cap. 131. num 50.*

Nec obſtat, quod in aſſignatione dicti Prædij in fun-
do Iuliani, dicatur illud tradi, in augumentum dotis,
11 ex quo infertur Florentinam habuiſſe aliam dotem, cum
non detur augumentum, ſine aucto; Tum, quia poſt
verba in augumentum additur, & dotis nomine, per
quod incertum remanet, an d. Prædium fuerit aſſigna-
tum in dotem, vel in augumentum; Tum etiam, quia 12
donec non probatur in qua re, & quantitate conſiſtat
reliqua dos, ex præcedenti promiſſione, vel alijs proba-
bilibus coniecturis non poteſt Hieronyma hæres Iacobi 13
ad reſtitutionem condemnari *ad tex. in l. 1. Cod. de donat.
ant. nupt l. ſi quis poſt hæc, vbi gl. verb. dotalium, C. de bon.
praſc. l. penult. § mulier, ff. ſol. matr. Rot. in rec. deciſ. 306.
num. 39 & ſeqq. par. 7.* cum alijs *in Romana Dotis 21. Fe-
bruarij 1650. coram Eminentiſs. Corrado* confirmata 11,
*Februarij 1656 coram R. P. D Beuilaqua, & 10. Decem-
bris 1656, coram Reuerendiſs. Meltio.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Taya.

Aſculana Beneficij.

Ven. 23. Maij 1664.

A R G V M E N T V M.

Reſignanti Beneficium, non abdicatur ius, ſuper eo, donec reſignatarius capiat pacificam poſſeſſionem; Vndè ſi contingat dubitare, de validitate reſignationis, interim manutenetur reſignans, tàm contra reſignatarium, quàm contra tertium.

S V M M A R I V M.

1 *Reſignatio beneficij debet publicari intra 6. menſes.*
2 *Manutentio datur poſſeſſori.*
3 *Reſignanti non abdicatur ius ſuper beneficio reſignato, donec reſignatarius acquirat beneficium.*
4 *Beneficium non dicitur plene acquiſitum, niſi fuerit capta poſſeſſio.*
5 *Reſignatarius non capit poſſeſſionem ante publicationem.*
6 *Manutentio datur habenti ſolam detentationem.*
7 *Reſignans manutenetur, quando dubitatur de validitate reſignationis.*

D E C I S I O CXLIX.

CVm Eccleſia, ſeu Cappella S. Petri ad Vincula, per
obitum Lęlij, apud Sanctam Sedem vacaſſet, fuit
collata Lactantio 13. *Iulij* 1644 quem Ordinarius immi-
ſit in actualem, & corporalem poſſeſſionem 10. *Auguſti
ſeq.* & profeſſus etiam Iacobus in ſua impetratione, ex
cauſa reſignationis factæ, poſteà Benedicto, non publi-
catæ ad conſtitutionem *bo: me: Greg XIII.* de qua latè, 1
*Pariſ. de reſign. q. 7. num. 34. & ſeqq. lib. 11. Rot. dec. 208. n. 7.
& ſeqq p. 9.* Vnde propoſito dubio, an Lactantio ſit dan-
da manutentio, pro ipſo informante, Domini reſponde-
runt, vtpotè poſſeſſori, *§. retinendæ inſtit. de interdicto*
præſertim iuſto, & legitimo ad tradita, *a Poſt. obſeru. 11.* 2
ab initio.

Nec obſtitit reſignatio, quia non conſtitit, & quate-
nus conſtitiſſet, conſtare quoque debuiſſet conſumatio
reſignationis, & in reſignatione facta in fauorem alte-
rius, reſignans dicitur etiam poſſidere, & titulum colo- 3
ratum habere, donec reſignatario beneficium requira-
tur, & cum effectu, vt eſt communis concluſio, plene au-
tem non dicitur acquiſitum, niſi fuerit capta poſſeſ- 4
ſio iuxta communem opinionem apud *Pariſ de reſign.
quaſt. 3. num. 47 & q. 5. num. 37. & 38. & q. 11 num. 10. &
ſeqq. lib. 1. Garz. de benef. cap. 1. num. 139. & 140. part. 1.
Loter. de reb. benef. q. 14. num. 89. & 90. lib. 3. Poſt de manut.
obſeru 57. n. 19.* & vbique ſæpè ſæpiùs *Rot. max me cor.
Ludouiſ. dec. 138 num 6. & coram Eminentiſs. Ottbob. dec.
106. num 4. & nouiſs. dec. 190. num. 11. & 12. par. 9.* vbi di-
citur hoc non habere contradictorem, & ſic poſſeſſio
occupa-

occupata per reſignatarium, ſine publicatione non va-
leret apud *Rebuff. prax. benef. ad regulam de public. reſi-*
5 *gnat. ab initio Poſt. obſeru.46. num.13. Rot. coram Comit.*
deciſ 3 num.2. & dec.12. num.1. cum alijs, & vtrumque
reſignans perſiſteret, in detentatione eſſet manutenen-
dus, & de facto iucumbens ſaltem detentationi, & qua-
tenus amiſiſſet poſſeſſionem ciuilem, & naturalem, ſuf-
ficeret, quod eſſet in detentatione de facto, & corpora-
6 liter apud *Poſt. obſeru.57. num.9.11. & 21.* cum deciſ. ibi,
allegatis.
Et ſatis ſuperque, ſi antequam fuerit per reſignata-
rium capta poſſeſſio, contingat dubitari, de ipſius reſi-
gnationis validitate, datur reſignanti manutentio, tam
aduerſus tertium, quam contra ipſum reſignitarium,
7 *Poſt. d. obſeru.57. nu.18. cum alleg.* & cum alijs *add. ad Bu-*
ratt. dec.787 n.9. & Rot. d. dec.106. in fine.

R. P. D. Taya.

Ciuitatis Caſtelli Primogenituræ.

Merc. 4. Iunij 1670.

ARGVMENTVM.

Pro fideicommiſſo facto in contractu datur Saluia-
num interdictum, & in fideicommiſſo ordinato ad
fauorem vnius ex filijs nominandi ab aliquo non
facta nominatione ſuccedit primogenitus.

SVMMARIVM.

1 *Inter perſonas laicas, & in bonis laicis habet locum*
Aegidiana.
2 *Contra quando vnus ex litigantibus eſt Clericus.*
3 *Bigamus nullum priuilegium clericale habere poteſt.*
4 *Saluianum datur pro fideicommiſſo facto in contractu.*
5 *Fideicommiſſum ad fauorem vnius ex pluribus eligen-*
di ab aliquo non facta electione non expirat.
6 *Non facta electione ſuccedit primogenitus.*
7 *Modus ſuccedendi in primogenitura declaratur ab*
obſeruantia.
8 *Beneficium alicuius non debet eſſe in odium alterius.*
9 *Hæres non impugnat fideicommiſſum acceptatum à*
defuncto.
10 *Nec impugnat eius declarationem.*
11 *Nec allegat contrauentionem defuncti.*

DECISIO CL.

Eſſe locum Ægidianæ DD reſponderunt, quia actum
fuit in poſſeſſorio inter perſonas laicas, de bonis lai-
cis, & ſententia viſa eſt valida, & iuſta. vt aliàs his
1 concurrentibus reſponſum eſt nouiſſimè *deciſ.425. nu.1.*
part.12.
Neque enim obſiſtit, quod Vrſinus, etiam ſi vnus ex
2 litigantibus eſſet Clericus *deciſ 117 num.3. dicta par.12.*
& conſtaret ex dimiſſoria ad primam Tonſuram pro
ſeruitio Cathedralis Eccleſiæ, In libro Promotorum
29. *Septembris* 1631. quia conſtitit etiam Bigamia ipſius
cũ Florida 5. *Februarij* 1654. vidua Iacobi ex matrimo-
nio 2. *Iunij* 1647. & declaratum eſt in Iore Bigamos om-
3 ni priuilegio Clericali eſſe nudatos *cap. Vnic. de Bigam.*
in 6. & ibi gloſ Bigamos, & ſeq. gl. omni priuil.
Nec valuit ad inualiditatẽ ſententiæ defectus actionis
præſertim poſſeſſoriȩ, videlicet Saluiani Interdicti, aut
huiuſmodi, quod Primogenitura conſtituta fuerit in do-
4 natione *iuxta l.3. C. de donat. quæ ſub mod.* & pro fidei-
commiſſis in contractibus ſecundum aliquos non detur
rei vindicatio *Surd. deciſ.144. num 2.* cum alijs. & de do-
natione, & actione perſonali potiſſimum *ex Couar. var.*
reſol.14 num.3. verſ. hanc verò lib.1. Rot. deciſ 537. & in
fine part.1. diuerſ. quia contrarium principaliter, & ſæ-
piſſimè, & de Saluiano interdicto deciſum eſt à *Rota co-*
ram Seraph. deciſ.828. & coram Dunozetto Iun. deciſ.915.
& coram Eminentiſs. D. meo Cardinali Celſo deciſ.108. &
deciſ.131. vbique ab init. cum alijs.
Minùs ad iniuſtitiam, quod donatio, & Primogenitu-
ra inualidȩ fuerint, quo loco placet adducere à capite fa-
ctum, Anno 1582. Reuerendiſs. Epiſcopus Dominicus
donauit ſcuta 4000. Bernardino fratri, & poſt illius obi-
tum vni ex Bernardini filijs naſcituris, nominando, à ſe
ipſo Donatore, in eius defectum, à Bernardino, & vxore,
videlicet Guerrinũ ſeù Nicolaum, ſeù Tarquinium, ſeù
Petruccium, ſeù Matthiam, & poſt illius obitum, Pri-
mogenito maſculo, & ſingulis Primogenitis, ex eius li-
nea, & ordine ſucceſſiuo iu infinitum, ſiu autem linea
electi, & Primogenituræ deficeret vni ex alijs Bernardi-
ni filijs, donec &c. donauit autem ſcut. 4000. monetæ,
hoc modo 2000. in tot ſocietatibus, & cenſibus, & quæ
in Societatibus mandauit per dictum fratrem Lucam
Antonium Iuſtinum inueſtiri in cenſibus, & locis Mon-
tium, &c. donec fuerit completa d. ſumma ſcut 4000.
Anno 1599. Bernardinus Donatarius teſtatus eſt. &
mandauit vt prædicta ad fauorem Primogeniti ſcut.
4000. ſemper remaneant, & proptereà pro adimpiendo
iuſſit, vt Guerrinus Primogenitus pro conſequendis dd.
ſcut. 4000. haberet mille in tot pecunijs, & pro alijs ſcut.
3000. tantam terram &c. & legauit Matthiæ Tarqui-
nio, & Petruccio alijs filijs ſcut. 1500 pro quolibet & ipſi
poſtmodum diuidentes anno 1599. aſſignarunt Guerri-
no Primogenito pro ſcut. 1000. dictum prædium, & pro
alijs ſcut. 3000. la Rocca.
Dum functi ſunt omnes vita, & ex Petruccio etiã Ber-
nardinus Iunior, & ex Bernardino Iuniore, Dominicus
Iunior, ſuperſtite nunc Vnico Vrſino, altero Petruccij
filio, agente contra Annam Vxorem Dominici Iunio-
ris.
Vrſino agenti non obſtiterunt oppoſita ab Anna,
nempè, quod Primogenitura fuerit imperfecta, cum
Bernardinus ſolus non potuerit nominare ad Primoge-
nituram, nec quiſquam fuerit ſortitione electus, nec fue-
rint ſeruatæ aliæ conditiones in ipſa donatione recen-
ſitæ.
Quoniam, cum Donator inſtituerit fideicommiſſum
perpetuum pro vno filio Bernardini, & poſt illius obi-
tum Primogenito, & ſingulis Primogenitis ex eius linea,
& ordine ſucceſſiuo in infinitum, vt ſupra, etiam ele-
ctione non ſecuta remanſit fideicommiſſum fauore eo-
rundem filiorum *§. rogo fundum l. vnum ex familia 67. &* 5
§. rogo fil. l. cum Pater 77. ff. de leg.2. Fuſar. de ſubſtit. tot.
quæſt.505.
Teſtatore autem volente vnum ſolum eligi, ac Pri-
mogenituram inſtitutam, Bernardinus benè rem geſſit,
eligendo Primogenitum, non enim filij omnes ſuccede-
re poterant, ideoque electione non facta, ſuccedere debuit
vnus, & Primogenitus in puncto huiuſmodi donationis
Surd. conſ 375. num.30. à verſ. rurſus ſi ex alijs fratribus,
præcipuè cum *Molin. de Primog. cap.4 num.42. lib.2.* & 6
abundè ibi allegat, & amplius apud *adden. ad num* 41.
vbi in ſpecie *Fontanell de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.9. part.5.*
num.11. vbi deciſum, & apud ipſum *Fontanell deciſ.467*
num.9. & 10.
Subſtulit omnem difficultatem obſeruantia, conſen-
ſuſque filiorum Bernardini, nam ipſe Pater dedit pro
hac Primogenitura ſcut. 4000. Guerrino Primogenito,
cui ea deinde fratres aſſignarunt, & in reintegrationem
Primogenituræ nepotes Guerrini dederunt ſcut. 800.
& ex hac obſeruantia fuit ipſa Primogenitura confir-
mata, & declarata in puncto *Peregr. conſ.34. num.6. & 10.* 7
lib 3. & generaliter *Fuſar. conſ.125. num.13. Rot. dec.401.*
num.13. part.9.
Cumque Dominicus, cuius eſt hæres Anna, non ſo-
lum ex hac Primogenitura hæc bona poſſederit, ideoque
Beneficium, quod ei placuit, ex donatione Dominici, &
teſtamento Bernardini, non debet in alterius perſona
odiſſe,

Digitized by Google

odiſſe, vt ex *Socc.Sen.& Decian.ait Fuſar. dict. conſ.*125.
8 *numero* 14. *& de ſubſt.quæſt.*500. *num.*1.*verſ. maximè ſi*
aduerſarias, ſed etiam declarauerit anno 1664. hanc
Primogenituram conſtitutam, ab Epiſcopo Dominico à
ſe poſſeſſam, eaque ſe frui, itaut. pro cenſu redempto,
aſſignauerit Prædium, cum domibus, &c. nec potuit ab
ipſo, nec poteſt ab eius hæredibus amplius controuerti ad
9 *§.vlt.inſtit.de ſing. reb. per fideic.*cum ibi not.cum pluribus
apud *Fuſar conſ.*113.*à verſ.denique.& conſ.*114.*in fin. &*
*de ſubſt.d.q.*500. *ab init.* cum abundè alleg. per *Mant. de*
*coniect tit.*1.*num.*28.*lib.*3.

Imò etiam ſi bona fuiſſent libera huius Dominici, ta-
men ex dicta declaratione, & aſſignatione in fideicom-
miſſaria, Anna non poteſt contrauenire d. declaratio-
10 ni, & aſſignationi factæ à Dominico cuius ipſa eſt hæres,
*Decian. conſil.*416. *num.*22. *verſic.* ſed tamen dici poteſt
*Rota coram Barz. deciſ.*81. *num.*16. *verſ. & quod ſi con-*
feſſus.

Reliqua reinueſtimenti non facti, & libri non ſcripti,
quæ objiciebantur, cenſuerunt Domini, non poſſe ob-
ſtare Vrſino, qui agens hodie ex propria perſona, in ni-
hilo defecit, & ſi qui defectus defecerunt Anteceſſores in
Primogenitura, & præſertim Dominicus vltimus poſ-
ſeſſor, cuius hæres Anna non poteſt allegare defectum
11 *l.*5 *C.de ſent.pign. dat. & ibi gloſſ.vnic.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Taya.

Bononien. Fideicommiſſi de Cęſareis.

Lunæ 26. Ianuarij 1665.

A R G V M E N T V M.

Latè diſcuſſo, quomodò legitimatus, non veniat ap-
pellatione legitimi, & naturalis, & de legitimo ma-
trimonio nati; concluditur donatarium vniuerſa-
lem teneri, ad debita donantis, qui ſibi reſerua-
uit facultatem teſtandi de modica portione.

S V M M A R I V M.

1 *Legitimatus ab alio præter Papam non venit nomine legitimorum, & naturalium.*
2 *Et quid de legitimatis ab illis de Campegijs.*
3 *Negatiuè quando teſtator intellexit de natis ex matrimonio legitimo.*
4 *Poſitis in conditione, cenſentur diuerſi à vocatis ſpecificè.*
5 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*
6 *Verba, quæ poſſunt habere plures ſignificationes attenditur in quo ſenſu teſtator acceperit.*
7 *Dictio,* ſic.*ſtat illatiuè, & expoſitiuè.*
8 *Teſtator non præſumitur excludere proximiores.*
9 *Nec cenſetur excludere naturales, in concurſu legitimatorum.*
10 *Legitimatus, quando non ſunt legitimi, excludit ſubſtitutum.*
11 *Simpliciter negatum, non affirmatur, ſecundum, quid contra voluntatem teſtatoris.*
12 *Teſtator reſpiciens ad matrimoniũ, repellit legitimatos.*
13 *Excluſus in vna parte teſtamenti cenſetur etiam in alia.*
14 *Dictio* vſque *terminat, & incipit.*
15 *Donatarius vniuerſalis tenetur ad debita donantis.*
16 *Donatarius eſt loco hæredis etiam ſi donator ſibi reſeruat facultatem teſtandi.*
17 *Donatarius etiam non facto inuentario, non tenetur ad debita, vltra quantitatem donatam.*
18 *Declara.*
19 *Donatio omniũ bonorũ præſumitur in fraudẽ creditorũ.*
20 *Maximè inter patrem, & filium.*

D E C I S I O CLI.

In deciſis fuſiùs 24. Martij proximi præteriti breuiùs
DD. ſteterunt duobus potiſſimis fundamentis præter
alia in d.deciſione, & melius in alijs coram R. P. D. meo
Albergato 24 Ianuarij, & 22.Iunij 1663 ad quas ſe ſe
DD. retulere nominatim, Iudicij præcedentis, cùm ſen-
tentia ſubſecuta, cùm tertiò reclamauerit, & quartò re-
ſtiterit Ruggerius.

Siquidem viſus eſt non poſſe Ruggerius admitti ad
ſucceſſionem controuerſam, ſiue vti deſcendens Hercu-
lis, ſiue vti proximior de agnatione Teſtatoris, & de fa-
milia de Cæſareis maſculus legitimus, & naturalis: Teſta-
tor enim ſubſtituit Deſcendentes Herculis maſculos legi-
timos & naturales, & ex legitimo matrimonio natos, &
naſcituros, qualis ille non eſt, vt legitimatus, & per gra-
tiam inſufficientem præter Pontificem & ſupremam po-
teſtatem, cùm voluntate, *Peregr. de fideicom, art,*23.*num.*
45.*Sanleger. ciuil. quæſt.*124.*num.*4. 14. *&* 15. *Rot.deciſ.* 1
255.*num* 24.*&* 25.*part* 9.& præſertim cùm clauſula *ci-*
trà præiudicium cuiuſcumque Iuris quæſiti alijs Perſonæ,
& cuiuſcumque fideicommiſſi, & ſubſtitutionum, &c. ad
litteram legitimationis, ſufficienti quoque clauſula citra
præiudicium venientium ab inteſtato, *Rot. d. deciſ.*255.
*num.*21.*&* 22. cùm alijs.

Item dic, & proximiores ſubſtituti videantur, & ad
verba ſimplicia, ſint proximiores de Agnatione Teſta-
toris, & de familia de Cæſareis, maſculi legitimi, & natu-
rales, & inde Ruggerius prætendat includi legitimatos,
& maximè ſe legitimatum ampliſſima authoritate Co-
mitis Campegij apud *Gionagn. reſp.*16. *n.*66. *Rot.coram* 2
*Comitul.deciſ.*74.*num* 3. attamen DD. patuit ex accura-
ta lectione, & intellectione Teſtamenti, Teſtatorem in
ijs verbis proximiorum legitimorum & naturalium ſen-
ſiſſe ex legitimo matrimonio natos, & præter nominatos
ſupra legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio
natos, ipſos legitimos, & naturales explicatos, & ſpecifi-
catos ex legitimo matrimonio natos ex *Bart.ad §.verùm,* 3
l. ſi is, qui ducenta, ff. de reb.dub.numero 5. cum alijs alias
allegatis.

Et nè ſuperflua, ſeu vt ſuperflua minùs ſit qualitate
ex legitimo matrimonio natorum, qualitas legitimo-
rum, & naturalium, poſteàquam ſubſtituit filios, & De-
ſcendentes Herculis legitimos & naturales, & ex legiti-
mo matrimonio natos, cogitaſſe eos defuturos, aut defe-
cturos, & eo caſu ſubſtituiſſe fęminas Herculis legitimas,
& naturales, vt ſupra natas, & poſteà nullis extantibus
Deſcendentibus maſculis, vel fœminis Herculis, & na-
turalibus, vt ſupra natis; & ſic finita linea, tàm maſcu-
lina, quàm fœminina legitima, & naturali Herculis, ſub-
ſtituit proximiores de agnatione, & de familia de Cæſa-
reis legitimos, & naturales; Vnde ſicuti indubitabile eſt
in linea maſculorum legitima, & naturali Teſtatorem
ſenſiſſe ex legitimo matrimonio natos, quos ſubſtitue-
rat, vt poſteà ſubſtituerit illis ipſis, & quos ſubſtituendo
vocauerat eoſdem, etiam poſuerit in conditione *Peregr.* 4
*conſ.*69.*ſub num.*1. *& num.*2. *verſ at idcircò lib.*3.*Eugen.*
*conſ.*52.*nu.*66.*verſ. ſecundo ſi ſubſtituerit lib.*1. cum plu-
ribus apud *Fuſar.de ſubſtit. quæſt.*407. *num.*80. *&* 158.
Ita pariter indubitabile viſum eſt, dum continuò ſubſti-
tuit proximiores de agnatione, & de familia de Cæſareis
maſculos legitimos, & naturales ſenſiſſe ex legitimo ma- 5
trimonio natos, vna Teſtamenti parte alteram decla-
rante, & eodem modo verba accipiendo in altera par-
te, quo in vna, & ipſa proxima accipiebantur cum cę-
teris generaliter vulgatis, & ſpecialiter allatis in Deci-
ſione; Et punctim in rem præſentem; dùm agitur de
declaratione nominis legitimorum, & naturalium, quod
poteſt habere plures ſignificationes, tunc inſpici, in qua
ſignificatione Teſtator nomen illud acceperit, *Peregr.* 6
*conſ.*65.*num.*14.*lib.*2.*& d.conſ*69 *d.nu.*1.*Mant. de coniect.*
*tit.*10.*num.*24.*verſ. quin etiam lib.*11. *Sanleger. d. qu.*124.
*num.*2.

Digitized by Google

malam fidem colligi, ex præſumptionibus, & coniectu-
8 ris, pront facti qualitas dictat *Bart. in l. Celſus 27. num. 18. ff. de Vſucap. Bald in l. 1 C de Vſucap. tranſf. Abb. conſil. 19. nu 2. verſ. nam mala fides lib. 2. Rum. conſ. 170. in fin. lib. 1. & Burſatt. conſ. 66 num. 10.*

Eoque magis, quia idem Sanctiſſimus in alia demum ſignatura, die *13. Septembris* 1667. auditis, hinc inde, partibus, declarauerit, quod, licet habilitauerit Catharinam, pro retinenda delata hæreditate, ſuæ, tamen, intentionis non fuiſſe, illam habilitare pro acquirendo prælegato conditionali in præiudicium Spiritæ, imò quod diſpenſationem non conceſſiſſet, ſi tenor teſtamenti fuiſſet expreſſus, huic, enim, declaratio-
19 ni Principis, de coram ſe geſtis ſtandum eſſe cauetur, *in Clem. 1. vbi Imol. & aly de Probat. Soccin. conſ. 266. num. 27. lib. 2. Gabriel. de prob. concl. 2. num. 5. part. 8. Rot. rec par. 1. dec. 271. num. 5. & par. 8. dec. 10. num. 17. & cor. Canaler. dec. 612. num. 5.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Priolo.

Romana Succeſſionis,

28. *Iunij* 1660.

ARGVMENTVM.

Renunciatio iurata, per pactum, de non petendo, facta ab ea, quæ capit dotem, dicitur generalis, & comprehendit ius prouenìens vigore, *l. fœmina de ſecund. Nuptijs.*

SVMMARIVM.

1 *Ceſſante læſione, non datur reſtitutio in integrum.*
2 *Renuncians non poteſt redire ad bona renunciata.*
3 *Lucrum acquiſitum, vigore l. fœmina, acquiritur ipſo iure.*
4 *Dictio,* quomodolibet, *eſt vniuerſalis, & comprehendit omnem caſum.*
5 *Verbum,* poſſet, *reſpicit ius futurum.*
6 *Dictio,* non alias, *eſt præciſa, & nullam interpretationem admittit.*
7 *Renunciatio facta in actu acquiſitionis dotis, latiùs interpretatur.*
8 *Renunciatio, per pactum de non petendo, improbatur à iure Ciuili.*
9 *Cum iuramento valet.*
10 *Sine læſione non datur reſtitutio in integrum.*

DECISIO CXXXXIII.

COnſtituit Antonius Pellegrus in cap. Matrimonialibus dotem 3000. Veronicæ filiæ, pro omni, & toto eo, quod ipſa prætendere poſſet, ex bonis, tam paternis, & fratrum etiam defunctorum, quam poſteà in inſtrumento dotali tradidit, & conſignauit Blaſio, eius ſponſo, & ſubindè Veronica ſolutionem, & conſignationem huiuſmodi cum ſolemnitatibus ratificauit, modo, & forma, contentis in dd. capitulis, & inſtrumento dotali, cum autem, prædicta Veronica, nihilominus ſuccedere in bonis maternis, & fratrum prædefunctorum, tam ante, quam poſt contractum matrimonium, contenderet, cumque in Rot. ſuper hoc fuiſſet, in gradu appellationis introductum iudiciũ, propoſito dubio, reſponderunt Domini, contra D. Veronicam, ei, ſcilicet, obſtare propriam renunciationem, & ità ſemel atque iterum fuit pronunciatum, vndè, commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum, cum clauſula ſine præiudicio duarum conformium, hodie, me proponente, reſponſum fuit non conſtare de cauſis prætenſæ reſtitutionis.

Fundamentum, enim, reſtitutionis in integrum, eſt læſio, quæ ſi ceſſet, prout in præſenti ceſſat, non eſt locus
reſtitutioni *l. minor, & ibi gloſſ. ff de minor. Innoc. in c. audītis* 1
& in c. ex literis de reſtit. in integrum Rot dec. 1. in nouiſſ eod. tit. cor. Duran. dec. 289. num. 1. cor Seraph. dec. 634. n. 1. & 1238. nu. 1. in rec. dec. 34. num. 1. part. 2.

Læſio, autem, ceſſat, quia validitas ſententiarum, non controuertitur; Iuſtitia, verò, remanet probata ex eo, quia dum Veronica, poſtquam ab Antonio patre, obtinuerat dotem ſcutorum 3000. renunciauit bonis paternis, maternis, & fraternis, cum iuramento, & omnibus ſolemnitatibus adhibitis, vtique, ad bona renunciata amplius redi-
re non poteſt *l. quæritur, §. ſi venditor ff. de ædil. edict. l. Herennius in princ ff. de euict. l. ſi quis iuſiurandum, Cod. de reb.* 2
cred. Rot. dec. 125. nu. 4. part. 5. rec. & cor. Mant. dec. 356. n. 3.

Non obſtat, quod bona fratrum prędefunctorum fuerunt, ipſo iure acquiſita Veronicæ, ob tranſitum patris ad ſecundas nuptias, per *tex in l fœmina, § illud, C. de ſecund. nupt.* quodque eius diſpoſitio procedat tam in muliere quam in viro, ex eo quod pœnę ſecundo nubentiũ
communes ſint vtrique parenti, vt explicat. ibi *gloſſ. verb.* 3
poſſeſſione delata Dec. conſ. 87. num. 3. Rot. cor. Buratt. deciſ. 82. n. 2. cum ſeqq. & in Aſculana hæreditatis 19. Iunij 1648. coram Emin Celſo.

Quia, cum renunciatio ſit concepta verbis ampliſſimis, & in tempore, quo iam pater tranſierat ad ſecundas nuptias, & duo fratres deceſſerant, vnus ciuiliter, per profeſſionem, alter naturaliter, ſuperſtite, dumtaxat, Io: Baptiſta, qui non deceſſit, vtique intelligitur ſub illa compræhenſũ omne ius, quod Veronicæ, tunc temporis, cõpetebat, & competere poterat, in futurum, vt inferunt
verba illa, *quomodolibet prætendere poſſet, & non alias,* nam 4
dictio, *quomodolibet,* eſt vniuerſalis compræhenſiua quo-
rumcumque caſuum, & omnem modum includit *Menoc.* 5
de recuperand. rem. 6. num. 13. add. ad Buratt. dec. 193. num.
15. & verbum, *poſſet* reſpicit etiam ius de futuro *Bero. conſ.* 6
130. nu. 24. Surd. conſ. 267. nu. 25. Rot. cor. Buratt. dec. 226. nu. 7. iuncta clauſula, *& non alias,* quæ adeò præciſa eſt, vt de ſui natura, nullam interpretationem à verbis ſepa-
ratam admittat, ad notata per *Pariſ. conſ. 19. num. 11. Ro-* 7
land. conſ. 63. num. 29. lib 4. Rot dec. 446. nu. 5 par. 1. diuerſ. & ita deducitur in vtraque deciſ. huius cauſæ.

Quæ faciliùs veniunt admittenda, cum Veronica fuerit congruenter dotata, imò pinguiùs, quam eius qualitas expoſceret, & vires patrimonij ſuppeterent, ità, vt eo minus ſit ambigendum, quin fuerit, in renunciatione compræhenſum totum id, quod ipſa ex hæreditatibus maternis, & fraternis, tam tunc viuentium, quam mortuorũ
prætendere poſſet, vt fuit conſideratum *in prima dec. §. vt* 8
faciliùs cor. R. P. D. Alberg. & in ſecunda, §. & magis hac coram Reuerendiſs. Papien.

Fortius, quia renunciatio facta eſt, non ſolum per viã ſimplicis renunciationis, ſed vlteriùs, per modum pacti
de non petendo, ibi, *pro omni, & toto eo quod ipſa quomodo-* 9
libet prætendere poſſet, & non alias; quod licet improbet lex ciuilis *l pactum dotale, C. de collat.* tamen cum ſit firmatũ iuramento, valet & eſt omninò ſeruandum, *iuxta tex. ex-*
preſſum in c. quamuis de pact. Bero. conſ 51. nu. 9. & per tot. 10
Rot. cor. Buratt. dec. 394. num. 1. confirmata cor. Merl. deciſ. 274. num. 2.

Conſtito, itaque de validitate, & iuſtitia ſententiarum nulla poteſt conſiderari læſio, ſine qua non competit reſtitutio in integrum, *Rot. dec. 731. num. 1 par. 2. recent. & cor. Emmen. Otthob. dec 40. in fin. & dec. 50.* cum alijs in princ. alleg.

Digitized by Google

R. P. D. Priolo.

Rauennaten. Legitimæ.

Luna 28. Nouembris 1667.

ARGVMENTVM.

Matris legitima, quæ eſt tertia pars hæreditatis filij, deducto ære alieno, non minuitur, per legatum ei relictum, niſi conſtet, de acceptatione, in imputationem legitimæ, & de voluntate defuncti neceſſariò inducente imputationem.

SVMMARIVM.

1 *Matri debetur legitima in bonis filij.*
2 *Quæ eſt tertia pars hæreditatis.*
3 *In calculanda legitima detrahitur æs alienum.*
4 *Et legatum relictum alicui conſucceſſori ab inteſtato.*
5 *Legatum, iudicio teſtatoris, adeptum imputatur in legitimam.*
6 *Sed probari debet acceptatio legati.*
7 *Quæ acceptatio debet probari concludenter aliter quam per aditionem, & poſſeſſionem.*
8 *Quiſque præſumitur poſſidere titulo ſibi magis vtili.*
9 *Vſusfructus relictus vxori ſimul cum filio non reſtringitur ad alimenta.*
10 *Ius accreſcendi poſt ius quæſitum peculiariter datur in vſufructu.*
11 *In legitimam imputantur ſolum ea, quæ debentur purè, & ſine interuallo à die mortis defuncti.*
12 *Legatum non debet eſſe fruſtatorium.*
13 *Imputantur in legitimam ſolum ea bona, quæ ſpectabant ad defunctum.*
14 *Procurator, ſine ſpeciali mandato, non poteſt declarare voluntatem.*
15 *Donatio, inter viuos non imputatur in legitimam.*

DECISIO CXLIV.

IO: Baptiſta Bagnara, relicto Annæ matri, bonorum omnium vſufructu, vna cum facultate; *di poter diſporre de' ſuoi beni fino alla ſomma di ſcudi* 300. ac legatis ſcut. 200. Tizzono, ex ſorore prædefuncta, nepoti, hæredem proprietariam ſcripſit Catharinam alteram ſororem; Tribus verò, menſibus elapſis, à morte Io: Baptiſtæ, eidem fato ſuccubuit Anna præfata, quæ prælegatis d. Catherinæ eiſdem ſcut. 300. propriæ diſpoſitioni, ex iudicio Io: Baptiſtæ, vt ſupra, præordinatis, Catherinam eius filiam, & Romualdum Tizzonum, ex alia filia nepotem, hæredes inſtituit, inter quos, orta lite, ſuper quantitate, & imputationibus legitimæ competentis Annæ matri, in bonis Io: Baptiſtæ, emanarunt in partibus ad fauorem Tizzoni binæ ſententiæ ab A. C in grado appellationis reuocatæ: deuoluta, autem, cauſa ad Rotam, mihique commiſſa, dubitaui; An, & quanta debeatur legitima, & quænam ſint imputanda.

Et quoad primam partem dubij nulla fuit controuerſia; Colitigantes, enim, ad inuicem conueniebant, cum aperta iuris diſpoſitione, tam circa debitum legitimæ, quæ matri, in bonis filij prædefun-
1 cti, defertur per *textus in l. nam etſi parentibus* 15. *ff. de Inoff teſt. & in auth Presbyteris C. de Epiſc. & Cleric.* quam, circa illius, quantitatem, nempe, in tertia parte medietatis, ſeu portionis bonorum Io: Baptiſtæ, quæ Annæ matri obueniſſet, ſi, inteſtato defuncto ſucceſſiſſet, cum d Catherina filia, & reſpectiuè ſorore teſtatoris hærede inſtituta iuxtà ſenten-
tiam *Bart* ſpreto *Burig.* communiter ſequutam in ca- 2
ſu noſtro vt teſtantur, *Burſatt. conſ.* 114. *numer.* 11. *& conſ.* 115. *numer.* 7. *&* 8. *Gabriel. conſ.* 94. *num.* 20. *& ſeqq. lib.* 1. *Spada conſ.* 300 *numer.* 1. *&* 2. *lib.* 4. *Fachin. contron.* 29. *lib.* 4. *Grattan. diſcept. for. cap.* 178. *numer.* 13. *Bellon. de Iur. Accreſc cap* 6. *quæſt.* 16. *numer.* 109. *& ſeqq. lib* 1. *Rot. deciſ.* 421. *numer.* 4. *par.* 4. *diuerſ & in Sueſſana legitima* 10. *Martij* 1662 *§. item coram R.P.D. Taja.*

Detracto, tamen, in calculanda legitima, nedum
ære alieno teſtatoris, *l. Papinianus § quarta ff. de Inoff.* 3
teſtam. ſed etiam legato ſcut. 200 fauore Romualdi
Tizzoni ex ſorore nepotis, per Io: Baptiſtam reli-
cto, tanquam facto perſonæ, quæ, circumſcripto te-
ſtamento, vna cum matre, & ſorore defuncti ab in-
teſtato conſucceſſiſſet, *Mareſcott. var. lib* 1. *cap.* 10. 4
numer. 9 *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 7 *numer.* 16.
& poſt ipſum *Rot. deciſ.* 39. *numer.* 15. *repetita in deciſ.*
421. *numer.* 8. *par.* 4. *diuerſ. deciſ.* 527. *numer.* 22. *&* 23.
par. 5. *tom.* 2. *& deciſ.* 219. *per tot. ſignanter numer.* 7. *par.*
6. *rec. & in Auemonen. legitima* 22. *Aprilis* 1654. *§.* 1. *co-
ram Peutingerio.*

Quo verò ad aliam partem dubij, reſponderunt DD.
nihil eſſe imputandum; quamuis, enim Io: Baptiſta
matri reliquerit vſumfructum, ac facultatem diſponen-
di, de ſuis bonis, vſque ad ſummam ſcut. 300. ideo-
que videatur in legitima eſſe imputandum vtrum-
que legatum iudicio teſtatoris adeptum, *l. omnimo-* 5
do 30. *& l ſcimus* 36. *§. repletionem ff. de Inoff. teſt. Bart.
in l. in quartam num.* 10. *ff. ad l. Falcid.*

Factum, tamen, de quo agitur, huius concluſio-
nis limites egreditur, nec patitur illius applicationem.
Siquidem, reſpectu Vſusfructus, non docetur, quod
mater eum acceptauerit, prout euidenter oſtendi de-
bet, ad effectum imputationis in legitimam, nec ad- 6
mittitur tacita, & æquiuoca probatio, reſultans, ex
poſſeſſione bonorum, aut aditione hæreditatis, *Spa-* 7
da conſ. 301. *numer.* 5. *&* 6. *lib.* 3. *Pereg de Fideic. art.* 36.
numer 84. *& ſeqq. Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Lupa-
ris* 14. *Ianuarij* 1661. *§ fuit enim & §. ſeq. &* 27. *Ianua-
rij* 1662. *§. ad effectum coram R. P. D. Bourlemont. con-
firmata* 2. *May* 1664. *§. quantum coram R. P. D. Beni-
laqua.*

Hinc, igitur, non releuat, quod Anna, poſſederit bona hæreditaria, & nihilominus alia vlterius adducitur reſponſio, quod nempè mater bona poſſidere poterat ex alio titulo, ſibi magis vtili, & proficuo, cuius vigore, quilibet poſſidere ſemper præſumitur; *Alex conſ.* 8. *num.* 19. *verſ nec etiam probatur & num.* 20. *lib.* 3 *Menoch. conſ.* 87. *num.* 64. *verſ. quod maxime, & de Præſumpt. lib.* 6 *præſ.* 5. *num.* 40.

Alium, verò, vtiliorem, & antiquiorem poſſeſſionis titulum Annæ ſubminiſtrabat teſtamentum Andreæ Bagnaræ ſui viri, qui formalem vſumfructum vxori reliquerat, vna cum Thomaſia, & d. Io: Baptiſta, matre, & reſpectiuè filio eiuſdem Andreæ; Nec poteſt huiuſmodi Vſusfructus reſtringi ad alimenta, iuxtà conſuetudinem Bulgari, dum matri ſimul cum filio relictus apparet, ne idem legatum, diuerſo iure, cenſeatur; *Dec. conſ.* 454. *numer.* 3. *Rum. conſ.* 39. *numer.* 3. *ad finem lib.* 2. *Menoch. conſ.* 578. *numer.* 3. *& ſeqq. Gratian. diſcept.* 70. *numer.* 49. *& ſeqq. & diſcept.* 573. *numer.* 7. 8. *Rot. deciſ.* 311. *numer* 35. *par.* 11. *rec. in Fauentina Vſusfructus* 20. *Iunij* 1664. *coram Veroſpio, & in Firmana Vſusfructus* 5. *Iulij* 1666. *§. iuſtitia & §. ſeqq. coram R.P.D. Albergato.*

Digitized by Google

Vnde Thomaſia, & Io: Baptiſta, præmortuis, Anna potuit, iure proprio, retinere tertiam partem Vſuſfructus bonorum d. Andreæ Bagnaræ, alias, verò, duas portiones acquiſiuit, per ius accreſcendi, quod etiam, poſt ius quæſitum peculiariter datur in vſufructu per
10 *textum clarum in l. 1. §. interdum ff. de Vſufructu accreſc. gloſſ. in l. is qui complures 92. verbo omnibus ff. de leg. 3. Bart. in l. re communi numer. 49. verſ. fallit ff. eodem, Ciriac. controu. 51. num. 4.* & relatis concordantibus plene firmat *Bellon. de Iur. Accreſc. c. 7. quæſt. 59. num. 103. & ſeqq.*

Reſpectu, verò, ſcut. 300. quæ, ad formam facultatis attributæ à Io: Baptiſta teſtatrice, Anna prælegauit Catherinæ, pariformiter excluditur imputatio, tum quia, poſt mortem filij non fuerunt matri ſtatim acquiſita, & attendi debebat diſpoſitio poſtmodom facienda, qua non facta, in hæreditate remanſiſſent, ſtantibus præſertim, illis verbis; *e non diſponendone s'*
11 *accreſca all' Infraſcritta ſua herede proprietaria*; Ideò locum habere non poteſt imputatio, quæ datur, dumtaxat, in ijs, quæ, poſt mortem debentis legitimam, ſtatim obueniunt purè, & ſimpliciter, abſque temporis interuallo, atque independenter à futuro euentu *Peregrin de fideicommiſs. art. 36. num 112. & ſeqq. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 1. num. 15. cum pluribus ſeqq.*

Tum, quia prorſus inutile fuiſſet tale legatum, ſi mater illum imputare debuiſſet, de qua, abſque vlla,
12 difficultate teſtatrix poterat ad libitum, tanquam de re propria, diſponere, omnemque alium intellectum reijcit ipſemet verborum contextus, eo enim, quod teſtator legauit facultatem, *di potere diſporre de' ſuoi beni ſino alla ſomma di ſcudi* 300. clarè declarauit diſpoſitionem referri ad propria bona, non autem ad bona matris, qualia ſunt illa, quæ pro legitima ei deberen-
13 tur, ideoque ceſſat imputatio, ex doctrina *Bart. in l. vt Iuſiurandi, §. ſi liberti in fine. ff. de oper. libert. Bald. conſ. 84. lib 2, Surd conſ. 112. num. 83, Monoch. de Præſ. lib. 4. præſ. 109. num 6.*

Minus, denique, prætendi poteſt imputatio pro ſcut. 3500. quæ Io: Baptiſta anno 1645. donauerat matri, quoad vixerit, quoniam deficit expreſſa acceptatio, ad hunc effectum, requiſita, ex ſuperius allegatis, non attenta quadam proteſtatione facta per procuratorem Tizzoni cohæredis Annæ; quia ſine ſpeciali mandato, non potuit animum principalis declarare, nec ei
14 aliquod afferre præiudicium, *Rot. coram Coccin. deciſ. 326. num 4. & in Romana Emphyteuſis ſeu Deuolutionis Domorum 3. Iuly 1662. §. nec qualitatem, coram R. P. D. Albergato*; Ac extrà difficultatem duxit iuris Concluſio, quod validè donata, inter viuos, non ſunt
15 obnoxia imputationi *l. ſi illud 20 ad finem C. de collat. Rip. in l. in quartam numer. 143. ff. ad l. falcidiam, Merlin. de legit lib 2 tit. 2 quæſt 20. numer. 1. ſubdens numer. 10.* id procedere, quandò donata fuerint alimenta, *Seraph deciſ 568. num. 1.* cum alijs allegatis *in Rauennaten. ſucceſſionis 31. May 1658. §. quo autem coram Me.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Priolo.

Romana, ſeu Farfen. Bonorum.

Ven. 30. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Renunciatarius ingreditur in omnia iura renunciantis; & clauſula Conſtituti transfert poſſeſsionem ad quoſcumque effectus, etiamſi ſit poſita in omnibus bonis.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula cõſtituti transfert verã & realem poſſeſſionẽ.*
2 *Ad effectum manutentionis.*
3 *Operatur eoſdem effectus, quos vera traditio.*
4 *Renunciatarius ingreditur in omnia iura renunciantis.*
5 *Clauſula conſtituti, appoſita rei incertæ, non operatur.*
6 *Dictiones* omnia, & ſingula, *habent vim ſpecialis expreſſionis.*
7 *Tranſactio tollit præcedentem conuentionem.*
8 *Actus approbatus, non poteſt amplius impugnari.*
9 *Recognitio ſcripturæ, probatur ex teſtibus habentibus notam manum.*
10 *Teſtis inimicus non probat.*
11 *Apoca legitimè recognita non dicitur ſuſpecta.*
12 *Accedente maximè obſeruantia.*
13 *Exceptio falſitatis, niſi ſit clariſſima, non impedit manutentionem.*

DECISIO CXXXXV.

FVit reſolutum *die 27. Iunij præteriti*, Franciſco Oliuario, qui ſolus informabat, dandum eſſe mandatum de manutenendo, ſuper bonis, de quibus agitur, & hodie, ſuper ijſdem, repropoſito dubio, vtraque parte informante, Domini ſteterunt in deciſis.

Etenim, reſpectu bonorum, quæ inter ipſum Franciſcum, Andream, & Antonium fratres remanſerant indiuiſa, competit Franc. manutentio pro duabus, ex tribus partibus, nam quoad tertiam ſibi debitam, ex perſona propria, res tranſit ſine difficultate, & pars non controuertit, quo, verò, ad aliam tertiam partem ſpectantem ad Antonium habet intentionem fundatam, in renunciatione, & ceſſione ſibi ab eodem facta, addita clauſola conſtituti, per quam fuit in eundem tranſlata poſſeſſio manutenibilis, perindè, ac ſi ab initio illam poſſediſſet, cum clauſula conſtituti transferat veram, & realem poſ-
ſeſſionem *l quod meo ff. de acquir. poſſeſſ Rot. in rec. dec. 551.* 1
n. 4. p. 2. & dec. 2061. n. 15. par. 7. & ad hunc effectum ma-
nutentionis tradit *Poſt. de manut. obſeru. 55. nu. 11, Rot. pe-* 2
nes eundem dec. 89. nu. 6, dec. 180. nu. 2. & dec. 299. nu. 3. &
operatur eoſdem effectus, quos vera, & realis traditio *Rot.* 3
in Romana, ſeu Auximana donationis 9. Decembris 1641. cor. Pentingerio; Vndè, ſicuti Antonio concedi deberet manutentio, ita etiam concedenda venit Franciſco ha-
benti renunciationem ab eodem Antonio *l fin C. de priuil.* 4
fiſc. Bald. in l. emptor, C. de hæred & act. vend. Poſt. vbi ſupra obſeru. 55 num. 14. & Rot. cor. Duran. dec. 132. nu. 2.

Nec ſubſiſtit, quod renunciatio non loquatur de integra, & totali portione, quæ ad Antonium ſpectabat, ſed ſolum de reſiduo, quod ipſe prætendere poſſet ex hæreditate, & bonis paternis, atque ideò clauſula conſtituti, vti appoſita rei incertæ, non ſit apta transferre poſſeſſionem manutenibilem. Siquid contrarium conuincitur, ex eiuſdem lectura, ibi. *Renuntio, e reſpettiuamente cedo à d. Sig. Franceſco mio fratello anco con l' effetto del precario, e conſtituto non ſolo &c. ma anco tutti, e ſingoli altri beni, e ragioni &c. tanto per l' heredità paterna &c.* quæ verba *omnia, & ſingula bona*, habent

vim

Digitized by Google

vim ſpecialis expreſſionis, perindè ac ſi, de integra tertia
hæreditatis paternæ, ſibi debita fuiſſet Indiuidualiter fa-
cta mentio, iuxtà *gloſſ.in c.circa verb omnia & ſingula de
Elect in 6. Pacif. de Salui. inſpect 4. cap. 1 numer. 8. Roland.
conſ. 1. num. 71 lib. 3. & par. 6 rec. dec. 179. nu. 10.* cum alijs
*in Roman. legati 8. Iuny 1658. cor. Emin. Celſo, & 14. Cur-
rentis menſis cor. Me.*

Nec qoicquam facit apoca aſſertæ communionis, in-
ter hos fratres conuentæ, ſub die 31. *Ianuarij* 1653. quia,
omiſſis exceptionibus, contra eam adductis, ab illa, qua-
tenus vera receſſum fuit, mediante tranſactione inita, cũ
Antonio die 28 *Decembris* eiuſdem anoi, in qua idem
Antonius, recepto à Francisc. prædio, vocato *delle Col-
lemnelle*, fecit eidem ſupradictam renonciationem, &
ceſſionem cum Andrea inita ſub die 4. *Octobris*, pariter
eiuſdem anni, in qua, inter ipſum, & Franciſcum, deuen-
tum fuit ad tranſactionem, & diuiſionem controuerſo-
rum bonorum, tranſactio namque huiuſmodi reddit
inefficacem, & elidit aſſertam apocam præcedentis con-
7 uentionis, *l. pacta nouiſſima, C de pact. l. 1 § fin ff. de ſtipul.
ſeruorum Rot. in Romana domus ſeu retractus 26. Maij
præteriti cor. Me, § minùs obſtat.*

Maximè, cum d. renonciatio, & ceſſio fuerit, per eun-
dem Andream, ratificata, & approbata, ita vt non poſſit
eam ampliùs impugnare, & in controuerſiam deducere,
8 *c. quod ſemel de reg. iur in pr. Rot. cor. Emmen. Otthob. dec.
103 num 20. & in Ferrarien. laudemy 23. Iuny cor. Emi-
nent. Celſo.*

Poſſeſſio verò, eiuſdem Franciſci, reſpectu bonorum,
quæ ſunt comprehenſa, in apoca dictæ tranſactionis
confecta inter ipſum, & Andream, reſultat ex dictamet
apoca & clauſula conſtituti ibidem adiecta, ita vt pro-
pterea, iure, veniat in illa manutenendus, ex addu-
ctis. Cuius, quidem, apocæ veritas negari non poteſt,
cum Andreas in ea ſe ſubſcripſerit, & eius manum legi-
timè recognouerint, tam Valentinus Hippolytus, qui
præſens fuit confectioni illius, & ſe ſubſcripſit, quam alij
teſtes habentes notam manum, quam recognitionem
ſufficere ex ſtylo Rot. firmatum fuit cor. *Millino deciſ.
9 55. numer. 1. & per tot. cor. Buratt. deciſ. 905. numer. 8. in
rec. d. 41 numer. 1. part. 4.* & in alijs.

Hinc non releuat fides Io: Baptiſtæ Paulini, negantis
ipſius ſubſcriptionem, & interuentum in prædictæ
apocæ confectione, quoniam, vltrà quod ille infenſus
eſt Franciſco, & proindè ad teſtificandum inhabilis, vt
comprobat *Farinacc. de Teſt. quæſt. 53. numer.* 1. atten-
ta prædicta recognitione, ceſſat quælibet ſuſpicio iux-
10 ta tradita per *Altogr. conſil. 50. n. 138.* & ante per *De-
11 cian. conſil. 101 numer. 2. verſic. 40 conſiderandum eſt, Rot.
coram Eminentiſſimo Otthob. deciſ. 29. numer. 99.* præſer-
tim concurrente obſeruantia, cum Andreas, pluribus
12 Epiſtolis, comprobauerit validitatem tranſactionis,
Franciſcus, verò, extinxerit omnia debita commu-
nia, & hæreditaria, in ſe accollata, occaſione diui-
ſionis in d. tranſactione peractæ, quæ optimè probant
veritatem eiuſdem Apocæ *Rot. coram Seraph. deciſ. 522.
num. 2. &* ſequitur *Buratt. dec. 142. num. 42. & in rec. dec.
41. num. 1. & ſeqq. part. 4.*

Atteſtationes, verò Iacobi Ciuccij, & Io: Baptiſtæ Sal-
uiati, quod Franciſcus, nunquam habuerit aliquid de
proprio, omiſſo, quod aliter appareat, ex publicis inſtru-
mentis acquiſitionum, & alijs iuribus quoad pretium
terræ vocato la *Peſcara*, vndè idem Ciuccius legitur,
vt teſtis, propria manu ſubſcriptus, non releuant ad
falſitatem apocæ, & nihilominus exceptio falſi, niſi
ſit adeò nitida, & concludens, vt nullo velamine poſ-
13 ſit offuſcari, apta non eſt ad impediendam manuten-
tionem, iuxtà not. per *Poſth. de manut obſeru. 68. num.
3. Rot. deciſ. 422. numer. 5. & 15. par. 1. & deciſ. 551 num. 7.
par. 4. tom. 3. rec.*

Prædicta eò magis comprobari dicebant, Domini,
ex eo, quod Franciſcus pluries obtulit etiam iudicialiter
recedere à dicta apoca, vt ſibi læſiua, & velle expe-
riri ſua iura, ea circumſcripta, quam, tamen, obla-
tionem recuſauit, & recuſat Andræas, vnde elicitur ani-
mus, & intentio ipſius hoc modo continuandi in poſ-
ſeſſione bonorum contra omne iuris debitum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Priolo.

Romana Donationis.

Vener. 11. Maij 1663.

A R G V M E N T V M.

Donatio facta patri, & filijs, acquiritur filijs, vti
filijs. Facta patri, acceptanti pro ſe, & filijs,
acquiritur filijs, vti hæredibus. Sed ab hac re-
gula receditur, ex coniecturis, quæ, in hac de-
ciſione, ponderantur excluſis pluribus in con-
trarium conſideratis.

S V M M A R I V M.

1 *Quæ non pendent à noſtra poteſtate debent probari aliundè quam à noſtra aſſertione.*
2 *Aſſertio donantis valdè infert ad declarandam donationem.*
3 *Clauſula,* Et latiùs, *non reſtringitur ad expreſſa.*
4 *Donatio acceptata pro ſe, & filijs, poteſt ſpectare ad filios vti filios, non vti hæredes.*
5 *Clauſula ceterata extenditur, pro hæredibus.*
6 *Donatio pro ſe, & filijs comprehendit maſculos, & fœminas.*
7 *Diſcretiuus modus loquendi arguit diuerſitatem diſpoſitionis.*
8 *Maximè, vbi, in alia parte, nulla eſt diſcretiua locutio.*
9 *Stante diuerſitate, vna determinatio, non comprehendit æqualiter omnia determinata.*
10 *Superfluitas eſt vitanda.*
11 *Auus, donando, præſumitur habere reſpectum ad nepotes.*
12 *Coniectura pro inducenda donatione, ad fauorem filiorum ſimul coaceruantur.*
13 *Donatio facta patri acceptanti, pro ſe, & filijs acquiritur filijs, vti hæredibus, non vti filijs.*
14 *Hæc concluſio habet contradictores.*
15 *Et procedit, in dubio, non quando ſunt coniecturæ in contrarium.*
16 *Coniecturæ debent deduci, ex inſtrumento.*
17 *Dicta Concluſio, non eſt regula iuris, ſed opinio Doctorum.*
18 *Pro declaranda voluntate ſumuntur coniecturæ ab extrinſeco.*
19 *Coniecturæ deducuntur ex inditijs.*
20 *Donatio longè excedens onus, quod habet annexum dicitur titulo lucratiuo.*
21 *Etiam quoad imputationem legitimæ.*
22 *Acceptans donationem pro legitima longè maiorem etiam ſi habeat aliquod onus non poteſt impugnare.*
23 *Filius tenetur ex debito, famulari, ad fauorem patris.*
24 *Acquiſitio, vt dicatur, ex titulo oneroſo, lucrum debet eſſe æquale oneri.*
25 *Expreſſio meritorum non probat merita.*
36 *Fideicommiſſum non poteſt conſeruari in mercibus quæ ſunt venales.*
27 *In donationibus ſæpè grauantur filij, & non nepotes.*
28 *Vbi eſt eadem ratio, ibi eſt eadem deciſio in caſibus dubijs.*
29 *Factum ex vna cauſa non debet deduci ad aliam.*

DECISIO CXXXXVI.

DOnationem Guidi Iordanis mercatoris fundacalis,
acceptam à Gaſpare filio pro ſe, & filijs naſcituris,
ſuffragari Annæ Felici vxori, eiuſque filijs, firmarunt
iterum Domini, ex coniecturis, ex duabus deciſionibus
in cauſa factis, ponderatis; Nam illa inſinuata fuit, à Gaſ-
pare donatario, de mandato Guidi donantis, eodem mo-
do, tanquam facta ſibi, & filijs ſuis naſcituris; Quam-
uis, enim, ea, quæ non pendent à noſtra volunta-
te, & poteſtate ſint aliunde probanda, quam ex no-
1 ſtra aſſertione, confeſſio, tamen, huiuſmodi, vtpo-
tè eiuſdem donatarij de veritate facti inſtructi, &
informati plurimum vrget, ad declarandam do-
2 nantis voluntatem, *Corn.conſil.123.numer.14 lib.1.Rot.
dec.264. num 9. part.6.& dec.68.num.21.& 22.part.9.
rec.*

Ad quantitatem verò donatam, & modum illam ſoi-
uendi, proximè enunciatum, referri debet clauſula illa,
& latiùs, prout, in d. inſtrumento non autem ad expreſſa
circa donationem factam ſibi, & filijs, de qua Gaſpar ſe-
3 paratione, & explicitè mentionem fecit, iuxtà doctrinam,
*Bart. in l. talis ſcriptura, §. fin ff. de legat. primo Mant. de
coniect. vlt. vol. lib.6.titulo 13. numer. 10. Alexand. conſil.
48. numer. 6. & 9. lib. 1. & conſil. 580.numer.71. libr. 6.
Aym. conſil.70. num 9. & 11. Rot.dec.153.numer.7 coram
Merl & dec.469.num.26.par 9.rec.*

Coadiuuatur hæc vehemens coniectura, ex inſtru-
mento eiuſdem donationis, in quo, dos Annæ Felicis aſ-
ſignata fuit Gaſpari præſenti ſimpliciter; donatio vero fa-
cta fuit eidem acceptanti, pro ſe, & filijs naſcituris, ſi-
gnum euidens, quod filij aliter contemplati fuerunt,
in dote, ac in donatione. In iſta, tanquam filij, in
illa, tanquam hæredes, vt limitando, traduot, *Alex. in
4 l. ſi tibi decem, §. ſi paſſus in 8. & Iaſ num.13. ff. de pact. Me-
nocch præſump 58.num.8.lib 3.Surd.dec.322.numer. 21.&
ſeqq.*

Etiam ſi ſtipulatori vtriuſque, ſit appoſita clauſula
5 cęterata, quæ extenditur pro hæredibus: Quia dum, in
donatione addita fuit clauſula, pro ſe, & filijs naſcitu-
ris, quod, quidem, verbum, *Naſcituris*, adiectum,
filijs, non potuit extendi, niſi ad filios naſcituros, tam
mares, quam fęminas, vt reſpondit deciſio *cor. Reue-
6 rendiſs Papien. §. imprima ſub die 14. Maij* 1657. In dote,
verò poſita ſola clauſula ceterata, ex hoc diſcretiuo
modo adiecto in eadem parte diſpoſitionis, colligitur,
quod non eodem modo; filij contemplati fuerunt in
7 donatione, ac in dotę, vt probat *Add. ad Gregor.
deciſ.301. numer.18. Rot. in rec. part.4. deciſ.235. nu-
mer.1.*

Idque augetur ex conſignatione fundaci, & rerum
fundacalium facta, à Guido Gaſpari, in ſatisfactio-
nem prȩuentiue factam, de ſumma ſcut. 22. mil. dona-
ta poſt mortem expreſsè pro ſe, ſuiſque filiis, ad for-
mam donationis, & quamuis deinde ſubdat, ac hære-
dibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, tamen placuit
reſponſio, quod, cùm valor rerum fundacalium ſcut.
28150. excederet donationem ſcut. 22. mill. reſpectu
ſummæ donatæ, ſtipulatio debeat intelligi, pro ſe, &
filiis ad formam donationis, reſpecto, verò, reſidui, pro
hæredibus & ſucceſſoribus, omnes merces traditæ fuiſ-
ſent, abſque vlla diſcretiua, *cap. ad audientiam de de-
8 cim. l. vnic. §. deficientes, C de caduc tollen.* & in ſpe-
cie tradit *Surd.dec.322. num. 22. & conſ.554. num.8.
& 9.*

Nec quicquam facit, quod acceptatio facta à Gaſ-
pare, recipiat tam filios, quàm hæredes: ideoque
æqualiter illos determinare debeat, etenim illa reſpi-
cit, quidem, vtrumque determinatum, ſed vnum-
quemque cum ſua qualitate, & diuerſo modo, vnum
ab alio, qua data diuerſitate, vna determinatio non
æqoè omnia determinat, *Aretin §. hinc nobis nu. 37. in* 9
*fin ibique Angel. auth. de hæred. & Falcid. Roland.
conſil 74. numer. 13. lib. 2. Surd. conſil. 426. numer.
4. verſic & per hanc rationem Rot. deciſ 527. num. 18.
par.7 rec.*

Minus difficultatis facit, quod valor mercium, in
exceſſu compenſatus fuerit, partim, per accollatio-
nem debitorum fundaci, partim in pecunia numera-
ta; Quia ius non ſtat in modo ſoluendi inferiùs con-
uento, qui non impedit, quin etiam hæredes rema-
nerent obligati, pro ſumma ſcut. 6150. quæ vltra
quantitatem donatam ſuperrerat, ſed in duplici ac
diuerſo modo acceptandi, ab initio bona aſſignata
pro filiis, ad formam donationis, & deinde pro hæ-
redibus, quod indicat expreſſionem hæredum eſſe
reſtrictam ad ſummam reſiduam; alias ſuperfluum
fuiſſet mentionem facere, de filiis, quod dici non
debet, vt ad hunc effectum euitandi ſuperfluita-
tem aduertit, *Rot. coram Gregor. deciſ. 424. nu-
mer.6.*

Coniecturæ, autem, huiuſmodi, eò magis militant
in caſu propoſito, quo verſamur in donatione, in-
tuitu certi matrimonii facta ab auo qui non ſolum 11
præſumitur habuiſſe reſpectum ad nepotes, ſicuti la-
tè deducitur, in deciſ. 14. *Martij* 1657. *coram Re-
uerendiſſimo Meltio*, ſed etiam quod ita voluerit do-
nare, referunt duo teſtes, omni exceptione maiores,
quorum alter, qui expleuit minutam inſtrumenti,
atteſtatur Guidum mentis, & intentionis fuiſſe prin-
cipaliter filiis Gaſparis conſulere, adeout ceſſet quę-
libet ambiguitas, non enim iſtorum depoſitiones, &
coniecturæ prædictæ conſiderandæ ſunt, vna, aut
alia, de per ſe; ſed debent omnes conſiderari ſimul
iunctæ, vt, in terminis donationis, ſeruauit *Rot.
coram Merlin. deciſ. 692. numer, 63. Mantic. de
coniect. lib. 1. titulo 3, numer.28. Honded. conſil. 68.
numer.43. lib. 1. Rota recen. deciſ. 266. numer. 2.&
19.part.1.*

Quibus non obſtant ea, quæ in contrarium addu-
cebantur, & ſignanter, quod donatio non ſit facta
patri & filiis, ſed patri ſtipulanti, pro ſe, & filiis,
in quo conſiſtit tota vis contrariæ opinionis, quod tunc
donatio acquiritur filiis, vti hæredibus, non autem, 13
vti filiis, iuxtà *gloſſ. in l. ſi tibi decem, §. ſi paſſus
verbo proderit, ff. de pact.* quam ex profeſſo compro-
bat *de Marin. lib. 1. reſol. capit.* 8. nam, vltrà quod
illa habet plures ac grauiſſimos contradictores relatos
per *Cutell. de donat. contempl. Matrimon. tract. 2. di-* 14
ſcurſ. ſpecial. 25. Domini reſponderunt eam, in du-
bio, procedere, & præualere, &c. ſecus, quando ad-
ſunt coniecturæ pro vocatione filiorum, ad quas eſſe
recurrendum, pro habenda contrahentis voluntate,
concludit, *gloſſ. in d. l. ſi tibi decem*, & cum ea 15
omnes Doctores pro contraria allegati, & latè di-
ctum fuit, in præterita *deciſ. 22. Martij* 1662. *co-* 15
ram Me.

Nec refert, quod coniecturæ, vt à regula rece-
datur, deduci debeant, ex eodem inſtrumento, Tum 16
quia concluſio deducta non eſt regula ſcripta in iure,
ſed opinio Doctorum, ſicuti quoque obſeruat *Cutell.* 17
vbi ſupra numer. 8. Tum, quia non agitur de indu-
cenda voluntate, ſed tantummodo declarant, quo
caſu admittuntur coniecturæ extrinſecus ab inſtru- 18
mento, & à poſteriori deſumptæ, vt voluit *Bart. in
l. maritus 2. numer. 4. ff. de vulg. & pupill.* quem re-
ferunt, & ſequuntur *Imol. in capit. Raynutius nu-
mer.116. de teſtam. Calcan conſ 8. numer. 2. ad cred. verſ.
ſed etiam, Mantic. de coniect. lib. 11. titulo ſecundo,
n.9. verſ. verum plane*; non enim ex demonſtrationibus
ad oculum concludentibus, ſed ex inditijs probabilibus
coniecturæ deduci debent *Rot. cor. Merl. deciſ.228. num.* 19
27. & 28.

Cætera leuia viſa ſunt, & de facili remoueri, & primo ad
liber-

libertatem donatinnis, deductam, ex onere imputandi
bona donata in legitimam, nec non ex remuneratione
meritorum, clara patet reſponſio. Quia quoad legiti-
mam, cum donatio longè illam excedat non ceſſat uti
20 Ius lucratiuus, *Gabr. conſ. 127. num. 31. lib. 1. Rot rec. par. 7.
deciſ. 27. num. 2.* Magis enim vtile fuit Gaſpari donatio
nem, in hac ſumma recipere, cum onere reſtituendi fi-
lijs, quam liberam habere ſolam portionem legitimæ,
21 iuxta tradita per *Hodiern. ad Surd. deciſ. 322. num. 43.
Pignattell. controu. lib. 2. cap. 34.* cum alijs *in dec. Reue-
rendiſs. Papien.* Cumque hac præuentiua ſolutione maio-
ris quantitatis accepta in vita patris, videtur adeò com-
penſatum onus ſuper legitima impoſitum, vt non poſſit,
22 eo defuncto, vocari, ſicuti probat idem *Hodiern. vbi ſu-
pra num. 45.* quicquid, ſecus dicendum eſſet, vbi bona
donata legitimæ connumerantur, vt, in his terminis lo-
quitur, *Rot. apud Merl. de pignor. deciſ. 110. num. 46.*

Quoad remunerationem meritorum, reſponſio eſt pa-
riter clara; Quia, cum filij teneantur, ex debito erga
23 patrem, ex vot. *Menoch de præſumpt. lib. 3. præſ. 29. num.
12. & ſeqq. Paſchal de patr. pot. par. 1. cap. 3. num. 25.* ſerui-
tia à Gaſpare præſtita, in fundaco, & ſimilia non ſunt
talia, quæ correſpondeant donationi ſummæ notabilis,
24 quæ requireret ad effectum, vt præſtaret titulum one-
roſum, vt latè dictum fuit *in Romana Cenſus ſeu Saluia-
ni 8. Iunij 1654. coram Bichio*; Imò expreſſio meritorum
huiuſmodi videtur potiùs color quæſitus, in cortice ver-
25 borum, quam ita ſe veritas habere, vt admonet *Bald. in
l. fin. num. 2. verſ. non obſtat ff. de exercit. act. Menocch.
conſ. 112. num. 23. Rot. in Rom. ſeu Elina donationis 23.
Martij 1640. cor. Reuerendiſs. Ghiſilerio.*

Aliud, de qualitate mercium, ſuper quibus, tan-
quam venalibus, non poſſit conſeruari fideicommiſ-
26 ſum, tollitur ex facto, dum donatio eſt quantitatis ſcut.
22. m. exigen. poſt mortem ex effectibus, & bonis
eiuſdem, non autem mercium, nec dicatur eſſe inueri-
ſimile, quod donator voluerit grauare filios onere fidei-
commiſſi, & non nepotes, cum id ſæpè contingat, & in
27 his donationibus contemplatione certi matrimonij com-
muniter fieri ſolent; quod autem ita donatarius nemi-
nem inueniſſet, qui vellet contrahere, cum ipſo, ceſſat
ex eo, quia ſicuti donator ipſe, ex hac ratione non retra-
hebatur ab obligando, ſe erga filiam, ita nō retrahebatur
ab obligando filios erga nepotes, quandò enim militat ea-
dem ratio. eadem fit deciſio caſuum dubiorum, vt in
28 quit *Bald. in l. de quibus ff de leg. Alex. in l. 5. in fin. & conſ.
75. num. 3. lib. 5. Aym. conſ. 118. num. 15.*

Nec eſt recurrendum ad illud, quod Lucidus expreſ-
ſerit in teſtamento, ſcilicet, quod ipſe donationem fe-
cerat Gaſpari, nulla facta mentione filiorum, cauſa nam-
que huius eſt, non, vt filios excluderet, ſed ne omittens
29 Gaſparem inſtituere teſtamentum, ex defectu, præteritio-
nis corruiſſet, cum ergo hoc fecerit, ex neceſſitate, quam
habebat, reſpectu illius, non autem reſpectu
filiorum, & nepotum reſpectiuè, non poteſt
exindè validum argumentum in con-
trarium deſumi, vt in ſpecie pon-
derat *Rimináld. conſ. 174.
numer. 38. Maſtril.
deciſ. 305. nu.
6. & 7.*

Et ita cauſa ſemel atque
iterum propoſita;
vtraque &c.

R. P. D. Priolo.

Romana Vſusfructus.

Ven. 4. Febr. 1661.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta, cum onere ſoluendi aliquid, vel habendi vſumfructum, ex his, onere acceptato, non poteſt quis redire ad aliud, & talis acceptatio, ſeu electio fieri poteſt à muliere ſine ſolemnitatibus. Et quando legatum cenſeatur relictum animo compenſandi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, à qua non appellatur tranſit in rem iudicatam.*
2 *Sententia in iudicatum tranſacta venit exequenda.*
3 *Ceſſante læſione, ceſſat reſtitutio in integrum.*
4 *Remittens ſemel vſumfructum, non poteſt amplius illum prætendere.*
5 *Legatum correſpondens obligationi cenſetur relictum animo compenſandi.*
6 *Obligatio alternatiua ſufficit, vt in vna parte verificetur.*
7 *Solemnitates ſtatuti non requiruntur in contractu facto in conſequentiam alterius.*
8 *Solemnitates, in contractu, adhibitæ comprahendunt totum contractum & pacta in eo contenta.*
9 *Contractus vtilis non requirit ſolemnitates.*
10 *Nemo impugnat factum proprium.*
11 *Legatum compenſatur cum vſufructu.*
12 *Hæres non poteſt impugnare, quod non poterat defunctus.*
13 *Legatum ex coniecturis præſumitur animo compenſandi.*

DECISIO CXXXXVII.

PRæuijs duabus deciſionibus, firmatum fuit, per ſen-
tentiam Rotalem, *cor. Reuerendiſs. Cerro* vſumfru-
ctum Vineæ, quem Margherita, in donatione illius fa-
cta Zenobio Ciliano, ſibi reſeruauerat, non fuiſſe debi-
tum, a qua ſententia, cum non fuerit appellatum, de-
di dubium, iuxta formam commiſſionis executorialis;
An conſtet, de re iudicata, ſeu potius de cauſis reſtitu-
tionis in integrum, & reſponſum fuit, quoad primam
partem affirmatiuè, negatiuè vero, quoad ſecun-
dam.

Dum enim nulla fuit interpoſita appellatio, cauſa re-
manſit deſerta, ac ſi pars illi acquiſiuiſſet, & ſententia
tranſiuit in iudicatum, *c. cum inter 13. & c. quoad con-* 1
*ſultationem 15. de ſent. & iudic. Aym. conſ. 103. num. 1.
Rot. deciſ. 5. de ſent. excom. in nou.* quæ propterea venit
omnino exequenda, *l. ſi non obtulit §. ſi ex conuentione ff* 2
*de re iudic. l. 2. C. de exec. rei iudic. Mant. deciſ. 82. num.
3. in rec. deciſ. 511. num. 2. par. 1. & deciſ. 246. num. 1. par.
2.* & in alijs

Cauſa, verò, reſtitutionis in integrum, ceſſat propter
Iuſtitiam eiuſdem ſententiæ reſultantem, ex eiſdem deci-
ſionibus, qua ſtante deficit læſio, ſine qua, non conce-
ditur reſtitutio in integrum, *c. 1. ibi Abb. numer. 2. de* 3
*reſt. in integr. Rot. deciſ. 1. eod. tit. in nou. in rec. deciſ. 331.
num. 1. coram Merl. deciſ. 33. num. 3. apud Canaler. deciſ.
149. num. 2.*

Siquidem non poteſt controuerti, quod Margheri-
ta donauerit, cum ſolemnitatibus, vineam, de qua agi-
tur Zenobio, reſeruato vſufructu, eius vita durante, cum
pacto, quod ſi ipſa ſuperuiueret Petro, eius viro, poſſet,

vel

vel retinere d. vſumfructum, vel eo dimiſſo, permanere
in domo donatarij, qui eidem victum veſtitum, & habi-
tationem præſtare teneretur; Vnde cum iſte caſus eue-
nerit, & ſucceſſiuè eadem Margherita, ob prouectam,
& ingraneſcentem ætatem, vineam colere non valens,
eligendo conſequi alimenta, in domo donatarij remiſerit
vſumfructum huiuſmodi, non potuit ampliùs ad illum
4 redire ad *tex. in l. quæritur. ff. de edil. edict. Aym. conſil. 24.*
num. 4. & conſ. 114. num. 10. Rot. dec. 382. num. 1. part. 1. rec.
& deciſ. 125. num. 4. par. 8. & in Romana fideic. 5. Decem-
bris 1655. coram R.P.D. Veroſpio.

Quod autem ipſa conſecuta fuerit alimenta ab anno
1639. quo facta fuit renunciatio, vſque ad obitum, nec
etiam eſt dubitandum. Iulius Cilianus, qui in inſtru-
mento dictæ renunciationis, ad illorum præſtationem,
ſe obligauerat, pro Zenobio abnepte eandem Marghe-
ritam retinuit, & aluit in propria domo, vſque ad annū
1644. quo ipſe decederet, fuit legatum ſcut. 6. quolibet
menſe, cum habitatione, quod ſanè, cum correſpondeat
5 obligationi, præſumitur relictum in ſatisfactionem, &
implementum eiuſdem oneris, *Caſtren. in l. ſicut dotem*
23. l. ſi pater, nu. 2. verſ. ſi tamen, ff. ſol. matrim. Aym. conſ.
249. nu. 5. & conſ. 301. num. 6. Menoch conſ. 46. num. 2. Rot.
deciſ. 312. num. 9. par. 7. rec.

Maximè, quia in eodem inſtrumento renunciationis,
conuentum fuit, quod eatenus liceret Margheritæ redi-
re ad vſumfructum renunciatum, quatenus Iulius ei
non traderet alimenta, vel alias non prouideretur, ideò,
cum eidem prouiderit de dd. ſcut. 6. menſtruis, & habi-
tione, ceſſat facultas redeundi ad iura renunciata, dùm
enim onus alendi relictum non fuit ad alimenta præ-
ſtanda, potiùs in ſpecie, quam in quantitate, ſed fuit con-
6 ceptum alternatiuè, ſufficit, quod implemento vnius ha-
bitus fuerit effectus contemplatus, *iuxtà cap. in alterna-*
tiis de reg. iur. in 6. & benè dec. Reuerendiſs. Decani.

Non obſtat, quod iſta renunciatio facta ſit non adhi-
bitis ſolemnitatibus ſtatuti, quia cum illæ ſeruatæ fue-
rint, in principali contractu donationis, non erant ite-
7 rùm, & de nouo ſeruandæ *Alex. conſ. 186. n. 13. lib. 2. Car-*
pan. ad Stat. Mediol. part. 1. cap. 328. nu. 519. & firmault
Rot. deciſ. 259. nu. 3. poſt Zacch. de Oblig. Camer. & apud
Merl. deciſ. 364. num. 2. & 3.

Minùs facit, quod ſolemnitates adhibitæ, in primo
inſtrumento, cadant ſuper validitate eligendi victum, &
habitationem, quia cum interuenerint, in toto contra-
ctu, compræhendunt etiam pacta, in eo, contenta, alias
in quolibet pacto deberent adhiberi nouæ ſolemnitates,
8 vt aduertit *Pic. ad Stat. Vrb. gloſſ. 21. num. 18. & ſeqq. Rot.*
dec. 316. n. 77. p. 2. diuerſ. & in Auximana fideic. de Tibal-
dinis 26. Ianuarij 1654. coram Reuerendiſs. Cerro

Propterea, cum nulla interceſſerit læſio, imò contra-
ctus fuit vtilis mulieri, dum pro fructibus vineæ, qui
dempto canone vix aſcendunt ad ſcut. 91. & aliquando
minùs, aut nihil ferant propter caſus, qui ſemper in vi-
neis accidunt, recipit legatum ſcut. 6. menſtruorum, &
habitationis, quod eandem ſummam adæquat, non fuit
9 opus alio decreto Iudicis, & ſolemnitatibus *Surd. conſil.*
9. num. 15. Rot. deciſ. 173. num. 8. apud Zacch. de obligat.
Camer.

Sed vtcumque ſit, dicebant Domini, ſufficere, quod
legatum fuerit factum, animo compenſandi, quodque
mulier illud agnouerit, dum legatum habuit quouſque
vixit; Vnde quemadmodum, ſi ipſa viueret, non poſ-
10 ſet impugnare factum proprium, ſed teneretur legatum
compenſare, cum vſufructu, ad *tex. in l. compenſandi, C.*
11 *de hæred. inſt. l. creditorem ibique gloſſ. de leg. 2. Alex. conſil.*
132. num. 2. lib. 2. Mant. de tacit. lib. 10. tit. 2. num. 18. Ita
etiam tenetur hæres illius, qui non poteſt impugnare, id,
12 quod non poterat ipſa defuncta, *l. cum à matre Cod. de re*
iudic. Gabriel de reg. iur. concl. 11. nu. 6. Natt. conſ. 214. nu. 1.
Menocch. conſ. 89. num. 37. Surd. conſ. 73. num. 34. & 143.
num. 9.

Prætenſio, quod Iulius, non fecerit legatum, animo
compenſandi, ſed illud reliquerit Margheritæ, nomine
famulæ, nullo modo, ſubſiſtit; quoniam vltra, quod
non conſtat, ipsā talem, re vera fuiſſe, cùm idem Iulius,
his, quæ ſpacio 20. annorum ſibi inſeruierant, vix ſcut. 10
reliquerit, inueriſimile videtur, quod voluerit ingens fa-
cere legatum mulieri, quæ dumtaxat 10. annis, in eius
domo, habitauerat, ideoque conſtans, & illæſa remanet
præſumptio, ne ſuum iactauerit teſtator, quod illud re-
liquit animo compenſandi præſumptionibus, & con-
iecturis præmiſſis, quas etiam ponderat *Grat. cap. 274. n. 1*
& ſeqq. Altog. conſ. 68. nu. 35. & ſeqq. 13

Hinc viſ facienda non eſt, contra habilitatem Nota-
rij, qui de inſtrumento renunciationis rogatus fuit, nam
ſiue renunciatio ſit valida, ſiue non, ſatis eſt, quod mu-
lier non poſſet prætendere vſumfructum, cum legati
compenſatione, & nihilominus obiectum fuit aliundè
ſublatum in deciſionibus Reuerendiſs. Decani. Ex qui-
bus Domini dixerunt conſtare de re iudicata, non autem
de cauſis reſtitutionis in integrum.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Priolo.

Senogallien. Hæreditatis, ſeu Dotis.

Lunæ 26. Maij 1664.

A R G V M E N T V M.

Maritus acquirens, ſuo, & vxoris nomine, ſi de pro-
prio ſoluit, pretium, acquirit ſibi, non vxori, alias
diceretur nulliter donationem facere, in fauorem
vxoris, quod non licet, niſi maritus prædecedat, &
perſiſtat in voluntate.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio dominij non attenditur in interdictis poſſeſſo-*
rijs.
2 *Niſi conſtet incontinenti de non iure agentis.*
3 *Maritus acquirens nomine vxoris ſi ipſe pretium ſoluit*
ſibi acquirit non vxori.
4 *Vxor quicquid acquirit cenſetur acquirere ex pecunia*
mariti.
5 *Maritus non poteſt aſſerere acquiſiuiſſe, ex pecunia*
vxoris.
6 *Donatio, inter virum, & vxorem morte confirmatur.*
7 *Ad hoc autem requiritur prædeceſſus donantis tradi-*
tio, & perſeuerantia vſque ad mortem.
8 *Donatio, per alienationem rei donatæ, dicitur renoca-*
ta.
9 *Hæres viri non tenetur reſtituere, niſi dotem verè ſo-*
lutam.
10 *Legatum compenſatur, cum lucro dotis debito ex ſtatu-*
to.
11 *Augmentum non datur ſine aucto.*
12 *Pro Augmento, vel dote datum, intelligitur pro*
dote.
13 *Hæres viri non condemnatur ad reſtitutionem dotis,*
niſi conſtet de promiſſione dotis.

D E C I S I O CXLVIII.

FLorentina inſtituto Iacobo viro, in vſufructu, & in
proprietate, nepotibus, Iacob ſecundo duxit in vxo-
rem Hieronymam, contra quam, vti hæredem Iacobi,
egerunt Thomas, & fratres de Colinis, ad immiſſionem
bonorum hæreditariorum amitæ, nec non, ad reſtitu-
tionem florenorum 850. loco prædij *del Zappale*, ſed ab
vtraque petitione fuit abſoluta Hieronyma, cui abſolu-
toriæ acquieſcentes fratres prædicti, introduxerunt no-
uum Iudicium, pro reſtitutione dotis eiuſdem Auiæ; in
quo pariter obtinuit Hieronyma ab impetitis abſolui;
Cum

Digitized by Google

Cum antem vtraque ſententia repocata fuerit, in gradu
appellationis cauſa in Rota, mihi commiſſa, dubitaul,
An, & quid Hieronyma reſtituere teneretur, & reſpon-
derunt DD. eam non teneri reſtituere, niſi duas tertias
partes prædij Iuliani, & quoad aliam tertiam partem,
facta compenſatione fructuum, perceptorum ex vſu-
fructu.

Nam, quoad prædium in Fundo Zappalis, à Iacobo
venditum, obitat Fratribus de Colinis exceptio Domi-
nij, quæ licet, in interdictis poſſeſſorijs non debet admit-
1 ti, fallit, quando conſtat in continenti, de non Iure agen-
tis, vt notant DD. *in l. fin. C. de ed. D. Adr. toll. Rot diuerſ*
2 *par. 2. dec. 201. num. 8. & deciſ. 9. num. 27 poſt Peſth. de ma-*
nut. & latiſſime Pacif de Salu. inſp. 2. cap. 2 n. 5.

In propoſito conſtat, ex ipſo Inſtrumento venditio-
nis, prędium illud non fuiſſe proprium Florentinę vxo-
ris, ſed Iacobi mariti, quia licet emptum fuerit à viro, no-
mine vxoris, cum tamen ipſe, non illa precium ſoluerit,
3 eidemque viro tradita fuerit poſſeſſio, dominium fuit
acquiſitum viro, & non vxori, cuius nomen cenſetur ſi-
mulatè appoſitum, ex notat. per *Bald. Salyc. Caſtr* &
alios *in l. multum intereſt, C. ſi quis alt. vel ſib. Bald. conſil.*
407. n. 8. lib. 1. Dec conſ. 534. num. 16. & ſeqq. Socc. Sen. conſ.
129. n. 22 lib. 4. Capyc. dec 213. num. 18.

Precium ſolutum fuiſſe à Iacobo viro patet, ex eodem
Inſtrumento, in quo ipſe ceſſit venditori ad computum
precij ſocietatem officij ſcut. 100. contra Iulium Cano-
nium, promiſitque ſoluere reſidoum floren. 640. in plu-
ribus vicibus, quos poſteà ſoluiſſe apparet, ex quietantia
ab eodem reportata, abſente vxore vſque de anno 1609
& non refert, quod in d. Inſtrumento aſſeratur Floren-
tiam ſoluiſſe florenos 100. nam vltra quod id non aſſe-
ruit maritus, & ſi aſſeruiſſet, nihilominus, quia quid-
quid vxor quęrit exiſtimari ſolet acquiſiuiſſe ex pecu-
4 nia mariti, *l. quintus Mutius, ff. de donat int. vir. & vx.*
niſi aliunde conſtet pecuniam fuiſſe propriam vxoris,
talis aſſertio facta, conſtante matrimonio, in fraudem
donationis prohibitæ inter virum & vxorem facta præ-
5 ſumitur, vt abundè probat *Pariſ. lib. 1. conſ 62. nu 10. &*
per tot. Socc. Sen. conſ. 66. num. 8. lib. 1. Mareſcot. var. reſol
lib. 2. cap. 82. n. 4. Fontanell. de pact. nup. clauſ. 7. gl. 3. par. 5.
n. 33. Merend contr Iur. tom. 3. lib. 16. cap. 21. num. 6. Capyc.
Latr. conſ. 44. n 35. & ſeqq lib. 1.

Non applicatur, quod donatio inter virum, & vxo-
rem, licet ab initio nulla morte tamen viri confirma-
6 tur, quia limitatio procedit, quando vir vxori prædece-
dit, ac interuenit traditio, ac perſeuerantia voluntatis,
7 vſque ad obitum, vt obſeruat, *text. in l. Papinianus, ff. de*
donat. int. vir. & vxor. & cum eo *Mantic. de tacit. lib. 21.*
tit. 7. num. 23. In præſenti autem caſu deficit traditio, &
vxor prædeceſſit viro, nec non conſtante matrimo-
nio facta fuit per virum, alienatio, ex qua donatio infir-
mata, & reuocata remanſit ad *tex. in l. cum hic ſtatus*, §.
8 *ſi maritus, ff. de donat. int. vir. & vx. l. ſi maritus la ſecun-*
da, C. eodem tit. Mantic. vbi ſupra d. lib. 21. tit. 30. n. 3. cum
alijs per *Merl. de pign. lib. 4. tit. 5. q. 141. n 1.*

Quò vero ad dotem Florentinæ nullibi conſtat, eam
habuiſſe aliam dotem, quam prædium, in fundo Iulia-
9 no; Vnde non poteſt Hieronyma hæres Iacobi, ad aliud
teneri, niſi ad duas ex tribus partibus illius, nam reſpe-
ctu alicuius tertiæ partis Iacob illam, ex Statuto Rocchę
Contradæ lucratus fuit, ob prædeceſſum Florentinæ,
ſuper qua propterea competit retentio hæredi compen-
ſatis tamen fructibus perceptis, ex vſufructu Iacobo à
Florentina relicto, quia cum lucrum ex dicto Statuto
neceſſario debeatur, compenſandum venit, cum legato,
10 *Menoch. praeſ. 109. num. 35 lib 4 Mantic. de coniect lib. 10.*
tit. 2. n. 7. Gabriel. conſ. 16. nu. 30. & ſeqq. lib. 1. Fenzon. ad
Stat. Vrb. lib. 4. cap. 131. num 50.

Nec obſtat, quod in aſſignatione dicti Prædij in fun-
do Iuliani, dicatur illud tradi, in augumentum dotis,
11 ex quo infertur Florentinam habuiſſe aliam dotem, cum
non detur augumentum, ſine aucto; Tum, quia poſt
verba in augumentum additur, & dotis nomine, per
quod incertum remanet, an d. Prædiom fuerit aſſigna-
tum in dotem, vel in augumentum; Tum etiam, quia 12
donec non probatur in qua re, & quantitate conſiſtat
reliqua dos, ex præcedenti promiſſione, vel alijs proba-
bilibus coniecturis non poteſt Hieronyma hæres Iacobi 13
ad reſtitutionem condemnari *ad tex. in l. 1. Cod. de donat.*
ant. nupt l. ſi quis poſt hac, vbi gl. verb. dotalium, C. de bon.
praeſc. l. penult. §. mulier, ff. ſol. matr. Rot. in rec. deciſ. 306.
num. 39 & ſeqq. par. 7. cum alijs *in Romana Dotis 21. Fe-*
bruarij 1650. coram Eminentiſs. Corrado confirmata 11.
Februarij 1656 coram R. P. D Beuilaqua, & 10. Decem-
bris 1656. coram Reuerendiſs. Meltio.

Et ita vtraque &c.

R.P. D. Taya.

Aſculana Beneficij.

Ven. 23. Maij 1664.

A R G V M E N T V M.

Reſignanti Beneficium, non abdicatur ius, ſuper eo, donec reſignatarius capiat pacificam poſſeſſionem; Vndè ſi contingat dubitare, de validitate reſignationis, interim manutenetur reſignans, tàm contra reſignatarium, quàm contra tertium.

S V M M A R I V M.

1 *Reſignatio beneficij debet publicari intra 6. menſes.*
2 *Manutentio datur poſſeſſori.*
3 *Reſignanti non abdicatur ius ſuper beneficio reſignato, donec reſignatarius acquirat beneficium.*
4 *Beneficium non dicitur plene acquiſitum, niſi fuerit capta poſſeſſio.*
5 *Reſignatarius non capit poſſeſſionem ante publicationem.*
6 *Manutentio datur habenti ſolam detentationem.*
7 *Reſignans manutenetur, quando dubitatur de validitate reſignationis.*

D E C I S I O CXLIX.

CVm Eccleſia, ſeu Cappella S. Petri ad Vincula, per
obitum Lęlij, apud Sanctam Sedem vacaſſet, fuit
collata Lactantio 13. *Iulij* 1644 quem Ordinarius immi-
ſit in actualem, & corporalem poſſeſſionem 10. *Auguſti*
ſeq. & profeſſus etiam Iacobus in ſua impetratione, ex
cauſa reſignationis factæ, poſteà Benedicto, non publi-
catæ ad conſtitutionem *bo: me: Greg XIII.* de qua latè, 1
Pariſ. de reſign. q. 7. num. 34. & ſeqq. lib. 11. Rot. dec. 208. n. 7.
& ſeqq p. 9. Vnde propoſito dubio, an Lactantio ſit dan-
da manutentio, pro ipſo informante, Domini reſponde-
runt, vtpotè poſſeſſori, §. *retinendæ inſtit. de interdicto*
præſertim iuſto, & legitimo ad tradita, *a Poſt. obſeru. 11.* 2
ab initio.

Nec obſiſtit reſignatio, quia non conſtitit, & quate-
nus conſtitiſſet, conſtare quoque debuiſſet conſumatio
reſignationis, & in reſignatione facta in fauorem alte-
rius, reſignans dicitur etiam poſſidere, & titulum colo- 3
ratum habere, donec reſignatario beneficium requira-
tur, & cum effectu, vt eſt communis concluſio, plene au-
tem non dicitur acquiſitum, niſi fuerit capta poſſeſ- 4
ſio iuxta communem opinionem apud *Pariſ de reſign.*
queſt. 3. num. 47 & q. 5. num. 37. & 38. & q. 11. num. 10. &
ſeqq. lib. 1. Garz. de benef. cap. 1. num. 139. & 140. part. 1.
Loter. de reb. benef. q. 14. num. 89. & 90. lib. 3. Poſt de manut.
obſeru 57. n. 19. & vbique ſæpè ſæpiùs *Rot. max me cor.*
Ludouiſ. dec. 138 num 6. & coram Eminentiſs. Otthob. dec.
106. num. 4. & nouiſs. dec. 190. num. 11. & 12. par. 9. vbi di-
citur hoc non habere contradictorem, & ſic poſſeſſio
occupa-

Digitized by Google

occupata per reſignatarium, ſioe publicatiooc non va-
leret apud *Rebuff. prax. benef. ad regulam de public. reſi-*
5 *gnat. ab initio Poſt. obſeru.46. num.13. Rot. coram Comit.*
deciſ 3 num.2. & dec.12.num.1. com alijs, & vtrumque
reſignans perſiſteret, io detentatione eſſet manutenco-
dus, & de facto incumbens ſaltem detentationi, & qua-
tenus amiſiſſet poſſeſſioncm cioilem, & natoralem, ſuf-
ficeret, quod eſſet in detentatione de facto, & corpora-
6 liter apud *Poſt. obſeru.57.num.9.11.& 21.* cum deciſ.ibi,
allegatis.

Et ſatis ſuperque, ſi anteqoam fuerit per reſignata-
rium capta poſſeſſio, contingat dubitari, de ipſius reſi-
gnationis validitate, datur reſignanti manotentio, tam
aduerſus tertium, quam contra ipſum reſignitarium,
7 *Poſt.d.obſeru.57.nu.18.cum alleg.* & cum alijs *add.ad Bu-*
ratt.dec.787 n.9.& Rot.d.dec.106.in fine.

R. P. D. Taya.

Ciuitatis Caſtelli Primogeniturę.

Merc. 4. Iunij 1670.

ARGVMENTVM.

Pro fideicommiſſo facto in contractu datur Saluia-
num interdictum, & in fideicommiſſo ordinato ad
fauorem vnius ex filijs nominandi ab aliquo non
facta nominatione ſuccedit primogenitus.

SVMMARIVM.

1 *Inter perſonas laicas, & in bonis laicis habet locum Ægidiana.*
2 *Contra quando vnus ex litigantibus eſt Clericus.*
3 *Bigamus nullum priuilegium clericale habere poteſt.*
4 *Saluianum datur pro fideicommiſſo facto in contractu.*
5 *Fideicommiſſum ad fauorem vnius ex pluribus eligendi ab aliquo non facta electione non expirat.*
6 *Non facta electione ſuccedit primogenitus.*
7 *Modus ſuccedendi in primogenitura declaratur ab obſeruantia.*
8 *Beneficium alicuius non debet eſſe in odium alterius.*
9 *Hæres non impugnat fideicommiſſum acceptatum à defuncto.*
10 *Nec impugnat eius declarationem.*
11 *Nec allegat contrauentionem defuncti.*

DECISIO CL.

ESſe locom Ægidianæ DD reſponderunt, qoia actum
fuit in poſſeſſorio inter perſonas laicas, de boois lai-
cis, & ſententia viſa eſt valida, & iuſta. vt aliàs his
1 concurrentibus reſpouſum eſt nooiſſimè *deciſ.425. nu.1.*
part.12.

Neque enim obſiſtit, quod Vtſinus, etiam ſi vnus ex
2 litigantibus eſſet Clericus *deciſ 117.num.3. dicta par.12.*
& conſtaret ex dimiſſoria ad primam Tonſuram pro
ſeruit in Cathedralis Eccleſiæ, in libro Promotorum
29.*Septembris* 1631. quia cooſtitit etiam Bigamia ipſios
cū Florida 5.*February* 1654. vidua Iacobi ex matrimo-
nio 2.*Iunij* 1647. & declaratom eſt io Iure Bigamos om-
3 ni priuilegio Clericali eſſe oudatos *cap. Vnic. de Bigam.*
in 6.& ibi gloſ Bigamos, & ſeq. gl. omni priuil.

Nec valuit ad inoaliditatē ſententiæ defectus actionis
præſertim poſſeſſorię, videlicet Saluiaoi ioterdicti, aot
huiuſmodi, qood Primogenitura conſtituta fuerit in do-
4 natione *iuxta l.3.C.de donat. quæ ſub mod.* & pro fidei-
commiſſis in contractibus ſecundum aliquos non detor
rei vindicatio *Surd.deciſ.144.num 2.* cum alijs, & de do-
natione, & actione perſonali potiſſimum *ex Couar. var.*
reſol.14 num.3. verſ. hanc verò lib.1. Rot. deciſ 537. & in
fine part.1.diuerſ. quia contrarium principaliter, & ſæ-
piſſimè, & de Saluiano interdicto deciſum eſt à *Rota co-*
ram Seraph deciſ.828.& coram Dunozetto Iun.deciſ.915.
& coram Eminentiſs. D. meo Cardinali Celſo deciſ.108.&
deciſ.131. vbique ab init. cum alijs.

Minùs ad inioſtitiam, quod donatio, & Primogenitu-
ra inualidę fueriot, quo loco placet adducere à capite fa-
ctum, Anno 1582. Reuerendiſs. Epiſcopus Dominicus
donaoit ſcuta 4000. Bernardino fratri, & poſt illius obi-
tum vni ex Bernardini filijs naſcituris, nominando, à ſe
ipſo Donatore, in eius defectom, à Bernardino, & vxore,
videlicet Guerrinū ſeù Nicolaum, ſeù Tarquinium, ſeù
Petrucciom, ſeù Matthiam, & poſt illius obitum, Pri-
mogenito maſculo, & ſiogulis Primogeoitis, ex eius li-
nea, & ordine ſucceſſiuo io infioitum, ſio autem linea
electi, & Primogenituræ deficeret vni ex alijs Bernardi-
ni filijs, donec &c. donauit autem ſcut 4000. monetæ,
hoc modo 2000. in tot ſocietatibus, & cenſibus, & quæ
in Societatibus mandauit per dictum fratrem Lucam
Antonium Iuſtinum inueſtiri in cenſibus, & locis Mon-
tium, &c. donec fuerit completa d. ſumma ſcut 4000.

Anno 1599. Bernardinus Donatarius teſtatus eſt. &
mandauit vt prædicta ad faoorem Primogeniti ſcut.
4000. ſemper remaneant, & propterea pro adimplendo
iuſſit, vt Guerrinus Primogenitus pro conſequendis dd.
ſcut.4000. haberet mille in tot pecunijs, & pro alijs ſcut.
3000. tantam terram &c. & legauit Matthiæ Tarqoi-
nio, & Petruccio alijs filijs ſcut.1500 pro quolibet & ipſi
poſtmodum diuidentes anno 1599. aſſignarunt Guerri-
no Primogenito pro ſcut.1000. dictum prædium, & pro
alijs ſcut.3000. la Rocca.

Dum functi ſunt omnes vita, & ex Petruccio etiā Ber-
nardinus Iunior, & ex Beroardino Iuniore, Dominicus
Iunior, ſuperſtite nunc Voico Vrſino, altero Petruccij
filio, agente contra Annam Vxorem Dominici Iunio-
ris.

Vrſino agenti non obſtiterunt oppoſita ab Anna,
nempè, qood Primogenitura fuerit imperfecta, cum
Beroardinus ſolus non potuerit nominare ad Primoge-
nituram, nec quiſquam fuerit ſortitione electus, nec fue-
rint ſeruatæ aliæ conditiones in ipſa donatione recen-
ſitæ.

Quoniam, cum Donator inſtitoerit fideicommiſſom
perpetuum pro vno filio Bernardini, & poſt illius obi-
tom Primogenito, & ſingulis Primogenitis ex eius linea,
& ordine ſucceſſiuo in iofinitum, vt ſupra, etiam ele-
ctione oon ſecuta remanſit fideicommiſſum fauore eo-
rundem filiorum *§.rogo fundum l.vnum ex familia 67.&* 5
§.rogo fil. l.cum Pater 77.ff.de leg.2. Fuſar. de ſubſtit. tot.
quæſt.505.

Teſtatore antem volcote vnom ſolum eligi, ac Pri-
mogenituram inſtitutam, Bernardinos benè rem geſſit,
eligendo Primogenitum, non enim filij omnes ſuccede-
re poterant, ideoque electione non facta, ſuccedere debuit
vnus, & Primogenitus in puncto huiuſmodi donationis
Surd.conſ 375.num.30.à verſ.rurſus ſi ex alijs fratribus,
præcipuè cum *Molin. de Primog. cap.4 num.42.lib.2.* & 6
abundè ibi allegat, & amplius apud *adden. ad num 41.*
vbi io ſpecie *Fontanell de pact.nupt.clauſ.4. gloſ.9.part.5.*
num.11. vbi deciſum, & apud ipſum *Fontanell deciſ.467*
num.9. & 10.

Subſtulit omnem difficultatem obſeruantia, conſen-
ſuſque filiorum Bernardini, nam ipſe Pater dedit pro
hac Primogenitura ſcut.4000. Guerrino Primogenito,
cui ea deinde fratres aſſignarunt, & in reintegrationem
Primogcoituræ nepotes Guerrini dederunt ſcut. 800.
& ex hac obſeruaotia foit ipſa Primogcoitura confir-
mata, & declarata in puncto *Peregr.conſ.34.num.6.& 10.* 7
lib 3. & generaliter *Fuſar.conſ.125.num.13. Rot. dec.401.*
num.13.part.9.

Cumque Dominicus, cuius eſt hæres Anna, non ſo-
lum ex hac Primogenitura hæc bona poſſederit, ideoqoe
Beneficium, quod ei placuit, ex donatione Dominici, &
teſtamento Bernardini, non debet in alterius perſona
odiſſe,

odiſſe, vt ex *Socc.Sen.& Decian.ait Fuſar. dict. conſ.*125.
8 *numero* 14. *& de ſubſt.quæſt.*500. *num.*1.*verſ. maximè ſi*
aduerſarias, ſed etiam declarauerit anno 1664. hanc
Primogenituram conſtitutam, ab Epiſcopo Dominico à
ſe poſſeſſam, eaque ſe frui, itaut. pro cenſu redempto,
aſſignauerit Prædium, cum domibus,&c. nec potuit ab
ipſo, nec poteſt ab eius hæredibus amplius controuerti ad
9 *§.vlt.inſtit.de ſing. reb. per fideic.* cum ibi not. cum pluribus
apud *Fuſar.conſ.*113.*a verſ.denique & conſ.*114.*in fin. &*
*de ſubſt.d.q.*500. *ab init.* cum abundè alleg. per *Mant. de*
*coniect. tit.*1.*num.*28.*lib.*3.

Imò etiam ſi bona fuiſſent libera huius Dominici, ta-
men ex dicta declaratione, & aſſignatione in fideicom-
miſſaria, Anna non poteſt contrauenire d. declaratio-
10 ni,& aſſignationi factæ à Dominico cuius ipſa eſt hæres,
*Decian. conſil.*416. *num.*22. *verſic.* ſed tamen dici poteſt
*Rota coram Barz. deciſ.*81. *num.*16. *verſ. & quod ſi con-*
feſſus.

Reliqua reinueſtimenti non facti, & libri non ſcripti,
quæ obijciebantur, cenſuerunt Domini, non poſſe ob-
ſtare Vrſino, qui agens hodie ex propria perſona, in ni-
hilo defecit, & ſi qui defectus defecerunt Anteceſſores in
Primogenitura, & præſertim Dominicus vltimus poſ-
ſeſſor, cuius hæres Anna non poteſt allegare defectum
11 *l.*5.*C. de ſent.pign. dat. & ibi gloſſ. vnic.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Taya.

Bononien. Fideicommiſſi de Cęſareis.

Lunæ 26. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Latè diſcuſſo, quomodò legitimatus, non veniat appellatione legitimi,& naturalis, & de legitimo matrimonio nati; concluditur donatarium vniuerſalem teneri, ad debita donantis, qui ſibi reſeruauit facultatem teſtandi de modica portione.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus ab alio præter Papam non venit nomine legitimorum, & naturalium.*
2 *Et quid de legitimatis ab illis de Campegijs.*
3 *Negatiuè quando teſtator intellexit de natis ex matrimonio legitimo.*
4 *Poſitus in conditione, cenſentur diuerſi à vocatis ſpecificè.*
5 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*
6 *Verba, quæ poſſunt habere plures ſignificationes attenditur in quo ſenſu teſtator acceperit.*
7 *Dictio,* ſic. *ſtat illatiuè, & expoſitiuè.*
8 *Teſtator non præſumitur excludere proximiores.*
9 *Nec cenſetur excludere naturales, in concurſu legitimatorum.*
10 *Legitimatus, quando non ſunt legitimi, excludit ſubſtitutum.*
11 *Simpliciter negatum, non affirmatur, ſecundum, quid contra voluntatem teſtatoris.*
12 *Teſtator reſpiciens ad matrimoniū, repellit legitimatos.*
13 *Excluſus in vna parte teſtamenti cenſetur etiam in alia.*
14 *Dictio* vſque *terminat, & incipit.*
15 *Donatarius vniuerſalis tenetur ad debita donantis.*
16 *Donatarius eſt loco hæredis etiam ſi donator ſibi reſeruat facultatem teſtandi.*
17 *Donatarius etiam non facto inuentario, non tenetur ad debita, vltra quantitatem donatam.*
18 *Declara.*
19 *Donatio omniū bonorū præſumitur in fraudē creditorū.*
20 *Maximè inter patrem, & filium.*

DECISIO CLI.

IN deciſis fuſiùs 24. Martij proximi præteriti breuiùs DD. ſteterunt duobus potiſſimis fundamentis præter alia in d.deciſione,& melius in alijs coram R. P. D. meo Albergato 24 Ianuarij, & 22.Iunij 1663 ad quas ſe ſe DD. retulere nominatim, Iudicij præcedentis, cùm ſententia ſubſecuta, cùm tertiò reclamauerit, & quartò reſtiterit Ruggerius.

Siquidem viſum eſt non poſſe Ruggerius admitti ad
ſucceſſionem controuerſam, ſiue vti deſcendens Hercu-
lis, ſiue vti proximior de agnatione Teſtatoris, & de fa-
milia de Cæſareis maſculus legitimus,& naturalis: Teſta-
tor enim ſubſtituit Deſcendentes Herculis maſculos legi-
timos & naturales,& ex legitimo matrimonio natos, &
naſcituros, qualis ille non eſt, vt legitimatus, & per gra-
tiam inſufficientem præter Pontificem & ſupremam po-
teſtatem, cùm voluntate, *Peregr. de fideicom.art.*23.*num.*
45.*Sanleger. cumul. quæſt.*124.*num.*4. 14. *&* 15. *Rot.deciſ.* 1
255.*num* 24.*&* 25.*part* 9.& præſertim cùm clauſula *ci-*
trà præiudicium cuiuſcumque Iuris quæſiti alij in Perſona,
& cuiuſcumque fideicommiſſi, & ſubſtitutionum,&c. ad
litteram legitimationis, ſufficienti quoque clauſula citra
præiudicium venientium ab inteſtato, *Rot. d. deciſ.*255.
*num.*21.*&* 22. cùm alijs.

Item dic,& proximiores ſubſtituti videantur, & ad
verba ſimplicia, ſint proximiores de Agnatione Teſta-
toris, & de familia de Cæſareis, maſculi legitimi,& natu-
rales,& inde Ruggerius prætendat includi legitimatos,
& maximè ſe legitimatum ampliſſima authoritate Co-
mitis Campegij apud *Gionagn. reſp.*16. *n.*66. *Rot.coram* 2
*Cemmul.deciſ.*74.*num* 3. attamen DD. patuit ex accura-
ta lectione, & intellectione Teſtamenti, Teſtatorem in
ijs verbis proximiorum legitimorum & naturalium ſen-
ſiſſe ex legitimo matrimonio natos,& præter nominatos
ſupra legitimos, & naturales,& ex legitimo matrimonio
natos, ipſos legitimos, & naturales explicatos, & ſpecifi-
catos ex legitimo matrimonio natos ex *Bart.ad §.vtrùm,* 3
l.ſi is, qui ducenta, ff. de reb.dub.numero 5. cum alijs alias
allegatis.

Et nè ſuperflua, ſeu vt ſuperflua minùs ſit qualitate
ex legitimo matrimonio natorum, qualitas legitimo-
rum,& naturalium, poſteàquam ſubſtituit filios, & De-
ſcendentes Herculis legitimos & naturales, & ex legiti-
mo matrimonio natos, cogitaſſe eos defuturos, aut defe-
cturos, & eo caſu ſubſtituiſſe fęminas Herculis legitimas,
& naturales, vt ſupra natas, & poſteà nullis extantibus
Deſcendentibus maſculis, vel fœminis Herculis, & na-
turalibus, vt ſupra natis; & ſic finita linea, iàm maſcu-
lina, quàm fœminina legitima,& naturali Herculis, ſub-
ſtituit proximiores de agnatione, & de familia de Cæſa-
reis legitimos, & naturales; Vnde ſicuti indubitabile eſt
in linea maſculorum legitima, & naturali Teſtatorem
ſenſiſſe ex legitimo matrimonio natos, quos ſubſtitue-
rat, vt poſteà ſubſtituerit illis ipſis, & quos ſubſtituendo
vocauerat eoſdem, etiam poſuerit in conditione *Peregr.* 4
*conſ.*69. *ſub num.*1. *& num.*1. *verſ at idcircò lib.*3.*Eugen.*
*conſ.*52.*nu.*66.*verſ. ſecundo ſi ſubſtituerit lib.*1. cum plu-
ribus apud *Fuſar.de ſubſtit. quæſt.*407. *num.*80. *&* 158.
Ita pariter indubitabile viſum eſt, dum continuò ſubſti-
tuit proximiores de agnatione, & de familia de Cæſareis
maſculos legitimos, & naturales ſenſiſſe ex legitimo ma- 5
trimonio natos, vna Teſtamenti parte alteram decla-
rante, & eodem modo verba accipiendo in altera par-
te, quo in vna, & ipſa proxima accipiebantur cum cę-
teris generaliter vulgatis, & ſpecialiter allatis in Deci-
ſione; Et punctim in rem præſentem; dùm agitur de
declaratione nominis legitimorum,& naturalium, quod
poteſt habere plures ſignificationes, tunc inſpici, in qua
ſignificatione Teſtator nomen illud acceperit, *Peregr.* 6
*conſ.*65.*num.*14.*lib.*2.*& d.conſ*69 *d.nu.*1.*Mant. de coniect.*
*tit.*10.*num.*24.*verſ. quin etiam lib.*11. *Sanleger. d. qu.*124.
*num.*2.

num.2.à verſ.hoc autem, *Caren.reſ.213. ante nu.21. verſ.*
quia intelligen. eſt Teſtator de ea legitimitate, de qua ſuprà
locutus fuit.

Et maximè quia illa dictio *ſic* iuncta cùm copula præ-
cedenti ſtat illatiuè, ſiuè expoſitiuè, vt probatur apertè
7 in *cap.1. de reſt.ſpol.1.num.6.* cum alijs apud *Ruin conſ.*
102.num.11.lib.2. & *plurib. in deciſ.* & ſic finita linea,
tam maſculina, quam fœminina *legitima*, & *naturali*
Herculis (nempè natorum ex legitimo matrimonio) ſic
etiam ſubſtituit proximiores de agnatione, & de familia
de Cæſareis maſculos *legitimos*, & *naturales*, nempè ex le-
gitimo matrimonio natos.

Ratione præterea ſuggerente, vt Teſtator non admi-
ſerit legitimatos remotiores de agnatione, & familia, &
excluſerit proximiores, ſed potiùs admiſerit proximiores,
8 & excluſerit remotiores *Pereg. d.conſ.65.d.num.14. verſ.*
& *veriſſima eſt concluſio*, adeout illi non potuerit in men-
tem cadere, &c. & ſuo *tract.de fideic art.16.num.93.verſ.*
ſed in Deciſionibus ſubſiſto, *Eugen. d. conſ.52. d. num. 66.*
verſ.3. ſi excluſerit, *Fuſar.d.quæſt.407. num.121. Sanle-*
ger. d quæſt.124. ſub num.1. Caren. reſol.212. nu.13. verſ.
concurrit, & *d reſ.213. num.20.* vbi, *verſ. ſed ad idem*, ra-
tionem palpabilem dixit.

Sicut, & de alia qualitate legitimorum ad excluſio-
9 nem naturalium *Dec. conſ.425. num 5. à verſ. ſecundò*
concurrit, *Decian. reſp.9. num.4. verſ.4. probat. lib.4. Mo-*
lin. de primog. hiſpan. cap.3. num. 34. præſertim verſ. quod
nimis abſurdum lib.3.

Nec obſtitit ſubſidiaria ratio; quando nulli extant le-
gitimi, & naturales, & ex legitimo matrimonio nati,
ſed tantum legitimati, qui tunc excludant ſubſtitutum
10 ad *Socc.ſen. conſ.63. num. 20. lib. 3.* & alios apud *Fuſar.*
d. quæſt.407. num.85. Giouagn. reſp.2. num.12. lib.1.

Quia dum nullo modo poſſunt dici ex legitimo ma-
trimonio nati, nec etiam poſſunt dici hoc titolo, & hoc
nomine ſubſtituti; Et nulla differentia congrua verbis
eſt, quando nulli extant, & quando aliqui extant legi-
timi, & naturales ex legitimo matrimonio nati, & quod
ſimpliciter negatur non poteſt affirmari ſecundum
quid, vt paucis ſe aſſentire non poſſe, cùm repugnet
11 voluntas Teſtatoris ſubdidit idem *Fuſar. d. quæſt. 407.*
d. num.85. Etenim qualitas ex legitimo matrimonio non
ponderatur ad prælationem legitimatorum, ſed ad illo-
rum excluſionem ex mente verbiſque proferentis, qui
dum reſpexit ad natalia ſubſtitutorum eos voluit natos
ex legitimo matrimonio, atque ideò repulit legitimatos
12 ad *Buccafer. reſp 22. num. 36. Caren. d reſ. 212. num.2.*
verſ nulli autem dubium, *Rot.d. deciſ.255 à num.18.* cum
alijs.

Et denique Socc. author, aliud, ac alias in alijs longè
verbis ſenſit, & ſcripſit; In primis qualitate de legitimo
matrimonio appoſita in conditione ſubſtitutionis alio-
rum filiorum ſine tali qualitate, nè nati ex legitimo ma-
trimonio excluderentur à filio legitimatio, & ſic ar-
guendo, denuo arguit natos ex legitimo matrimonio
præferendos legitimatis, & concludendo filijs de legiti-
mo matrimonio natis non exiſtentibus, &c. ſed & hoc
clarè colligen. ex alio capitulo, & alijs verbis, vſque dum
viuens ſuperſtes extabit aliquis maſculos, ex Deſcenden-
tibus, &c. quæ potiſſima ſunt ad includendum termi-
num cùm terminato, etiam ſi difformem non ſolùm di-
ſtinctum, vt in puncto diſſimilium perſonarum ordine
præcedenti compræhenſarum cum huiuſmodi aduerbio
13 vſque & *tex. in §. vltimo, l. vltima, ff. de ſenat.* & ibi. *gloſſ.*
penult. & *in l. 2. in prin. ff de his qui not. in ſam.* vbi pariter
gloſſa in verb vſq. & tradit *Bart. ad §. Sempronio, l patro-*
nus, ff. de leg.3. in fin. verſ.4. ponitur, & maximè ex con-
iecturata voluntate Defuncti, *Bart ibi in princ.* & gene-
raliter in vltimis voluntatibus ad ipſum *Bart. cum alle-*
gat. à Marta de clauſ.77. num.7. par.2. Barboſ deciſ 437.
nu. 52. quæ eſt natura huius dictionis *vſque* importans,
vt ſtatim finitum in perſona vnius videatur renouatum,
14 ſeu de nouo conceſſum in perſona alterius, ait *Bart. ad*
l. ſi mihi, & *Titio ff. de verb. obligat. nu.2.* & poſt eum, &
alios *Menoch. conſ. 326. num. 79.* vt alia prætermittan-
tur, quæ proſequitur *Soccin. in ſuo Caſu*; Hæc autem ni-
mium quantum diſtant à ſpecie noſtra, cum pluribus ad-
uertendis apud *Socc.* & ſecundum hæc, & *Soccinum*, Soc-
cini aſſeclæ ſunt recipiendi.

Atque hæc ſufficere DD. dixerunt, ſed & ſubſiſtere
quoque aliud præcipuum fundamentum quod Rugge-
rius Donatarius vniuerſalis teneatur ad debita aſſerti pa-
tris Debitoris actione reali, & perſonali *Merl.d pign.quæſt.* 15
143. num. 4. verſ. diſtinctionum fœdere lib.4. Rot. poſt. d.
tract. deciſ.98. num.5. & *6.* & *coram Duran deciſ.348. nu.*
4. & *deciſ.101. num.19.* & *20. p.9.*

Et quamuis Ioannes Pater ſibi reſeruauerit facultatem
teſtandi, cum tamen reſeruauerit pro Scutis 150. & caſu
quod eillis non diſponere voluerit etiam eos intelligi
compræhenſos in donatione, &c. & præter paucam ſum-
mam deceſſerit inteſtatus, hoc ipſo caſu Donatarius vni-
uerſalis, etiam loco hæredis eſt, atque vt hæres, conueni-
tur, conuenientibus propemodum DD. omnibus aſſi-
gnantur, *Cancer. var. reſol. cap.8. de donat. num.69. verſ.* 16
multum bene, *Guttierez p.1.* & *cap.7. de pact num 129. par.*
3. Coſt. ſubſid. rem.108. num.12. & de ratione ratæ, *quæſt.*
90. num.9. Guidop. deciſ.105. num.1. à verſ ſed dum Tor-
tinus in Camera, vbi & forma ſententiæ, & ibi *Ranchin.*
verſ. hodie autem, *Peuger. deciſ.121. num.3.*

Non obſtante quòd Donatarius licet non confecerit
Inuentarium, non teneatur, niſi quatenus eſt in bonis do-
natis apud *Cancer d.cap.8. num.73.* & *d. cap.7. num.129.* 17
verſ. hinc dixi, & nouiſſimè per *Modern. Caroch. diſcept.*
44. num.82.

Quia ſuſpenſa, & ſuſpecta doctrina; Cùm enim Dona-
tarius perſonaliter, & vniuerſaliter obligatus ſit, negari
non poteſt obligatus ipſa ſua exceptione ſaltem ad de-
monſtranda bona donata, quibus limitetur obligatio
perſonalis, ne ipſa obligatio perſonalis redigatur in rea-
lem, & Donatarius vniuerſalis, licet ad Inuentarij confe-
ctionem non autem præcisè, adſtringitur tum caſſatiuè
ad effectum ſcilicet, vt ex eo dignoſci valeat ſtatus, in-
quit *Rot. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro Decano in Pe-*
ruſina Bonorum 30. Maij 1650. §. quod autem.

Et eò magis, quòd in donatione omnium bonorum
præſumitur fraus, §, *verius l omnes Debitores 12. ff. quæ in*
fraud. cred. & ibi narrat *Bart. nu. 1* & *2.* maximè verò in-
ter Patrem, filium, & poſtquam ſemel, & iterum aſſ. Pa-
ter Donator decoxerat.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. Taya.

Bononien. Fideicommiſſi de Monterentijs.

Ven. 6. Martij 1665.

A R G V M E N T V M.

Diſputatur, ſed non deciditur articulus, An inſtitutio
Iuuenis bonæ Indolis, annorum 15. eligendi, à
Præſidentibus Sacri Montis Pietatis, Bononiæ, di-
cenda ſit, Captatoria, & quomodo dos, vigore
Auth. res quæ, dicatur congrua.

S V M M A R I V M.

1 *Vltima voluntas, non debet ab alieno arbitrio pende-re.*
2 *Facultas teſtandi an gratia ſit.*
3 *Captatorium eſt fideicommiſſum ad fauorem eius quem Titius elegerit.*
4 *Et ad fauorem pueri eligendi.*
5 *Contrarium, quando vocatur puer alicuius ciuita-tis.*
6 *Niſi ciuitas ſit valde numeroſa & populo plena.*

7 *Præ:*

7 *Præcipue, vbi eſt difficil inuenire, qu is ſuccedat non facta electione.*
8 *Voluntas diſponentis, per modum declarationis in tertium committitur.*
9 *Sed tertio non declarante, diſpoſitio debet remanere firma.*
10 *Non poteſt committi ſubſtantia diſpoſitionis etiam per modum declarationis.*
11 *Valet vocatio vnius de agn tione.*
12 *Sequuta electione facilius declaratur validitas.*
13 *Dos detrahitur de fideicommiſſo, etiamſi in totũ deberet alienari.*
14 *Dos à patre conſtituta filiæ dicitur congrua.*
15 *Teſtes contra non citatum non probant.*
16 *Congrua dos dicitur, quando quis,cum ea inuenit maritum ſibi æqualem.*
17 *Dos dicitur congrua ex ſolito familiæ.*
18 *Dos inſeruit pro ſubſtentandis oneribus matrimonij.*
19 *Patres aliquando ſunt animo maligno in filias.*
20 *Diuerſa dos dari ſolet pro nuptijs,ac pro ingreſſu in religionem.*
21 *Delictum à patre filiæ præſumitur pro dote.*
22 *Pro dote poſſet dari & alienari totum fideicommiſſum.*
22 *Dos detracta de fideicõmiſſo non præſumitur exceſſiua.*
24 *Congruitas dotis habetur ab arbitrio.*

DECISIO CLII.

SEbaſtianus inſtituit hæredem Hieronymum filium, & decedente Hieronymo, abſque filijs, & alias finita linea, & deſceudentia maſculina, in omnibus ſuis bonis, & tota ſua hæreditate, inſtituit, & ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum Iuuenem, bonæ indolis, ætatis ad minus annorum 15. vel circa, eligendum per DD. præſidentes Sacri montis Pietatis Ciuitatis Bononię, & nominandum, & cognominandum Sebaſtianum de Monterentijs, qui ſic eligendus habitare debeat in Domo hodiernæ habitationis ipſius Teſtatoris, & vti armis, & inſignibus ipſius Teſtatoris &c.

Obijt Hieronymus, & deinde Sebaſtianus eius filij, relictis Paula, & Cæcilia filiabus Dotibus libr.6. m. ſinguiis & electus eſt, vt ſupra Ioſephus, qui contra eas obtinuit immiſſionem, in prædium, pro Dotibus, ab ijs poſſeſſum. primo in partibus, deinde in Curia, & commiſſa mihi cauſa deciſum erat conſtare de re iudicata, vt in deciſione 7. *Februarij* 1659. at hodiè repropoſita cauſa, miſerarum pro miſeratione patrocinantium, viſum eſt conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum ad infraſcripta.

Controuertebatur enim, & maximè validitas, & inualiditas diſpoſitionis, & pro inualiditate obijciebatur, quod vltima voluntas non debet, ex alieno arbitrio pendere, vt notat *Bartol* & alij; clarior eſt textus, vbi conſtanter veteres decreuerunt Teſtamentorum Iura ipſa pro ſe firma eſſe oportere. nõ ex alieno arbitrio pendere, *l. illa Inſtitutio 32. in principio ff. de hared. Inſt.* & eſt ratio, quia quis vult conferre in alienum arbitrium, quod vix in ſuo permittitur, ſcilicet ſtatuere de rebus in eum caſum, quo ſuæ futuræ non ſunt inquit, ibi *gloſſ. pendere Spin inſpect. Teſt glo.5. numero 6. verſ denique facit*, præter alias rationes ibidem ſupradictas; Vnde diſputant adhuc DD. iuriſuè, an gratiæ ſit facultas teſtandi, ac diſcrepant duo præcipuè *Mediolanen. Iaſ. &*
2 *Decian. ad rubr. Cod. qui teſt fac.* & in puncto electionis fideicommiſſarij, quem Titius elegerit *Peregrin de*
3 *fideicom art.33 num.52. Carpan. de execut. teſtam, cap.7. à num.31. lib.2. Craſſ. §. inſtitutis quaſt 18. à num. 1. Caſtill. controu.6. num.52. lib.2.* & cum præcipuo *Suar. de captat num.4. verſ. alio modo. & alijs ſeqq. num.* abundè *Fuſar. de ſubſt. quaſt. 503. à num.50.* cum *alleg.* nec habet iſta opinio contradictorem, quod ſcluerit *Alciat. reſp.92. num.4. à verſ. & quod idem lib.9.* & cum habemus etiam Inſtitutionem, & ſubſtitutionem vulgarem, *Rot. cor. Seraph. dec.359. ſub num. 12. dec.350. à num.4. maximè num. 21. par.6.* vbi & *Fuſar.* cum alijs alleg.

Et in puncto huiuſmodi pueri allegabantur *Pariſ conſ. 38. ab init. & numero 19. à verſic his tamen non obſtantibus libro 3. & in eadem cauſa Alciat dict. reſp.92. ab* 4
init. & in ipſa cauſa, quamuis alias contrarius *Bero. conſ. 23 num.39. lib.2. Peregr d. art.33. num 57. verſ. latiſſimè Pariſius.*

Sed & contrà allegabantur in eadem cauſa *Bero. dict. conſil.23. numero 12.* à verſiculo non obſtat prædictis, & tantum illud excepto, tamen. *Put Rota coram Mohed.* 5
de Teſt deciſ.6. & vlt. aliat deciſ 358. de qua, & de Conſilijs Pariſij, & Beccii *Menocch. conſil.408. num.27. à verſ. præterea extat*, & poſtea Speciali *Facchin contro.23 lib.2. Mart. Summ ſucceſſ quaſt.2. art 4. num.9. & queſt.11. art. 2. num.7. par.4.* & recentiſſimè *Altogr. Iun contr.43. nu.9. à verſ 1. quia*, & tota ipſa controuerſia, in qua, & alijs ſeniori Iuris prudentia egregiè patrizat; Et reſtringendo, quinque hanc electionem ad Ciuem Bonon. videtur caſus apud *Peregr. d art.33. d. nu 57. verſ. adde*, quod hic caſus maximè ad qualificatum certa indole, & bona ætate, vt dixerit aliquis vix reperiendum.

Et nihilominùs, pro inualiditate replicabitur, ex facto agi de incertis etiam quibus libet cuiuslibet nationis indefiuitè, quin etiam intelligendo in Ciuitate præ- 6
ſtantiſſima, vt fæcundiſſima Bononia, ac Matre Studiorum, eſſe magnum numerum certorum, vt in puncto de vno Bononienſe, quem elegerit hæres, quia eo non eligente, non eſt veriſimile. quod omnes Bononienſes petant, nec de facili poteſt ſcire portio cuiuſcumque &c. poſt *Cuman. apud Socc. Sen. ad § cum quidam l. 8. ff de reb. dub. num.8. Pariſ d conſ 38 num 48. à verſ deciſio eſt in proprijs terminis, Rimin Iun. conſ.598. num 26.* & ad vnum Patauinum tranſtulit *Peregr. d art.33. d. num 57. in fine*, & ad vnum *Mediolanen Mart d. art 4. nu.11.* & ad vnũ Brixien. *Fuſar d q.503. num.55.* & ad vnum Barchionen. *Cancer. reſol.20. num.93. in fine par.3.* & paſſim omnes plerumque de ſua Patria.

Impoſſibile enim eſt, adeò nimis difficile. omnes Iuuenes bonæ indolis. etiam talis ætatis poſſe ſuccedere, & agere in primis ad fideicommiſſum, & poſteà inter ſe
de fideicommiſſo, & communi diuidundo nec ſolùm 7
omnes quicumque ſunt in mundo, vt fere ſcripſit *Glo. in infinitum § & vnum hominem Inſtit. de hared. inſt* ſed & omnes Bononienſes, vt ſupra, & concluſiuè, ex prædictis habemus, quod voluntas non poteſt committi in tertium. ſed per modum electionis, ſeu declarationis ſic, Et, ne decipiatur credens, quod ſimpliciter, 8
per viam declarationis, ſeu electionis poteſt committi inſtitutio in voluntatem tertij, debet ſic intelligere, vbi ſola electio, ſeu declaratio Perſonarum committitur tertio, ita quod commiſſario non eligente, nec declarante, nihilominùs diſpoſitio & inſtitutio remanet firma,
vt in *§ cum quidam lib.8. ff. de reb. dub & §. vltimo, l ſi* 9
quis Titio 17. & l cum quidam 24. & l vnum ex familia 67 ab initio, & §. à filia l. cum Pater 77. ff. de leg.2. & § vltimo, l. fideicommiſſaria libertatia 46. ff. de fideicom. libert. Nam ſi diſpoſitio ſubſtantialis committeretur in voluntatem alterius, ſcilicet vtrum ſit dandum, vel nè, etiam. per modum electionis, ſeu declarationis eſt reprobata, quia in effectu. eodem modo, confertur in volun- 10
tatem Tertij, per hæc verba, quos volueris, quos elegeris &c. largiùs apud *Suar de capt numer 14. à verſ. concluſinè autem.* & reſcripſit, *Caſtill. d contr.6. nu.52.* & granius ex *gl.1. l. captatorias 11. C. de teſt milit. & Bart. add. l. illa Inſtitutio num.8 in fine*, & additis *Cuman. Socc. Sen.* & alijs ſupra alleg.

Sed adhuc inſtabatur, pro validitate ex *d dec. cor. Mohed.* & illa diſpoſitione illius Veſpaſiani Bonon cui quoque inſiſtebatur pro inualiditate, ex contraria Putei authoritate, & ex ea formula electionis de cognatione, vel agnatione, vel alibi &c. *in princip. deciſ.* ſiue de

Digitized by Google

agnatione, vel cognatione ipſius Teſtatoris, vel alibi &c.
in epitome *conſ Beroi*, & paſſim apud ipſum *Bero. Alciat.*
11 *& Pariſ.* & ex declaratione ipſa agnationis, vel cognationis
ſufficientis, vel etiam alibi, de cognatione, vel
agnatione, &c. *Bero d.conſ.23.nu.30.34. à verſ. quinto conſiderandum*, & ex rigore Iuris, quo reiecto æquitatem peiorando
exorauerit *Bero d.conſ.23. in fine verſ. & hac ita conſiderata*; & amplius contra hanc æquitatem videri
aliam æquiorem pro pauperibus Filiabus Pauperis grauati & in extraneo fideicommiſſo.

Denique omiſſis pluribus, apud allegatos, ventum eſt
ad præcipuam rationem retentionis, electione iam ſecuta prout Teſtator mandauerat, *ad § incertis verò verſ. in-*
12 *certis autem Inſtit. de legatis*, & in puncto *Bero d conſ.23.
n.31. verſ.2. videtur. & cum eo Menocch. d conſ.408.n.53
verſ 4. admiſſe, & cum vtroque Altograd. d. contr.43.n.13.*

Quæ ratio, neque certa potuit videri, tùm ex facto,
quod adhuc per vim adeptum fuerit, adeò per errorem
minimè ſolutum, *d. § incertis verò d. verſ. incertis autem*,
Tum etiam ex Iure textuali *d. l. illa Inſtrumento*, & repugnãtibus generaliter *Pariſ. tot. d. conſ.38.* & ſpecialiter diſtinguendo
Alciat. d reſp.92.nu 5. verſ. nec talis diſpoſitio,
& per Pariſ d. conſ.38. & Alciat. diuerſæ editionis *reſp.551*
repugnante ſibi quoque, & nuncupatim *Bero* qui vſus
fuerit argumento, quod *Alciatus* diſſoluerit *Menocch.
conſ.1123.n.16,17.*

Vnde ab aliquo diſcedendo, viſum eſt aliunde prouiſum fœminis, nimirum ex Dotibus à grauante Auo, &
grauato fratre relictis, pro quibus, dum poſſidebant
Prædium, hinc viſa fuit iniuſta immiſſio, etiam ex hoc,
quod ſint deſcendentes grauantis ipſius, quamuis pauca
remanent ex fideicommiſſo, vel etiam neceſſe eſſet om-
13 nia alienare, vt ſcribunt, *Bald. &c.* apud *Fuſ conſ.121.n.5
& de ſubſt q 531.n.54.* vbi ità iudicatum, cum alijs alleg.
& Rot. cor Mant. dec.152.n.2. & dec.329.n.7. & pluribus
infraſcriptus, & aſſumitur *dec.438.n.37 part.9.*

Non obſtantibus oppoſitis, ex humili conditione fœminarum, & maritorum & ex legato Hieronymi Patris,
à Cecilia ſua figlia, lire mille da pagarſi, &c. Vt ideò dos
illa debeat intelligi eſſe congrua, quam Pater ipſe conſti-
14 tuit, etiam ad præiudicium filiæ, non tamen in fraudem
fideicommiſſi *Rot. cor. Mant. d. dec.329. à num.2.*

Ad primum enim reſponſum fuit, nihil conſtare, &
nullam eſſe receptionem teſtium cap. non citatum, notatur in *cap.2. de Teſt. ex § vlt. auth. eodem, & l. ſi quando*
15 *19. & ſeqq. auth ſed & ſi quis, C. eodem.* Quin etiam Cipibus. & Artiſtis minùs conſtare, non congruere dotes
libr. 6.m. conſtituentium ſcuta mille ducenta, præcipuè
pro Cæcilia tunc innupta, eamque per viam viliorem
poſteà acceptum Ius congruæ dotis non amiſiſſe, quia
minùs dotata, & cum hac parte dotis litigioſa non inuenerit digniorem, & prout dignitas Mulieris, vel Mariti
16 conferri, vt ſit congrua dos *l. quæro 60. & § gener. l cum poſt
diuortium 69. ff. de Iur dot.* Ita congrua dos confert, vt ſit
ipſa dignitas Mulieris, & Mariti, & alias fuit reſponſum,
cognitionem dotis, non eſſe deducendam ex imparitate
viri, ſed ex qualitate mulieris, ac familiæ, & ex ſolito ipſius familiæ
Rot. coram Royas dec.117.num.26. nec exiſti-
17 mandum, quod congrua dos deducatur, eo ipſo, quod
cum ea mulier inuenit maritum; datur enim, & danda
eſt, non vt mulier nubat ſolum, ſed vt etiam cum ea ma-
18 ritus ferre valeat onera matrimonij *l. pro oneribus 20. C.
de Iur. dot.* & cum alijs *Fontan. de pact. nupt. clauſ.5. gloſſ.8.
part.1 num.7.*

Ad ſecundum non neglecto Iure, quo cauentur, ſæpè
Patres, maligno, in filias animo, *§ nec non illud l. ſi cum dotem 22. ff. ſolut matrim. Menocch de Arbitr. Iud. cap 150*
19 *num.8. Fontan. d. gl.8. p.1 à nu.31. vbi maximè Rota Bonon.*
& hic potuiſſet caueri Pater benigniori animo in filium
maſculum vnicum, & vnicè carum, reſponſum eſt, ex facto, & omnibus verbis Teſtamentarijs *à Cecilia ſua figlia
lire mille da pagarſeli, quando ſi maritera è monacara.*
Neque enim vlla demonſtratio, adeoque minùs declaratio, ſed nec vlla mentio quidem eſt dotis: Imo potiùs cauſa contraria apparet, tùm ex paritate maritationis, &
monacationis, cum tamen pateat minùs in hanc impen- 20
di, quam in illam, tùm etiam, quia ex relationibus conſtitit. in monacationem ipſam, impendi, ſex mille libras,
Vnde reſoluitur præſumptio mortis teſtatoris pro dote,
quando in teſtamento ſimpliciter reliquit filiæ ſummam
aliquam, &c. *deciſ.110.num.10.par.7.* Secùs enim con- 21
currentibus in contrarium alijs coniecturis, &c. ipſa *deciſ.
110.num.11.* Imo rationibus neceſſarijs ſumma inſufficiente, pro dote, & conſuetudine familiæ, & Sebaſtiani
ipſius fideicommittentis Patris ipſius Hieronymi relinquentis: Cum Sebaſtianus ipſe fideicommittens Pater
Hieronymi, reliquerit Hippolytæ filiæ, pro ſua futura
dote libr.12.m. vt proinde ineptum videatur, & iniquum relictam fuiſſe filiæ ſuæ à Hieronymo filio fideicommiſſario, Sebaſtiani Patris, & grauato à Patre, duodecimam partem eius, quod Sebaſtianus Pater fideicommittens ſuæ filiæ reliquit.

Et præſumptio ſtat pro dotis congruitate iuxtà quam
etiam omnia bona fideicommiſſi potuiſſent ſibi aſſignare in dotem Paula, & Cæcilla, vt *per Bald. &c. Rot. coram
Royas dict. deciſ.117. ſub numero 23.* cum ſupradictis, & 22
cum pluribus obſeruatis poſt *Salgad. Labyr. deciſ.26.numero 24.* vbi exceſſus non præſumitur, & in terminis
contra fideicommiſſarium, & deciſiones ibi allegatæ 23
ſunt de Patribus, & Fratribus grauatis dotantibus, & dotes augentibus, & de dotatis retinentibus opportunè.

Verùm tamen, quia proponebatur habuiſſe Paula libras circum circa *ter mille*, & totidem Cæcilia per aſſignationem duarum tornaturarum, & dimidiæ tertiæ
iuxta ſententiam A. C. & Prædium eſſe congrui valoris
viſum eſt DD. adijcere ſingulis *libr. bis mille* pro congruæ dotis arbitrio ad *Menocch. d. cap.150. à num.34.* & 24
cum pluribus *Fuſar d. q.531 num.163. & Rot. cor. Mant.
d. dec.329.n.5. à verſ. nam dos congrua*, cum alijs ſupra allegatis, & pro concordia partium.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Taya.

Bononien. Quintæ, ſeu Aſſociationis.

5. *Iulij* 1660.

ARGVMENTVM.

Aſſociatio competit ceſſionario, ſtante pacto capiendi poſſeſſionem, propria auctoritate, &c, an
hoc procedat, quando, creditum eſt illiquidum,
& bona ſubiecta ſunt debito anteriori.

SVMMARIVM.

1 *Aſſociatio competit, vbi eſt pactum capiendi poſſeſſionem propria auctoritate.*
2 *Ceſſionario competunt omnia iura cedentis.*
3 *Aſſociatio competit contra ſingulares ſucceſſores.*
4 *Etiam ſinè citatione, & non facta crediti liquidatione.*
5 *Exceptio illiquidatis, & deductionis æris alieni admittitur in iudicio executiuo.*
6 *Limita, quando contrarium pactum eſt in inſtrumento.*
7 *Liquidatio ſemper non requiritur.*
8 *Pactum reſtrictum ad aliquid, ad aliud non extenditur.*
9 *Verba ſecundùm ſubiectam materiam ſunt intelligenda.*
10 *Verbum* deuenerint, *de quo tempore intelligatur.*

D E-

Digitized by Google

D E C I S I O CLIII.

TRanſegerat 8. *Martij* 1645. P. Virgilius, & Comes Gambiſes, & pro eo, & cum eo Io: Baptiſta, ceſſitq; eiſdem, P. Virgilius omnia, & quęcumque Iura, ad ipſum quomodolibet, & ex quacumque ratione ſpectantia, & competentia, & quæ in futurum ſpectare poſſent, in, & ſuper bonis Com Pirri, vigore eiuſdem Teſtamenti, & ex cauſa tranſactionis, & concordiæ huiuſmodi promiſit, & ſe obligauit d. Cōm. Baptiſta, nomine ſuo, & dict. Com. Cambiſis ſtatim, ac conſequtus fuerit, per ſe, vel alium aliquam partem bonorum, ad quorum ſucceſſionem P. Virgilius vocatus fuit, à Com. Pirro, ſeu, quæ ad manus d. Com. deuenerunt, detractis tamen ære alieno, & grauaminibus hæreditarijs, tradere P. Virgilio, quolibet anno, eius tamen vita naturali durante, & non vltra quintam partem fructuum, reddituum, & prouentuum, eorundem bonorum ſpecialiter, & generaliter, cum pactis pignorum, & præcarij, in forma, quin imò, vt liceat P. Virgilio propria auctoritate, & abſque Iudicis miniſterio quintam partem, fructuum prædictorum accipere, nec illam cogi poſſet capere, de manu d. Com. vel aliquorum aliorum. Cumque idem Com. Io: Baptiſta requiſierit, nomine d. P. Virgilij, tanquam eius Procurator, quam plura bona. Ideò inſtetit Com. Emilius ceſſionarius eiuſdē P. Virgilij, pro mandato de aſſociando, dubioque propoſito, DD. reſponderunt eſſe concedendum.

Nam, quemadmodum ſecundum dicta pacta; &
clauſulas, in Inſtrumento contentas competeret P. Vir-
1 gilio aſſociatio, ad *tex. in l. 3. Cod de pignor. ad prax. Gal-*
leſ. de obligat. Camer. quæſt. vltima, numero 41. verſic.
vel etiam ſiſit formido Cenc. de cenſ. quæſt. 94. numerò 14.
& ſeqq. Rot. coram Duran. deciſ. 49. numero 6. & benè
apud *Cenc.* in ſimili *deciſ. 149. & deciſ. 150. laudat. co-*
2 *ram Merlin. deciſ. 104. num. 6.* Ità etiam competit Com.
Emilio eius ceſſionario, *Bartol.* & alij apud *Mantic. de*
tacit libro 11 tit. 5 numero 14. Farinac. quæſt 175. de fur-
tis, num. 193. Merlin. de pignor. libro 4. quæſt. 115. num. 8.
23. & nedùm contra dictos paciſcentes, & ſuos; ſed etiam
contra ſingulares ſucceſſores, & poſſeſſores locorum.
3 Tum de Iure communi, *Cenc. dict. quæſt. 94. num 16. &*
ſeqq. & Rot dict. deciſ. 149. num. 3. & dict. deciſ. 150. num. 2
cum alijs, & præcipuè *Galleſ. d. quæſt. vlt. num. 41. verſ.*
& eſt miſerabilis, vbi etiam ſine citatione, & non facta
4 aliqua crediti liquidatione. Tum ex forma Statuti
Bononien. vt in ſpecie *Rot dict. deciſ. 149. num. 3. & 150.*
num. 2.

Non obſtat exceptio Com. Cambiſis illiquiditatis, &
neceſſitatis liquidationis. & deductionis æris alieni, &
5 grauaminum, & expenſarum, ex *Bart. in repet. dict l. 3.*
numero 14 Gaz. ad. conſil. 95. numero 3 Rot. coram Mant.
deciſ 194. num 4. verſ. in qualibet obligatione, & alijs deci-
ſionibus.

Quia huiuſmodi viſa ſunt DD. non obſtare; & præci-
puè, ex pacto, quod liceat propria auctoritate, partē præ-
dictam fructuum prędictorum accipere; neceſſe eſt enim
æs alienum, grauamina, & expenſas opportunè, vel
priùs fuiſſe deducta, vel poſteriùs fore deducenda.
Ideoque competit nihilominùs remedium aſſociationis,
6 ad ingrediendum poſſeſſionem, negocio non liquida-
to, prout concludit *Bartol. in dict. repet. dict. l. 3. numero 16.*
& amplius *Gaz. ad. tot. dicto conſil 95. numero 14. verſic.*
his tamen non obſtantibus, & præſertim in huiuſmodi
conuentione. quod ſine licentia, & ante citationem, igi-
tur etiam ante liquidationem *Soccin Iun. conſ. 82. num. 5.*
verſ. 4. concl. & ſeqq. lib. 3. & poſt eum *Neguſ. de pignor.*
part. 4 num. 22 & poſt vtrumquè *Farinac. d. quæſt. 175.*
num 246.

Et quemadmodum hi Comites, in vim dictæ ceſſio-
nis, & tranſactionis poſſident dicta plura bona, quæ ac-
quiſierant proprio nomine P. Virgilij ante tranſactio-
nem, & ceſſionem, & poſteà alia acquiſierant ex perſona
ipſius P. Virgilij, & cum iiſdem, ære alieno, grauamini-
bus, & expenſis percipiunt fructus, pariformiter, cum
Emilius ceſſionarius P. Virgilij, debeat quintam partem
eorumdem fructuum percipere, & æs alienum, & graua-
mina, & expenſas pro quinta parte ſuſtinere, & hoc
quidem, vel per liquidationem poſteriorem, ad praxim,
& modum *Bart. & alior. apud Menocch. recup. remed. 5.* 7
num 62. vel per cautiones & ſtipulationes, de quibus *in*
§. ſed quia hæres, & in §. ſed quia ſtipulationes Inſt. de fideic.
hæred. & in §. ſicut ſingulæ res apud Vlp. fragm. tit. 24. de
leg. & ibi Theophyl. vt benè *Alex. Lucan. de execut. leg.*
cap. 2 num. 4.

Minùs valet, quod pactum præſtandi quintam par-
tem fructuum videbtur limitatum ad bona acquirenda,
poſt tranſactionem, ibi, *ſtatim, ac conſecutus fuerit*, ſic- 8
què non compræhendat acquiſita ante tranſactio-
nem.

Quia dicta verba non cenſentur adiecta, ad bona poſt
tranſactionem, & ceſſionem acquirenda, ab ijs, quæ
tunc temporis fuerant acquiſita, proprio nomine eiuſ-
dem Virgilij; ſed ad diſtinguendos, præcipuè titulos ac-
quirendi, aut potiùs perſonas acquirentes, ad hoc, vt
Com Io: Baptiſta haberet vti ceſſionarius ea bona, quæ
paulo priùs acceperat, vti procurator eiuſdem P. Virgi-
lij; Idque clariùs apparet, tam ex eo, quod promiſſio fa-
cta fuit de bonis, ad quorum ſucceſſionem P. Virgilius
vocatus fuit, à Com. Petro, vt ſunt prædicta bona, & de
Iuribus ad ipſum quomodolibet ſpectantibus, & quæ in
futurum ſpectare poſſunt, ſuper eius bonis, quam etiam,
quia poſt dd. verba ſubiunguntur, & quæ ad manus
Com. Io: Baptiſtæ, & eius filij deuenerint, quæ ſecundùm 9
ſubiectam materiam debent intelligi, etiam de bonis ha-
bitis, de tempore tranſactionis, *l. Ploſiana 18. de Iur Co-*
dicill. Alciat. ad l. verbum erit ff. de verb. ſignif in fine, cum
alijs, apud *Iaſ. ad § hæc autem verba l. 1. ff. quod quiſque*
Iuris tot tit. num. 5. & præcipuè *Rom. conſ. 333. num. 2. &*
ſeqq. vbi, & à paritate rationum, imò, & potiùs, de bo-
nis habitis ante tranſactionem, vt potiùs in præſentem,
quā in futurum, *Ang. Aret conſ. 82. n. 20. & ſeqq.* eo quod
verbum, *deuenerint*, reperitur in præſenti. & in futuro,
ſubiunctiuè, vt declarat *Bartol. ad l. 9. ff de Iuſt. & Iur.* 10
num. 58. & eſt implicitum ad vtrumque tempus, vt con-
cluſit, *Bald. ad l. cum in 2 ff de inoff. rep.* & ſpecialiter in
contractibus comprobat, *Bart. ad l. 9. ff. de cond. & demon.*
& ibidem, *Socc. Sen. num. 2* cumque ad eoſdem Com. Io:
Baptiſtam, & Cambiſem deuenerint prædium, & ter-
ræ in Communi S. Geragij de Piano, & prædium, ac ter-
ræ in Communi Burij, & alterum prædium conſequen-
ter, ſuper iſtis bonis, hodie remanentibus penes Com.
Cambiſem, tamquam ex diſpoſitione Com. Pirri ſpe-
ctandum ad P. Virgilium, vt ſub d. eius ceſſione cadentia,
tradenda eſt quinta pars fructuum, & pro ea conſequen-
da, venit concedendum mandatum de aſſociando
Com. Emilio ceſſionario eiuſdem P. Virgilij,
in vim dicti præcarij, ac dicti pacti ca-
piendi poſſeſſionem propria au-
thoritate, *Rot. in dd. deciſ. 149.*
& 150. apud Cenc. de
Cenſibus,
&c.

Digitized by Google

R. P. D. Taya.

Finarien. Sauoneo. Diocęſis Pecuniaria.

Lun. 31. Martij 1664.

A R G V M E N T V M.

Ex mutuo, & data dilatione ad ſoluendum, ſine vſuraria prauitate, non poteſt prætendi intereſſe, non probatis requiſitis Pauli de Caſtro, non obſtante conſuetudine, & frequenti occaſione inueſtiendi, in Ciuitate mercantili; Solutum, pro d. intereſſe cadit in extinctionem ſortis, & repetitur actione indebiti.

S V M M A R I V M.

1 *Pecunia mutuata conuerſa in emptionem prædij poteſt abſque vſura parere intereſſe.*
2 *Præcipuè ſi intereſſe percipiatur à ſpontè dante ratione lucri ceſſantis.*
3 *Ex dilatione ſoluendi, non poteſt conueniri intereſſe.*
4 *Mutuum dantes nihil inde ſperantes.*
5 *Qui ſoluit præſumitur debitum ſoluere.*
6 *Vſura eſt in mutuo plus accipere, quam datum ſit.*
7 *Vſura eſt etiam in minimo.*
8 *Conſuetudo non remittit vſurariam prauitatem.*
9 *In materia vſurarum non datur paruitas materiæ.*
10 *Compromiſſum de re minoris, fieri non poteſt à curatore ſine ſolemnitatibus.*
11 *Compromiſſum, & trãſactio debent eſſe ſuper re dubia.*
12 *Compromiſſum, vigore ſtatuti non fit ſuper re clara.*
13 *Cauſa vſuraria tanquam Eccleſiaſtica, non poteſt in laicum compromitti.*
14 *Laudum ſuper vſuris, debet confirmari ab Epiſcopo.*
15 *Laicus, pro vſuris, conuenitur coram Epiſcopo.*
16 *Intereſſe pecuniarum non debetur non probatis requiſitis Pauli de Caſtro.*
17 *Vſura non probatur, ex confeſſione recepti.*
18 *Mutuum re contrahitur.*
19 *Mutuũ probatur confeſſione, & literarum obligatione.*
20 *Indebiti ſolutio debet probari.*
21 *Solutio indebiti in vſura probatur ex coniecturis.*
22 *Probatur ex pluribus dilationibus ad occultandas ſolutiones.*
23 *Solutio vſurarum, ipſo iure ſorti imputatur.*
24 *Solutio debiti probatur per inſtrumenta.*
25 *Extincto debito, ſi ſoluatur de nouo repetitur ſolutum tanquam indebitum.*
26 *Pecunia hodie etiam a mulieribus ponuntur ad lucrũ.*
27 *In Ciuitate mercantili, vt habeatur intereſſe pecuniarum non opus eſt, vt probentur requiſita.*
28 *Sed requiritur ſpecialis occaſio inueſtiendi & hoc debet probari.*
29 *Quod procedit etiam in mercatore, & ſolito negociari.*
30 *Conſuetudo non excuſat vſuram.*
31 *Intereſſe lucri ceſſantis, &c. requirit conſenſum ambarum partium.*
32 *Quod potuit noluit, quod voluit non potuit.*

D E C I S I O CLIV.

Nicoiaos Carentius coofeſſus fuit, ſe debitorem Io: Thomæ dupl. 745. ex tot alijs, ab eo receptis, ex cauſa motoi, quas reſtituere promiſit intra annum, in peconia nomerata, vt in Inſtrumeoto *19. Iunij* 1647. poſteà Io: Thomas confeſſus eſt Iunij 1648. recepiſſe à Nicolao duplas 45. remanente debitore aliarũ 700. quas Nicolaus nõ teneretur ſoluere, niſi *19. Dec.* 1648. prorogauit Io: Thomas ſolutionem dupl. 700. per aliud ſemeſtre, vſq; ad *19. Iunij* 1649. prorogauit vſque ad *19. Dec.* ſequenti ſine aliquo Intereſſe decurſuro, vſque ad illam diem,
ſic amicè concordato com Nicolao, ita vt d. die 19. *De-*
cembris, deberet ſolas duplas 700. & d. die 19. *Decembris*,
mortuo pridem Nicolao, faſſus eſt recepiſſe Io: Thomas
à Maria Vidua duplas 22. computato fæno recepto, vi-
uente Nicolao pro ioterefſe debito, ex concordia facta
cum eo pro duplis 700. & hoiuſmodi conuentionom
proponebantur 12. chirographa Io: Thomæ vſqoe ad
5. *Auguſti* 1654. indicantia anticipatam ſolutionem du-
plarum 22. cum dimidio pro vnaquaque dilatione, cu-
iuslibet ſemeſtris, & aliqua declarantia, quod, ſi dorante
dilatione, capitale reſtitui contingat deducendum eſſe
pro rata temporis, Ratam intereſſe ſoluti, quæ legitimè
recognita fuerunt ab ipſo Io: Thoma, cum relatione ad
laudum Guberoatoris 3. *Aprilis* 1655. ibi, *qui viſis varijs* 1
rebus, tabulis, ferro, pannis, frumento, vino, fructibus &c.
datis a Nicolao, & filijs Io: Thoma iudicamus imponendum
perpetuum ſilentium ſuper emolumentis totius dictæ ſummæ
ab ipſo receptis vſque ad totum annum 1641. & ſolutio-
nem huiuſmodi intereſſe redegit io poſterum ad 5. pro
ſingulis centom, & aunis, cum dilatione ſoluendi dd du-
plas 700. centum in ſingulo anno.
Io: Dominicus, & fratres filij d. Nicolai poſt ſolutio-
oem & extioctionem debiti reclamaruot cor. Ordinario
de illicito Intereſſe, & ordinarius, conſiderato, quod pe-
cuniæ mutuatæ, per Io: Thomam Nicolao conuerſæ fue- 2
runt, per eum, in emptionem prædij valdè vtilis, & quod
fructus percepti per Io: Thomam à ſponte daote recepti
ſunt, ratione lucri ceſſantis, ac etiam perpenſis alijs Iuri-
bus, pronunciauit nullam per Io: Thomam commiſſam
vſuram, eumqoe abſoluit à petitis in ſententia.
Appellatione interpoſita, cauſaque mihi commiſſa,
propoſui dubium cooſtitutum, an conſtet illicita exa-
ctio, & DD. conſtare dixerunt,
Et primum, ex eo, quod facta fuerit ad effectum diffe-
rendi reſtitutionem motui, ita vt, ex nullo capite proin- 3
de, effici licita poſſit, agitor enim de mutuo expreſſo, &
Chriſtus Dominus Mutuum dantes nihil inde ſperaotes,
Luc. c. 6. Relat. in 10. *de vſur.* cum ſimili, 4
Nec placueruot DD. huiuſmodi materiæ ſoper alijs
religioſiſſimis excepto, quod agator de conditione inde-
biti & præſumptio ſit pro eo, qui exigit; Qui enim, ſoluit,
numquam, ita reſupinus eſt, vt facilè ſuas pecunias iactet
l. cum de indebito 25. *ff. de prob.* Quia quæſtio eſt facti de 5
ſubſtantia ſolotiooís, oon autem Iuris, de qualitate, & in
vſuraria materia, vſora eſt plus accipere, quam datum
ſit, *cap penult. & vlt.* 14. *queſt.* 3. *cap. vlt. de vſur.* cum ibi 6
notat, etiamſi recuperetor vnus oummus, io qoo neque
conſuetudo poteſt permittere vſurariam prauitatem in-
qoit *Bald. ad rubr. de conſuet. nu.* 34. com alijs repetit. *Ti-* 7
raq. de Iudic. in reb. exig. nu. 128. quæ pro prauitate mate-
riæ, non autem doctrinæ potuit excidere *P. Dian.* qui di-
ligenter multis auctoribus recognitis, non inuenit vnum
tangentem hanc quæſtionem, an in vſura detur par-
uitas materiæ, ita vt reliquerit ipſe cogitandum *reſol.* 8
30, *tract.* 5. *de prauit. mater. par.* 5. ſed cogitandom eſt
Euangeliom, nec reuocandum io quæſtionem, vbi ni-
hil, vel ſperandum quidem eſſe præſcriptum, quod mo-
net *R. P. D. Fagn. ad d. c. vlt. num.* 15. *vbi tex.* dicit ali- 9
quid, quod verificatur in qualibet minima re, vt poſt
Abb num. 2. notat *D. Fagnan. nu* 14. igitor quidquid Io:
Thomas ex d. mutuo recepit, vtpote ſolutio vſura-
rum, ipſo Iure, ſorti imputata eſt, *l. ſi non ſortem* 26.
in princ. ff. de cond. indeb. & ſæpe *Rot.* & nouiſsimè *dec.*
69. *num.* 2. *par.* 9. *rec.*
Neque viſum fuit prodeſſe laudum latom præſente
Io: Thoma creditore, & præſente quoque alio Io: Thoma
filio Nicolai, ſuo, & curatorio nomine fratrũ acceptante,
iurante, qoia compromiſſum, vt ſpecies tranſactionis fie-
ri non potuit, à curatore ſine ſolemnitatibus, *Pic. ad ſtat.* 10
Vrb. de contr. ſine cert. ſolemnit. gl. 7. *numer.* 53. *& ſeqq.*
Put dec. 262. *nu.* 2. *lib.* 1. *& cor. Merl. dec.* 205. *nu* 1. *verſ.*
inualiditas; Tum etiam, quia fuit, ſub quæſtione, imo
ſub articulo claro, & compromiſſũ, ſicuti tranſactio fieri
debet

Digitized by Google

debet, de re dubia; Vndè neque ſtatutum, de compro-
12 mittendu locum habet, *Galgan.ad ſtat. Vrb.* 100.*de com-
prom.lib.*1. *Fenzon num.*10. *Blanch. de compr. gl.* 1. *num.*
241. §.2. tum denique, quia cauſa vſuraria, tamquam
Eccleſiaſtica, & ſpiritualis nun potuit in laicum com-
13 promitti *cap* 8.*de arbitr. cum Clement.*2.*de Iudic Bald. ad
c.ex litteris de iureiur. num.*4. *Paul. Caſtr. conſ.* 210.*num.*
2. *Borell.de Comprom.* §.2 *gl.*1. *num.*113. *& ſeqq. Blanch.
d. quæſt.* 4. *num.* 9. Et quia tale laudum aperiret viam ad
vſurariam prauitatem, fieri non poteſt, quin iudicin
14 Epiſcupi corrigatur apud *Bald. conſ.* 464. *num.* 2. *lib.* 3.
*Rot. dec.*315. *num.*6 *par.*2.*diuerſ.*& ſatis clarum eſt, quod
in crimine vſurarum laicus poteſt cor. Epiſcopo Iudice
15 conueniri, & nemu dubitat *Farinacc. quæſt.*8. *num.* 140.
Idque tantn magis, quod, & arbiter coudemnauit etiam
pro tempore futuro, & pro tempore futuro ſemper vide-
tur ſolutum, cuius reſpectu impoſſibile erat, quod eſ-
ſent probata, pront nec poſt remiſſoriam fuerunt pro-
16 bata requiſita apud *Rot. d. dec.* 315. *num.* 6. *& dec.* 307.
num. 8.

Nec valuit natura conditionis indebiti, & quod, ſi-
cuti re contrahitur, ità quoque confeſſiune recepti, non
17 probatur, *Feder. de Sen. conſ.* 52 *num.* 1. *add. ad Burats. dec.*
592. *nu.*7. Quæ ratiu neſcin ego, quantum valeat, cum
18 & mutuum, re, contrahatur *Inſt. eodem in princ.* & tamen
19 confeſſiune probatur, & litterarum obligatione *l. in con-
tractibus* 1. *C. de non num. pecun.* & ibidem ſolutio ſortis,
vel vſurarum poſt 30. *dies*, §. *ſuper cæteris*.

Tum quia non negauit Iu: Thumas, in recognitione
ſchedularum, veritatem ſolutionum, ne verificatis ab he-
redibus Nicolai incideret in obligationem demonſtran-
20 di, quod pecuniæ ſolutæ eſſent debitæ *ad d. l. cum de in-
debiti c. vlt. a l. not. ad Burats. d. dec* 592. *nu.*8. & in pænam
dupli ad *auth contra qui propriam, C. de non num. pec.* & in
alias huiuſmodi pænas, nec appellauit à ſententia Ordi-
narij factum confirmante, licet abſoluente, de Iure vt di-
cimus putatiuo.

Sed maximè abiuit veritatem vſuræ palliatio, in dictis
Chirographis ſolutionum, quæ tamen aliquando appa-
ruit, vt ſupra, & quicquid ſecus ſit in probatione aliarum
ſpecierum indebiti, in hoc vſurario magis placuit admit-
21 ti leuior probatio etiam ducta, ex argumentis *c. cum in
diœceſi* 13. *de vſur.* & à præſumpt. *c.* 14. *de pign.* & nutat *in c.*
5. *de empt. & vendit.* & ex indicijs & coniecturis, *Abb. conſ.*
113. *nu.*2.3. *lib.* 2. late more ſuo *Tiraq. & Mantic. de tacit.
lib.*19. *n.*11. 12. *lib.*8 *Maſcard. de prob. concl.*1321. *n.*3. *Scac.
de commerc.* §. 1. *q.* 1. *num.* 526. cum pluribus apud eos alle-
gatis, & præcipuè, ex ſimilibus dilationibus ad occultan-
22 das ſolutiones tradit *Leotard. de vſur. q.*93. *nu.*45. *& ſeqq.*
maximè ſolutionibus ſemel, atque iterum apparentibus,
in duplis annuis 45. quot, & quales arguerunt DD. eſſe
ſolutas anticipatas in ipſo mutuo duplarum 745. poſtea
ſemper expreſſo 700. in ſemeſtribus dilationibus, & cum
verbis illis cautelaribus ſine aliquo intereſſe.

Et facilius viſum eſt, quod ſolutio vſurarum, ipſo Iure
23 ſorti imputetur, *ad l. ſi ſortem*, vt ſupra, proinde extin-
ctum ſit iam debitum, & debitor liberatus, non agitur
nunc de repetendis vſuris indebitis, quæ, vti facilè proba-
tæ, in extinctionem debiti imputatæ fuiſſent; ſed, de repe-
tendo mutuo ipſo, poſt extinctionem ſemper ſoluto, pro-
bataque extinctione per liquida Inſtrumenta, vt in pun-
24 cto eſt *tex. d. l. ſi non ſortem in princ.* ibi, *ſi ſupra legitimum
modum vſuræ ſolutæ ſunt repeti non poſſe, ſed ſorti imputari,
& ſi poſtea ſors ſoluatur, ſortem quaſi indebitam repeti
poſſe*.

Nec probationes Io: Thomæ ſoliti negociari, & ha-
bentis promptas occaſiones, cum locali conſuetudine, ità
vt, ad mulieres vſque res peruenerit, adeò negocijs cam-
biorum, & mercium incumbere vnuſquiſque pecunias
ſuas quantæcumque, vel quantulæcumque fuerint illæ,
ne, momento quidem temporis patiantur otioſas apud
26 *Rot. Gen dec.*139. *num.*9, vbi dicitur eſt Genuenſis, ergò
Mercator, & retulit *Scacc. de commerc. d.* §. 1. *q.* 7. *par.* 2. *am-
pl.*8. *num.* 236. qui tamen *Scacc.* non liberat actorem ab
onere probandi ſe mercatorem, & ſolitum negociari, ſed
releuat ſolummodu à probatione alterius requiſiti, ſcili-
cet, promptæ occaſionis, vbi, cambiorũ forſan ſemper eſt
paratus volentibus dare, vel accipere & tuetur ſuam opi-
nionẽ à *Rot. cor. Mohed. dec.* 3. *de vſur.* ex quo in caſu dec. 27
Mercator ille Genuenſis murabatur forſan alibi, & extra
Ciuitatem Ianuæ *Scacc. d. ampl.*8. *nu.*226. *& ſeqq.*

Quia tamen, Rot. ſecundum *d. dec. cor. Mohed.* & in ſi-
milibus perſonis, & locis contrarium profitetur, non rele-
uat probatio in genere, quod in huiuſmodi Ciuitatibus,
tunc aderant, & ſẽper adſunt occaſiones; Quia indè reſul-
tat quidem potentia remota, ad captandum lucrũ; ad ef-
fectum, verò, de quo agitur, requiritur potentia proxima,
hoc eſt, quod tunc occurrerit ſpecialis, & indiuidua occa-
ſio alicuius particularis inueſtimẽti, cui creditor pecunias
deſtinauerat ad *Paul. Caſtr. l.* 3. §. *fin. ff. de eo quod cert. loc.* 28
ibi *quod habuit præ manibus mercantiam de qua fuiſſet lu-
cratus* ad litteram apud *Rot. poſt Merl. de pign. dec.*29. *n.*
2. cum ibi alleg. Quæ procedunt etiam in mercatore,
vel alias ſolito negociari *d. dec.*29. *num.*8. confirmata in 29
Auenionen Pecuniaria 10. *Febr.* 1640. *cor. Bichio*, & alijs
ſubſequentibus, & præcipuè *dec.*307. *num.* 11. & amplius
ad rem à *num* 8. *& tot. dec.* de huiuſmodi laudo ipſa quo-
que confirmata *deciſ.*365. *ab initio* etiam quid, quod alias
fuerit dictum poſt *Fenzon ad ſtat. Vrb. dec.*83. § *neque in
hoc*.

Imò cum teſtes examinati, pro parte d. Io: Thomæ cõ-
cludant, eum accipere intereſſe ex mutuo, ob moram, viſi
ſunt potius vrgere contrà ipſum etiam ad probationem
ſolutionis ſecundum *Io: Andr. apud Lupum de vſur.* §.2. *n.* 30
48. *com.*3. & certò nulla vbi tal conſuetudo, & nulla fre-
quentia contractuum vſurariorum *c.* 3. *de vſur. & ibi gl.*
1. *Natt. conſ.* 498. *nu.*23. cum alijs adnot. ad *Farinacc. conſ.*
15. *ad verb. conſuetudo lib.*1. *Scacc. de commerc quæſt.*1. *nu.*
306. §.1. *Olea de ceſſ. Iur. quæſt.*11. *num.*27. *tit.*3. cum alijs
apud *Leotard de vſur. quæſt* 99. *num.*2.

Et aliqui ex DD. inſtabant facto, ex pluribus ſolutioni-
bus occluſis, occluſiſque in meis dilationibus, adeo vt cre-
ditor ad intereſſe, nec rei ceſſante voluntate, nec temporis
prohibente Iure quærere potuerit actionem argum. *l. ſi* 31
genero ff. de Iur. dot. ſic ergo quod potuit non voluit, &
quod voluit non potuit, vt inquit *gl. vnica lib.*4. *C. de do-* 32
*nat. ante nupt.*6. *C. ſi quis alteri, vel ſibi &c.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. Taya.

Firmana Bonorum.

Merc. 11. *Martij* 1665.

ARGVMENTVM.

Condemnatus, reſtitutus ex gratia Principis ad quæ bona confiſcata, præcipuè, in alium translata, dicatur reſtitutus.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutus ad gratiam, acquirit bona confiſcata.*
2 *Præcipuè, a Fiſco non alienata.*
3 *Reſcriptum ambiguum declaratur a ſupplicatione.*
4 *Exceptio alicuius rei, probat conceſſionem in alijs.*
5 *Bona confiſcata nõ cenſentur reſtituta obtinenti gratiã.*
6 *Supplicatio, non attenditur quando reſcriptum eſt clarum.*
7 *Reſtitutus reacquirit poſſeſſionem cum mandato Principis reſtituentis.*
8 *Officialis, non poteſt mutare reſcripta Principis.*
9 *Nemo poteſt reuocare exulem, niſi Princeps.*
10 *Officialis nihil poteſt contrà Fiſcum, & ærarium Principis.*

Digitized by Google

11 *Princeps, reſtituens ad gratiam, non cenſetur reſtituere ad bona confiſcata.*
12 *Emens a Fiſco rem tamquam Fiſci, non poteſt ab aliquo conueniri.*
13 *Emens à Fiſco ingreditur locum Fiſci.*
14 *Princeps numquam cenſetur velle tertio præiudicare.*
15 *Reſtitutus ad gratiam, & ad bona etiam tranſlata non recuperat ſoluta creditoribus.*
16 *Hæres, vt immittatur, debet probare poſſeſſionem defuncti de tempore mortis.*
17 *Interdictum, quorum bonorum, non datur contra poſſidentem aliquo titulo.*

DECISIO CLV.

PEtrus ſententiam paſſus infamiæ, inteſtabilitatis, priuationis, incapacitatis ſucceſſionum, dignitatum, officiorum, beneficiorum Eccleſiaſticorum, iuriſdictionum, cum demolitione domus, amputatione capitis, & confiſcationem bonorum &c. paſſus etiam eſt executionẽ confiſcationis ipſius, per poſſeſſionem à fiſco acquiſitam cum quo compoſuit Franciſca vxor, & creditrix dotis fiſco, per certam ſolutionem, à poſſeſſione excluſo.

Petrus ſupplicauit, pro remiſſione pænæ capitalis & fuit admiſſus ad compoſitionem ſcut. 1500. quæ ſoluit, & denuo ſupplicauit explicando. *Che fù aſſoluto dalla pena, e perche non fù ſpiegato nella lettera, che foſſe rehabilitato a gl'honori all'eſſere teſtimonio, teſtare, e riceuere per vltima volonta, riceuere beneficij, e dignità Eccleſiaſtiche delle quali coſe era priuato, ſupplica per tanto reintegrarlo in priſtinum con la caſſatione della ſentenza*; Et Sanctiſſimus mandauit reintegrari, ad omnia, præter magiſtratum 1. *Septembris* 1660. Ex quibus Gubernator, pænas præfatas, in quas Petrus, vt ſupra, condemnatus reperiebatur gratioſe remiſit, ipſumque ad ſtatum, gradus, honores, dignitates, beneficia, & ad omnia alia, in quibus, vt ſupra, condemnatus, & priuatus exiſteret, præterquam ad magiſtratum 1. *Febr.* 1661.

Petrus obijt die 13. *Martij* 1663. & nunc hæredes petunt immiſſionem, contra Franciſcum bona poſſidentem & hodie, propoſito dubio, Domini denegandam reſponderunt.

Quia omiſſis omnibus, verbis & clauſulis, quibus
1 intelligitur conceſſa plena reſtitutio gratioſa, *apud Odd. quæſt.92. cum pluribus ſeqq quæſt. & artic. Peregrin. de Iur. fiſc. tot. tit.2. lib.2.* & diſtinguendo bona confiſcata, non
2 alienata, contra alienata, *Farinacc. quæſt.6. num. 28. & ſeqq. Guazzin. de confiſcat. tot. concl.28. Mazzin. tot. quæſt. 41. Rot. Senen. apud Mart. Medic tot. exam.25. & dec.128.* conſiderata eſt ſupplicatio ſecunda pro explicatione, & ampliatione prioris ad certa quædam, *Che foſſe rihabilitato à gl' honori &c. e per tanto &c.* quibus definitur reintegratorium reſcriptum, ad omnia, nempè narrata, & reſ. ſcriptum ambiguum debet intelligi, ſecundum ſupplica-
3 tionem *l. 1 C. de diuerſ reſcript. & ibi Iaſ. num.7* cum alijs, & in puncto huius ſupplicationis *Pereg. d. tit. 2. num* 43. & neceſſarium viſum eſt, quia omnia, ſicut relationem volunt aliquam, nec aliam habent quam ad explicata, & poſtulata à ſupplicante, ſic etiam limitationem inferunt, & clarius quia, etiam de narratis aliquibus, exceptum eſt
4 expreſſumque, *excepto magiſtratu*, & ſicuti exceptio eſt de conſenſu, ità conceſſio de narratis.

Et eo magis contrà ius tertio quæſitum, & quoad bona in fiſcum tranſlata, quæ, multò difficilius recuperan-
5 tur, vt poſt alios, ait *Rot. Senen d. exam 25. num 6.* quamuis reſtitutus ſupplicaſſet reſtitui in integrum aduerſus etiam bona alienata, nam cũ à reſcripto id expreſſum
6 non fuerit, ſupplicatio id non operabitur *Pereg d. tit.2. nu. 43. in princ. Farinacc. d. q.6. n.33 Guazzin. de confiſc. d. concl.28. nu.23. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt.29. num.65.*

Quicquid ſit, reſtitutus debet poſſeſſionem rerum adipiſci cum mandato, & auctoritate principis reſtituentis,
ad Pereg tit.2. num.65 cum allegatis & ſecutus eſt *Guazzin. d. concl.28. num.37.* 7

Neque recipienda viſa ſunt ampliora verba Gubernatoris reintegrationis *ad omnia alia in quibus, vt ſupra, idem Petrus condemnatus &c.* Tum quia nec voluit ipſe, referendo ſe ſe ad reſcriptum, & ſupplicationem, vt ſupra apparet, quia ſubſtitutio etiam, nomine gratiæ factæ à Summo Pontifice, non autem à ſe ipſo faciendæ prouidit ad tradita *à Franc. deciſ. 213. num. 45. & ſeqq* nec Gubernator aliter feciſſet, quam ſummus Pontifex reſcripſerat ad *Franch. d. deciſ. num.* 45. Tum etiam, quia, 8
nec potuit, nec nemo poteſt aliquem reuocare exulem,
niſi Princeps, *l.4. in fine l. Duct 27. ſub initio & l. ad Be-* 9
ſtias 31. in fine ff. de pæn Peregrin. d. tit. 2 numer. 2. & ſeqq. & de huiuſmodi Præſidibus, Rectoribus, & Poteſtatibus, *Baiard. ad Clar. d. quæſt. 59. num. 39.* vbi de 10
Pontificijs conſtitutionibus, & multo minus contrà fiſ-
cum, & Sanctiſsimum Ærarium §. *edicto inſtit. de vſucap.* 11
& bona in fiſcum delata, quæ nec Princeps reſtituit argumento *l. C. de bon. vac.* quod bona ſunt alienata quæſitumque Ius tertio *Clar. d. quæſt. 59 num. 5. Rot. Senen. d. exam.25. num.6.*

Et ſecundum hæc, nullam competere adhuc actionem contra Franciſcam viſum eſt; etiam ſi reſtitutio, ad confiſcata, & alienata traheretur, quia emit à fiſco
rem, tamquam fiſci, non poteſt pro ea conueniri *l. 2.* 12
C. de quadrag. præſcrips. Pereg. d. tit. num. 35. & amplius *tit.4. num.5. lib 6* cum pluribus apud *Rot. Senen. d. exam. 25. num.26.* & niſi maiora, & plura ſint ementis à fiſco, quia vis recipiendi tranſit in ſingularem ſucceſsorem,
& ità ſi emptrix ageret, quia fiſci loco eſt, apud *Pe-* 13
reg. de iur. fiſc. tit.3. num.35 lib.7. Maximè quia, quando fiſcus conceſsit Franciſcæ bona Petri confiſcata iudex fecit decretum obligans Franciſcam, pro conſeruando indemnem fiſcum, ſemper & quandocumque,

Cum itaque, in caſu præſenti, & ex motu proprio, ſit gratia, bannito conceſsa, nec quoad bona maximè, per alios poſseſsa, minus ex cauſa publicæ vtilitatis, nec reſtituto pretio, nec fortè aliqua conſiderari queat, ex qua tertijs poſseſsoribus præiudicari voluit, non eſt dubium, quod nullum illi Ius competit aduerſus dicta bona, vel aliorum poſseſsores, vt inter-
rogando reſpondit, *Burſatt. fere tot. conſ 54. & aduerb.* 14
num.22. Superaddendo quod, quia ſupponitur in facto mulierem, pro dotibus ſuis bona hæc in ſolutum accepiſse, vtpotè, præcedente æſtimatione facta, per peritos electos, à fiſco, & petitione Franciſcæ, ſibi, in ſolutum, bona Petri mariti pro ſuis iuribus dotalibus & decreto compoſitionis præcipuè ſolutis ſcut. 200. monetæ pro illis, & aduerſus ſimilem perſonam, vt creditricem, & cui bannitus quoque teneretur, actio nul-
la competit etiam plenè, & ad bona in alios tranſlata re- 15
ſtitutus fuerit *Burſatt. d. conſ 54. num.2.*

Et ſecundum alia, ſtante poſseſsione, ſatiſque detentione aliena', videlicet vxoris & fiſci, eo partim exulante, & partim reuocato, placuit DD. denegare Immiſſionem hæredibus Petri, cum duo præcipuè requirerentur, & deſiderarentur, nempè, quod res quarum poſseſſio petitur, fuerint in bonis defuncti, tempore mortis, etiam ſi non interſit, an tunc fuerint ab
eo poſseſsa vel detenta *l. 1. §. quorum bonorum* 16
apud Ridolph. prax. iudic. cap. 10. *numer.* 34. *par.* 2. & quod reus conuentus in hoc iudicio poſſideat pro hærede vel poſſeſsore, nam, ſi alio titulo poſſideat, hoc Interdi-
ctum *l. 1. & cum alijs* 17
Ridolph. d c.10. num. 35. & 36.

Et ita vtraque parte &c.

R.P.D.

Digitized by Google

R.P. D. Taya.

Firmana Fideicommiſſi.

Merc. 23. Martij 1661.

A R G V M E N T V M.

Dos non reſtituitur de bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, quando ſemel reſtituta fuit ſocero adminiſtratori, bonorum filij: Nec reſtituitur, quando, vel adſont bona libera, vel mulier permiſit, vt bona libera diſtraherentur.

S V M M A R I V M.

1 *Bona ablata à fideicommiſſo, vigore auth. res quæ, remanent ſemper libera.*

2 *Remedium auth. res quæ competit mulieri, & eius filijs.*

3 *Dictum remedium non habet locum, quando dos ſemel fuit reſtituta patri mariti.*

4 *Dos materna adminiſtratur per patrem, dum viuit.*

5 *Maritus tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſtituere filijs proprietatem lucri dotalis.*

6 *Quod procedit, quando lucrum defertur, titulo lucratiuo, non quando defertur in compenſationem onerum.*

7 *Diſpoſitio* l. fęminæ *non habet locum in acquiſitis titulo oneroſo.*

8 *Verbum* lucratiuè *non tollit titulum oneroſum.*

9 *Datum viro pro ſubſtinendo onere matrimonij dicitur acquiſitum titulo oneroſo.*

10 *Statuti verba accipienda ſunt, prout ſonant ſine aliqua interpretatione.*

11 *Auth. res quæ non habet locum, quando mulier conſentit, vt alienentur bona libera.*

12 *Nec, quando adſunt bona libera.*

13 *Hæres non recuperat alienata à defuncto.*

14 *Adiens ab inteſtato de tecto teſtamento, poteſt illius vigore adire.*

15 *Hæreditas nulliter adita adiri poteſt.*

16 *Hæres beneficiatus, vltra vires non tenetur ſeruare factum defuncti.*

D E C I S I O C L V I.

FRatres de Natinguerra obtentis tribus reſolutionibus ſuper exiſtentia, & purificatione fideicommiſſi, q. Petri ſenioris alias Buccolini, petebant immiſſionem, ſuper prædio Gommoretti, ſed ſub *die* 21. *Maij* præteriti, negatiua prodijt reſolutio, quoad portiones poſſeſſas à Santuccijs, ſub prætexto, quod fuerint datæ in ſolutũ, pro reſtitut. dotium Magdalenæ ſecundæ Vxoris, & Altobellæ tertiæ Vxoris Franciſci Natinguerræ eorum
1 patris, idenque ex priuilegio, *auth. res quæ, C. com. de leg.*
liberæ remanſerint à vinculo fideic.

Verum, hodie facto meliùs dilucidato, & re maturius perpenſa, Domini receſſerunt à Deciſis; reſpectu enim dotis Magdalenæ, animaduerſum fuit, quod iſta nupta fuerit Franciſco, de anno 1600. cum conſtit. dotis ſcut. 900. Franciſcus tamen ipſa viuente, non exegit niſi ſcut. 100. in tot mobilibus pro acconcio, & alia ſcut. 200. in moneta, reliqua vero 600. promiſſa in tot paghis ſoluta fuerũt, matrimonio iam diſſoluto per prædeceſsũ Magdalenæ, ſequutom anno ſequenti 1601. quæ Franciſcus non recepit, iure proprio, vt maritus, ſed iure Io: Franciſci eius filij, ex eadem Magdalena ſuſcepti, & tanquam pater, & legitimus adminiſtrator.

Vnde quoad iſta ſcut. 600. recuperanda per Io: Franciſcum ab hærede Franciſci Patris, non poterant alienari bona fideicommiſſaria Petri Simonis, quia non erant dotalia Magdalenæ, ſed proprium patrimonium ipſius Io: Franciſci filij eidem debitũ à patre, non tamquam marito ſuæ matris, ſed vti ipſius legitimo adminiſtratore, & ſic pro eis non intrabat remedium *auth res quæ*;
Quamuis enim regulariter huiuſmodi remedium competat, nedùm mulieri, ſed etiam eius filijs *ad tex. in l. aſſi-* 2
duus, C. qui pot. in pignor. habe. Pereg. de fideicom. art. 42. nu. 44. Hoc tamen intelligitur pro prima dumtaxat dotis reſtitutione, ſed quando, prout hic eius debitor, mortua matre dotem perſoluit filio, & illam recepit eius pater, vti ipſius adminiſtrator; Hoc vtique caſu, filius eam deinde recuperando, à patre contra ipſum non habet priuilegium *auth. res quæ*, quia non recuperat dotem, ſed proprium ipſius patrimonium, & merum
creditum, contra patrem, vti eius adminiſtratorem, & 3
negotiorum geſtorum, *Alexan. conſ. 198. nu 8. lib. 6. Aldobrand. conſ. 24. num. 77. lib. 2. Rot. in Romana donationis de Pinis 20. Februarij 1619. coram Sacrato in Romana dotis coram Pirouano apud Fenzon. ad Stat. Vrb. deciſ. 156 & in Ariminen. domus 27. Martij 1632. coram Dunozetto*; Dos enim materna mortua vxore adminiſtratur per patrem, vti peculium aduentitium filij, non autem, vti dos matris, quæ ſoluto matrimonio marito non de-
betur *l. prima, Cod. de bon. quæ lib. Bartol. conſ 129. nu. 2.* 4
lib. 1.

Quo vero ad alia ſcut. 300. pro rata ſcut. 100. reſtituta fuit in animalibus, ſicut in mobilibus, ſeu acconcio conſignata fuerat Franciſco Patri, quæ proinde ad formam ſtatutorum Ciuitatis nouæ, in iiſdem mobilibus, quatenus adeſſent pro ea rata reſtituenda erat, & quatenus fuiſſent conſignata damno mulieris, ipſorum conſumptio, & diminutio cedere debebat, vt in eis legitur *lib. 2. rub 21.*

Non obſtat, quod Franciſcus ob tranſitum ad alias nuptias, cum Altobella, d. lucrum amiſerit, quoad proprietatem reſtituendam filio, ex pręcedenti matrimonio nato, licet ſecus, quoad vſumfructum, vt conciliando
opiniones relatas per *Rip. in l. fœminas q. 23. nu. 45. Cod. de* 5
ſecund. nupt. tradunt *add. ad eund. n. 46 verſ. communis eſt ſententia*, alijſque relatis per *Gabriel. de ſecund. nupt. clauſ. 1. num. 15.*

Quia hoc procedit in lucro, quod viro defertur à ſtatuto purè, & ſimpliciter loquente, non autem, quando exprimit, prout hic, illud deferri ob ſumptus, & expenſas factas à viro tempore matrimonij, tunc enim titulus ipſius lucri dici nequit lucratiuus, ſed reputandus eſt oneroſus, & ſic pleno iure acquiritur ipſi viro in com-
penſationem oneris, ab eo paſſi, *Bald. in l hac edict. nu 9.* 6
ibique *Iacobin. de S. Georg. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem num. 30 verſ. & aduerte diligenter inſtit. de action. Couarr. in Epit. de ſponſal. par. 2. cap. 3. §. 9. num. 7. poſt med. verſ. in quo Petr. Barboſ. in l. ſi cum dotem 23. §. tranſgrediamur num. 41. verſ neque etiam obſtat ff. ſolut. matrim. Peregr. deciſ. Patau. 15. n. 1. verſ. 4.*

Et, quod diſpoſitio *l. fœminæ* non intret, quoad illa bona, quæ à coniuge acquiſita fuerunt, titulo oneroſo,
tradunt concorditer *Io: Lup. in Rub. de donat. §. 67. nu. 17.* 7
verſ. ſed re vera Molin. de Iuſt & iur. tom. 2. tract. 2 diſput. 431. §. contrarium Valaſc conſ. 19. num. 17. tom. 1. Sanch. de matrimon lib. 6. diſput. 41. num. 1. Capyc. Latr. deciſ. 22. nu. 2 Borell. in ſum. deciſ. tom. 2. tit. de ſecund. nupt. nu. 80. & ſeqq. & admiſit *Rot. dec. 179. nu. 16 p. 8. rec.*

Nec repugnat verbum *lucratiuè*, quia intelligitur
impropriè, vt dicit *Tiraquell. & alij apud Phanucc. de* 8
lucro dot. gloſſ. 8. num. 5. verſ. non obſtat; Quamuis enim attento præſenti ſtatu poſſit dici lucrum, non tamen eſt lucrum, inſpecta origine, quam habet à damno apud *Phanucc.* & melius, apud Imperatores pro oneribus ma-
trimonij mariti lucro fructus dotis ſunt *l. pro oneribus* 9
20. Cod. de iur. dot. §. cum ex ſtipulatione l. vnica, Cod de rei vxor. act.

Accedente præſertim expreſſa diſpoſitione eorundem ſtatutorũ *lib. 5. cap. 31.* quod quodlibet ſtatutum Terræ

Ciuitatis

Ciuitatis nouæ, debeat intelligi, prout iacet, nec poſſit,
aliquo modo, interpretari, nec aliquam recipiat inter-
pretationem, etiam à Iure communi, vel Canonico, &
allegans aliquam interpretationem ſuper aliquo ſtatuto
non audiatur, vndè abſolutè verba *rub.21. lib.2.* reci-
pienda ſunt in ipſorum proprio ſignificatu cauſæ, &
tituli oneroſi, prout ſonant, quacumque alia inter-
pretatione reiecta, vt benè ad propoſitum *Bald.conſ.124*
30 *circa fin. verſ.& iſta ratio lib.4. Maſcard.de gener.ſtat.in-
terp concl.7.n.78 & ſeqq.*

Reſpectu autem dotis Altobellæ, ceſſare pariter vi-
ſum fuit remedium ſubſidiarium, *auth.res quæ*, ſiue, quia
ipſa poſitiuè, conſenſit diſtractioni bonorum liberorum,
& ſic non poſſit ſe voluere ad fideicommiſſaria, vt ad-
31 monet *Iaſ. in eadem auth. num.33.* & dixit *Rot. coram
Seraphin deciſ.481. num.4. apud Zacch. de oblig Camer.
deciſ.189.num.34. in Fanen. dotis 4. Iulij 1646. §. vltimo,
& in Romana fideicomm. de donatis 7. Iunij 1660. §. reli-
qua verò coram Reuerendiſſ. Decano*, ſiue etiam, quia
aderant bona libera, nempe mobilia ſemouentia, & poſ-
ſeſſio Piſignani valoris fioren.600. circiter, quę aſſigna-
ta fuerant, pro reſtitutione dotis. Ideoque vlterior oc
cupatio fideicummiſſorum, ob eandem cauſam permitti
non debet, vt vltra auctoritates allegatas, in fine alterius
deciſionis hac die emanatæ contra Luattum, ſuper alia
32 portione prædij. de quo agitur *Rot. in Romana Caſalis de
Aguzz. 27. Aprilis 1644. coram Reuerendiſſ. Ghiſilerio in
rec.dec.271. num.5. par 9.*

Non obſtat, quod fratres de Natingoerra, vti hære-
des Altobellæ, repellantur à recuperatione huius por-
33 tionis exceptione *l.cum à matre 14. Cod.de rei vindic* quia
licet adiuerint illius hæreditatem, huiuſmodi tamen adi-
tionem ignoranter fecerunt, ſub erroneo ſoppoſito cau-
ſæ inteſtati. Ideò, cum poſteà detectum fuerit teſta-
mentum Altobellæ, in quo hæredes vniuerſales ſibi in-
ſtituit filias fœminas ſola legitima relicta maſculis, præ-
fata aditio proindè habetur, ac ſi facta non eſſet ob de-
fectum conſenſus *§. fin. inſtit. de hæred qualit. & differ.*
34 *l. ſi is ad quem 22. ff. de acquir. hæred.* vbi *Bart. numero 1.
Anchar. conſil.357 numero 2. cum ſeqq Duran.deciſ.347.
numero 10. Rot in Bononien. hæreditatis 11. Februarij 1658.
coram Reuerendiſſ. Decano §. quia cum huiuſmodi*, & ipſi
35 potuerunt eam validè repudiare tamquam verè non
aditam *Bald.conſil.404. numero 1. lib.3. Alexand. conſil.121.
num 6. & 7. lib.1. Pariſ conſil.63. numero 23. libro 1. Socc.
Iun conſ.95. numero 10. libro 2. Rot in dicta Bononien. hæ-
reditatis dict. §. quia cum huiuſmodi, verſic. ita vt propte-
rea.*

Nec etiam obſtare viſum fuit, quod Stephanus, & Se-
baſtianus aſſignauerint prędictas portiones D. Io:Fran-
ciſco filio Magdalenæ, ac reſpectiuè Altobellæ.

Nam Sebaſtianus, tunc temporis erat infans, & non
interuenit in prædicta aſſignatione, Stephanus vero erat
minor ſcilicet annorum 15. & eandem aſſignationem
fecit, vti hæres Franciſci patris, cum benef. leg. & inuen-
tarij. Vnde benè poteſt venire, contra huiuſmodi fa-
36 ctum, obtenta priùs abſolutione à iuramento, cùm vti
hæres beneficiatus, non teneator de proprio ad
dotis reſtitutionem, de bonis namque hæ-
reditatis ratio fuit reddita, vt fir-
matom fuit *in deciſione cor. Me
omiſſa 14. Maij 1660.*
Et ita vtraque
parte &c.

Bo: Me: Veroſpin.

Peruſina Succeſſionis.

Lunæ 14. Ianuarij 1664.

ARGVMENTVM.

Cautela Succini, quibus verbis, ſit concipienda, ad hoc, vt filius teneatur acceptare onus legitimæ, cuius grauamen nunquam cenſetur acceptatum, ab hærede, niſi expreſſe conſtet de acceptatione.

SVMMARIVM.

1 *Pater nullo onere poteſt grauare legitimam filiorum.*
2 *Cautela Soccini ad prohibitionem legitimæ, quibus ver-
bis concipi debeat.*
3 *Filij ob ſpretum paterni præcepti, non poſſunt legitima
priuari.*
4 *Cautela Soccini ſupplctur, per clauſulam omni meliori
modo.*
5 *Clauſula, omni meliori modo, appoſita ad vnum effe-
ctum non operatur ad alium effectum.*
6 *Relatio haberi poteſt ad orationem remotam.*
7 *Clauſula referri debet ad actum, & orationem magis
annexam.*
8 *Obligans ſe ad id, ad quod de iure compelli poteſt, intel-
ligitur obligatus ad terminos iuris.*
9 *Legitima onus acceptari poteſt ab hærede.*
10 *Magis creditur inſtrumento, quam teſtibus.*
11 *Ius detrahendi legitimam tranſmittitur ad hæredes.*

DECISIO CLVII.

Legitimam Laurentij, ac fratrum de Benedictis, à
vinculo paterni Fideicommiſſi iterùm DD. cenſue-
runt immunem; Quia filiorum legitimam pater nullo
valet onere prægrauare ad *tex. in l. quoniam in prioribus
32. C. de inoff. teſtam. Pariſ. conſ.43. nu.2. lib.2. Peregr conſil.* 1
*67 n.1.11.12. lib.1. Rot. dec.235. nu.18. coram Eminentiſſ.
Otthob.*

Nec viſa fuit propoſito caſui congruere Doctrina
Socc. Iun conſ.122. num 9. lib.1., non enim pater diſpoſuit,
vt filij legitimam renuentes fideicommiſſo ſubiacere à
commodo hæreditatis cenſeantur excluſi, & in ipſa le-
gitima, dumtaxat hæredes inſtituti *iux. Socc. cauthelam*,
quam Decius quoque tradit *in conſ.587. num.2.3. Curt.
Iun. conſ.159. num.5.6. Pariſ. conſ.91. num.4. lib.3. Gionagn.* 2
*conſ.1. num.10. lib.2. Rot. deciſ 653. num.13 part 1. recent. &
in Nouarien. Hæreditatis prima Iulij 1661. §. vlt. cor. Reue-
rendiſſ. Decano*; ſed inſſit dumtaxat, vt ſub caducitatis
incurſu à ſua hæreditate infra duos menſes fideicommiſ-
ſo propriam ſubmitterent legitimam, maximum tamen
viget inter caſum vtrumque diſcrimen. Priori quip-
pè caſu reſidet in filiorum poteſtate, vel legitimam
vllo abſque onere acceptare, vel integram aſſequi
hæreditatem, cum fideicommiſſi grauamine in legiti-
ma; In ſecunda vero filij paternam ſpernentes volunta-
tem commodo hæreditatis, & legitimæ priuantur omni-
nò, quod proinde præceptum vti ſapiens fraudem legis
reprobatur expreſſè *in l. Seius, & Agerius 27. ff. ad l. Fal-
cid.* & tradunt *Decian. conſ.32. num.102. lib.2. Merlin. de* 3
*legit. lib.3. tit.2. q.7. num.15.16. Bardell. conſ 67. numero 45.
lib.1. Cyriac. contr.148. num.10.11. & 54. Rot. dec.206. n.3.
par.1. & deciſ.242. nu.15. cum ſeqq. par.5 rec. add. ad Greg.
dec.489. num.17.* Dum maximè Laurentius prædeceſſit
Athalantæ matri, cui ipſe, cum fratribus ſubſtitutus ex-
titerat; Hinc enim iuxta aliquorum Doctorum ſenten-
tiam, debet eo faciliùs impoſitum à Patre grauamen im-
probari, ne eodem tempore, filius à commodo hæredita-
tis æquè, ac legitimè includatur.

Hanc

Hanc verò, cauthelam Soc. ſupplere non poterit
clauſula, *omni meliori modo*, quam admittit in Specie *Ce-*
4 *phal.conſ.152.num.92.Rot.dec.342.num.15 part. 1.rec.* Si
quidem illa primitus inſtitutioni filiorum, ſucceſſiuè, ve-
rò, renunciationi ab ijſdem peragendæ fuit adiecta, vt
verborum contextus oſtendit, ibi, *ſottoponendo io la loro*
legitima in ogni meglior modo, adeoque ad prohibitionem
5 legitimæ non valet extendi, *Bero.conſ.118.num.29.lib. 2.*
Rimin.Sen.conſ.438.num.23.lib.3.Rot d.dec.343.num. 15,
part. 5.

Et licet relatio ad orationem quoque remotam ali-
quoties extendi conſueuerit, hæc tamen, concluſio, in
6 propoſito caſu, admitti non valet; Quia clauſula præ-
dicta ſuum poterat effectum operari, in renunciatione,
Statutarias, præſertim ſolemnitates, exquirente, ob mi-
norem filiorum ætatem; Ad quam proindè renuncia-
tionem, vti clauſulæ magis annexam, debet relatio om-
ninò reſtringi *ad tex. in l.ſi idem, §.vlt.ibi gl.notat in verb.*
7 *cor.ff.de Iuriſd.omn.Iudic.Rum conſ.64 num.6.& conſ.123.*
num.12.lib.3.Rot.cor.Gregor.dec.33.numer.3.& dec.348.
num.4.

Hinc non viget, quod filij, præuia teſtamenti appro-
batione, legitimam, ſub ea conditione, fideicommiſſo
ſubiecerint, quatenus, pro aſſequenda paterna hæredita-
te, ad id poſſent ijdem à Iure compelli; Dum, enim,
8 miniſterio legis reijcitur omninò grauamen quodcum-
que à Patre infixum legitimæ, ea dimiſſio, ad terminos
Iuris reſtricta, nullum potuit præiudicium filijs inferre,
vt aduertit *Brun conſ.57.num.5.Surd conſ. 279. num. 34.*
Rot.cor.Seraph.dec.530.num.5 Add. ad Greg.dec.378.nu.
4. & in his terminis notat *Rimnald.Iun conſ.510.numer.*
76.lib.5.

Nec legitimæ detractionem poterit impedire trina te-
ſtium depoſitio atteſtantium Laurentium, ex ea ratione,
in mortis articulo, renuiſſe teſtari, quod Pater de omni-
bus bonis diſpoſuerat in Athalantæ matris fauorem, ex
quo arguunt informantes, pro Beatrice legitimam libe-
9 re, & abſque vlla conditione ab eo extitiſſe antea fidei-
commiſſo ſuppoſitam, dum maximè ſecundus teſtis al-
teram quoque cauſam refert à Laurentio expreſſam
ademptæ, ſcilicet, ipſi legitimæ in teſtamento paterno.

Siquidem, circumſcripta teſtium diſpoſitione, fides
adhiberi debet Inſtrumento, in quo Laurentius iura le-
10 gitimæ ſibi expreſsè reſeruauit, *ad text. in l. cenſus 10. ff.*
de probat. Rot dec.91 num.9.par.1.rec. & in Romana ſeu
Veliterna affictus 24. *Aprilis* 1662. *§.dum enim cor. Me.*
Potiſſimè, quia ex verborum contextu à teſtibus recen-
ſito oneris acceptatio, per neceſſe non deſumitur, qua
11 ceſſante, Laurentius valuit ad ſuos hæredes Ius detra-
hendi legitimam tranſmittere, *Cyriac.contr.148 num.29.*
Rot.dec.342.num.4 par.5.rec. cum alijs Iuribus in præte-
rita deciſione recenſitis.

Quin imò, dum D. Laurentius bona quamplura, ex
proprio ære conſcripta, in mortis articulo poſſidebat,
etiam bonorum deficientiam ipſe expreſſiſſe cenſetur,
vt ſe eximeret à vexationibus eorum, qui teſtamentum
forſan expectabant, ſub ſpe, virtute ſubſtitutio-
nis ſuccedendi filio eiuſdemmet Laurentij, in
caſu, quo nullis ſuperſtitibus liberis is
deceſſiſſet. Et ità pro confirmatio-
ne deciſionis editæ 16. Maij
1659. DD. reſponderunt,
vtraque parte in-
formante.
&c.

R. P. D. Taya.

Romana Depoſiti.

Merc. 5. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Eccleſia, licet poſſit ſtare, vel impugnare Contra-
ctum ab ea nulliter geſtum, tenetur tamen, vel
totum Contractum impugnare, vel totum ac-
ceptare.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio in parte approbari vel improbari nequit.*
2 *Qua concluſio procedit in quolibet Contractu.*
3 *Et in alia ratione bonorum Eccleſiæ.*
4 *Nec quidem ab ipſa Eccleſia, licet poſſit ſtare, vel non ſtare contractus.*
5 *Eccleſia vel debet totum approbare, vel totum impugnare Contractum.*
6 *Maximè contradicente altero contrahente.*
7 *Depoſitum citatis beneficiatis de mandato Iudicis eſt validum.*

DECISIO CLVIII.

IVdex pronunciauit beneficiatos ſucceſſores, in Cap-
pella Rectoris venditoris, non teneri recipere depoſi-
tum, quale conuentum erat in inſtrumento, & comple-
tum fuit, in actis, ad effectum inueſtiendi in locis Mon-
tium, ſed Franciſcum ſucceſſorem emptoris teneri ad
aliud depoſitum, ad effectum inueſtiendi, in bonis Im-
mobilibus, non autem in locis Montium, quæ bona im-
mobilia ſint, & eſſe debeant eiuſdem annui redditus, qui,
tempore venditionis liberè retrahebantur ex penſioni-
bus domus, & ab hac ſententia appellauit Franciſcus,
commiſſaque mihi cauſa, hodie propoſui dubium, inter
partes, ſententiæ occaſione concordatũ; an ſit locus no-
uo depoſito, & non eſſe, Domini reſponderunt.

Quia, ſaluo alio dubio, vtrum valeat emptio, & ven-
ditio, quam extrà dubium propoſitum Beneficiati vehe-
menter impugnant.

In dubio propoſito, aut valet emptio, & venditio, &
valet quoque depoſitum, pariter, vt tale, cum emptione,
& venditione conuentum, & poſteà impletum, quia ne-
mo debet ex parte obligationem comprobare, ex parte
tanquam iniqua quæri *l.ſi ita 39.in fin ff.de oper. libert.* &
retulit *Rot.cor.Mant.dec.13 num.7.* Et ampliùs, aut va-
leat, aut non valeat, non licet vnam partem ipſius con-
tractus ratam habere, aliam irritam apud *Tiraquell. de* 2
retract conuent.in fin num.4.& ſeqq.Surd.dec.33.numer.5.
6.& 12.& dec.144.num.11.& dec.220. numer.25. cum
alijs infraſcriptis & in puncto alienationis bonorum Ec-
cleſiæ (vtcumque venditio eorundem, ſine ſolemnitate
à Iure requiſita valeat, & non valeat arbitrio ipſius Ec-
cleſiæ) *Rot cor.Mant.dec 201.num.1.& dec.39.num.vlt.* 3
& dec.117.num.14 par.8. tamen Eccleſia non poteſt ap-
probare partem contractus, & reliquum reprobare, cum 4
contractus approbatione ſit indiuiduus. *Rot.cor. Seraph.*
dec.540.num 5. & plura apud *Tiraquell.d.loco numer. 6.*
& quod dicitur poſſe contractum claudicare fauore Ec-
cleſiæ, procedit, quantum ad hoc vt poſſit eligere; an
velit ſtare contractui an non, aut an poſſit actum di-
uidere, pro parte illum approbando, & improbando pro
parte, ſed debet totum approbare, aut improbare, vt in-
quit *Rot cor.Ludou dec.467.num.5.& ibi add num.16.&* 5
dec.574. in fin. & hac Theorica reſtricta, ſeu declarata
Sperell.dec.54.num.16.& 27. & multo minus pro parte
approbando & pro parte reformando, ſine conſenſu al-
terius contrahentis, contra pactiones, & pacti definitio- 6
nes

nes, *l.1. §. eſt autem, ff. de pact.l.3. ff. de pollicit.*

Et quoad executionem, d. depoſitum factum fuit præcedente traditione, & citatis beneficiatis, de mandato iudicis ſeruatis ſeruandis, & ita ex omni parte validè *ad*
7 *l.accepta res, Cod. de vſur. Menocch. de arbitr. toto caſ. 232. Maur. de ſolut toto, §.4. cap.2.* & ampliſſimè *Cenc. de cenſ.qu.111.num.20 & ſeqq.* & latè *Rot. in Anconitana do tis 1. Iulij 1643. cor. Eminen. Cerro.*

Aut non valeat ipſa emptio, & venditio nec placeat beneficiatis, ſi & in quantum non valere, nec placere, iure poſsit, quod aliud dubium viſum eſt, & multò minùs viſus eſt locus nouo depoſito, cum, & ipſum pręſens nullum eſſet in indiuiduo contractu, vt ſupra, & extrà dubium deciſum.

Et ita vtraque &c.

Reu. P. D. Taia.

Romana Dotis.

Luna 31. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Frater gaudet priuilegio *deducto ne egeat*, & ne carceretur à fratre, & Sorore, non obſtante renunciatione cuicumque legum auxilio.

SVMMARIVM.

1 *Creditum illiquidum non compenſatur cum liquido.*
2 *Frater contra fratrem habet priuilegium, deducto ne egeat.*
3 *Frater non carceratur ad inſtantiam fratris.*
4 *Frater dicitur pars alterius fratris.*
5 *Contumelia fratri illata dicitur mihi illata.*
6 *Patrimonium familiarum, paupertas, & diuitiæ non debent detegi.*
7 *Frater, non carceratur à ſorore.*
8 *Carcer dicitur domus Diaboli.*
9 *Socius non obligatur ſocio, niſi in id quod facere poteſt.*
10 *Ita frater non obligatur fratri, vltrà quam facere poteſt.*
11 *Maximè frater vtrimque coniunctus.*
12 *Contrarium aliqui ſentiunt.*
13 *Quibus reſpondetur.*
14 *Frater poteſt habere in ſeruum fratrem ſuum.*
15 *Cauſa depoſiti eſt priuilegiata.*
16 *Numerata pecunia inducit mutuum non depoſitum.*
17 *Depoſitum excluditur ex obligatione ſoluendi fructus.*
18 *Datio in ſolutum quando eſt nulla nullum dat ius.*
19 *Depoſitum excluditur, ex quo non eſt reſtituenda res eadem.*
20 *Depoſitum nullos fructus parit.*
21 *Vſus rei depoſita, non eſt contra ſubſtantiam depoſiti.*
23 *Recipient fructus ex pecunia depoſita concurrit cum alijs creditoribus.*
24 *Aliud eſt credere, aliud deponere.*
25 *Depoſitum cum vſuris tranſit in mutuum.*
26 *Cum mercede tranſit in locatum.*
27 *Renuncians omni iurium auxilio non renunciat priuilegio, deducto ne egeat.*
28 *A ſorore minori debet, reuerentia fratri maiori.*
29 *Nemo cenſetur renunciare priuilegio cui non poteſt renunciari, etiam accedente iuramento.*
30 *Iuramentum contra bonos mores non obligat.*
31 *Donatio omnium bonorum præſumitur in fraudem creditorum.*
32 *Alienans omnia ſua bona præſumitur facere in fraudem priuilegij, deducto ne egeat.*
33 *Pauper contra pauperem nullum habet priuilegium, intuitu paupertatis.*
34 *Pauper quiſque præſumitur.*
35 *Dicens aliquem diuitem debet probare quod ille habeat.*
36 *Maximè inter fratrem, & ſororem.*

DECISIO CLIX.

EDita deciſ. 10. *Decembris* 1663. declarante D. Iſabellam, & D. Annibalem coniuges creditores Domino Carolo, ratione dotis ſcut. 1350. & fructuum, reiecta exceptione compenſationis, cum credito. quod D. Carolus prætendit habere, cum filijs D. Iſabellæ, vel donatarius D. Nerij eorum patris, petebant hodie procedi. ad executionem perſonalem contra D. Carolum, nec poſſe ſe tueri generali beneficio, deducto, ne egeat, & ne carceretur D. verò Carolus inſtabat recedi à deciſis, ſuper pũcto compenſationis, imò ſuperaddi compenſationem cum alio credito, ex fideiuſſione d. D Nerij, liquido & iudicato. expedito iam mandato A.C. contrà bona propria d. D Iſabellæ.

Sed Domini rurſus compenſationem denegarunt, etiã. cum alio credito, quia, ſuper eo, pendet appellatio & peritus electus ad calculandas rationes tutelares, retulit plus expenſum, quam acceptum, & clarum eſt, tunc compenſationem obijci, ſi cauſa, ex, qua compenſatur liquida ſit, & non multis ambagibus innodata & hoc iudices obſeruare, & non procliuiores ad admittendas compenſationes exiſtere, inquit *text. in l.vlt.C.de compenſ.* quod 1
hic magis placuit Dominis vbi D. Carolus compenſationem opponeret.

Maior quæſtio fuit, in priuilegio perſonali, deducto ne egeat, & ne carceretur, ſeu in quantum facere poteſt, & an competat fratri, præſertim, non probata paupertate ad *C ſubſid.remed.28. numer.6.* Attamen D. Carolus gaudere d. perſonali beneficio, deducto ne egeat, & ne carceretur Domini reſpondrũt. Nam, etiam multi ex ijs, qui negatiuam ſequuntur opinionem, quod fratri contra fratrem priuilegium, deducto ne egeat, competat, admittunt tamen non poſſe fratrem carcerari, ad inſtan- 2
tiam fratris vt nouiſſimè grauiſſimeque ſcripſit *R.P.D.* 3
Scanarol de Viſitat. Carcerat. cap.4. numer.29 & ſeqq. §.7. lib.3. Coſt de remed. 28. numer. 1. Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 36. numer. 17. cum alijs; nam frater dicitur verè alter; & pars corporis alterius, *Menocch. præſumpt. 16.* 4
numer.2. lib.5. & contumelia illata fratri meo, dicitur mihi illata, *ad deciſ. 7. de renunc. in fine ſeu deciſ. 463.* 5
in nouiſ. ideoque probatio paupertatis ſuperflua viſa eſt, & remittenda, ne ſecreta patrimonij perdantur. Quid etiam tam durum, tamque inhumanum eſt, quam publicatione, pompaque rerum familiarium, & paupertatis detegi vtilitatem, & inuidiæ exponere diuitias, *l.2.* 6
ſub init. Cod. quand. & quib. part. 4. lib.10. & quia Priuilegium hoc ſpeciale, deducto ne egeat, & ne frater carceretur, ad inſtantiam fratris, ſpeciali Doctorum auctoritate, & iuris, naturalique ratione, fouetur, melius mitiuſque agi viſum eſt, cum ſorore creditrice, dum frater debitor, perſonali priuilegio, deducto ne egeat, tueri curat, ab ipſa ſorore, imò à mala manſione. *l.7. ff de poſſ & ibi gloſſ. Coſt. d. remed. 28 verſ. 45. effectus Farinacc. quæſt.* 7
27. numer.1. D. Scanarol. de viſitat. Carcerat lib.1 §.2. cap. 1. num. 12. & 13. vbi cum Tertulliano carcer dicitur do- 8
mus Diaboli.

Et faciliùs inclinabant Domini ad d. priuilegium, auctoritate Vlpiani, ſi enim verum eſt, ſocios in id, quod facere poſſunt, condemnari oportere, cum ſocietas ius quoddam fraternitatis in ſe habeat *l. verum 63. ab initio, ff. pro ſocio*, fortius, & verius dicendum 9
eſt, de fratribus, vt notat *Cyriac. contra Accurſium* vno deſumpto argumento Vlpiani, ſi frater tenetur

Digitized by Google

nětur alere fratrem l.7.in fine, ff vbi pupill. educar. deb. &
10 ibi gloſſ vlt. 6. ſed nonnullos, l. 1. ff. de tutel. & ration. & ibi
gloſſ perſtiterit in fine, l.1. C. de alend. libert. Surd, de alim.
quæſt.25. tit. 1. conſequens neceſſarium eſt fratrem à fra-
tre adeo rigidè exigere nō poſſe, ita vt egeat; Vnde quic-
qoid Accurtius, & alij ſenſerint, indubitata eſt opinio,
qood fratres vtrimqoe coniuncti, vt in præſenti caſu, in-
ter ſe habeant iſtud beneficiom, quam opinionem multi
ſequuntur moderni, tamquam benigniorem, & æquio
rem, vt diſputata quæſtione, allatiſque rationibus, & do-
11 ctoribus concludit Caſtagn in tract. huius beneficij. quæſt.
13. n. 27. D. Scanarol. de viſit. Carcer. lib. 3 §. 7 cap 4. num.
26. Altog. toto conſ. 39. lib. 1. vbi & ita iudicatum Salgad.
Labyr. credit cap. 2; num. 8. par. 1. Thomat. deciſ. 85. num
41. Rot. poſt Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 165. num. 17. & in
puncto de perſona fratris vtrimque coniuncti, conuenti
à marito ſororis vtrimque coniunctæ ob dotem non ſo-
lutam, vt pro eius ſolutione gauderet beneficio, deducto
12 ne egeat Caſtagn d. cap. 13. num. 27. Theſaur. deciſ. 119.
Giurb. deciſ. 45. Fontanell. de pact. nuptial. gloſſ. 3. par. 11.
num. 99. clauſ. 7. Theſaur. deciſ. 153. num. 5.

Non obſtant auctoritates aliquorum præcipuè recen-
tiorom ſentientium contra magis communem, & præci-
13 puè Baez. de inop. debit. Credit. cap. 17. num. 80. Michalor.
de fratribus qu. 53. par. 3. & poſt eum deciſ. 25. num. 6. quæ
eſt deciſio Lucen Zucchar. deciſ. 10. num. 6.

Quia Baez ſpecialiter agit, de carceratione ad præci-
puum effectum, vt frater debitor ſeruiat fratri creditori,
in operibus artificialibus, vel reuerentialiter ad leges Hiſ
panas, de quibus agitur; Quoniam frater poteſt habere in
14 ſeruum fratrem ſuum, vt probat Baez. d. cap. 17. num. 83.
& eſt § iuſtè, Inſtit. quol. ex cauſ. manum. Michalor verò
ſenſit contra magis communem ſententiam ſicuti etiam
Zucchar. malè ambo ſcribentes, pro ſua opinione Surd.
de alim quæſt 78. num. 6. tit. 1. qui contrarium tenet, &
Zucchar. num. 31. verſ. nec aliquid, negare non potuit
Rotam Lucen. contrariom iudicaſſe, quod teſtatur Alto-
grad. loco allegato.

Nec pariter obſtare viſom eſt, quod agatur de depo-
ſito habito à D. Carolo, vbi exuberat bona fides, & eſt
15 priuilegiatum ad notata in l. 10 C. depoſit.

Quia ex facto explorato D. Carolus non obligauit ſe,
16 per depoſitum in inſtrumento 17. Auguſt. 1641. ſed po-
tius per mutuum, dum illi fuit numerata pecunia ad l. nec
17 omnis 19. ff ſi cert. pet. cum ibi alleg. & eo magis longè à
depoſito, dum obligauit ſe ad fructus ſtatutarios pro hac
pecunia dotali, licet extenuatos ad annos quinque pro
ſingulo centenario; Et quamuis 16. Octobris 1643. dan-
18 do in ſolutum rub. 15. teneri pro ſcutis ſupradictis 1370.
dicator in depoſitum traditis, &c. adijcitur quoqoe ex-
preſſa reſeruatio relatiua, vt ex inſtrumento ad quod
&c. & cum d. datio in ſolutum ſit nulla, vt dictum fuit
in prima deciſione, ipſa confeſſio etiam motat, & euane-
19 ſcit ius ad §. ſi nummos, l. certi conditio ff. ſi certum petatur
à num. 34. Maſcard. de prolat. concl 58.

Præterea, tunc ſolum diceretur verum depoſitom, ſi
conuentum eſſet, vt corpora nummorom depoſitorum
eadem redderentur, ſi enim actum eſt, vt tantomdem
ſoluerentur, egreditur ea res depoſiti notiſſimos terminos
20 inquit l. Lucius 24. ff. depoſiti, Carocc. depoſit. ferè tota q.
2. par. 1. Verum quia, in caſu præſenti, vſus pecuniæ de
poſitæ, ab initio conuentus videtur, ex eo quod con-
21 uentus ſit fructus, l. 9. in fine, & l. 10. ff. ſi cert. pet. gloſſ vlt.
§. vlt. l. 25. ff. depoſ. ex hoc ipſo, quod fructus deductus
in pactum eſt, depoſitom non eſt; Nam, & ſi vſus de-
poſiti numerati non ſit contra ſubſtantiam qoaliſcum-
22 que depoſiti, ſed contra naturam proprij, & rigoroſi,
tamen fructus eſt omnino repugnans, & contra ſubſtan-
23 tiam eiuſdem, qui enim, depoſitis nummis, vſuras à men-
ſurarijs accipiunt à cæteris creditoribus non ſeparantur
24 & meritò; Aliud eſt, enim credere, aliud deponere §. in
bonis, l. 9 ff. de priuil. credit. & ibi gloſſ. credere, Carocc. d.
quæſt. 2 num. 28. Merlin. de pignor. quæſt. 27. num. 5. lib.
4. vſqoe adeo depoſitom debet eſſe gratuitum, & ſine 25
vſuris, quæ faciunt illud tranſire in mutuum, & ſine
mercede, qua tranſit in locatum, §. ſi veſtimenta l. 1. ff. 26
depoſit.

Nec pariter nocuit renunciatio generalis facta per d.
Carolum, omni legom, & iuris auxilio, ità, vt in hac
vniuerſali clauſula tali beneficio, & ſummariom eſt cla-
rum, in ea ipſa deciſ. 20. coram Buratt. nu. 2. vbi num. 10. 27
& 11. abundè adnotantur plurimi contrarij, præcipuè
Grattan. c. 799. n. 25. & 26. de veriori, & magis recepta
ſententia, quibus addendus eſt Caſtagn de benef deducto 28
ne egeat quæſt. 1. limit. 16. à num. 14. ad 22. & quia fratri
maiori maximè à ſorore minore, per ſexum debetur re-
uerentia, non cenſetur frater renunciaſſe priuilegio, qui
renunciari non potoiſſet, præcipuè, vti parentes, & mari-
tus, etiam cum ioramento, ad Conar & alios ad d. §. ele- 29
ganter ſi alia 14. ff ſolut. matrim. & ibi gloſſ. vlt in fin. Ca-
ſtagn. d limit. 16. num 20. Fontanell d par. 11. num. 9. con-
tra bonos mores id factum eſſe videtur vtpotè contra de-
bitam reuerentiam ad d. § eleganter, fratri enim debetur
reuerentia per fratrem minorem, Caſtagn. d q. 13. num. 27. 30

Similiter, nec adfuit mala fides, aut ex exactione pecu-
niarum à Sacro Monte Pietatis, aut ex donatione facta
à D. Carolo vxori, & filijs ſuis generaliter omnium bo-
norum ſuorom, quæ ſapit alienationem nocētem huiuſ-
modi priuilegio, & in perſonam mariti, Rot. deciſ. 742 31
num 28. par. 4. tom. 3 rec. & eſt poſt Caſtagn. deciſ. 7 nu. 32
28. & cor. Reuerendiſſ. Royas dec. 475. num. 2. & eſt poſt
Caſtagn. dec. 12. num 3.

Quia, ex facto reſpondit D. Carolus, & demonſtra-
oit pecuniam amotam à Sacro Monte, vt ibi otioſam,
culpa aduerſariorum, qui recipere volebant primario,
pro froctibus, ſecundariò, verò, pro intereſſe, & non alias,
ideoque inueſtiam fuiſſe in cenſum 31. Martij 1661. &
quoad donationes inter viuos factas vxori, & filijs, qoæ-
cumque ſint, & ad quemcumque finem ipſe attulit re-
nonciationes eorundem, pro omni iure, & intereſſe dd.
DD. Iſabellæ, & Annibalis, in ampliſſima forma; vt ex
inſtrumento 16. Ian. 1662. omniaque, & quæcumque
eius bona, idemque D. Carolus promptè obtulit in ſolu-
tum dd. coniugibus ad ipſorum electionem, pro ſomptio-
ne eorum prætenſo credito ſcut. 1350. & fructuum in to-
tum ad ſcut. 2080. maximè aſcenden. & præcipuè credi-
tum ſcut. 3179. monetæ, quod d. Carolus conſequi debet
ab Excell. D. Principe Præneſtris, licet vinculatum pro
ſimplici euictione Caſalis vēditi, vſque de anno 1625. ſi-
bi, tamen, reſeruato iure, d. creditum, ſiue illius inueſti-
mentū, ſemper, & quandocūque redimendi, & recuperan-
di pro eiſdē ſcut. 2080. dd. coniugibus liberè perſoluendis.

Denique non obſtitit, quod paupertas fratris probata
non fuerit, & quatenus de ea conſtaret, præferendam eſſe
ſororem in pari paupertate ad Rot d. deciſ. 742. num. 39. 33
cum pluribus apud Caſtagn. fallent 4. par. 1.

Quia paupertas probata ſatis videbatur arbitrio Do-
minorum, ex eo, quod d. Carolus non habebat vndè ſol-
ueret debitom controuerſum, & ex eo, quod aſſerat ſe 34
tantum hæc, & hæc bona habere, eademque præcisè, &
diſtinctè indicauit, nam qui eum plura bona habere af-
firmaoit probare debet ad gloſſ. Bart. & alios Maſcard. 35
de probat. concl. 8. 16. 40. & 41. & præcipoè inter fratrem,
& ſororem de domeſticis rebus, & in Vrbe omnium con-
ſcia, ſed cum omnia promptè offerantur à d. Carolo, & 36
hoc priuilegio vtatur vt ſupra, viſa eſt probata pauper-
tas, præſertim, quod è contrario quoque frater apponat
ſurorem non eſſe pauperem, quia ipſa, vltra dotem, ſu-
per bonis fideicommiſſarijs habet legitimam matris, cu-
ius etiam eſt donataria aliorum ſcut. 2000. monetæ, & q.
Nerio eius primo viro, fuit relicta vſufructuaria om-
nium ſuorum bonorum, ipſius ſororis viduitate duran-
te, ac etiam poſſidet iocalia, aliaque bona valoris, vt pa-
tet ex ipſiuſmet declaratione, & iurata confeſſione in
publicis inſtrumentis rogatis 29. Decembris 1650.

Et ita vtraque &c.

R.P.D.

Digitized by Google

R. P. D. Taya.

Romana Fideicommiſſi.

Ven. 24. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Renunciatio, per viam donationis, ex defectu nominatorum, non redit ad renunciationem, ſed ad hæredem vltimi vocati; Et examinatur late articulus, quando Donatio iuris futuri, ſub remota ſpe competentis, requirat inſinuationem, maximè in donatione onerosa, & correſpectiua.

SVMMARIVM.

1 *Articulus diſcuſſus, in pluribus deciſionibus, non debet controuerti.*
2 *Renuncians fideicommiſſum ab eo excluditur.*
3 *Dictio* tantum *eſt taxatiua, & reſtrictiua.*
4 *Renuncians ad fauorem certarum perſonarum, illis mortuis, redit ad bona renunciata.*
5 *Contrà.*
6 *Concepta, per viam donationis, renunciatio, vadit ad hæredem vltimi donatarij.*
7 *Dictio* tantum *non refertur ad perſonas incluſas ſed ad qualitatem perſonarum.*
8 *Renunciatio, ad fauorem fratrum, non comprahendit bona, quæ reuertuntur ad renunciantem, per mortem fratrum.*
9 *Donatio, ex ſtatuto Vrbis, requirit inſinuationem.*
10 *Inſinuatio non requiritur in donatione rei, & iurium ſub ſpe remota competentium*
11 *Et quid de iure in ſpe a cauſa de prateriro.*
12 *Spes in iure de præterito dicitur æſtimabilis.*
13 *Et ideo deducitur in contractum emptionis, & venditionis.*
14 *Et in eo habet locum læſio.*
15 *Spes remota, & ad praxim difficile reducibilis parum æſtimatur.*
16 *In contractu dicto,* Lotto, *eſt valde incertum lucrum.*
17 *Inſinuatio non requiritur in donatione impropria, correſpectiua, & non gratuita.*
18 *Onus fideicommiſſi minuit rei valorem.*
19 *Donatio ob cauſam non inſinuatur.*

DECISIO CLX.

IN Deciſis 27. *Febr.* 1662. ſteterunt hodie Domini, vtpote quod articulus, hic, diligentiſſimè fuerat
1 diſcuſſus in tot, ac tantis deciſionibus, in cauſa factis
3. Decembris 1655. & 29. Maij 1656. & 9. Maij 1659. cor. R.P.D Veroſpio & 21. Iunij 1660. coram R. P. D. Bevilaqua.

Et quamuis, pro parte D. Comitiſſæ, fuerit, ſemper oppoſitum fideicommiſſum, eiuſque, ad illud, vocatio & ſecuta purificatio, attamen, viſum fuit, Dominis, ni-
2 mis claram eſſe renunciationem, ac donationem ab eadem D. Comitiſſa factam d. fideicommiſſi compræhenſiuam, nihil obſtante, quod replicaretur renunciationem, & donationem fuiſſe factam, cum limitatione Franciſco & Henrico Fratribus, illorumque filijs, nepotibus, pronepotibus, & deſcendentibus maſculis, tantum ex ea. ſcili-
3 cet, taxatiua particula *tantum, ad Barbos ad l ſi ſic ſtipulatus ff. de verb oblig. num. 2. in fin. verſ. fallit ſi eſſet oppoſita aliqua dictio taxatiua, Soccin. Iun. conſ. 52. num. 3 & ſeqq.*
4 *lib. 2. Dec. conſ 106 num. 4. Surd. conſ. 403. num. 62. Pereg. de fideic. art. 51. num. 21. Theſaur. 99. for. 601. num. 14. lib. 2. Rot. deciſ. 361. num. 3. par. 4. diuerſ. & coram Buratt deciſ. 103. num. 6.* Quia, non, per hoc ſequitur, ergo, præmortuis fratribus renunciatarijs, ac donatarijs, 5
ſine filijs, & deſcendentibus, res reuerti debet ad donato-
rem *Rot. cor. Achill. dec vn de donat. in fin Put. deciſ. 270.* 6
num. 3. lib 4. cum alijs apud *Mant. de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 20.* & in præſenti cauſa ſemper placuit Rot. in deciſionibus ſupradictis declarando tranſire ad hæredes vltimi donatarij, non quidem iure donationis, quia non ſunt compræhenſi, ſed iure tranſmiſſionis, quia, hæc eſt donationis natura, vt ſit perpetua, & ad donatorem vel eius hæredes non reuertatur, vt inquit in puncto *Mant. & Pereg.* dicens hæredem vltimi, caſu & fortuna capere.

Quibus accommodatur aliâ interpretatio ſupradictæ particulæ taxatiuè, *tamen*, ea videlicet non referri ad perſonas incluſas, & ijs finitis, ad excludendas alias, ſed ad qualitatem perſonarum, cui cohæret, nempe ad maſculos incluſos & fœminas excluſas, quod obſeruauit *Marca-* 7
brun conſ. 111. nu. 54. & interſit *Rot. cor. Put. d. dec. 154.*

Hinc procedenda ad vetus dilemma, cui nitebatur D. Comitiſſa, quod, aut renunciatio eſt aut donatio, ſi renunciatio, quoad ea bona, quæ ad renunciationem per-
uenire debeant, per mortem fratrum, non poteſt intelligi 8
ipſis facta ad *dec. 543. num. 25. & 31. cum ſeqq. par. 5. rec.* 9
Si verò donatio obſtat præcipuus defectus inſinuationis ex ſtatuto 150. ſuper quo maximè vrgebant pro D. Comitiſſa Informantes.

Verum, inhærendo firmatis in præcedentibus reſolutionibus, non agi, de renunciatione, ſed de vera & perfecta irreuocabili inter viuos donatione, ad hæredes tranſitoria, viſum fuit inſinuationis defectum non obſtare, quicquid enim ſit in abſtracto, de concluſione originata
ex *Theorica Bald. in l illud num. 12. C. de ſacroſ. Eccl.* ſu- 10
per inſinuationis neceſſitate in donatione vel remiſſione iuris quærendi, non ſolum procedat in remiſſione iuris, nec re, nec ſpe competentis, in quibus terminis propriè
loquitur *Bald.* cuius verba reaſſumunt *Tiraquell. in l. ſi* 11
vnquam verbo *donatione largitus, num. 180. Mant. de ta-* 12
cit. lib 13. tit. 5 num. 16. vel etiam in donatione futuræ ſpei trahentis cauſam à iure de præterito, vt in ſpecie re-
nunciationis fideic. ſentiunt *Gomez. tom. 2. var. cap. 3.* 13
num. 10 verſ. 2. infero Rot. dec. 292. num. 23. 320 num. 22. & ſeqq. & 323. num 5. par 6. rec. de quo tamen ſatis dubitari poteſt, quia ſpes radicata in iure, de præterito, dicitur portio æſtimabilis, ac, licitè in contractum emptionis & venditionis & aliud deduci poteſt, ità vt in eius venditione ex aliquorum ſententia locum habeat reme-
dium *l. 2. C de reſcind. vend. vt per Tiraquell. de leg. Con-* 14
nub gloſſ 2. num. 38. ſuper quo nihil Domini ſtatuerunt, & in puncto vt quoties huiuſmodi ſpes eſt talis, quæ, communi æſtimatione valeret vltrà ſummam æſtimationi ſubiectam illa requiratur, firmat *Gabr. tit de donat concl. 1 num. 77.* relatus etiam per *Rot. d. dec. 320 num 24. par. 6. rec* Vnde propterea deſuper ſtatui poſſe non videtur regula generalis indefinita.

Ceſſare tamen, viſa fuit omnis difficultas, quia ſtante caſu, multum mueriſimili, ſuperuiuentiæ ſororis, duobus fratribus iuuenibus, eorumque filijs, & deſcendentibus in eadem donatione ſperatis, & cogitatis ſatis modica, vel fere nulla iudicari poteſt huiuſmodi ſpei æſtimatio, ita vt non ſit ad praxim deducibile, id, quod aduertit *Gabriel loc. cit.* cum in his iuribus incertis, & euentualibus minima quantitas certa vnius Coronati æquiualere poſſit maximæ incertæ ſperatæ quantitati mille Coro-
natorum, vt practicari videmus in contractu ſortis vul-
go, *Lotto, o beneficiata*, de quo *Bonacc. de contract. diſp. 3.* 16
quæſt. 2. punc. 4 num. 26.

Etſi quæ æſtimatio dari poteſt, vltrà ſummam à ſtatuto præfinitã, illa remanet abſorpta ab ea maiori dote, quum, in tanta quantitate, forſam alias non conſtituenda, fratres intuitu huius donationis conſtituerunt, vnde tanquam correſpectiua dicenda potius eſt donatio impropria, & onerosa non ſubiecta inſinuationi, quæ in ſola gra-

Digitized by Google

17 gratuita donatione requiritur vt *dec.12.num.43.292.nu.*
32.320.nu.41.& 323.nu.78 & ſeqq.par.6.rec.d.deciſ.65.
num.1.& ſeqq.eadem par.6.
Maxime, quia neque d.ſpes libere donata fuit ſed cum
19 onere fideic. pro deſcendentibus, quod vel minuit de va-
lore rei donatæ, vel donationem ita impropriare dicitur,
quod non mera donatio, ſed ob cauſam cenſenda eſt, in
19 qua inſinuatio non requiritur, *Molin. de Primog. lib. 2.*
cap. 7. n. 18. verſ. ex quibus Peregr. de fideic art. 51. nu. 64.
Rot. poſt Fenzon. dec. 133. & dec. 460. n. 6. & 7. p. 4. t. 2. rec.
Et ita vtraque &c.

R. P. D. Taya.

Romana Hæreditatis de Lauuijs.

Luna 21. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Renunciatio hæreditatis deferendæ intelligitur, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato; Et renunciatio facta ab ingreſſuro religionem, ex quibus dicatur realis, ita vt quocumque caſu, & tempore excludat renunciantem.

SVMMARIVM.

1 *Cognato quinti gradus debetur ſucceſſio ab inteſtato, quando non ſunt proximiores.*
2 *Renuncians ob ingreſſum religionis non computatur in ſucceſſione, & habetur pro mortuo.*
3 *Renunciantibus non datur regreſſus ad renunciata.*
4 *Renunciatio ampla comprahendit ſucceſſionem ab inteſtato, & ex teſtamento.*
5 *Renunciatio hæreditatis intelligitur ex teſtamento, & ab inteſtato.*
6 *Facilius renunciatur ſucceſſioni ab inteſtato.*
7 *Dictio* inſuper *addit ſuperioribus ſed ſuperiora nõ tollit.*
8 *Renuncians nullo tempore redit ad renunciata.*
9 *Renunciatio realis quoſcumque comprahendit.*
10 *Renũciatio facta ob ingreſſum religionis dicitur realis.*
11 *Renunciatio propter dotem receptam dicitur realis.*
12 *Imo ex quocumque recepto.*
13 *Renunciatio ſimplex non comprahendit ius futurum.*
14 *Limita, quando intercedit iuramentum.*
15 *Et fit per viam repudiationis.*
16 *Præſumptiones ceſſant vbi conſtat de contrario.*
17 *Renunciatio realis excludit quocumque tempore, & caſu renunciantem.*

DECISIO CLXI.

IMmiſſionem, in bonis hæreditarijs Lauuij, ab inte-
ſtato defuncti, quã Bernardo de Euangeliſtis conceſ-
ſerat iudex primæ inſtantiæ contra Monaſterium S. An-
næ dd. bonorum detentorem hodie eidem Bernardo Ro
ta decreuit, in gradu appellationis; Quia cognato quarti
gradus qualis ille eſt, defertur hæreditas ab inteſtato, non
1 exiſtentibus proximioribus *auth. poſt. fratres fratrumque*
filios C. de legit. hæred. & auth. de hæred. ab inteſt. §. ſi ve-
ro neque fratres cum alijs apud *Mart. ſumm. ſucceſſ. leg.*
par. 3. quæſt. 2. art. 2. num. 2.
Nec obſtat exiſtẽtia Placidæ, & Scolaſticæ ſororum de
functi in d. monaſterio profeſſarum, quia ob validam, &
amplam renunciationem, ab illis factam, in ingreſſu reli-
gionis habentur pro mortuis, & non computantur, vt in-
2 quit, *Paul. Caſtren. ad § ſi duobus l. planè ff. de leg. 1. n. 9. Al-*
tog. conſ. 66. in fine lib. 1 & conſ. 37. nu. 33. & ſeqq. lib. 2. Paſ-
chal. de viribus patr. pot. p. 3. c. 7. n. 48. Pignatell. contron. ſor.
3 *5. nu. 4. cent. 1.* & in his terminis *Rot. dec. 109. nu. 1. & ſeqq.*
par. 5. & cor. Eminentiſs. Otthob. dec. 10. nu. 40. & planè re-
nunciantibus actiones ſuas non eſt regreſſus dandus *l.*
quæritur 14. poſt finem ff. de edil. edict.
Nec huiuſmodi renunciatio comprahendit ſolum te-
ſtamentariam, non autem inteſtatam ſucceſſionem, quia
in inſtrumento, expreſſis verbis, renunciarunt, tam ex te-
ſtamento quam ab inteſtato, vt in his terminis, reſpondit 4
Rot dec. 714. n. 8. par. 2. rec & vlterius hæc renũciatio abſq;
vlla limitatione facta excludit renunciantẽ ab omni ſuc-
ceſſione tam ex teſtamento, quam ab inteſtato eorũ, quo-
rum hæreditati renunciatur, vt poſt alios concludit *P.* 5
Sanchez dec. lib. 7. c. 7. n. 1. ad tex. ſatis apertum c. 2. de pact.
in 6. & renunciatio hæc potius excludit renunciantes à
ſucceſſione ab inteſtato, ita vt ex teſtamento capere non
prohiberentur, *Rot. cor. Ludou. deciſ. 85. nu. 12. & 14. & ibi* 6
add. nu 32. & in puncto cuiuſdam ſororis *deciſ. 358. nu 3.*
& dec. 565 nu. 8. & dec 714. d. nu. 8 p. 2. & dec 160. nu. 6. p. 3.
ad l. pactũ 15. C. de pact & tradit *a Bart. l. ſtipulatio hoc mo-*
do concepta ff de verb. oblig. nu. 8. Surd deciſ 14. num. 4.
Neque placuit, quæ deducebatur diſtinctio nẽpe, quod
primũ dd. ſorores Placida, & Scolaſtica omnia, & ſingula
quęcũq. auita, paterna, materna, fraterna, & ſororia ac alia
quæcumque quouis titulo, iure, & cauſa, ratione, & ſuc-
ceſſione, tam ex teſtamento quam ab inteſtato renun-
ciarunt, & poſtea inſuper renũciarunt etiã hæreditatibus
earum fratrum, ita quod nullo, vnquam, tempore, etiã ex
quauis cauſa, & occaſione ipſis donatricibus & earũ mo-
naſterio à dd. earũ fratribus, & quarũcũq; hæreditatũ ius
aliquod ſit acquiſitum, nec aliquid etiam minimũ de dd.
hæreditatibus habere, & conſequi poſſint, & valeant
quaſi alia ſit illa prior renunciatio generaliter, ſi alijs
hæreditatibus, quam hæc poſterior in fraternis.
Quia renunciãtes, in primis, viſæ ſunt ex prioribus ver-
bis expreſſis, ibi. *fraterna &c.* ita vt poſterior, ibi, *inſuper de*
fraternis &c. abundantius videantur adiecta, deinde con-
ſiderata d. particula, *Inſuper*, viſum eſt ex ea coniungi ſe-
quentia præcedentibus, eandemque venire continuatiuè,
addendo ad ſuperiora, & ſuperiori diſpoſitioni, eiſdem
terminis retentis, vt fusè tradit *Gratian. c 101. n. 1. Barboſ.* 7
dict. 46. nu. 4, & placuit *Rot. dec. 348. num. 4 par. 4. rec.*
Sed & in ipſis verbis, inſuper viſum eſt contineri realẽ
renunciationem, quia renunciarunt nũ hæreditates earũ
fratrũ cuiquã ſed hæreditatibus earum fratrum, ita quod
nullo vnquã tẽpore, & quauis cauſa, & occaſione, vt ſup.
Altog. d. conſ. 66 num. 44. verſ. motus, Paſchal. de virib. pat.
pot. d c. 7. d. n. 48. & 57. Rot. dec. 186. num. 5 par. 3. rec. & cor. 8
Merl dec. 62 num. 23. & amplius *d. dec. 714 num. 6. par. 2.*
rec. & viſum eſt perinde eſſe, ac ſi renũciaſſent ſucceſſio-
ni, vndè cognati, cum renunciatio ſit realis *Altog. d. conſ.* 9
66. d num. 44. ad fin Rot cor. Merl. d. deciſ. 62. num. 22.
Quæ ſane realitas certior viſa eſt, ſi attendantur in ef-
fectu ſubſequentia verba, ita, vt, nullo vnquam tempore,
etiam ex quauis cauſa, & occaſione ipſis donatricibus ius
ſit acquiſitum, nec aliquid etiam minimum à dd. hæredi-
tatibus habere, nec conſequi poſſint nec valeant, ex ſu-
pra allegatis, vt expẽdantur infraſcriptæ coniecturæ, ſi-
mul vnitæ, quicquid ſit, an vnaquæque ſeparatim, & per
ſe valeant inducere realem renunciationem, quarum al-
tera reſultat, ex cauſa ingreſſus religionis, & profeſſionis
paupertatis, vt humanarum rerum iuribus relictis, D. O.
M. feruentiori, & quietiori animo inſeruire valerent &c.
Altog. d. conſ. 66. in fin. lib. 1. & d conſ. 37. num. 33. & ſeqq. 10
lib. 2. Pignatell. d. contr. 5. d. num. 4. & quod ita fuerit iu-
dicatum inquit *contron. 8. in fin. Maſtrill deciſ. 65. num.*
11. Rot. d. dec. 109. d. num. 1. & ſeqq. & cor. Merlin. d. deciſ.
62. nu. 13. verſ. neque dici poteſt. & cor. Eminentiſs Otthob.
d. deciſ. 10 d n. 38. Altera oritur ex eo, quod hæc renun-
ciatio, intuitu dotis, facta fuit, & quia ſe ſe ſufficiẽter cum
ſupradicta dote à patre dotatas vocantur. Et vbicumque,
enim, renunciatio fit propter dotem receptam, dicitur
realis, vt inquit *Pignatell. d. contron. 5. n. 2. & 3. Cutell. de*
donat. intuit matrim. diſcur. vlt. p. vlt. n. 127. verſ. hic caſus 11
declarari cum alleg. & generalius non ſolum dote, ſed
etiam aliquo recepto *Pereg. de fideic. art. 52. nu. 78. ad fin* 12
Nec ſubſiſtit, quod per ſimplicẽ renunciationẽ iuri de
futuro renunciari non potuerit, ad tradit, *a Seraph de iu-*
ram prin. 109. n. 1. & ſeqq. quia, cum interuenerit iuramẽ- 13
tum, in ipſa renunciatione ſecus eſt, & renunciatio tenet,
vt proſequitur *Seraph. d. priuil. 109. num. 3. & ſeqq Fuſar.* 14

T *de*

Digitized by Google

de ſubſtit. quæſt.587. num.12. Rot.deciſ.292.num.15. & ſi
15 eadem cauſa, ſub nomine repudiationis *dec 320.num.2. par.6.* & ferè collatis 4 integris eiſdem cauſæ deciſionibus 12. 292. 320. *&* 323.

Denique non obſiſtit has renunciationes præſumi procuratas propter fauorem agnationis, & ad effectum acquirendi libertatem diſponendi, ideoque tunc operari, & prodeſſe, vel quatenus renunciatarius deponat, vel quatenus duret agnatio, nam libertas diſponendi ſolum pertinet ad parentes & eis ſuffragatur qui ex neceſſitate inſtituendi filios tranſeunt, & libertatem renunciantibus
16 filijs, & vtraque præſumptio tollitur per expreſſa, & ſpecialia conuenta, & præcipue reali renunciatione, vt
17 ſupra, & ex verbis: *Ita quod nullo vnquam tempore etiam ex quauis cauſa & occaſione ipſis donatricibus, & d. earum monaſterio inde, & ſuper dictis earum fratrum, & aliorum quorumcumque hæreditatibus ius aliquod ſit acquiſitum.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Taya.

Romana Locorum Montium.

Ven. 10. Decembris 1660.

ARGVMENTVM.

Habens facultatem diſponendi, ad libitum, de bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, qoomodo poſſit diſponere, ad euerſionem fideicommiſſi, & an verba, *à ſuo piacere*, debeant declarari, ad arbitrium boni viri.

SVMMARIVM.

1 *Habens facultatem diſponendi dicitur diſponere ad fauorem hæredis.*
2 *Præcipue de rebus alienabilibus.*
3 *Verbum* a ſuo piacere *ſonans ad libitum, & ad placitum.*
4 *Facultas diſponendi ad libitum intelligitur alienandi.*
5 *Verba non debent eſſe ſuperflua.*
6 *Repugnantia in verbis teſtatoris euitari debet.*
7 *Facultas alienandi, repugnat fideicommiſſo.*
8 *Facultas, vbi eſt alienandi, in fideicommiſſo, ſi non alienetur, remanet grauamen fideicommiſſi.*
9 *Vna pars fideicommiſſi aliam declarat.*
10 *Generi per ſpeciem derogatur.*
11 *Præcipue in vltima voluntate.*
12 *Etiamſi per ſpeciem totum genus abſorberetur.*
13 *Legatum non debet cenſeri inutile aut oneroſum.*
14 *Legata annua nihil commune habent cum hæreditate.*
15 *Legata grauari poſſunt onere perpetuo.*
16 *Hæredum nomine, propriè veniunt directi, & non fideicommiſſarij.*
17 *Verba* prædicti hæredes *de primis intelliguntur.*
18 *Fideicommiſſarius, quando teneatur de proprio ad debita.*
19 *Subſtitutus ante ſuum caſum non poteſt teneri ad onera fideicommiſſi.*
20 *Hæres tenetur ad legata quæ exigi non poſſunt de fideicommiſſis.*
21 *Legatum annuum ſoluitur ex fructibus tam ab hærede quam fideicommiſſario.*
22 *Ius vbi prouidet aliud non eſt quærendum.*
23 *Literæ locorum Montium transferuntur cum oneribus quæ in ſe habent.*
24 *Fides Officialis in rebus ad officium ſpectantibus facit fidem.*
25 *Homines magis ſperant de facultatibus ſuis quam verè habeant.*
26 *Verbum* placet *quando non reſtringatur ad arbitrium boni viri.*
27 *Sicuti de verbo* licere.
28 *Vxor vſufructuaria cum facultate faciendi quicquid placuerit, non poteſt tranſire ad ſecunda vota.*
29 *In generali conceſſione non veniunt ſpeciali nota digna.*
30 *Nec ea de quibus teſtator interrogatus non intellexiſſet.*
31 *Verba regulariter non interpretantur vltra ius.*
32 *Hæres non tenetur de damno bonorum hæreditariorum ſine culpa.*
33 *Pœna per coniecturas quomodo imponatur.*

DECISIO CLXII.

SEntentiam eſſe confirmandam DD. reſponderunt, ex deciſionibus *cor. R.P.D Priolo 16. Iunij 1659. & 5. Martij* 1660. ex infraſcriptis.

Etenim & ſi Maria inſtituerit hæredes Hippolitum, & Clementem fratrem, iiſque morientibus, ſine filijs, generaliter ſubſtituerit Petrum, tamen diſpoſuerat, *Voglio, che ſeguita la mia morte D. Pietro mio figlio con l'interuento de gl'infraſcritti miei heredi faccia vn ſemplice inuentario de miei pochi mobili, e D. Pietro conſegni à tutti, in particolare i legati delle coſe ſi trouerranno in Caſa, e laſci in mano de gl'heredi le patente de luoghi di Monte, che ne diſpongano à loro piacere, eccettuato le patenti ſe vi foſſero de Monti cantanti in teſta mia à diſpoſitione del detto Pietro quali voglio, che non entrino nel corpo della mia heredità, ò di quelli D. Pietro ſolo diſponga circa la diſpoſitione de quali già hò dichiarato à lui la mia intentione &c.* Nam cum Hippolitus obierit, ſine filijs, & poſt eum Clemens pariter ſine filijs decedens inſtituerit ſibi hæredem Philippum, in omnibus ſuis bonis, & iuribus, ſtante facultatè diſponendi, de his locis Montium, diſpoſuiſſe dicitur, *Pereg. de fideic. art.* 1
40 n.55. & ſeqq. Barz. dec.96. nu.27. & fortius *Rot. dec.576. in princ. & in fin. par.1. diuerſ.* cum alijs *in 1. dec. cauſæ §. nec eſt dubitandum & in 2. dec. §. aut loquimur verſ. ſed etiam ex generali inſtitutione*, & benè de rebus per ſe alienabilibus, & expreſſa facultate diſponendi diſtinguendo reſpondit *Bellon. Taurinen. conſ.30. nu.71. & ſeqq. cum alleg.* 2

Præſertim, adiectis verbis, *à ſuo piacere*, quæ non minus ſonant, ad libitum, quam, ad placitum, & deſignant facultatem alienandi, & in puncto ſi dictum ſit, diſponere ad libitum *Peregr d. art.50. d. nu.58. ad fin Surd. dec.272.* 3
num.16. ac de verbis, pro ſuo arbitrio diſponere *Menoch. præſ.149. num.19. lib.4.* & ad libitum ſuæ volunta- 4
tis *Surd conſ.357. num.10.*

Et congruere etiam videtur neceſſitas huius effectus, ne ſint verba ſuperflua, atque, vt omnia congruant cum 5
teſtatrice iniungens inuentarium mobilium, fecerit de eiſdem plura legata, ibi, *D. Petro conſegni à tutti, in particolare i legati delle coſe &c.* proſequendo, *e laſci in mano de gl'heredi le patenti delli Monti, che ne diſponghino à loro piacere*, & exceperit denique aliquas literas patentes ſpeciales, in capite proprio ad diſpoſitionem Petri ſecundum declaratam intentionem, ibi, *eccetto le patenti, ſe ci foſſero de monti cantanti in teſta mia.*

Hinc parum obſtare viſa ſunt obiecta primaria, & ſignanter neceſſitas tollendæ repugnantiæ, quæ reſultaret, inter facultatem diſponendi ad libitum, & longum fideicommiſſum ſubſequens vſque ad piam cauſam.

Quia, præter deducta, quod hæredibus non alienantibus, omnia remanerent in Fideicommiſſo, vt etiam de generali promiſſione, inquit, poſt alios, *Pe-* 6
reg. d. art. 40. num. 45. in princ. verſ. & hærede non alienante, & verſ. & ſi teſtator, & poſt eum *Grat. cap.416.* 7
numer. 10. 11. vbi reſpondet *Decian.* citato pro altera
parte, *& in 1. deciſ. §. quamuis & in 2. §. quoniam*, ma- 8
ximè, quia totum fideicommiſſum ſemper eſt conditionale, ſi inſtituti, & ſubſtituti decederent ſine liberis, & ita conditionale quoque videtur in hac parte, 9
niſi hæredes ſcripti, de hac ipſa parte diſponerent.

Et

Et obſeruatum eſt agi hic de conceſſione ſpeciali ex-
preſſa, & de prohibitione geoerali tacita; In Iure, autem
generi per ſpeciem derogatur, & id potiſſimom habetuc,
10 quod ad ſpeciem directum eſt *l. in toto* 81. *ff. de reg. Iur.* &
ſic legatum eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo,
quod vniuerſum hæredis foret, aliquid alicui collatum
11 vellt *l. legatum* 116. *ff. de leg.* 1. & generaliter in huioſmo
di vltimis volontatibus §. *feliciſſimo l. vxorem* 39. *ff de
leg.* 3. & ibi, *gl. naturali ſermone*, & ad faturitatem *Caſtill.
quot contr.* 89. 150. *&* 175. *lib.* 5. etiamſi toti generi, per
ſpeciem derogando, totum genus derogationibus abſor-
beretur, & amplios, vt ſi quadringentos aureos quis le-
gaſſet, & patrimonij qoantitas, ex qua legata erogari
oportet qoadridgentorum eſſet, aut, ſi quingentos lega-
uerit, & patrimonij quantitas ad huc quadringentorum
12 eſſet §. *vlt. Inſtit. de leg. falcid.* cum ibi ootat.

Ita nec obſtare viſa eſt coarctatio In ſubiecta materia,
ne literæ patentes ſiot intec mobilia deſtinata pro lega-
tis, ibi, *D. Pietro conſegni a tutti in particolare i legati del-
le coſe* &c. neque com alijs literis patenlibus addictis Pe-
tro *eccetto le patenti ſe ci foſſero de Monti conſtanti in teſta
mia à diſpoſitione di D. Pietro*. Ad hoc, enim, ſatis fuiſ-
ſet dicere, *laſci in mano de gl'heredi*, non etiam oeceſſe
erat addere facultatem diſponendi, ibi, *i quali ne diſpon-
ghino*, & amplius, *a loro piacere*.

Neqoe viſa fuit conſiderabilis repetita obiectio, de
oneribus legatorum excedentibus vires hæreditarias,
deductis his locis mootiom, ex qoibus ioferebantur, præ-
dicta verba, *laſci in mano de gl'heredi le patenti de luoghi
de monti, che ne diſponghino a loro piacere*, intelligi, ad pla-
citum regolari, & adminiſtratorium, non autem libe-
rum, ae dominium, ne Inutilia remanerent legata, ſi
hæredes omnia loca diſtcahere potoiſſent, ac diſtraxiſ-
ſent, præſertim, cum teſtatrix, poſt ipſa legata, inſtitu-
tiooes, ac ſubſtitotiooes, adiecerit verba *intendendo però
eſpreſſamente che qualſiuoglia de predetti heredi ſodisfac-
cia a qualſiuoglia de predetti legati, e laſciti prontamente,
& indiuidualmente, maſſime in quello di* 150. *ſcudi annui
per le neceſſita di D. Pietro*, quibos grauati tam inſtituti
ſpecialiter dicebantur.

Quia placuit reſpooſio data In facto, In qoo non
13 verificatur legata remanere inutilia, vt *in* 1. *deciſ.* §. *nec
pariter*, quio Imo verificatur contrarium, cum legata
redigantuc ad mobilia, & alia ad tempus, quæ teſtatrix
mandault ſolol de pecunia In arca, & de fructibus hære-
ditarijs, ſicuti ſoluta fuerunt annua ſcuta 150. ad vitam
d. Petri, ad quorum cautionem iam erant io hæreditate
loca 24. Montiom non vacabiliom, & loca 14. vacabi-
llum, quæ ſola vacabilia erant fructifera annuorum
ſcutorum 147. ſuper quibus cautum erat D. Petro vi-
uenti, cum eſſent in capite, & ad vitam ipſius, & poſt
mortem D. Petri ſoluta, & inueſtita fueruot ſcuta 1500.
pro celebrandis miſſis, de pretio locorom 13. vendito-
rum de dd. locis 24. non vacabilibus, ex qoibos hodie
ſoperſunt loca 11. & loca 14. proueoientia a Montibus
vacabilibus venditis conficiencia loca 20. de quibus ho-
die diſputatur.

14 Et iure, ex deductis *in* 1. *deciſ.* §. *nihil referente*, *& in*
2. §. *neque contrarium*, nempè, quod nihil comooe ha-
bent legata annua, etiam perpetua com facultate diſpo-
nendi, ſicuti neque com fideicommiſſarijs hæreditati-
bus, vt ex illis, hæc ioferantur, & coniectura hæc
nihil valet; nam, nullitas ex huiuſmodi legatis poteſt
inferri, quod perpetuum fideicommiſſum ſit conſtitu-
tum, ſed vtique, quod hæreditas perpetuò ſit graua-
ta, ac etiam bona hæreditaria ad quoſcumque trao-
15 ſeant, vt poſt *Bald.* & alios Inquit *Peregr. conſ.* 39. *num.*
9. *verſ. illa autem coniectura lib.* 4. *Rot. cor. Gipſio apud
Gionagn reſp.* 97. *num.* 22. *lib.* 1. *& eſt poſt. Fenz. on ad ſtat.
Vrb. deciſ.* 95. §. *quoniam pro reſponſione, & cor. Buratt. de-
ciſ.* 385. *num.* 4.

Et illa verba, *che qualſiuoglia de predetti heredi ſodisfac-
cia*, &c. prolata oon videntur, pro ſtatuendis bonis fi-
deicommiſſarijs, aot pro fideicommiſſo, ſed pro exa-
ctiſſima ſolutione legatorum, prout ſonant ipſa verba
prontamente, & indiuidualmente, & quidem vt, *qual-
ſiuoglia de predetti heredi* &c. propriè directi, non au-
tem fideicommiſſarij *Rot. deciſ.* 198. *num.* 9 *par.* 4. *rec.* & 16
maxime fratres, quibus teſtatrix commendauit, qoi ſo-
li hæredes prædicti fuerant aliis etiam generaliter, &
compendioſè ſubſtituti; Quin etiam verba, *predetti ha-
redes* de pcimis hæredibus intelliguntur, *Menocch. apud* 17
Fuſar. conſ. 98. *nu.* 6. *verſ. hac etiam*.

Sed, & quieumqoe dicantur, & ſiot, intelligun-
toc ſi, & quatenus non ſatisfieret ab hæredibus dire-
ctis, & locis non diſtractis reſtitueretor hæreditas, aut
etiam diſtractis ſine Inuentario acciperetur, tooc enim
Fideicommiſſarius vnioerſalis, ſicut hæres tenetur de
proprio, vt plene notatoc per *Bart. apud Peregr. de fi-* 18
deic. art. 4. *num.* 5. 8. *Fuſar. de ſubſt. quaſt.* 521. *num.* 20.
vt, in 2. *deciſ.* §. *hinc non refert*; & ſicuti non Intellige-
rentur grauati ſobſtituti ante ſucceſſionem, & multo
minus ante conditiooem propriæ ſubſtitutionis, loco-
rumque diſtractionis *l* 9. *C. de fideic.* Itâ Intelliguntuc
cum hac quoque cooditione, vt hæredes ipſi teneantur 19
legatarijs, ſi à fideicommiſſarijs legata exigi non poſ-
ſint §. *ſi is qui l.* 1. *ff. ad S.C. Trebell. Peregr. d. art.* 4. *d. n.* 8. 20
in fin. vltra regulã annui legati ſoluendi de fructibus hæ-
reditatis, & pro rata temporis hæredis, & fideicommiſſa-
rij ad tradita *à Fuſar. conſ.* 77. *ſub initio, & de ſubſt. quaſt.* 21
531. *numero* 13. *Peregr. de fideic. d. art.* 4. *num.* 24. *verſ. his
adde, & art.* 35. *nu.* 9. *verſ. exceptis annuis Gratian. cap.* 299.
num. 10. *& ſeqq.*

Nec vrget replicatio, qood ſi primi hæredes omnia
loca alienaſſent, & hæredes eorum, noo ſoluendo deceſ-
ſiſſent, vel ſucceſsiſsent, cum beneficio legis, & inuentarij
potuiſsent petire legata.

Facile enim tollitur, tum ex caſu contingente, cui
ſubiecta ſont omoia legata, & ex caotione Iuris adhi-
benda in hoc, & omnibus caſibus ad rubricas noo ſolom 22
legis ff. vti legatorum, ſeu fideicommiſsorum nomine ca-
ueatur, *& Cod. vt in poſſeſſione legator. ſeu fideicom. con-
ſeruand. cauſ. mutatur, & Rot dec:ſ.* 168. *in princip. par.* 5.
tum etiam ex prouiſiooe facti, cum ex iouete rato, & In-
uiolato ſtylo Curiæ literæ patentes In fauorem hæ-
redum teſtamentariorum transferantur ſemper, cum
vinculis legatorum, & omnium cootentorum in te- 23
ſtameotis, qoæ non debentuc, neque permittuntoc ven-
dere hæredes. niſi mooſtrata ſatisfactione, vel data cau-
tione, vt ex fide Tribooalis Theſaurarij generalis exhibi-
ta, quæ facit fidem in propria materia ad *Rot. cor. Merl.* 24
dec. 839. *nu.* 1. *& dec.* 129. *nu.* 11. *par.* 8. *rec.*

Sed reijciendo ſingillatim, quæ ſingillatim obijcie-
bantoc obſtare viſa oon eſt diminotio, & exinanitio fi-
deicommiſſi.

Quia quidquid ſit ex facto, vt in 1. *dec.* §. *nec pariter ob-
ſtat reſponſio*, neſcitoc ex ipſo fideicommiſſo, vti conditio-
nali oon ſolùm pro caſu. ſi grauati decederent ſine libe-
ris, ſed etiam pro bonis, ſi de locis Mootium non diſpo-
ſuiſsent, & magis, ex caſo freqoentiſſimo, ſæpè enim de
facultatibus ſuis amplios, quam io ijs eſt, ſperant homi- 25
nes opportunè io §. *in fraudem Inſt. quib. manum. non lic.*

Item nec obſtat Doctrina *Abb. ad cap. penult. de inſtit.
num.* 5. vbi verbum, *placet*, Importat arbitrium boni vi-
ri; At noo, cum verbo *diſponere*, neque de rebus. ſed de 26
perſonis, & earum gratia, ad ibi, *alleg.* §. *mores l. Thais* 4.
ff. de fideicom. libert.

Nec *Decius in l. in actionibus, ff. de in lit. iur. n.* 11. de ver-
bo, *licere*, ad acbitriom boni viri, quia nec Decius ſtatuit, 27
neque Doctrina congruit verbis, *diſpõghino à loro piacere*.

Minuſqoe obſtitit *deciſ.* 168. *num.* 23. 24. *coram Buratt.*
replicata enixè de ſimilibus verbis; Quia optimè viſom
aoimaduerſum *in prima deciſione*, §. *quamuis, & in ſecun-
da, nec releuant*, Ita vt repeti, oec opus ſit, nec operè pre-
tiom.

Et minùs *dec.* 179. *num.* 10. *& ſeqq. part.* 8. vbi agebatur
T 2 de po-

Digitized by Google

28 de poteſtate, *di fare, e diſporre quel, che le parerà*, conceſſa vxori relictæ vſufructuariæ, & deciſum fuit, non inde tamen ſequi, quod teſtator voluerit conſentire, vt vxor ad ſecunda vota conuolaret, & ex eo caſu priuaret communes filios eorum mobilium proprietate, maximè, cum in generali conceſſione non veniant ea, quæ ſunt ſpeciali
29 nota digna, & de quibus, ſi diſponens cogitaſſet, non
30 eſſet veriſimiliter diſpoſiturus, & ideo verba prædicta, quamuis ampla, quibus dabatur facultas diſponendi non implicabant, ſed tantum exprimebant, quod tacitè intrat
31 de Iure communi *in d. deciſ.* 179. *à num.* 11. *vſque ad* 15. & ibi præcipuè *Sanch. de matrim. diſput.* 89. *num.* 52. *lib* 7.

Quoad loca vacabilia, quæ vacarunt, per obitum Petri, Domini facile transferunt cum 1. *deciſ. in fin.* quia,
32 cum illa eſſent in capite, & cum periculo vitæ ipſius Petri, non tenentur hæredes, de damno ſine culpa, quæ non ſolum in facto non ſatis elicitur ex coniecturis deductis, ſed nec etiam in Iure (quamtumuis committi poſſit) pena per coniecturas imponi debet, etiam in teſtamentis
33 *l. in teſtamento* 27. *ff. de condit. & demonſt.* com alijs apud *Honded. conſ.* 72 *num.* 8. *& ſeqq. & num.* 26. *lib.* 1. & eo minus ex eo, quod & facto ſuppletum eſt, quod aderant bona ſufficientia pro legatis, & præſertim pro legato ſcut. 150. vt ſupra, & loca vacabilia vacarunt per obitum Petri cuius in capite, & cuius vitæ periculo ſtabant.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Taya.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 7. *Iunij* 1666.

ARGVMENTVM.

Mulieres etiam magnates, ad hoc, vt validè poſſint donare, ſine ſolemnitatibus, donatio debet eſſe, pro dote, nec ſufficit cauſa matrimonij impulſiua, vt ſi donatio etiam ad fauorem viri contrahentis matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Ex ſtatuto Vrbis mulier non poteſt donare, niſi concurrant duo coniuncti & alia &c.*
2 *Mulier donare poteſt pro dote ſine ſolemnitatibus.*
3 *Dotis cauſa eſt ſpecialiter priuilegiata.*
4 *Donatio in cauſam matrimonij, quandò non eſt pro dote, requirit ſolemnitates.*
5 *Donatio cauſa matrimonij non gaudet priuilegio dotis, quando non fit mentio dotis.*
6 *Multa ſunt ſpecialia priuilegia in fauorem matrimonij.*
7 *Priuilegia matrimonij. & dotis, non extenduntur, vltra caſus a iure expreſſos.*
8 *Cauſa impulſiua, & non finalis donationis eſt matrimonium quando ſine eo donatio fuiſſet facta, & ſubſiſteret.*
9 *Donationis cauſa finalis, quando ſit matrimonium.*
10 *Donatio oneroſa donatario non indiget inſinuatione.*
11 *Donatio ſimplex indiget inſinuatione.*
12 *Donatio qua non eſt pro dote requirit ſolemnitates ſtatuti.*
13 *Mulier etiam magnates debet donare cum ſolemnitatibus ſtatuti.*
14 *Limitatur, quando mulier haberet regalia & iuriſdictionalia.*
15 *Princeps promittens, ſub verbo Principis, obligatur ac ſi iuraſſet.*
16 *Mulier ex ſtatuto Vrbis non obligatur ſine ſolemnitatibus iuramento.*

DECISIO CLXIII.

PRopſita quater cauſa, deinde non conſtare de credito DD. reſponderunt, præcipuè ex ſtatuto 151, *de Contractibus ſine certa ſolemnitate non valituris lib.* 1. 1
vbi etiam donationes nominatim, quæ à quibuſcumque mulieribus fiunt, nullius decernuntur roboris, vel momenti, niſi duobus coniunctis proximioribus cum cauſa, & Iudicis decreto.

Nec valuit cauſa proemialis donationis; *Deſiderando, che ſi effettui il Matrimonio da noi trattato*, & directa promiſſio ad ſponſam, & ſponſæ matrē, & obligatio ad ſponſum, videlicet, annuæ prouiſionis perſonalis; Quia quæcumque conſiderata fuerit cauſa, etiam Matrimonij, nulla dotis tamen cauſa eſt, aut eſſe poteſt in ſponſo, in quem directa eſt, obligatio, vbi. de hoc ipſo ſtatuto, & muliere promittente, pro dote *Rota* admiſit obligationem ſubſiſteri *cor. Put. dec.* 160. *ab initio lib.* 3 *& dec.* 264 *num.* 2. *par.* 2
4. *diuerſ.* cum multis collatis *in Tiburtina donationis* 17. *Iunij* 1662. *num.* 2. *cor. Dunozets apud Cutell. de donat. contempl. matrim. & apud Pic. ad d. ſtat* 151. *num.* 54. nimirum quia Dos reperitur ſpecialiter priuilegiata *l. vlt. ibi,* 3
pro qualibet muliere C. ad ſtat Put. d dec. 160. *num.* 2. cum alijs apud *Pic. gl.* 7. *num.* 255. vti generaliter de alijs ſtat, ſi dos ſit ſimpliciter priuilegiata traditum eſt apud *Fen-* 4
zon. ad ſtat Vrb. 86. *lib.* 1. *num.* 16. *& ad ſtat.* 158. *d. lib.* 1. *nu.* 44. cum allegatis, non tamen, in alijs caſibus, quam dotis etiamſi, in donationibus, contemplatione matrimonij, in quibus etiam *Stat.* 250. *de donat. inſin d. lib.* 1. non valere 5
adnotauit *Fenzon. nu.* 55. cum alleg. & ad not. *ad Buratt. dec.* 924. *num.* 17. valere tamen præcedens *Stat.* 149. *de donat.* & ſubſcript. cor. Notar. & Teſtib, adnotauit idem *Fenzon. num.* 43. cum allegatis; Vnde, pro nullitate promiſſionis, de qua agitur, ſufficit. quod in ea nulla facta fuerit mentio de dote, vt inquit *Rot. cor. Buratt. d. deciſ.* 924. *num.* 10.

Præterea, vt ſeſe Tiraquell. inſinuat, licet ſint multa ſpecialia, & priuilegia, in fauorem matrimonij conceſſa, etiam tamen locum habent, in caſibus tantum expreſſis, nec ad alios ſuos extendenda, non ſpecialiter priuilegiatos, ſed in his Ius comune ſeruari debet, ſecundum *Bald.* 6
apud Tiraquell. de Iur primog. queſt. 6. *nu.* 25. cum infinitis, inquit, ſimilibus concordantibus collectis *tract. Lignagier* 7
§. 1. *gl.* 14. *num.* 96. vbi etiam de priuilegijs Dotis non extendendis intra dotes ipſas, & vſque ad abſurd. *Tiraq. d.* 8
gl. 14. *num.* 105. *verſ. alias*, *Fachin. contr.* 81. *verſ hanc lib.* 12. & per ſe maximè conſtat.

Nec eximit à prædictis ſolemnitatibus cauſa hæc Matrimonij alieni; Primò quia, non videtur cauſa, quam occaſio, vel cauſa impulſiua non finalis, & propterea donatio fuit ſimpliciter facta, & ſubſitituiſſet etiamſi matrimonium non fuiſſet ſecutum. *Gabriel conſ.* 57 *num* 11 *lib.* 9
2. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gl.* 1. *a num.* 50. *lib.* 1. quibus in facto congruit tempos prius donationis, & locus alius, quam in Capitulis matrimonialibus, quamquam parum referat, alias locus ad certum matrimonium ſecundum *Surd. conſ.* 371. *num.* 25. *verſ. vel etiam Fontanell clauſ.* 29 *num.* 3 *tom.* 1. Secundo quia hæc cauſa non excludit liberationem, ex parte donantis, nec reſpicit eius vtilitatem, ſed Donatarij, proſequitur *Gabriel.* 10
d conſ. 57 *num.* 12. *Peregr. de fideic. art.* 51 *num.* 67. *ab initio, & in fine*, *Rot. apud Pic. dec.* 22. *num.* 7 *& cor. Caual. dec.* 257. *num.* 7. & cum tamen donatio ſit, alia ratione oneris donatarij, & quidem ineſtimabilis, inſinuatione non indiget *Pereg. d. art.* 51. *num* 67. atque adeo excluditur *à d. Stat.* 150. *de donat. inſinuan. & ibi Fenzon. d.* 11
num. 55. vti propterea, quia eſt donatio ſimplex, includitur *in d. ſtat.* 149. *de form. donat. & ibi Fenzon. d. num.* 43. Ex quibus concluſum eſt, hanc obligationem, neque in dotem, vel Dotis augumentum, neque in donationem propter nuptias exceptam, proindè manare inter alios contractus læſiuos *d. c.* 151. cum ibi adnot. *à Galganett. ab* 12
init. & Fenzon. à nu. 37. *Pic. gl.* 7. *ab init. cum alleg.*

Re-

Replicatio verò Statutum prædictum locum non ha-
bere in Contractu Mulieris Magnatis relecta fuit,vt plu-
ries à Rota ſine difficultate deciſum eſt vt *cor. Merl. tot.*
13 *dec.714.*de Excell. D.Duciſſa & nouiſſimè cor. *Emi-
nentiſs Celſo,in Rom.pecuniaria 16.Iunij 1662.§ turbidis at
Heringuero de fideiuſs.c.7 num.517.* allegatus in contra-
rium de Illuſtriſs. Mulieribus obſeruatus eſt agere de illis
14 Regalia,& Iuriſdictionalia habentibus.

Prout, nec alia replicatio, promiſſionem hanc fuiſſe
factam, ſub verbo Principiſſæ; Quia, quandu Princeps
promittit, ſub fide, & dignitate principali, aut iu verbo
veri Principis, & huiuſmodi verum eſt,hæc verba indu-
15 cant Iuramentum inter Principes, vel certè Iuramentu
æquipolleant,apud *Mynſinger.obſ.17.cent.1.& Surd.dec.
234.*cum ibi adnotatis ab *Hodiern.* ipſum Iuramentum
16 etiam expreſsè præſtitum nihil operatur, vt concludit
Stat.& tradit *Pic.tot.gl.*& admittit *Rot.dec.279 numer.4.
part.8.rec.* cum alijs alleg.

Eoque facilius DD. reſponderunt, quo promiſſio di-
cebatur numquam in vita promittentis executioni de-
mandata quæ plenius deducebant informantes &c.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Taya.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 7. Maij 1668.

ARGVMENTVM.

Schedula teſtamenti, ſine die, notario, & teſtibus reperta apud defunctum valet, vt teſtamentum ſolemne, inter liberos, & ad piam cauſam; ad effectum, enim, vt diſpoſitio ad piam cauſam valeat, ſufficit, vt conſtet de voluntate diſponentis perfecta, pro qua elicienda plures coniecturæ ponderantur.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio ſcripturæ fit per comparationem.*
2 *Iure ab alio ſtatuto quis vti poteſt.*
3 *Scriptura facta manu defuncti probat confeſſionem contentorum in ſcriptura.*
4 *Recognitio ſcripturarum habetur per coniecturas.*
5 *Teſtamentum ſcriptum,& ſubſcriptum manu teſtatoris ſine teſtibus valet ad piam cauſam.*
6 *Legata in teſtamento inter liberos requirunt duos teſtes.*
7 *Maior eſt fauor liberorum quam piæ cauſæ in teſtamentis.*
8 *Schedula, ſcripta manu teſtatoris, & apud eum reperta non dicitur teſtamentum ſed intentio faciendi teſtamentum.*
9 *Limitatur, quando in ſchedula ſunt verba denotantia perfectam voluntatem.*
10 *Ponderantur ad hoc diuerſa verba.*
11 *Teſtator vnum teſtamentum pluribus codicibus habere poteſt.*
12 *Teſtamentum ſcriptum à teſtatore in dubio dicitur præparatio ad teſtandum.*
13 *Teſtator præſumitur velle diſponere iuxtà ſolitum.*
14 *Teſtamentum ſine die, anno præſumitur imperfectum.*
15 *Sicuti ſi non nominatur teſtamentum,&c.*
16 *Ponderantur aliqua ex quibus elicitur teſtamentum non eſſe perfectam voluntatem.*
17 *Coniectura coniecturis tolluntur.*
18 *Maiores coniecturæ præualent minoribus.*
19 *Voluntas potius perfecta quam imperfecta præſumitur.*
20 *Conuocatio notarij non inducit imperfectionem voluntatis.*
21 *Defectus notarij, eſt ſolemnitatis non voluntatis.*
22 *Teſtamenta plura fieri poſſunt.*
23 *Scriptura priuata an poſſit eſſe ſine die.*
24 *Teſtamentum inter liberos & ad pias cauſas valet ſine die, & anno.*

DECISIO CLXIV.

COnſtare de validitate Teſtamenti,& de credito par-
ticulari videndum DD.reſponderunt;Siquidem de
veritate ſufficientur probata viſa eſt recognitio Scriptu-
ræ Teſtatoris,& præſertim comparatione ſubſcriptionũ 1
donationum,quibus nititur Princeps,ac Scripturę Teſta-
menti cui nituntur Patres actores, & quod quiſque Iu-
ris,in alterum Statuerit,vt ipſe eodem Iure, vtatur, quod 2
ſummam habet æquitatem. & ſine cuiuſquam indigna-
tione *iux.Rub.& l.1.ff.quod quiſq Iur.*

Sed,& Princeps Pompeus auctor Principis,huius ſoluit
legata per concordiam,tamen per confeſſionem,cum die
28.*Iunij* 1636.poſt mortẽ Marchionis recepta fuerit quę-
dam ſchedula Teſtamenti abſque alia ſolemnitate,confe-
cta, ſed tantummodò ſcripta,& ſubſcripta ab eodẽ Mar-
chione in Inſtrumento 23.*Septembris* 1639.adeoque ver-
bo,& opere confectus eſt,à Marchione ſcriptam, ſubſcri-
ptamque,& conſtat vis confeſſionis,& in puncto, huiuſ-
modi ſcriptam eſſe factam manu defuncti *ad gl. dict.§.* 3
*quod vero auth.de teſtam.imperfecto Alex.conſ.76.n.1.ver-
ſic.tamen præmiſſis lib.3. Mant.de coniect.vlt.vol.tit.3.num.
9.verſ.verum plane lib.6.*

Et ſuperabbundarunt aliæ recognitiones, per aliã cõ-
parationem litterarum,vel per alia indicia de conſuetu-
dine apud *Alex.* & cum alijs *Gratian. diſcept.895.nu.32.* 4
& Rot.dec.289.num.55.part.10.

A veritate de validitate DD. perindè ſenſerunt, quia
holographo Teſtamento Teſtator ipſe dixit,& ſcripſit,
*conſiderando l'eſſer noi mortali, e che all'improuiſo ſuol ac-
cadere l'vſcir di vita* (accidit autem miſerrimè erepto) *hò
voluto con queſta Scrittura diſporre di quel che io poſſo, di-
chiarando eſſer queſta l'vltima mia volontà,&c laſcio miei
heredi vniuerſali il Conuento delle Scuole pie in Roma, &
eſecutore di queſta mia volontà il Signor Conte &c. Ho ſcrit-
ta,e ſottoſcritta queſt'vltima mia volontà di mia propria ma-
no,*& teſtamentum manu teſtatoris ſcriptum, & ſubſcri-
ptum ſine teſtibus ad pias cauſas valet *arg. auth.ſi modo,* 5
*C.fam.erc.& auth.quod ſine, C.de teſt.Tiraq piæ cauſ. pri-
uil.4 Gratian.d.dec.695.n 22.verſ.quia ex lectura P.Dia.
reſ 14.verſ.hinc plura,& reſ.26.tract.6.de teſtam priuil.p.7.
Rot.d.dec.289 n.2.*cum alijs allegatis & facile allegandis.

Et quamuis non deſint diſſenſiones, ita vt inter ipſos
liberos iuxtà *dd.auth.* in tali ſcriptura eſſent aliqua reli-
cta etiam ad pias cauſas,vt dicitur *d.auth.quod ſine in fine* 6
loquens de legato libertatis,tunc quantum ad hoc,vt ta-
lia legata valeant de neceſſitate requiruntur duo teſtes
ſecundum *Iaſ.ad d.auth.quod ſine n.1.verſ. tu autem* ple-
nius *Alex.d.conſ.76.n.14.à verſ.non obſtat tertiũ lib.2.* vbi
præcipuè *Bened.ad c.Raynu.de teſtam.verb.teſtam.1.nu.87.
Clar.§ teſtam.q.7.n.1.*& cum alijs *Craſſ.§.teſtam.q 13.n.8.
verſ.contrariam vero partem,& Mant.d.tit.3.à d.n.9.*ma-
ximè *n.11.* quibus maior eſt procul dubio ratio,in fauorẽ
liberorum,qui omninò ab inteſtato ſunt ſucceſſuri, quã
piæ cauſæ,& celebris ſententia eſt *S.Auguſt cau.vlt.17.q.* 7
4.Socc.Iun.d.conſ.189 n.76.& Bonacc. cũ aliis redigit va-
lorẽ ad forũ conſcientiæ *de contr.diſp.3.q.1.punct.3 n.16.17.*

Controuerſia tamen,& inde maior inter Doctores,&
fuit inter informantes, an huiuſmodi ſit Teſtam. aut
quędam præparatio ad illud, ità vt ſit imperfectum,non
ratione ſolemnitatis, ſed ratione voluntatis, vt olim ex
Oldrad.conſ.116. & aliis apud *Decian.reſp.86.numer.15.* 8
verſ.ſed dico quod in terminis noſtris lib.2. inquit *Rota
deciſ 576 numer.2.part.2.rec.* etenim in rebus dubijs, an
huiuſmodi teſtator voluerit iam feciſſe teſtamentum hu-
iuſmodi ſcriptura,aut facere,& teſtari iuxtà ſolitum, vt
in dubio ſit præſumendum ex *Socc.Iun.conſ.71.nu.24.lib.
4.* declarauit *Hod.ad Surd.dec.292.num.6.*

T 3 In-

Digitized by Google

Informantes, pro actoribus multa dedocebant ad in-
ducendam profectionem, ratione voluntatis,& DD.pla-
cebāt videlicet verba,*hò voluto cō queſta ſcrittura diſporre,*
*&c. dichiarando eſſer queſta l vltima mia volonta &c.*quę
præterito perfecto perfectam quoque diſpoſitionē oſten-
dant, & multò magis ſunt diſpoſitiua, de præſenti, & cū
ſuſpenſura &c. inquit *Mart.Vot.8.nu.*10.*verſ. & in verſ.*
hoc ſuum vltimum teſtamentum reddidit &c. & adiectum
hæredi exequutorem, *Laſſe miei heredi vniuerſali il Con-*
9 *uento &c.* & ſubſcriptionem, *Io ho ſcritta, e ſottoſcritta*
queſta mia vltima volontà di propria mano, ex quo ſche-
dula ſcripta, & ſubſcripta contineat voluntatem perfe-
ctam inter liberos &c. ad piam cauſam apud *Rot.Buratt.*
*dec.*475.*à num.*13.

Quibus adijciebatur,quod Teſtator ſcripſit,& ſubſcri-
pſit non ſolum, *conſiderando l'eſſer noi mortali*, ſed *all'*
improuiſo ſuol accader l'vſcir di vita, cui prouidere non
10 potuit, niſi diſpoſitione perfecta, quam penes ſe proinde
retinuerit, præcipuè vbicumque ſe mors expectabat; il-
lam vbique expectando ad ſepulturam loco incerto, &
certo modo diſpoſitam,*Che ſia ſepellito in vna Chieſa qua-*
le parerà a Pietro nel luoge, doue ſuccederà la mia morte
ſenza pompa neſſuna &c. & peregrè proficiſcens, ita vt
vnum teſtamentum, pluribus codicibus conficere quis
poſſit, & ſecum ferre, & domi relinquere &c. *l.vnum te-*
*ſtam.*24.*ff.de teſtam.§.ſed & vnum Inſt.eod.*

Informantes, pro reo multa etiam adducebāt per pro-
bationem Actoribus incumbentem concludendæ perfe-
ctionis, ad ipſam perfectionem excludēdam,etenim quo-
ties quis exemplum teſtamenti præparat, & prius dece-
dit, quā teſtamentū non valet, quaſi ex Codicillis,§ *quo-*
*ties l.fideicom.§.ff.de leg.*3. an de ſcriptura manu Teſtato-
12 ris facta, vbi non ſunt teſtes aliqui deſcripti valet, ſi Te-
ſtator perfecerit Teſtamentum, talis ſcriptura non valet
inquit *Bald à l.vlt C.de fideic. num.* 19. & niſi Teſtator
aſſeruiſſet ſe complacuiſſe dictam ſcripturam, *Alex d.*
*conſ.*16.*num.*12. amplius *Clar.in §.Teſtam.q.*7.*num.*2. &
in dubio præſumendum Teſtatorem teſtari voluiſſe iux-
13 ta ſolitum ad hoc Hod.ſuperiùs allegatus.

Et arguebant imperfectionem, ex defectu diei, menſis,
14 & anni, vltrà teſtes,& notarium &c. *Rot.d.dec.*576.*d.nu.*
2.quaſi à notario poſteà deſcribendos,& ex defectu clau-
ſulæ finalis, & pro teſtamento valeret, & ſpecialiter pro
teſtamento priuilegiato, quaſi à Notario huiuſmodi
clauſula poſteà deſcribenda, pro qua vix recepta fuerit
illa, *Laſſo dichiare e dico queſto eſſer il mio teſtamento cer.*
15 *Buratt.d.dec.*475.*in fine*, & ex ipſa ſubſcriptione materiali
materialis diſpoſitionis, *ho ſcritta e ſottoſcritta queſta mia*
volontà, non autē, *ho teſtato ſiue diſpoſto ſiue affermo &c.*
ſic enim pro vltima voluntate ſcribitur, & ſubſcribitur,
& eatenus perficitur teſtamentum in ſcriptis poſteà ce-
lebrandum *l.hac conſultiſſ.*21.*C de teſtam.* cum alijs *d.dec.*
471.*num.*14. & ſic teſtam. per ſchedulam ad eum relatū
16 ad legitimam poſteà litterarum comparationem apud
Bart.ad l.ſi ita ſcripſero, ff. de cond. & demonſtr. cum alijs
adnotatis *ad d.dec.*475.*num.*20.maxime *Mant de coniect.*
*vlt.vol.tit.*7.*num.*7.*verſ vnde etiam, lib.* 1. vbi conſilium
bonum eoque magis, quo continebant alia diſpoſita non
piè, nullo priuilegio piæ cauſæ iuxtà *d. auth. quod ſine*
cum ſupra alleg. vel maximè controuerſo etiam apud
conſcientiarios ſcriptores contra priuilegium *Card Lug.*
*de Iuſt.& Iur.diſp.*22 *num.*274.*cum alleg.* & pro priuile-
gio *P.Dian reſ* 4.*d tract.*6.*cum allegatis*.

Et adducebatur ſpeciale iudicium imperfectionis in
medio teſtamento in argentaria diſpoſitione, *libre d'ar-*
*gento, c.*130.*ſi come apparirà per l'incluſa liſta ſotto nome di*
Andrea, e di Tiberio, quæ adhuc nulla incluſa, ſiue
excluſa proponit.

Attamen vt coniecturæ, & præſumptiones coniectu-
17 ris, & præſumptionibus tolluntur, aut præualent, &
maiores excludebant minores, & plures pauciores, cum
18 alijs huiuſmodi regularibus apud *Mant.de coniect.vlt.vol.*
placuerunt DD.magis pro teſtamento, quam contra te-
ſtamentum, & adductis contra teſtamentum reſponſum
eſt adhuc regulare, quod voluntas præſumitur perfecta,
quod à præſumenda completa, ex traditis *ad l ſi quis* 25. 19
ff de teſtam ad præſumendum perfectam,& ad huiuſmo-
di perfectionem traductum eſt *in d.dec* 475.*num.*15.

Quin imò addebatur, ſi appareat ex verbis teſtatoris,
cum habuiſſet mentem deliberatam, ad abſoluēdam vo-
luntatem, & eam habeat pro perfecta, & abſoluta DD. 20
concludant conuocationem Notarij nō afficere, quo mi-
nùs ſubſiſtat teſtamentum contrà *Oldrad.conſ.*219.*num.*
10.*Franc. Aret & Vaſq.Craſſ.d.§ teſtamentum queſt.* 19.
numer 4.*verſic.ſin autem appareat*, *Grat diſc.* 895. *numer.*
22.cum alijs & latiſſimè *Magdal.* qui infinitos adducit,
inquit *Grat.P.Dian.reſol.*19.*verſ planè ſi appareat d.trac.*
6.*Hodier.ad Surd d dec.*297.*num.*1. *& à numer.* 7. cum
alijs; Defectus enim Notarij, & teſtium eſt ſolemnitatis,
non autem voluntatis, vt per ſe conſtat, & in ſupraſcri-
ptis *auth.ſi modo, & auth.quod ſine*, & alijs, qui ex huiuſ- 21
modi *Oldrad.d.conſil* 119.reſpondeant *Craſſ.d.queſt.*19.*d.*
num 4.atque alij vt ſuprà.

Defectus diei, menſis, & anni viſus eſt ſatis reiectus ab
ipſo, fauore piæ cauſæ, & ſicut contrarium ſpeciale in
priuata Scriptura Teſtamenti generaliter, vt ſpecialiter 22
etiam inter liberos generali oratione, quia pluries,& fieri,
& mutari ſolet, *C. dixerit Bald ad d.auth. quod ſine num.*
4. *Abb conſ.*98.*num.*1.*verſ. part.*1. *non habet die lib.*2. &
alij apud *Gen. deſcript. prim.* An in ſcriptura priuata de
neceſſitate dies &c. *numer.*8.& 13.*lib.*1.*qu.* tamen in te- 23
ſtamento ad pias cauſas non requiritur, ſecus ac inter li-
beros ex *Alex conſ* 4 *numer.*15.*verſ. ſecunda reſpondetur*
*lib.*7. & cum alijs *P.Dian.reſol.*23.*d.tract.*6. 24

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Taya.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 28. Ianuarij 1669.

Argumentum patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius non tenetur de eo, quod non habuit à donatore.*
2 *Hæres debet vti iure defuncti.*
3 *Nomen debitoris poteſt cedi, vendi, & donari.*
4 *Donans id quod aliquis debet cenſetur donare actionem contra debitorem.*
5 *Nomina debitorum veniunt appellatione iurium.*
6 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota perdit vſumfructum.*
7 *Præcipuè in Regno Neapolitano.*
8 *Crediti nomine, venit omne id quod debetur in pecunia.*
9 *Vſusfructus dari poteſt in pecunia.*
10 *Verba donationis interpretantur ad fauorem donantis.*
11 *Donatio ſi ſine filijs reſoluitur natis filijs.*

DECISIO CLXV.

Deciſum fuit 7. Maij proximi, conſtare, de validita-
te Teſtamenti,& de creditis hæredum teſtamenta-
riorum, particulariter videndum hodie dubitando de
Creditis, reſponſum eſt credita non deberi.

Ex facto Marchio Hieronymus donauit inter viuos
Principi Pompeio bona quædam burgenſatica, reſeruа-
tis quibuſdam,& nominatim, *tutto quello, che li compete,*
ò peruerrà per cauſa dell'anteſato della Signora Conteſſa,
vt in donatione 28.*Decembris* 1624.item donauit eidem
terram. Hoc cum alijs feudis 10.*Maij* 1631. Item dona-
uit eidem quæcumque omnia nomina debitorum bur-

gen-

genſatica, & burgenſaticorum, quæ, & quos D. Marchio habebat, & quomodolibet poſſidet, & ad ipſum quoquo modo tunc, & in poſterum ſpectare, & pertinere poſſunt virtute quarumcumque cauthelarum &c. Item omnia Iura &c. & addidit, *Perche tanto la preſente, quanto la ſopradetta donatione come ſopra fatta, ſono generali, & in quelle ſi comprende ogni coſa, però il d. Sig. marcheſe per patto eſpreſſo ſi riſerua tutti gl'animali &c. e ancora la facoltà di teſtare, e diſporre fin alla ſomma di ſcudi 2000. di Regno in d. Donatione 26. May 1631.*

in magna quantitate excedit, vt tradit *Dec. in l. cum ſe
num. 1. C. de tranſact. & conſ. 303. num. 4. poſt med. verſ ſed
concludendo, Gabriel. conſ. 154 nu 48. lib. 1. Mantic. de tac.
lib. 26. tit 9 num. 29. Rot. cor. Merlin. dec. 92. num. 8. 9. & in
Romana tranſact. 15. Decembris 1659. in § ſententiarum
vero coram Me.* Reſpectu verò habito, ad dubium litis
5 euentum, qui pro excludenda læſione inſpici conſueuit,
ex Theorica *Bart in l. cum aliter num. 5. ff. de verb. oblig.
Cagnol. in l. 2. num. 8. C. de reſcind. vend. Aym conſ 151. n.
23. Menocch. conſ. 1111. nu. 77. cum ſeqq. Gratian cap. 861
num. 4. Rot. cor Cavaler. dec. 707. num. 3.*

Hęc vero læſio concludenti probationum genere ex
6 aduerſo probanda, *iux. tex. in l. ſi circumſcripta 6. C. ſolut.
matrim. Natt. conſ. 650. nu 8. ad med. Rot. cor. Buratt dec.
538. num. 1.* non concurrit in caſu propoſito; Siquidem
portio dimidia, præter domus, monaſterio, aſſignata
conuincitur. pro ære alieno teſtatoris ab Andrea diſſolu-
to, tum pro acquiſitionibus peractis, ab ipſomet Andrea,
ac ex cauſa detractionum legitimæ, atque dotium in fi-
deicommiſſo paternis bonis eiuſdem competentis, cum
moniales debitam, quoque contendebant partem dimi-
diam bonorum olim ſuppoſitorum emphyteuſi, quæ
teſtator, tum proprio, tum nomine Andreæ à canonum
pręſtatione immunia reddiderat.

Duarum præterea domorum legatum, & trium apo-
thecarum vna cum prædio à fideicommittente relictum
Bartholomæo, ac Petro, ſub onere reuerſionis, ad An-
dream, in caſu, quo ſine filijs ipſi decederent, ex puri-
ficata huiuſmodi conditione moniales aſſerebant, vlio
abſque onere fideicommiſſi ad Andream reuerſum exti-
tiſſe. quæ omnia, cum integram dimidiam hæreditatem
poſſent abſorbere, læſionem quamcumque penitus ex-
cludunt, licet aliquæ ex prætenſionibus prædictis, in
puncto iuris, non ſubſiſterent. Etenim, pro tranſactio-
ne ſuſtinenda timor litis, nec non ſuaſio quælibet dubi-
7 tandi ſufficiens reputatur, nulla ratione pręhabita vtrũ
litis inſtitutio iuſtitiam, vel iniuſtitiam præſeferat, *ad
tex. in l. 2. ibique gloſſ. poſt princ. verſ. notatur primo & in
verb. nulla et Salic. n. 1. & 3. C. de tranſact. Bero. conſ. 176. n.
29 lib. 1. Mantic. de tac. lib. 26. tit. 1. num. 16. Oſaſch. dec.
57. num. 15. & dec. 91. num. 23. Rot. cor. Merlin. dec. 163.
num. 4 cum ſeqq. & dec. 263. num. 2 par. 3. & 348 num. 4.
par. 4 recent.* Et iniuſtitia cauſæ poſſet contractus nulli-
8 tatem dumtaxat operari, in caſu, quo, lis, ex euidenti ca-
lumnia inſtituta foret, vt præter auctoritatem *gloſſ. ac
Mant.* ſuperius recenſitam, tradit *Caſtr. in l. poſt rem iu-
dicatam 11 num. 3. & 4. ibique Angel num. 1. & 2. ff. de
tranſact. Rot. cor Buratt. dec. 927. num. 10. &* 11. vbi, quod,
pro Calumniæ excluſione, ne dum qualitas perſonarum
deſeruit. ſed quælibet quoque litigandi cauſa. 9

Hinc obeſſe non valet, falſitas cauſæ, exindè deſum-
pta. quod Andreæ legitima. ex compluribus alienatio-
nibus ab eo perhabitis conſumpta extiterat; præterquam 10
enim, aliqui, ex Dominis exiſtimarunt alienationes va-
lorem legitimę non æquaſſe, remoueri viſa fuit obiectio, 11
vel quia. ex alijs dubijs iuris articulis ſuperius recenſitis,
valet ſuſtineri tranſactio, vel quia dubietas de tempore
tranſactionis dumtaxat inſpicitur, *Menocch. conſ. 156.* 12
*num. 35. Rot. dec. 25 nu. 11. cor. Emmentiſs Otthob. & dec.
134. num. 19. poſt. Zacch. de Oblig Camer.* ac ſatis proindè
eſſe cenſetur, vt tranſigentibus alienationes, tunc tem-
poris non innoteſcerẽt ad hoc, vt nequeat infringi tran-
ſactio, quæ ſuper facto dubitabili legitimæ quoque con-
tradicitur, vt tradit *Cart. Iun. conſ. 150 nu 15. ad fin Surd.
conſ. 554. num. 4. Rot. dec 25. nu. 15. cor. Eminentiſs. Otthob.*
nec ea ſub inſtrumenti nouiter reperti prætextu poteſt
reuocari, vt probat *tex. in l. Lucius 78. § fin. ff ad Trebell.* 13
*& in l. nec intenta 23. C. de tranſact. Caſtr. in l. poſt rem iudic.
num. 4. ff. de tranſact. Bero. conſ. 178. num. 11. lib. 1.*

Animaduertebant præterea Domini, à Bonfiolis non
poſſe tranſactionem impugnari, niſi bonorum reſtitutio
præcedat, ac ſummæ flor. 3600. à tranſigentibus rece- 14
ptæ, iuxta *tex. in l. ſi diuerſa 14. C de tranſact. Pariſ conſ.
96. num. 112. lib. 1. & conſ. 26. num. 72. lib. 2. Rot cor. Greger.
dec. 354. n. 7.* dum maximè reſtitutio hæc in tranſactio-
nis inſtrumento conuenta expreſsè conuincitur.

Quod admitti debet, licet à Bonfiolis patrui, ac patris
hæreditas cum beneficio legis, ac Inuentarij adita fuit;
Vel, quia teſtantium factum coguntur approbare, donec
inſufficientiam bonorum deſcriptorum in Inuentario 15
exhibeãt, vt in ſpecie dixit *Rot. in Romana fideic. de Bari-
ſanis 17. Iunij 1650. in §. nec obſtat cor. Emmentiſs. Celſo*,
vel quia ad ipſos bona ex tranſigentium perſonis fuere
delata.

Bo: Me: Veroſpio.

Bononien. Primogeniture de Loparis.

Luna 25. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Vocatus ad plures primogenituras habentes onera incompatibilia debet vnam renunciare, & alteram retinere; & ſubſtitutus in caſum mortis, admitti poteſt in caſum priuationis, non expectata morte grauati, etiam ſi adeſſet ſpes ſobolis, pro qua non ſeruatur Fideicommiſſum, quia non poteſt ſtare in ſuſpenſo.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus ad duas primogenituras habentes onus incompatibile cum alia, vnam tantum poteſt retinere.*
2 *Ex animi declaratione velle vnam retinere aperitur ſucceſſio vocato in altera.*
3 *Contrauenıens præcepto teſtatoris priuatur etiam ſi teſtator non irroget priuationem.*
4 *Subſtitutus poſt mortem, ante mortem non admittitur.*
5 *Subſtitutus, defecta linea, admittitur, quando vltimus de linea priuatur.*
6 *In diſpoſitione conditionali ſola exiſtentia hæredis excludit ſubſtitutum.*
7 *Limita, quando teſtator requirit in hærede aliquam qualitatem.*
8 *Spes ſobolis à teſtatore vocata excludit ſubſtitutum.*
9 *Et interim datur curator bonis.*
10 *Primogenitura non poteſt ſtare in ſuſpenſo.*

11 *Ma-*

Digitized by Google

11 *Maximè, dum ex voluntate teſtatoris excluditur ſuſpenſio.*
12 *Orta ſobole, an auocentur bona à ſubſtituto.*
13 *Acceptans fideicommiſſum incompatibile videtur alteri renunciare.*

DECISIO CLXXV.

MAtthæus Luparus primogenituram, ad fauorem Æneæ Magnani ex Gentile ſorore nepotis, nec non, ex eo deſcendentium ſub ea lege, inſtituerat, vt propriæ familiæ nomine, & ſtemmate dimiſſo, vlla abſque mixtura nomen, & arma ipſius teſtatoris teneretor aſſumere, linea verò Gentilis extincta, eamdem primogenitoram Marco Antonio Luparo, nec non deſcendentibus ab ipſo deferri mandaoit; Cum verò Marchio Æneas Iunior de Magnanis prædictæ primogenituræ poſſeſſor, alteram omninò incompatibilem conſecutus fuerit à Laurentio Magnano eo ſub onere inſtitotam, vt nequirent primogeniti vtramqoe retinere, ſed alteram à Matthæo erectã tenerẽtor omnino dimittere, Io: proindè Luparus à Marco Antonio proueniens, ipſoque mortuo, eiotdem filius coram iodice de partibus iudicium immiſſionis inſtituit, à cuius ſententia delata mihi cauſa, ſoper vtriuſque partis bono Iure, dubium hodie propoſui, in Lupari fauorem à Dominis reſolutum.

Etenim, dum vtraque primogenitora, vocatis onus dedit geſtandi inſignia, ac nomen teſtatorum, vlla abſqoe alterius nominis commixtione, ac ſtemmatis, ædem proindè, vt inter ſe pugnantes ac incompatibiles in Marchione nequeunt eodem tempore reſidere, ſed alte-
1 ram ex ijs ipſe compellitor relaxare, vt tradit *Molin. de primog. lib. 2. quæſt. 14. num. 26. & 27. Theſaur. deciſ. 270. num. 9. verſ. & hoc niſi expreſſim, & num. 13. Gratian cap. 645. num. 17. Mier. de Maiorat. par. 2. quæſt. 4. illat. 8. num. 100. Latr. in tract. de vit. hum. capit. 13. num. 40. Hoping. de iur. inſign. & armor. cap. 8. §. 4. membr. 1. num. 379. Barr. de ſucceſſ. lib. 17. tit. 17. num. 7.*

Quin imò, dum idemnet Marchio pulſatus à Luparo declaraoit expreſsè, ſe Iure, ac commodo primogenituræ per Laurentium inſtitotæ velle potiri, alteram verò dimittere, quoties ad id poſſet de iore compelli, ex hac animi declaratione Matthæi primogenitora, in fauorem
2 Lupari aperta cenſetur, vt aduertit *Molin. de primog. lib. 2. addito cap. 14. num. 26. Theſaur. Iun. quæſt. for. lib. 1. quæſt. 34. nu. 3. & num. 21. cum ſeqq. Fuſar. conſ. 175. nu. 17. Altogr. conſ. 101. num. 14. cum ſeqq. lib. 2. Larre. deciſ. Granat. 51. num. 3. cum ſeqq.*

Hinc non vrget, quod, in Matthæi teſtamento pænas priuationis expreſſim contrauenienti irrogata non fuerit; Præterquam enim, onus præfatum aſſumendi nomen & inſignia, perſpecta incompatibilitate priuationem ex ſui natura induci, quoties hæres contraoeniat præcepto teſtatoris, ſeu illud, vt in caſu propoſito, nequeat explere, ne alias ordinatio hæc eluſoria omnino euadat, vt
3 præter auctoritates ſuperius relatas tradit *Chriſtophor. de Paz. de tenut. cap. 34. nu. 11. & 12. cum ſeqq. & num. 37. & 87.* Talis pæna priuationis in teſtamento Laurentij expreſſe irrogata conuincitur, ibidem ordinantis, dimiſſionem primogenituræ à Marchione inſtitotæ, in cuius executionem, ad actum dimiſſionis, ſeu declarationis Marchio proceſſit.

Ex qua ratione altera corruit obiectio, exindè petita, quod Lupari dumtaxat vocati noſcuntur in caſu quo Gentilis linea extincta foret, non autem, quoties hæres, præcepto teſtatoris non paruerit, perinde ac ſi donec degat Marchio in humanis, purificata neqoeat ſubſtitutio cenſeri.

Cum enim impotentia, ſeu contrauentio hæredis priuationem inducat, eadem proinde ſubſtitutionem operator ad faoorem alterius, in caſu lineæ extinctæ à teſtatore vocati, vt innuunt auctoritates ſuperius recenſitæ, ac
4 præſertim *Mierez. de maiorat. par. 2. quæſt. 4. illat. 8. num. 4. & 44. Chriſtophor. de Paz. de Tenut. cap. 34. num. 14. vſque ad 48.* vbi, quod caſus hic incompatibilitas debet ad mortis inſtar repotari, & tradit *Dec. conſ. 4. num. 5. & 6. & 13. cum ſeqq. lib. 2.* Adeoque ſtatim ac Marchio Laurentij nomen, & arma priuatiuè aſſumpſit, Matthæi præcepto contraueniſſe cenſetur, nec illius conſeqoenter exiſtentia, ſiuè in vim modi, ſiue conditionis onus iniunctum fuerit, ſubſtitutionis aperitionem valet impedire, vt
tradit, *Grat. conſ. 5. num. 77. & 78. lib. 2. Pariſ. conſ. 15. nu.* 5
78. cum ſeqq. & conſ. 19. nu. 50. & ſeqq. lib. 2. Molin. de primog. lib. 2. cap. 14. nu 10. cum ſeqq. Pereg. de fideic. art. 11. num. 121. Theſaur. Iun. quæſt. for. lib. 1. quæſt. 34 num. 4. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 447. num. 1. cum ſeqq. Rot. in Bononien. Domus 27. Nouembris 1658. §. 1. coram Eminentiſs. Cerro.

Præterea, licet in diſpoſitione conditionali factum nudom, ac ſola exiſtentia hæredis, ad excluſionem ſubſtituti inſpici cenſuerit, *ad tex. in l. Statius Florus 48. § Corne-* 6
lio ff. de iur. fiſc. l. qui hæredes 44. in principio, & l. Mouius 14. ff. de condit. non admittitur tamen addita concluſio, quoties teſtator de tempore delatæ hæreditatis alicuius implementum qualitatis exoptaoerit in hærede, tunc enim, deficiente, in eo, qualitate, ſucceſſio defertur ſubſti-
tuto, vt notat *Cyriac. controu. 478. num 85. & controu. 511.* 7
nu. 72. Rot. in Bononien. fideic. de Barberijs 5. Octobris 1650. §. quoniam obiecta concluſio cor. Eminentiſs. Corrado, & in Bononien. Hæreditatis 5. Iunij 1659. §. nec applicantur cor. R. P. D. Beuilaqua & in Peruſina fideic. 13. Martij 1662. §. præter quam cor. Me.

Hinc pariter obeſſe non poterit ſpes ſobolis, per Marchionem procreandæ, quæ, vti expreſsè à teſtatore vocata ſubſtitutionis purificationem videtur excludere, ioxta
tex. in l. 1. ff. vnde cogn. & in l. 2. §. ſi vero ff. ad Sen. Conſ. 8
Tertull. Franch. deciſ. 169. num. 13. Rot. in Firmana fideic. 5. Martij prox. §. præterea cor. Emin. ViceComite, ita vt in-
terim curatori ſaltem debeant bona attribui, *Decian. conſ.* 9
16. num. 95. lib. 4. Cyriac. controu. 205. num 85. cum ſeqq.

Adducta ſiquidem concluſio locum dumtaxat in fideicommiſſis ſibi vindicare conſueuit, non aotem in primogenitoris admittitur, quæ, ex ſui natura, ne quidem temporis momento vacare, ac in ſuſpenſo valent rema-
nere, vt tradunt *Theſaur. Iun. qq. for. lib. 1 par. 34. num. 24* 10
& 25. Molin. de primog. lib. 3. cap. 10. num 38. cum ſeqq. Chriſtofor. de Paz. de Tenut. cap. 34. num. 27. Larea deciſ. Granat. 51. num. 52. & plene diſcuſſo articulo reſpondit *Rot. in Tiburtina fideic. 27. Iunij 1640. §. fuit enim cor Panzirolo & in rec. dec. 424. num. 36. cum ſeqq. par 9. & in Bononien. fideic. de Barberijs 5. Decembris 1650. §. penult. cor. Eminentiſs Corrado & in Bononien. fideic. de Cataneis 11. Decembris 1662. §. & hinc Domini ad finem cor. R. P. D. Bourlemont*; præſertim quoties voluntas teſtatoris, vt in caſu propoſito, ſuſpenſionis hæreditatis excluſiua con-
currit, vt ponderat *Rot. in Piſauren. Primogenitura 16. Ia-* 11
nuarij 1651. §. ideo non ſufficit cor. Reuerendiſs. Decano, & in terminis fideicommiſſi quod admittitur, in adducta *Firmana fideic. 5. Martij prox. §. non obſtat cum ſeqq coram Emin. ViceComite.*

Adeoque donec naſcantur filij debet Loparo, primogenitura deferri, quibus ſucceſſiuè in lucem æditis, inſpiciendum erit, an eademmet primogenitura ipſi re-
uocabiliter delata cenſeatur, vt aliàs ſeruauit *Rot. in dec.* 12
346. & 394. par. 5. rec.

In qoam Domini ſententiam facilius inclinarunt, quod quoties euenit vtriuſque purificatio primogenituræ in fauorem alterius, ex vocatis, hæc, de qua agitur, vti cum altera incompatibili expreſsè renunciata fuit, tali quippe obſeruationi plurimum debet in pro-
poſito caſu deferri, vt tradit *Surd. conſ 403. num. 3. Ce-* 13
phal. conſ. 251. numer. 89. lib. 2. Gamm deciſ. 345. num. 1. Mierez. de Maiorat. par. 4. quæſt. 20. numer. 234. Rot. deciſ. 185. numer. 4 par. 5. & deciſ 424. in fin. par. 9. recent.

Ex vtriuſque verò teſtamenti inſpectione apertè con-

Digitized by Google

conuincitur, quod præceptum aſſumendi nomen, & arma, eſt onus non autem conſilium ſimplex .vt contenditur ex aduerſo præſefert.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Priolo.

Bononien. Fideicommiſſi de Luparis.

Vener. 6. Iunij 1664.

A R G V M E N T V M.

Contra deciſionem proximam, firmatur, Primogenituram poſſe ſtare in ſuſpenſo, nec admitti poſſe, ſubſtitutum ob contrauentionem, vel nou implementum oneris grauati, quando eſt ſpes procreandi ſobolem.

S V M M A R I V M.

1 *Vocatus in defectum lineæ non poteſt admitti; donec vnus ſuperſit, etiam ſi eſſet incapax ſuccedendi.*

2 *Defectus conditionis non incapacitas ſuperuiuentis excludit ſubſtitutum.*

3 *Spes procreationis ſobolis excludit ſubſtitutum.*

4 *Mors ciuilis æquiparatur naturali, quando parit eundem effectum.*

5 *Primogenitura non poteſt eſſe in ſuſpenſo, nequidem per momentum temporis.*

6 *Quæ concluſio reſtringitur ad maioratus Hiſpaniæ.*

7 *In Italia fideicommiſſum poteſt ſtare in ſuſpenſo.*

8 *Conſeruatio agnationis non cenſetur habita, quando præferuntur deſcendentes a fœminis.*

9 *Onus deferendi nomen, & arma teſtatoris, non ſemper inducit conſeruationem agnationis.*

10 *Primogenitura, maximè vbi concurrit mens teſtatoris, ſtat in ſuſpenſo.*

11 *Ob contrauentionem, vel non adimplementum oneris, quando aperiatur via ſubſtituto.*

12 *Ob contrauentionem vnius non fit præiudicium vocatis ex propria perſona.*

D E C I S I O CLXXVI.

VOcabatur Marchio Æneas de Magnanis ad duplicem primogenituram, alteram Matthæi de Luparis quam poſſidebat, cum onere defereudi nomen, & arma eius familiæ, ſine mixtura aliarum, alteram Laurentij Magnanii per mortem Patris purificatam, cum eodem onere, & præcepto, quod Primogenitus non poſſet, ex his duabus primogenituris, niſi in alterutra ſuccedere. In illa igitur, propriæ familiæ de Magnanis ſucceſſit AEneas, Hinc, orta controuerſia inter ipſum, & Marcum Autonium Luparum compræhenſum, & vocatum in teſtamento Matthæi, ſuper dimiſſiune bonorum alterius primogenituræ. Fuit ab Auditore generali, lata ſententia ad fauorem AEneæ, In Rota, verò, præuia deciſione coram R. P. D. Veroſpio ædita ſub die 25. Iunij ſuperioris anni pronunciatum, ad fauorem Marci Antonij, ſed coram me cauſa ſemel, atque iterum propoſita, ſententiam Rotalem iufirmandam eſſe reſpouderunt Domini.

Animaduerterunt, enim, hodie, quod Marcus Antonius non eſt vocatus in caſu, quo Marchio AEneas non deferret arma, & nomen Matthæi teſtatoris, ſed ſolum, in caſu, quo finita, & extincta foret linea maſculina legitima, & uaturalis filiorum Gentilis, ideoque cum hic caſus nondum euenerit, & quoad huc extat AEneas, qui eſt de linea legitima, & uaturali Gentilis, vtpotè pronepos ex filio, non eſt factus locus ſubſtitutioni ad fauorem Marci Antonij; Quamuis AEneas effectus fuerit inhabilis ob aſſumptionem numinis, & Inſignium familiæ de Magnanis, cum ad effectum excludendi purificationem conditionis deficientiæ lineæ ſufficiat, quod vnicus de linea ſuperuiuat etiam ſi ſuccedere non valeat, *l. filius fam.* 1
517. art 28. num. 52. Rot. deciſ. 145. num. 8. par. 19. & deciſ. 453. num. 3. par. 7 & deciſ. 151. num 2. par. 3. rec. & dictum fuit in *Leodien. Hæreditatis 16. Maij 1653 coram Dunozetto, & in Rom. Commenda 21. Febr. 1661. coram Reuerendiſs. Albergato confirmata ſub die 6. Febr. 1662. cor. R. P. D. Emerix.*

Ea efficaci ratione, quia uun incapacitas ſuperuiuentis, ſed defectus cunditiunis eſt, qui ſubſtitutum excludit, vt aduertit, *Rip. in l. ex facto §. ex facto num 10. verſ. reſpondetur ff. ad Trebell. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 6. num.* 2
15. Cyriac. controu. 478. num. 11. Alciat. conſ. 56. alias 505. num. 3. & propterea non debet atteudi, an ſuperuiuens ſit capax, & habilis, ſed an euenerit conditio, *Cyriac.* 3
d. contr. 478. num 9. & 10. Gratian. cap. 773. num. 7. cum ſeqq. Rot. in Romana fideic. de Soricys 22. Maij 1642. cor. Reuerendiſs. Carillo, & in Mediolanen. Bonorum 17. Martij 1648. cor. Bichio, & in Rom. donationis 25. Maij 1657. coram R. P. D. Veroſpio.

Non obſtat, quod licet non defecerit linea naturalis filiorum Gentilis, reputetur tamen ciuiliter defeciſſe, dum nullus, in ea, ſupereſt capax, & habilis ſucceſſiunis; Quia cum adſit ſpes, probabilis, quod AEneas poſſit generare filios; qui aſſumant nomen, & familiam Matthæi teſtatoris, adhuc non poteſt dici purificata conditio extinctionis lineæ Gẽtilis, ſub qua eſt vocata linea Marci Autonij, ſed eſt expectanda Murs naturalis AEneæ, cum etiam ſola ſpes procreandi ſubolem impediat purificationem conditionis, vt eſt *tex in l. 1. §. ſi quis proximior ff. vnd.* 4
cognat. & in l. 3 ff ſi pars hæred petat. & in l. 2. §. ſi verò apud Hoſtes ff. ad Sen. Conſ. Tertull & in l. ſi duobus ff. de leg 1. Fulgoſ. conſ. 185. num. 1. Vincent. de Franch. deciſ. 169. num. 13. Add. ad Gregor. deciſ. 348. num. 16. & coram Buratt. deciſ. 322. num 12. Rot. deciſ. 593. num. 1. par. 2. rec. & in Ferrarien legati 5. Martij 1663. coram Eminen. ViceComite.

Alias aperiretur ſucceſſio ad fauorem ſubſtituti quamtumuis ex AEnea naſci poſſent filij, quod eſt omnino alienum à vuluntate teſtatoris, qui non vocauit M. Antonium, niſi penitus deficeret linea legitima, & uaturalis Gentilis, per mortem naturalem; Ideò, vt euitetur hoc ingens præiudicium filiorum exiſtentium in medio, expectari debet mors naturalis AEneæ, nec ſufficit murs ciuilis, & ficta, quæ tunc ſulum æquiparatur naturali, quando eundem effectum parit ac mors naturalis *Surd.* 5
conſ. 90. per tot. Trentacinq de ſubſtit. quæſt. 2. cap. 68 Fuſar. eodem tract. quæſt. 43. num. 14. & ſeqq. Olea de Ceſſ. Iur. tit 3. quæſt. 4. num 33. & 42 Mut. deciſ 49. num 34. Rot. in Bononien fideic. de Blanchettis 28. Ianuarij 1632. coram Cardinali Veroſpio, & in d. Leodien. Hæreditatis 16. Maij 1653. coram Dunozetto, & in Bononien. fideic. de Buccaſerris 24. Maij 1655. coram Reuerendiſs. Zarate.

Neque refert, quod verſemur in primogenitura, in qua nun admittitur ſuſpenſio, nequidem, per momentum temporis, vt notant *Molin. de primog. Hiſpan. lib. 3. cap.* 6
10. num. 38. cum ſeqq. & alij in deciſ. R. P. D. Veroſpij adducti, quia præter, quod Molin. & ceteri Hiſpani loquuntur de maioratibus Hiſpaniæ, qui ex particulari lege Regni nou poſſunt ſtare in ſuſpenſo; Non autem in primogenituris Italiæ, in quibus talis lex non concurrit, & quod poſſit ſtare in ſuſpenſo, voluerunt *Franch. deciſ.* 7
169. Surd. conſ. 125. num. 40. & ſeqq Cephal. conſ. 450. num. 25. Menoch. conſ. 808 num. 31. Caluin de æquit. lib. 2. cap. 101. num. 122. Rot. coram Buratt. deciſ. 322. num. 13. & deciſ 346. num. 21. & deciſ. 394. num. 22. 24. & 25. par. 5. rec. & alij ab Informantibus cumulati.

Primogenitura non fuit principaliter ordinata pro conſeruanda agnatione, ſed, vt bona conſeruentur in

vno

vno capite quod patet, nedum quia teſtator agnatis præ-
tulit nepotes ex ſorore, quos primo loco vocauit, ſed
etiam quia poſt extinctam deſcendentiam, ſororis, voca-
uit illam primogeniti Marci Antonij ſenioris de Luparis,
& defecta linea primogeniti vocauit Balthaſſarem, &
Marcum Antonium fratres, & eorum vltimo morienti
cum filijs, vel ſine, ſubſtituit extraneum de familia de
Paſijs, ſine vlteriori ſubſtitutione, illum præferendo ipſis
filijs Marci Antonij, & Balthaſſaris; Ex hac emiſſa in-
ordinata vocatione, non facta de agnatis prius, quam
cognatis, & ex intermiſſa, ac interrupta ſubſtitutione
Marci Antonij, & Balthaſſaris, & alterius de Paſijs, non
facta ſucceſſiuè de gradu in gradũ, ceſſat, quod onus de-
ferendi nomen, & arma fuerit principaliter iniunctum
intuitu conſeruandæ agnationis, vt ita conſuluerunt
8 *Burat conſ.303. nu.68. Curt. Iun conſ.49. nu.7. Menoch.
conſ. 803. nu.8. & 14. Gabriel. conſ. 97. nu.28. lib.2. Bero.
conſ.77. num. 22. lib.2. Mart. conſ.61. num.4.*

Fortius, autem, ex quo teſtator id ipſum expreſſit in
9 teſtamento. ibi, *Ad hoc vt bona ipſius teſtatoris non deci
dant, ſed vnita ſtent, & conſeruentur in vna eademque per-
ſona*, Nec abhorruit, vt Primogenitura per aliquod tem-
poris ſpatium ſtet in ſuſpenſo; Tum quia vocauit etiam
naſcituros in infinitum; Tum, quia voluerit in omni-
bus lineis conſeruari bona in vno, eodemque capite, Vo-
luit tamen vlteriorem non admitti, niſi in linea de Ma-
gnanis prædilecta, prius finita, & extincta; Tum deni-
que, quia expreſsè in tribus caſibus contrauentionis ſuæ
voluntatis priuauit hæredes ad tempus, præcipiens ſuſ-
penſionem ad decennium. Itaque concurrente volun-
tate teſtatoris, non repugnat, quod primogenitura prin-
cipaliter ordinata, vt bona conſeruentur in vna perſona,
10 poſſit ſtare in ſuſpenſo, vt dixit *Rota in rec. deciſ.346. nu.
21. & deciſ. 394. num. 22. & ſeqq. par. 5.* & in ſpecie di-
ctum fuit in *Ciuitatis Caſtelli Primogenitura 27. Maij
1661. cor. Eminentiſſ. Cerro*, & admittunt etiam quam-
11 plores deciſ. ex aduerſo adductæ, & præcipuè *la 424.
num. 37. par. 9. rec.* & in illa *Bononien. fideic. de Barberijs
4. Decembris 1650. coram Eminentiſſ. Corrado, & in ea-
dem ſub die 19. Febr. 1652. coram Bichio.*

Retenta hac interpretatione, patet reſponſio ad con-
cluſionem, quod grauatus onere deferendi nomen, &
arma, cadat à commodo primogenituræ, & admittatur
ſubſtitutus; Nam illa procedit, vel quando ſubſtitutio
facta fuit ſub eadem conditione, & vlterius de linea eſt
ſubſtitutus habendi filios, vt erat in caſu deciſionis *in Ty-*
12 *burt fideicommiſſ. 27. Iunij* 1640. *coram Panzirolo*, vel reſ-
pectu primogenituræ Hiſpaniæ, quæ ex diſpoſitione pe-
culiari *l.45.* Tauri, deferunt exiſtentibus de tempore de-
latæ ſucceſſionis. Aliud autem hic vbi Marcus Anto-
nius non eſt vocatus, niſi in defectum lineæ legitimæ, &
naturalis filiorum Gentilis, nec teſtator, ſe reſtrinxit ad
tempus delatæ ſucceſſionis, ſed conſiderauit, & reſpexit
ad filios, & deſcendentes ex eadem linea, de quorum poſ-
ſibilitate, & natiuitate dum ſperari poteſt, non eſt in-
conueniens, vt interim remaneat primogenitura in ſuſ-
penſo, vt ſupra firmatum eſt, quibus Aeneas contraue-
niendo præcepto teſtatoris non potuit præiudica-
re; Quia talis contrauentio nocet quidem, &
præiudicat ipſi Aeneæ contrauenienti,
non autem filijs, & deſcendentibus
naſcituris, vt aduertit *Chri-
ſtoph. de Paz. de Tenut.
ex aduerſ. alleg.
cap. 55. nu-
mer. 24.*
Et ita partibus hinc
inde acri-
ter.

Bo: Me: Veroſpio.

Bononien. Separationis Bonorum.

Luna 15. Iunij 1665.

A R G V M E N T V M.

Donata à patre vni, ex filijs, quomodo eidem com-
putentur in legitimam debitam. Filius, acceptan-
do legitimam onere grauatam, quomodo dicatur
onus acceptare, etiam in præiudicium ſuorum cre-
ditorum.

S V M M A R I V M.

1 *Bona donata à patre vni filio conferuntur inter fratres,
quando conſtat de voluntate eiuſdem patris.*
2 *Vel conſtat patrem habere intentionem, vt dicta bona
imputentur in legitimam.*
3 *Pater præſumitur velle imputare in legitimam, dona-
tionem vni filio factam, quandò cogitat de legitima
aliorum.*
4 *Dictio*, alia, *deſignat bona, & perſonas diuerſas à no-
minatis.*
5 *Et operatur comparationem, & ſimilitudinem.*
6 *Filius non debet priuari legitima.*
7 *Donatio valde pinguis cenſetur, vt imputari debeat in
legitima.*
8 *Præcipuè ſi æquiualeat legitimæ.*
9 *Inæqualitas magna non præſumitur habita à patre inter
filios.*
10 *Legitima filij à patre non grauatur.*
11 *Filius, acceptando relictum patris, longe vltra legiti-
mam, cenſetur eius onus acceptare, & num.13.*
12 *Legitima non comprahenditur in generali renunciatio-
ne.*
14 *Filius acceptando teſtamentum patris ſibi præiudicat in
legitima.*
15 *Præcipuè ſi acceptet onus ante mortem patris.*
16 *Renunciatio in contractu inito cum patre porrigitur ad
legitimam.*
17 *Grauati affectio non attenditur in fideicommiſſo.*
18 *Debitor ante agnationem hæreditatis poteſt eam in præ-
iudicium creditorum repudiare.*
19 *Siuè agatur de creditoribus Chirographarijs, ſiuè hypo-
thecarijs.*
20 *Filius, in vita patris poteſt acceptare onus in legitima in
præiudicium creditorum.*

D E C I S I O CLXXVII.

NOmine Creditorum Pauli, cui Iacobus Pater non-
nulla bona valoris ſcut. circiter *triginta millium*,
Iure donationis conceſſerat, ſecundæ deciſionis funda-
menta impugnabantur, vbi bona præfata referuntur,
in cauſam legitimę eidemmet Paulo, in paterna ſubſtan-
tia præſtandæ. Verùm, rationibus ab ijſdem deductis,
minimè obſtantibus, deciſio confirmationis hodie ro-
bur obtinuit.

Siquidem *text. in l. illud 20. C. de collat.* in legitimam
prohibens imputari bona, à Patre, inter viuos filio elar-
gita, in ſimplici dumtaxat donatione ſibi locum aſſu-
mit, nullam Patris declarationem continente, non autem
admittitur in caſu, quo Pater imputationem apertè in
ipſo donationis actu perciperet, *ad tex. in l. ſi quando 35.* 1
§ & generaliter, C. de inoff. teſtam. Vel hic animus adſcri-
bendi bona donata in cauſam legitimæ, ex aliquibus
coniecturis conſurgeret, vt tradit *Bart. in l. 1. §. ſi pa-* 2
*rens num. 1. ff. ſi à parent. quis fuer. manumiſſ. Fulgoſ.
conſ.217. num.2. verſ 2. ad ſecundum, Bertrand. conſ.216.
num.*

Google

num.2.3.vol.2.par.2. Corn.conſ.64.nu.6. verſ.ſed rem cla
ram lib 1.Surd.conſ.149.n.18 cum ſeqq.& conſ.192.nu.21.
22.Peregr.de fideic.art.38.n.128. Merl. de legit.lib.2.tit.2.
q.1.num.24.Caren.reſol.195.num.9.Rot.deciſ.385.num.28.
cum ſeqq.part.9.rec.

Plures verò in caſu propoſito coniecturę recenſentur,
hanc Patris volontatem ex neceſſe inferentes, quarum
præcipua ex ipſomet donationis Inſtrumēto deſumitur,
vbi Iudici Pater expreſſit ſibi alia bona ſupereſſe, aliorū
filiorum legitimam æquaotia. Quemadmodum enim
Pater in præfato verborum contextu, cogitauit, de cęte-
rorom filiorum legitima, in bonis ſibi remanentibus pre-
3 ſtanda, ita euidens pariter animus ipſius, arguitur in bo-
nis donatis, deferendi Paulo legitimam, vt in his termi-
nis, licèt à contrario ſenſu, arguit Fulgeſ.in conſ.217.n 2.
verſ.ad ſecundum. Præſertim, quia dictio illa, alia, ad
4 bona relata, nec non altera ſe referens ad filios, nedùm di-
uerſa bona a contentis in donatione, & perſonas omninò
diuerſas ab ipſomet Paulo primitus nominato, deſignat
iuxta tex.in l. ſi fundum ſub conditione.§.libertus, ff.de leg
1.Decian.conſ.24.num 99.vol 1. Pariſ conſ.79.n 21. vol.2.
Rot.in Romana. ſeu Vercellen.fideicom.14.Martij 1661.§.
hinc obeſſe cor.Me. Verùm etiam æquiparationem ope
5 ratur, ac ſimilitudinem, vt notat Alex in conſ 104 num.4
lib.2.& conſ.1 num.10.lib.4. Roman.conſ.485 nu 5.Rot.cor.
Buratt.deciſ.217.n.1.10. alias vero reſultaret abſurdum,
quod Paulus tacitè excluſus à conſecutione legitimæ, in
bonis Patris remaoentibus, orbatus euaſiſſet legitima
6 contra diſpoſitionem Iuris in l. quoniam in prioribus 32.
Cod. de inoff. teſt. ad quod euitandum oportet ex neceſſe
fateri bona donata, ex vtriuſque mente contrahentis ceſ
ſiſſe in legitimam.

Altera verò coniectura ex valore donationis, reſultat,
partem ferè dimidiam paternæ ſubſtantiæ adæquaote
virtute exceſſus, ex præſumpta Patris voluntate impu
tatio debet admitti, vt aduertit Iaſ.in l. ſi quando, §.& ge-
7 neraliter, nu.3.C. de inoff. teſt. aſſerens, ad hunc effectum,
ſuffragari, vt valori legitimæ donatio reſpondeat, quod
8 tradit etiam Bertrand.conſ.216.num.1.verſ.& licet, vol.2.
part.2.Craſſ in §. legitima q.22.num 12.Pereg. de fideicom.
art.38.n.128. cum cęteris auctoritatibus, in præterita de-
ciſione deductis. Ad euitandam potiſſimè inter cęteros
quatuor filios inæqoalitatem, quæ nequit in tàm ingen
9 ti, præſertim exceſſu in Patre præſumi ad text.in l. cum
Pater 79 §.emēlis, vbi gloſ.notat in eodem verbo, ff.de leg.2.
& in his terminis docuit Bart in auth. ex teſtamento poſt
num. primum C de collat. Bald.in l.illud 20.n.26.C eodem
tit Dec conſ.59 nu.3. Menoch.conſ.153.num.16.17. Surd
conſ 143.n.7.cum ſeqq & num.10.Merl.de legit.lib.2.tit.2.
q.29.n.50.52.Sanleger.quæſt.ciuil lib.1.cap.35.n.23.

Nec poterit coniectura imputationis excluſiua deſu-
mi ex onere fideicommiſſi, per Patrem, bonis donatis in-
10 fixo, licèt enim legitima filij nequeat a Patre grauari, ad
text in l quoniam in prioribus 32.C.de inoff.teſt. Dum ta-
men Paulus, cui ex verbis à Patre, in donatione expreſſis,
nec non ex valore ſubſtantiæ donatæ nimis exceſſiuo
paterna voluntas innotuit, referendi bona donata, in
cauſam legitimæ donationem ſimpliciter acceptauit,
Iuri ſuo cenſetur ipſe renunciaſſe noo ſecùs, ac ſi idem-
met legitimam, fideicommiſſi vinculo præpgrauaſſet,
11 iuxtà diſpoſitinoem tex.in l ſi liqueat 8 §.nam, quod vxo-
ri, vbi Bald.nu.20.C de inoff.donat. Hedtern. ad Surd dec.
332.n.41.Merl Pignatt.contrcu 34.num.33.cent.2. Rot.in
Romana donationis 11.Februarij 1564. §. nec obſtant cor.
R.P.D Priolo.

Hinc non vrget text.in l. ſi quando 35.§.& generaliter,
12 C.de inoff teſt. diſponens, ſub generali renuociatione non
contineri legitimam, niſi eiuſdem mentio ſpecialis ibidē
includatur; Cum enim ageretur in propoſito caſu, non
de renunciatione ſimplici, ſed de donationis contractu,
grauamen continente, ſuper legitima prçuentioe filio
per Patrem etiam io ſumma maiori, exhibita, io filij po-
teſtate nullatenùs reſidebat, onere reiecto lucrum acce-
ptare, ac illa ſpecialis proindè acceptatio donationis ipſi
præiudicium intulit, reſpectu legitimæ, vt in his ferè ter-
minis, tradit Gratian.in diſc.982.n.6 cum ſeqq. vbi, quod 13
in hac imputationis materia a mera Patris voluntate pē-
dente, filius paternam diſpoſitionem approbando, ſibi
præiudicat, reſpectu legitimæ, & in caſu fortiori, conſu 14
luit Cuman in conſ.168.num.2. vbi, quod præfati textus
diſpoſitio, ſibi locum dumtaxat adſcribit, in generali re-
nunciatione a filio perhabita poſt Ius ſibi, ex Patris obi-
tu, delatom ſuper legitima, non autem valet admitti,
quoties, de contractu tractetur inter Patrem ac filium,
inito tempore, quo actio nulla fauore filij exorta fuerat
ſuper legitima eidem poſt Patris dumtaxat obitum, de-
ferenda, ad tex.in l prima, §.impuberi, vbi gloſ.notat.in ver-
bo debetur, Cod. de collat. bonor Tunc enim generalis re- 15
nuociatio, præſertim Iuramento monita, ad legitimam
quoque porrigitor, cuius opinionem amplexi fuere Dec.
conſ 299.nu.5 Curt.Iun.conſ.10.num.3. Ruin.conſ.97.nu.7.
verſ.ſed aliud lib.1.& conſ.27.n.8. lib.3. Honded.conſ.10. 16
nu.29.lib.1 Mangil.de imput q.91.num.15.

Altera pariter viſa fuit coniectura corruere elicita, ex
venditione partis ſubſtantiæ donatæ a Paolo perhabita
ſub aſſertione quod nulli oneri illa ſubiaceret. Quoniā,
io materia fideicommiſſi non attenditur grauati hære-
dis aſſertio, ſuper bonorum libertate, quæ ab ipſo edita
præſumitur, vt perſonas ad emendum faciliùs alliceret,
vt reſpondit Rot.in Rom. fideic.de Maximis 11. Ianuarij 17
1649.§.non releuant.coram Reuerendiſs. Decano, & in Ro-
mana fideic.de Rampons 28.Iunij 1662.§.nec demum vr-
get cum ſeqq coram Bourlemont.

Hinc non vrget, quod Iacobus in teſtamento poſtmo-
dum edito, prohibitionem alienationis bonorum filijs
iniunxerit excepta legitima. Siquidem præcedente ip-
ſius voluntate, perſpecta, imputandi bona donata in le-
gitimam Pauli, exceptio illa legitimæ ad cęteros dum-
taxat filios debet referri, pro quibus reliqua bona ſpecifi-
ce fuerunt in donatione reſeruata, vt fuit in præterita
deciſione comprobatum.

Denique non obſtat, quod Paolus grauamen ſuper
legitima in præiudicium Creditorum acceptare nequie-
rit, ſicuti enim poſt Patris obitum filio ante agnitionem
permittitur legitimæ, ac hæreditatis repudiatio ad præ-
iudicium Creditorum, iuxta diſpoſitionem tex. in l. qui 18
autem 6.vbi gl.notat in princ. ff. quæ in fraud.credit.Caſtr.
conſ.135.n.1.2.vol.1.Alex.conſ.210.nu.15.vol.2. Gozzad.
conſ.96.num.34 Peregr.conſ.46.n.17.cum ſeqq.lib 3.Hon-
ded conſ 55.num.54.lib.1.Tiraq.de Primog q.24.nu.1. cum
ſeqq.Carpan.ad Stat.Mediol.265.n.41.p.1. Coſt de remed.
ſubſid prælud.1.num.20.Gratian.diſc.232.nu.1 cum ſeqq.
Paſchal de patr.poteſt.p.2.cap 4.num 174. verſ. verius au-
tem eſt, Salgad in Labyr.Credit.p.2.cap.16.num.25.cum
ſeqq ſiue de Chirographarijs creditoribus, ſeu hypothe-
carijs agatur, Peregr.add.conſ.46.num.23. lib.3. Fachin. 19
contr.Iur lib.13 cap.46 Socc.Iun conſ.124.nu 4. cum ſeqq.
lib.3.Coſt.de remed. ſubſid.prælud.1.num.20.Giurb.ad con-
ſuet Meſſan cap.5 gl.7.p.1.n 9.10.cum ſeqq.Caſtill.contr.
Iur.lib 5.cap.112.num.52. verſ idem quoque Mangil. de
imput.q.4.a num.18.vſque ad num.25. Franc.deciſ 101.
num 1.cum ſeqq.& à num 16.vſque ad fin. Gratian. deciſ.
March.17.num.15.cum ſeqq. eò faciliùs acceptatio gra-
uaminis in vita Patris expleta debet ſuſtineri, cum tunc
temporis Iura legitimæ penitùs exiſterent incerta, vt
tradit Gozzad.in conſ.96.num.3.Bero conſ.43.num.2.lib.1. 20
Gratian.diſcept.271 num.9. Noguerol. alleg.19. num 63.
64.Salgad.in Labyr.Credit.par.2.cap.16.numero 41.cum
ſeqq.

Et ita vtraque &c.

Reoerendiſs. D. Albergato Decaoo.

Auenionen. Fideicummiſſi.

4. *Iulij* 1670.

A R G V M E N T V M.

Habens facultatem nominandi aliquem ad fideicommiſsum, quomodo puſſit murare modum urdinatum à dante facultatem; Et melioramenta, quibus inſpectis reficiantur.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum*, Præcipua, *importat emptionem ab omni onere.*
2 *Senſus verborum diuerſarum linguarum explicatur ab informatis regionum.*
3 *Hæres fideicommiſſarius tenetur ſeruare factum defuncti, etiamſi de proprijs bonis hæredis diſpoſuerit.*
4 *Melioranti datur retentio pro melioramentis, donec illi reficiantur.*
5 *Qui habet ius nominandi ſub certis modis, non poteſt liberè diſponere.*
6 *Nominatus non recipit à nominante, ſed à teſtatore, qui dedit facultatem nominandi.*
7 *Mulier cenſetur velle ſeruare voluntatem ſui viri defuncti.*
8 *Verba explicantur iuxtà voluntatem, & poteſtatem proferentis.*
9 *Verbum*; prælegatum, *ſonat idem, ac præcipuum.*
10 *Niſi conſtet diſponentem aliter intellexiſſe.*
11 *Prælegatum ex quibus verbis computetur in detractiones.*
12 *Filius abſtinere poteſt ab hæreditate parentum.*
13 *Filio non hæredi non obſtat factum parentum.*
14 *Vt probentur melioramenta, debet conſtare quis fuerit ſtatus antiquus, & quid fuerit impenſum.*
15 *In melioramentis reſtituitur, quod eſt minus, vel melioratum, vel impenſum.*
16 *Melioramenta non probantur ex augumento pretij rei melioratæ.*
17 *Melioratus reddit, quod minus eſt, & eligere poteſt.*
18 *Augumentum intrinſecum rei cedit commodo Domini non meliorantis.*
19 *Melioramenta compenſantur cum fructibus.*
20 *Hæres grauatus poſt tempus reſtitutionis fideicommiſſi debet compenſare fructus, cum melioramentis.*
21 *Melioramenta vbi ſunt turbida, datur Cautio ea reſtituendi prout de iure.*
22 *Et interim non impeditur immiſſio.*

D E C I S I O CLXXVIII.

CVm Ioannes Derhodes controuerſam domum ſubieciſſet perpetuo fideicommiſſo, ad fauorem deſcēdentium maſculorum cunceſſit Franciſcæ de Lopis vxori facultatem, & poteſtatem vuum, vel alterum nominandi, ſecundum quam, prælecto Bernardinu filiu, eique, iure prælegati, relicta dicta dumo, cum hoc, vt eidem deberet eſſe præcipua, & vltrà portionem hæreditariam, urta eſt quæſtio inter Cathatinam oeptem Bernardioi poſſeditricem, & Franciſcum alterius filij pronepotem, & ad fideicommiſſum vocatum ſuper huiuſmodi domo, cauſaque in partibus, & deindè in Curia diſcuſſa, emanauit ſententia, ab Auditore Eminentiſs. Legati Auenionen. ei concedens immiſſionem, præſtita cautione, de refundendis melioramentis, eaque comprobata per ſimilem ſententiam Bonæ Memoriæ Emerix, dubitaui, an hæc eſſet confirmanda, vel infirmanda, & Domini pro confirmatione reſponderunt.

Fideicommiſſum non ampliùs controuertebatur, & depuratum remanet, ex deciſiune præfati bonæ memoriæ *Emerix ſub die 26. Iunij* 1665. & difficultas reſtringebatur ad tria per Catharinam obiecta,

Primum, quod dicta domus fuiſſet à fideicommiſſo exempta, dum Franciſca eam prælegauit vna cum
proprijs bonis. *ſub declaratione, quod omnia, & ſingula*
prælegata vult & intelligit eſſe præcipua dd. legatarijs filijs 1
ſuis; etenim verbum illud, *præcipua* importare immunitatem, & exemptionem ab umni onere. ac reſtitutione
innuit *text. in l. 1. §. nec Caſtrenſe, ff de Collat. & in l. filia*
12. cum l. ſeq. C. eodem tit. cum alijs docte ſimul, ac eleganter adductis per D. meum *Iacobum Emerix ſub die*
18 Iunij 1668. cor. Eminent. D. Cerro, Cum veluti Aduocatus, de more ſcriberet, ante ingreſſum, iu hoc ſacrum Tribunal, & in ſenſu Gallico atteſtantur, ſex Cauſidici formiter in vim Remiſſurialium examinati, *Sum.* eiuſdem Poſitionis Catherinæ, *num.* 2. quibus deferendum
eſſe, vtpote de huiuſmodi intellectu optime informatis
docuit *Bart. in l. de quibus ſub nu. 3. ff. de ll. Decian. conſ. 5.* 2
nu. 80. lib. 2. & cenſuit *Rot coram Seraph deciſ. 1159. nu. 2.*
& 3. & in Leodien Bonorum 25. Iunij 1663. §. attamen coram Eminentiſs. D. meo Cerro.

Secundum obiectum erat in qualitate hæreditaria ipſius Franciſcæ deponeotis, qua dicebatur affectus ipſemet Actur, mediante perſuna Pompeij, & Magdalenæ Parentum, quæ inſuper iſtud Ius præuctiuè ceſſerit eidē Actori, ex Iuribus in *d. Summ nu. 3. 4. 5. & 6.* quandu dubium
nō eſt hæredem etiamſi fideicommiſſariū teneri ſeruare
factum defuncti, etiamſi de re propria ipſius hæredis diſ-
poſuerit, *ad text. in l vnum ex famil. 69. §. ſi rem ff. de leg.*
2. Rot. in diuerſ deciſ. 110. n. 26. par. 2. cor. Gregor. deciſ. 556. 3
nu 3. cum alijs in hac Cauſa ſuper dubio remiſſuriæ 26.
Nouemb. 1666 cor. D. Card. Cerro, §. 1. verſ. replicabatur.

Tertium denique conſtituebatur in melioramentis, factis à Ioanne Patre ipſius Catherinæ poſſeditricis, quibus in ſpecie iuſtificatis, per Teſtes, & Peritos in eodem *Sum n. 9. & ſeqq.* non dicebatur ſatisfactum per cautionem, ſed tantummodò per poſitiuam ſolutionem, ac integralem refuſionem, alioquin reo competere retentionem, & conſequenter Actori immiſſiunem eſſe dene-
gandam reſpondit *Gabriel. conſil. 31. n. 24 lib. 2. Rot. in rec.* 4
dec. 161. n 1. par. 2. in Roman. Vinea 16. & 21. Iunij 1660.
vtrobique, § iuſtitia cor. Reuerendiſs. Papien. & nuper fuit dictum *in Bononien. Domuncularum 27. Iunij mox præteriti, § ratio reſolutionis coram Me.*

His tamen minimè obſtantibus, contrariom Domini reſponderunt. Primum enim ceſſare viſum eſt; Tum ex defectu poteſtatis, tum voluotatis, in ipſa Franciſca, poteſtatis, quidem, dum Teſtator, ei tribuerat Ius nominandi tantummodo, non autem liberè diſponendi, & cum hoc, quod nominatio ſubiaceret iiſdem vinculis, & prohibitionibus alienandi in Teſtamentu contentis, ibi, *legauit, ac legat dictam domum habitationis ſuæ, cum dd. mobilibus illi, aut illis ex dd. Ioanne Michaele, & Bernardino Derhodes filijs ſuis cohæredibus, qui erit, vel erunt ad hoc nominati, vel electi per dictum Delopes eorum matrem, ſi tamen ipſa moreretur non facta nominatione, aut electione voluit dictam domum pertinere ad illum, vel illos, qui erit, vel erunt vocati in dicto ſuo Teſtamento. & Codicillo, & hoc totum cum, & ſub prohibitionibus de alienando contentis in dicto Teſtamento, & Codicillo, quas voluit ſemper durare, & eſſe ſeruandas, ſiue dicta Delopis faciat dictam nominationem, vel non, Summario dictæ Poſitionis Franciſci, numero ſecundo*, qui autem habet Ius nominandi, & quidem ſub certis modis, & conditioni-
bus, nou poteſt liberè diſponere *l. ſi pupill. verſic. l. Præ-* 5
tor, ff. de reb. eorum in l. diligenter, ff. mandat. & in l. ſed ſi ante, ff. ad Trebellian. & in ſpecie eſt,
text.

text. in dict. l. vnum ex famil. 69. §. primo, ff. de legat. 2.
in ijs verbis, ibi, Non enim facultas neceſſaria electionis pro-
pria libertatis beneficium eſt, quid enim, quod de ſuo vi-
detur reliquiſſe, qui quod reliquit omninò reddere de-
buit, optimè Frecc. de ſubfeud. libro 2. quæſt. 36. Chriſt.
de Paz. tract. de Tenut capit. 34. numero 153. Cald. de
de Iur. emphyt. tit. de poteſt. eligen. libro 3. cap. 16. numero
3. & ſeqq ideoque nominatus non agnoſcit nominan-
tem, ſed Teſtatorem ipſum, qui facultate conceſſit Bald.
6 in l. cum quis decedens 35 numero 4. & 5. de legat. 3. in
l. vnica, §. ne autem, Cod. de caduc. tollend. Cald. dict.
tract. lib. 13. cap. 16. numero 3. & ſeqq. & prius lib. 2. q. 17
num 10. Surd. deciſ. 8. num. 23. Rota coram Gregor dec. 252
numero 9. coram Duran deciſ. 307. num. 2. & in rec. deciſ.
87. num. 8. parte 10.

Voluntatis verò, dum Franciſca non ſimpliciter præ-
legauit hanc domum, ſed reſtrictiuè ad facultatem ſibi
à marito conceſſam, vt in primo Teſtamento, ibi, Præle-
gauit, & prælegat d. Teſtatrix nobilis Bernardino Derho-
des filio ſuo ſecundum poteſtatem illi datam à ſupra-
dicto q. nob. Ioanne Derhode ſuo marito domum paternam,
&c. & rurſus in ſecundo, ibi, Prælegauit nobilis Bernardi-
no Derhodes ſuo filio, in ſequendo poteſtatem illi datam à
dicto q. nobili Ioanne Derhodes ſuo marito domum pater-
nam, &c. eodem Summ. num. 3. & 4. Vnde etiam mani-
feſte colligitur, eam potiùs voluiſſe ſequi, & obſeruare
Teſtamentum mariti, quam ab illo recedere, Alexand.
conſ. 81. num. 6. & ſeqq lib. 6. Rom. conſil. 65. numero 15.
ad med & numero 17. pariter ad med lib. 1. quod regula-
re eſt mulieribus, vt voluntatem mariti in dubio atten-
dere, ac cuſtodire cenſeantur, ad tradita per Fontanell.
de pact. nupt. in addit. in fin. tom. 2. ſub numero 7. & deciſ.
7 525 num. 2. & ſeqq. cum alijs, per Caſtill. contr. cap. 26. nu.
18. & ſeqq lib. 2.

Vnde ſilent, quæ dicebantur de illa dictione, præcipua,
& de ſenſu, ac intellectu illarum partium eam audien-
tium pro verbo exemptiuo, & abſolutio rei legatæ à
quocumque onere, ſeu vinculo reſtitutionis; Si quidem
ea procedere poſſunt in terminis habilibus, vbi ſcilicet
concurrit poteſtas, & voluntas diſponentis, ſecus in ca-
ſu contrario, vbi vtraque qualitas deficit ad tradita per
DD. in l. Marcellus, §. quidem liberis, & in l. hæredes
8 mei, §. Cum ita, ff ad Trebellian Mantic. de coniect. li-
bro 7. tit. 7 Peregrin. de fideicomm. artic 7. numero 1. &
per tot. vbi latè, quando prælegata veniant in reſtitu
tione fideicommiſſi ex poteſtate, ac voluntate Teſtato-
ris, & tamen illud verbum prælegatum de iure ſonat
9 idem, ac præcipuum, vt notat Briſſon. de verb. ſignif. lib.
14 verb. præcipua Bar. de ſucceſſ. parent. libro 14. tit 6. in
fine, & communem vſum loquendi non attendi, in
concurſu voluntatis diſponentis monet text in l in condi-
tiom, ff. de condit. & demonſtrat. Rimninald. Iun. conſil. 456
numero 48. Mantic. d. tract. de coniect. libro 3. tit. 8. numero
13. cum innumeris alijs per Caſtill. controu. lib. 4. capit. 8.
numero primo, & ſeqq & cap. 62. num. 5. & ſeqq. & vbi ex
verbis adiectis elicitur, diſponentem aliter intellexiſſe,
10 tamquam non verſemur tunc in caſu ſimplici, ſed mix-
to Rota coram Gregor deciſ 257. numero 10. verſic Præte-
rea Altograd. conſ. 70. num. 19. lib. 1. & conſ. 35. num. 26.
lib. 2.

In præſenti autem vltra carentiam poteſtatis, de
qua ſupra voluntas etiam ſatis ſuperque colligitur, ex
huiuſmodi verbis ab ipſa nominante adiunctis, ibi, &
quod habeant dd. prælegata, vltra eorum portionem hæ-
reditariam, ex quibus excluditur quidem prælegatum
ab imputatione in legitimam ipſius matris, non autem
ab onere adiacente, at ei priùs per Teſtatorem im-
poſito, quaſi Teſtatrix declarare voluerit ſenſum,
in quo intellexerit illa verba antecedentia ſumendo,
ly, &, pro, ideſt, explicatiuo, & legendo, quæ legata vult
11 eſſe præcipua filijs ſuis, ideſt, quod habeant dd. prælega-
ta vltra portionem hæreditariam ad Bartol. in l. quaſi
tum, §. ſi quis fundum num. 6. & ſeq. de fund. Inſtr.

Rot. in diuerſ. deciſ 366. numero 2. par. 1. & coram Buratt.
deciſ. 297. num 11.

Quoad ſecundum parùm, aut nihil immorandum eſ-
ſe, dicebant Domini, dum ex prædictis conſtat Franci-
ſcam noluiſſe recedere, à voluntate fideicommittentis,
& conſequenter nihil eſt, in quo hæres illius factum ſer-
uare teneatur, & nihilominùs licet, ex datis in Summ.
numero 3. & 4. conſtet Pompeium fuiſſe hæredem Mi-
chaelis, qui fuit hæres ipſius Franciſcæ, nullibi tamen
apparet Franciſcum, qui hodie agit fuiſſe hæredē Pom-
peij, nec id probatur, tum ex eius Teſtamentu in Summ.
num 4 in quo inſtituit Magdalenam vxorem, cum one-
re reſtitutionis, ad fauorem eiuſdem Franciſci, dum ip-
ſamet Magdalena adhuc viuit, & filius nihil accepta-
uit, & poterit, ſuo tempore, abſtinere ex textu in l. cum
hæredit. ff. de acquirend. hæredit. in l. ſi cum dote, §. tranſ- 12
grediantur in fine, ff. ſolut. matrimon. cum alijs vulga-
tis, tum ex ceſſione ei facta, per ipſam Magdalenam
matrem omnium iurium paternorum, ad effectum
agendi in hoc fideicommiſſu, vt in eodem Summ. nu-
mero 6. dum Franciſcus, non in vim dictæ Ceſſionis, ac
ex iuribus paternis, ſed tanquam nominatus in Teſta-
mento fideicommittentis, & ex propria perſona huc
vſque expertus eſt; Vnde ei factum Patris, vel quorum-
cumque parentum obeſſe non poteſt l. ſi ſuſpecta, §. vl-
timo, ff de inoff. Teſt. l. ſi ſententia §. ſi hæres. ff. de ap- 13
pellat. capit. veniens extra de tranſact. Rota coram Royas
deciſ. 287. numero 4. & ſeqq. & in recent. deciſ 147. nu-
mero 2. par. 5. deciſ. 168. numero 3. par. 11. & alibi paſ-
ſim.

Quo denique ad tertium exceptionis melioramento-
rum, ad quæ Rota coram Eminentiſs. D. meo Cerro, dict.
die 18. Iunij 1668. difficultatem reſtrinxerat, viſa eſt Do-
minis illiquida, admodumque turbida probatio, ſiue ea
deſumatur ex Teſtibus, ſiue ex Peritorum relatione,
vltrà quod enim ex deductis, in facto conuincuntur
varij, & fallaces, ex ijs conijci non poteſt, quis nam fue-
rit ſtatus antiquus controuerſæ domus, & quantum fue-
rit impenſum, cum tamen hæc ſint neceſſarijſſima ex-
trema, ſine quibus obtineri non poteſt Scapuccin. de
Salman. libro 2 quæſt. 24. numero 2. Gratian deciſ. March. 14
225. num. 4. & in add. num. 6. Amat. reſol. 14. num. 62. &
ſeqq. Rot. coram Seraph. deciſ. 952. num. 2. & 3. deciſ. 1453.
num 5. in recent. deciſ. 356 num. 2. & deciſ. 650. num. 2. par.
2. coram Buratt deciſ. 834. num. 11. & in Auenionen. Sal-
uiani 25. Maij 1657. §. 2. & ſeqq coram Reuerendiſſ. Pa-
pien. ex euidenti ratione, quia niſi probetur ſtatus anti-
quus diſcerni non poteſt, quid, & quantum fuerit am-
pliatum, acélioratum, vt aduertit Rot. vbi ſupra, & in
rec deciſ. 206. num. 1. par. 4. & 318. num. 15 par. 9. cor. Du-
nozetto Iun. deciſ. 413. nu 5. & ſeqq. & niſi conſtet, quid, &
quantum in melioratione impenſum fuerit, non poteſt
melioratarius ſatisfacere, in cuius facultate eſt ſoluere,
quod eſt minùs inter melioratum, & impenſum ad text.
in l. in fundo 19. ff. de rei vind. Rot. in diuerſ. deciſ. 530. num.
1. par. 4. coram Vbald. deciſ. 254 nu 4. coram Merlin dec. 15
546. num. 1. in Romana fideicommiſſi de Spiritibus 22. Maij
1643. coram bo: me: Bichio, coram Eminentiſſ. Celſo, deciſ.
387. num. 9. in Romana melioramentorum 28. Septembris
1658. §. finali, coram R. P. D. meo Priolo, & alij allegati in
Rom. fideic. de Alberinis 23. Iunij 1662. §. aliud creditur
coram R. P. D. meo Beuilaqua.

Quod verò domus ipſa fuerit empta à fideicommit-
tente ſcutis aur. 350. & hodiè æſtimata ſit ſupra 3. m. nō
concludit, ſiue quia ſcutum aureum ſolis à ſęculo, & vl-
tra valdè creuit, adeò vt quod anno 1544. tempore em-
ptionis valebat ſolidos 45. hodie aſcenderit ad ſolidos
118. vt in atteſtatione, cum præſenti exhibita, ſiue quia
Teſtator ipſe quamplura fecit melioramenta, & quidem
in ſumma notabili in eius libris mercantiliter tentis, de-
ſcripta præſenti Summ. Franciſci, num. 1. ſiue demùm 16
quia non ſufficit, vt dictum eſt, conſtare de valo-
re, & augumento, niſi ſimul conſtet de impenſo,

ne debitor electionis beneficio fruſtretur *Bart. in dict. l. in fundo, ff. de rei vind Garz. de expenſ. capit.24 numero 2.& ſeqq. Valaſc. de Iur. Emphyt. quaſt.25.n.8. Amat. d.reſolut.14.numero 62. & ſeqq.* vbi innumeri referuntur, *Tondut. reſol.ciuil.par.2.capit.154 numero 2.& ſeqq. Poſth. de manut. obſeru.12. num.55 & reſol. ciuil,131.nu.13.& ſeqq.*

Et oæc reſponſio percutit etiam motiuom locatioois, nihil enim inter eſt melioratarij quanti pluris fundus melioratus fuerit, ſed quanti minoris per mel orantem impenſum ſit. *dict. l. in fundo, ff de rei vindic.*
17 *Rot. in recent. d. deciſ.650. numero 2.par.2, & deciſ.363. numero 12. & 13.par.11,* & dandum eſt aliquid, beneficio temporis,& aliis intrinſecis augumentis, qoæ io ſo-
18 lius Domini vtilitatem cedere debent *Rota in rec.dec.203 num.17.par,12.*

Cæterùm ſi,quæ ſunt melioramenta, dixerunt Domini compenſanda cum Penſionibus per Catherinam ex re fideicommiſſaria perceptis, *ad text. in l. ſumptus*
19 *ff. de rei vind. Rota coram Burati deciſ.441.numero 7.penes Merlin. deciſ.118. in fine, coram Dunozettn Iun. deciſ 351.num.22.& deciſ.846. num.42.& in recent. deciſ.111. num.6.part.10.& deciſ.232.num.13. par.12.* hæres enim grauatus poſt euentum conditionis, & fideicommiſſi tenetur imputare fructus perceptos io impenſis, & me-
20 liorationibus, *Conar. variar. reſolut part.1. capit.2. numero 36. Peregr de fideicomm art.49 num.14. & artic.50. numero 64. verſ. ſi vero impenſa, Rota in Romana Domus 11. Decembris 1662.§.lin.verſ. unde ſubſiſtit, coram R.P.D. meo Benlaqua.*

Eo magis igitur ſtante turbiditate, & Incertitudine quantitatis melioramentorum, viſom eſt ad ſufficientiam Catherinæ ſuccurſum mediante cautione de iis re-
21 ficiendis, prout Iuris fuerit, *ad Ros. coram Put. in correct. deciſ.461. num 4.& 7 in recens. deciſ.137. in fin. pars.2. & in dicta deciſ bo: me: Emerix §.fin.* abſque eo, quod io terim impediri poſſit immiſſio *Rot. apud Poſth. de ma-*
22 *nut. deciſ.24.num.14.& deciſ.140.nu.11,* quam etiam retardandam non eſſe dixerunt Domini ſub prętextu Crediti dotalis Franciſcæ aureorum ſcut.1350. dum conſtat de illius ſatisfactione per Inſtrumentum publicum, de quo in *Summ.* reſponſionis, *num vnico.*

Et ita pro Confirmatione Sententiæ Rotalis vtraque parte informante reſponſum fuit,

R. P. D. Emerix Iuniore.

Meleuitana Fideicommiſſorum.

Veneris. 5. Decembris 1670.

ARGVMNTEVM.

Dos etiam ſi ſuccedat loco legitimæ, cum conſenſu filiæ, poteſt grauari onere fideicommiſſi; dummodò onus non ſit ad fauorem patris dotantis, & extraneorum, ſed in commodum filiæ dotatæ, & ab ea deſcendentium.

SVMMARIVM.

1 *Parentes non poſſunt alienare bona, nec præiudicare deſcendentibus in ijs, quæ veniunt ex propria perſona.*
2 *Dos filia ſuccedens loco legitimæ non poteſt ſine eius conſenſu a patre grauari onere fideicommiſſi.*
3 *Conſenſus præſumitur ex acceptatione capitulorum matrimonialium, in quibus onus deſcribitur.*
4 *Hoc onus non poteſt eſſe ad fauorem patris dotantis.*
5 *Et debet eſſe ad fauorem filia,& deſcendentium ab ea, non extraneorum.*
6 *Hæres beneficiatus antequam reddat rationem, non impugnat factum defuncti.*
7 *Mulier non præſumitur habere alia bona, præter dotem.*
8 *Ratio bonorum hæreditariorum non opus eſt, vt reddatur, quando de ſtatu hæreditatis aliunde conſtat.*

DECISIO CLXXIX.

DOmini, recedendum à deciſis ſub die 4. Iunij proximi præteriti reſponderunt, Petro, & Ioſepho Germanis fratribus de Caxar dandam eſſe immiſſionem petitam, in bonis dotalibus Amatæ eorum auiæ, ex fideicommiſſo à Saluocumbo patre d Amatæ, ordinato, in Capitulis matrimonialibus ad fauorē omnium filiorum nepotum, & poſterorum ab ea deſcendentium, de quo in hodierno *Summ.* impreſſo *num.1.* non obſtante alienatione eorundem bonorum facta ab Amata, qoia ipſa non potuit præiudicare deſcendeotibus, quibus vigore talis fideicommiſſi fuerat ius qoæſitom ex Notarij ſtipulatione *l. quoties, C. de donat quæ ſub mod Bald. in l cum a ſocero, num.7 & 8.C. de Iur. dot. Corn conſ.68.n.8. verſ. tamen ſeens lib.3. Rot coram Seraph. deciſ.427 nu 2. & 3.* & in terminis alijs congeſtis reſpondit *coram Merlin. deciſ.347 num.1,* 1

Nec refert, quod dos filiæ ſuffecta fuerit, loco legitimæ, quæ non potuit à Patre ſine ipſius filiæ expreſſo conſenſu grauari onere fideicommiſſi, iuxta *text. in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam.* cum alijs *in prima, & ſecunda deciſ. huius cauſæ 20 Febr. & 19. Iunij 1669. & coram R.P.D meo Benlaqua.* 2

Quia, quando (prout hic) onus fideicommiſſi non fuit ioiunctum ad commodum Partis dotantis, vel tranſuerſalium extraneorum, ſed appoſitum ad fauorem filiæ, & Deſcendentium ab ea, quibus de Iure communi debetur ſucceſſio, & vlterius continet rem vtilem filiæ, eiuſque Deſcendentibus, ob donationem propter nuptias, quam aliàs Nicolaos Sponſus non feciſſet, & ſine qua nec matrimonium contraxiſſet, vt apparet ex dd. Capitulis matrimonialibus. ibi, *Cum hoc pacto, lege, & conditione quòd omnia prædicta bona donata, & dotis nomine promiſſa ſint, & eſſe debeant ipſius ſponſæ, & ſuorum filiorum, nepotum, & poſterorum legitimorum, & naturalium vſque in infinitum;* Vtque tali caſu, de conſenſu filiæ ſatis conſtare dicitur ex matrimonio, prçuijs dd. Capitulis matrimonialibus contracto, & ſucceſſiuè conſumato, per qood omnia in illis contenta præſumuntur ratificata iuxta diſtinctionem, quam contrarijs reſpondendo, amplexa eſt Rota in termiois ſimilis fideicommiſſi In alia cauſa *Meleuitana coram bo: me: Merlin. deciſ.347. & deciſ.374. vtrobique numero 2. & per tot. & poſt. Surd. deciſ.62. numero 13. & ſeqq. & Rot. diuerſ. deciſ. 89. num. 11. & ſeq. parte 2. & Mantic. deciſ.3. numero 5. & 6. & Duran. deciſ 42. num. 19.* cum alijs pluribus comprobauit *Rota in recent. deciſ. 290. numero 13. & 14. parte 9.* 3

Et hinc non applicatur diſpoſitio *text. in l. quoniam in prioribus, Cod. de inoff. Teſtam Cuiac. in l. vnic. §. videamus in fin. Cod. de rei vx act.* & aliæ auctoritates io contrarium adductæ, quia omnes procedunt, vel quando dos filiæ fuit grauata onere fideicommiſſi ad fauorem Patris dotantis, vel extraneorom, vel quando tales onus oon reſpicit commodum, & vtilitatem filiæ, ſed tantom eius incommodum, & præiudicium, & in iſtis terminis loquuntur etiam *deciſ.317. numero 2. coram Millin & deciſ.63. nu.1.& 133. numero 8. & 197. numero 3. poſt Merlin. de legit. & deciſ.189. numero 4. coram Eminentiſſ. Celſo,* cum alijs adductis in *Romana prætenſi fideicomm. 5. Aprilis 1666. coram Eminentiſſ. Carpinea Datario.* 4 5

Minùs

Minis obſtat, quod ijdem fratres de Caxar ſint hære-
des Amatæ alienâtis, ac proinde non poſſint impugnare
factum defunctæ, donec reddant rationem de illius he-
6 reditate, ad text. in l. cum à Matre, C. de rei vindic. & l.
vindicantem ff de euict. Rot. coram Buratt. deciſ. 154. nu. 3
ibique Add. num. 6.

Quia, cum ad euitandam ſuſpicionem turpis quæſtus
mulier non præſumatur habere alia bona præter dotem
7 l. Quintus Mutius ff de donat. inter virum. & vxorem l.
etiam, C. eodem tit. Boer. deciſ. 81. nu. 1 & 2. Rota deciſ. 221.
num. 8. & 9. part. 4. tom. 2. rec. dos autem, & bona dotalia
Amatæ appareant ſuppoſita prædicto fideicommiſſo
ad fauorem deſcendentium, ſequitur, quod ex oſtenſio-
ne Inſtrumenti dotalis ſatis dicatur firmatus ſtatus hæ-
reditatis, & de ea reddita ratio, itaut ad nihil de proprio
8 teneantur hæredes, vt alijs congeſtis in ſimili dixit, Rota
cor. Reuerendiſs. Royas, deciſ. 389. n. 12. & dec. 428. nu. 6. &
in Rom. ſeu Nepeſina Reſtitutionis in integrum 18. Martij
1652. coram Eminentiſs. D. Card. Cerro.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Vicecomite.

Peruſina Tranſactionis.

Ven. 20. Iunij 1670.

A R G V M E N T V M.

Legitima cauſa tranſactionis eſt receſſus à lite, & eius timore etiam parum iuridico, niſi clariſſimè conſtet de læſione, quæ excluditur ex pluribus ponderatis in deciſione, vt patet ex Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia valida eſt confirmanda.*
2 *Cauſa tranſactionis eſt receſſus a lite.*
3 *Et timor euiſdem litis.*
4 *In dubio tranſactio ſuſtineri debet.*
5 *Soluens debita defuncti, dicitur adire eius hæreditatem.*
6 *Niſi fiat proteſtatio in contrarium.*
7 *Lis mendicata, & timor vanus non validat tranſactionem.*
8 *Filij in conditione regulariter non cenſentur vocati, niſi accedant coniectura.*
9 *Fideicommiſſum eliciendum ex coniecturis, dicitur dubium, ita vt ſuper eo tranſigi poſſit.*
10 *Modica dubietas ſufficit pro ſuſtinenda tranſactione.*
11 *Dummodò non ſit euidens calumnia.*
12 *Filij in conditione poſiti non cenſentur vocati ex coniecturis quando non eſt contemplata agnatio, nec reperitur digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum.*
13 *Argumentum à contrario ſenſu non valet, niſi in ſenſu directo.*
14 *Prohibitio alienationis non inducit nouam diſpoſitionem, nec extendit fideicommiſſum.*
15 *Priua io ſupponit habitum.*
16 *Poſiti in conditione non cenſentur vocati ad portionem patrui.*
17 *In lite dubia vtile eſt tranſigere.*
18 *In fideicommiſſo non habet locum Ius accreſcendi.*
19 *Legitima non poteſt prohiberi ſine cautela Soccini.*
20 *Nullitas renunciationis ob non ſeruatas ſolemnitates allegari poteſt a tertio.*
21 *Spoliatus ante omnia debet reintegrari.*
22 *Condemnatus reſtitutus ex gratia Principis non recuperat bona fiſco incorporata.*
23 *Pro ſoluendis debitis fideicommittentis derogatur fideicommiſſo.*
24 *Confeſſio qualificata debet acceptari cum ſua qualitate.*
25 *Natura tranſactionis exigit, vt aliquid hinc inde detur.*
26 *Læſionem prætendens, concludenter probare debet.*
27 *Læſio, vt reſcindat tranſactionem, debet eſſe vltra dimidiam habito reſpectu ad omnia.*
28 *Conſequi ſuum creditum abſque litibus non eſt lucrum ſpernendum.*
29 *Expenſæ litis reficiuntur ex bonis, ex lite recuperatis.*
30 *Etiam ſi grauatus fructus recepiſſet.*
31 *Beneficium omne exigit remunerationem.*
32 *Mora contrahi non poteſt ſine interpellatione.*
33 *Obligatio, & confeſſio mulieris facta cum ſolemnitatibus non poteſt impugnari.*
34 *Confeſſio veriſimilis non impugnatur.*
35 *Læſionem prætendens debet probare negatiuam ſolutionis alicuius debiti.*
36 *Læſio non valet proponi, antequam inueniantur alia iuris remedia.*
37 *Qui non poſſedit non cenſetur percepiſſe fructus.*
38 *Poſſeſſor, qui non eſt in mala fide, licitè fructus percipit, & ſuos facit.*
39 *Qualibet cauſa etiam irrationalis excuſat à fructuum reſtitutione.*

D E C I S I O CLXXX.

Binas ſententias rotales canonizantes tranſactionem alias initam inter Marchioniſſam Æmiliam de Parolis ex vna, & Comitem Petrum, de Vbaldis, ex altera, confirmandas eſſe Domini in hac tertia inſtantia cenſuerunt.

Quia de validitate earundem ſententiarum dubita-
tum non fuit, cùm ex reſolutione actorum conuincatur,
omnia fuiſſe ſeruata, de Iure, & ſtylo ſeruanda iuxta
vulg. *deciſ. 260. par. 2. coram Caputaq. Rota deciſ. 223.* 1
par. 10. recent.

Iuſtitia verò viſa eſt manifeſta, ex firmatis in deciſionibus, in præcedentibus inſtantijs emanatis, altera nempè ſub *die 12. Iunij 1662. coram Reuerendiſs. D. meo Decano*, altera *ſub die 14. Maij 1668. coram R P D meo Calataù*; Et quamuis pro parte Marchioniſſæ Æmiliæ iterùm obiecta fuerit prætenſa nullitas dictæ tranſactionis, ob defectum cauſæ, nec non validitas ob enormiſſimam læſionem, Domini tamen nec cauſam defeciſſe, nec læſionem probari, imò illam excludi, & ſic neutrum obſtare cognouerunt.

Pro iuſta enim, & pluſquam ſufficienti cauſa tran-
ſigendi, habita fuit recuperatio pacifica, & abſque vl-
la lite, ac controuerſia bonorum ingentis valoris, quæ
illi relaxata fuerunt, & alias difficillimè conſequi po-
tuiſſet, cùm plures, & legales exceptiones Comiti
Petro competerent, quibus illam, vel prorſus, & in
totum, vel in parte repellere, vel ſaltem diuturnis, &
diſpendioſis litibus inuoluere, & defatigare, ſub incerto
illarum exitu potuiſſet, prout in præſentis cauſæ deciſio-
nibus, & præcipuè *in vltima, §. remiſit autem, &c. & ſeqq.* 2
latiſſimè fuit ponderatum: Timor enim futuræ litis, &
receſſus ab ea eſt cauſa per ſe ſufficiens ad validandam,
quamcumque tranſactionem, quæ nihil eſt aliud, quam
receſſus à lite, *l prima, ff de tranſact. l. 2. & ibi, gloſ.* 3
*Cod. eod. in ſumma 65. in principio, ff. de condit. indeb.
Becc. conſil. 109. num. 6. Natta conſil. 548. nu. 13. Roland.
conſil. 28. numero 12 & 13. lib. 4. Rot. coram Reuerendiſs.
Royas deciſ. 187. num. 7. & in Rauennaten. Bonorum 20.
Maij 1667 §. iuſtam tranſigendi cauſam, coram Eminent.
Carpinea Datario*; Præcipuè attento, quod facta fuit bona fide inter ſanguine coniunctos, cum Decreto Iudicis,

proximiorum, & in ſpem mariti Interuentu, & ſeruatis
omnibus ſolemnitatibus, tam à Iure communi, quàm
municipali requiſitis, atque Iuramento firmata, quo ca-
ſu, pro ea ſuſtinenda omnis capienda eſt interpretatio,
alias enim nullus vnquam erit litium finis *text. in l. fra-*
4 *tris, & in l. cauſas de tranſact. Mantic. de tacit lib. 26. tit.*
9. numero 29. Rot. deciſ. 15. num. 6. part 2. deciſ 80. numero
23. par. 6. deciſ. 248. numero 14. 15. & 16. par. 11. & deciſ.
426 num. 1. par. 12. recent. & in Bonon. Indemnitatis 30.
Ianuarij 1651. §. Iuſtitia verò coram Reuerendiſs. D. meo
Decano.

Nil releuante, quod pro cauſa expreſſa fuerit ſola vo
luntas ipſius Marchioniſſæ, tunc minoris ibi, *Perche*
coſi vogliano, e coſi li piace di fare &c. quia huiuſmodi
expreſſio non fuit facta, ad oſtendendam cauſam fina-
lem tranſigentium, ſed ad ſibi præcauendum, ne dici
poſſet, quod ipſa promittendo Comiti Petro releuatio-
nem ab omnibus fideiuſſionibus pro Cæſare Patre factis,
ſoluebat debita paterna, vel ſaltem adimplebat ab eo
promiſſa, & ſic Patris hæreditatem adiuerit per diſ-
5 poſitionem *text. in l. 2. Cod. de Iur. delib.* quod apertè col-
ligitur ex verbis immediate ſubſequentibus, ibi, *E non*
come herede di detto ſuo Padre, e Zij, &c. ſubdendo,
quod huiuſmodi proteſtatio repetita cenſeatur in qua-
libet parte Inſtrumenti, ad magis excludendum ani-
mum adeundi iuxta notam limitationem *Bald. Corn. Sa*
6 *lycet. Iaſ. & aliorum in dict. l. 2. Mantic. de coniect. vlt.*
vol libro 12. tit. 10. ſub numero 15. verſic. verum pla-
nè.

Neque ſuſpicari potuit, quod timor iſte futuræ litis,
imò plurium litium, eſſet vanus, & affectatus, ad co-
lorandã & extorquendam tranſactionem, quo caſo, non
eſſet attendendus, per *text. in l cum ij, §. ſi cum his, ff de*
7 *tranſact Mantic de tacit. libro 26. tit primo. ſub numero*
12. quia quoad ius ſuccedendi in iſtis bonis fideicom-
miſſo ſubiectis, in quo conſiſtebat ſubſtantia tranſa-
ctionis, cum illud Marchioniſſæ competere non poſ
ſet, niſi tanquam poſitæ in conditione, alias enim, nec
erat expreſſe vocata, nec hæres Patris recurrere de-
buiſſet ad coniecturas, quibus tamen concurrentibus,
recedi ſolet ab opinione *Gloſ* à Doctoribus communi-
ter recepta *in l. Lucius Titius, ff. de hæred. inſtit.* ſecun-
8 dum quam filij in conditione poſiti regulariter vocati
non cenſentur, & ex hoc ſolum, quod agebatur de fi-
deicommiſſo coniecturali conuincitur, quod dubius
valdè, & incertus fuiſſet Iudicij exitus, itaut ſuper illo
rectè, & validè tranſigi potuiſſet, vt in fortioribus ter-
minis reſolutum fuit *coram Merlino deciſ. 767. per tot. &*
9 *ſub numero 12. verſic. & licet emanauerint deciſiones, &*
in Praneſtina bonorum 28. Nouembris 1618. coram Sa-
crato, allegatus in præcitata deciſione huius cauſæ, *cor.*
Reuerendiſs. D. Decano, §. tertio quod tranſigendo, & in
Bonon. Pradij 26. Iunij 1660 §. & licet coram R. P. D.
meo Priolo. Pro ſoſtinenda enim tranſactione ſufficit
quælibet etiam modica dubietas, & ſatis eſt agi de arti-
culo Iuris aliqualiter controuerſo, *Surd. conſ. 556. nu-*
10 *mero 4. Cyriac. controu. 128. numero 90. Add. ad Gregor.*
deciſ. 149. ſub numero 6. verſ. bene verum eſt, Rot. deciſ.
263. numero 2 par. 3. deciſ. 348 numero 4. verſ. etiam ſit
modica par. 4. & deciſ 248. num. 6 par. 11. recent. & eui-
dentem calumniam excludi *lib. 2. ibi gloſ. verb. nulla, Cod.*
11 *de tranſact. Rota coram Merlin deciſ. 799. num. 21. poſt*
Salgad. Labyr. Credit. deciſ. 25 num. 3. cum latè congeſtis
in deciſ. 312 num. 11. par. 4 rec. & in Bonon. fideicommiſſi
de Bonfilijs 5. Maij 1662. & 24. Ianuarij 1663. cor. bo: me:
Veroſpio.

Et tamen ipſæ coniecturæ, pro vocatione Marchio
niſſæ deductæ nempè qualitas legitimitatis, cũ qua ipſi
filij bis fuerunt in conditione poſiti, prohibitio legiti-
mę, & Trebellianicæ reciproca, inter primo, inſtitutus,
ſubſtitutio, cum vocatione filiorum præmortui, ſeu prę
mortuorum ad portionem patrui viſæ fuerunt, haud
quaquam ſufficientes ad inducendum prætenſum fi-
deicommiſſum, cum regulariter tanquam leues reijcian-
tur, quando prout in caſu noſtro, non concurrit digreſ-
ſus ad plures gradus ſubſtitutionum, perpetuum, & de-
ſcenſiuum fideicommiſſum inducens, & deficit ratio cõ-
ſeruandæ agnationis, prout plures dictæ coniecturæ, &
in ſimul, & ſigillatim à Rota reiectæ fuerunt, *vt coram*
Burati dec. 387 nu 3. in fin. coram Reuerendiſs. Rojas dec.
110. nu. 7. & deciſ 123. num. 2. Eminent Celſus deciſ. 145.
num. 6. cum ſeqq. in recent. deciſ. 221. par. 5 dec. 160. par. 10 12
recent. vtrobique per tot. cum alijs *in Bonon. fideicommiſſi*
de Sanctis 17. Maij 1647. coram bo: me: Bichio. & in Inte-
ramnen fideicommiſſi 28. Martij 1667. §. nec contrarium
coram Eminent. Carpinea Datario.

Facultas liberè diſponendi de dd. bonis fideicommiſſa-
rijs per ipſum fideicommittentem conceſſa vltimo ex fi-
lijs inſtitutis morienti ſine filijs, per argumentum à con-
trario ſenſu, nihil amplius importare valet, quàm prohi-
bitionem alienandi in caſu contrario, ſcilicet obitus cum
filijs. Tale enim argumentum ſumi debet ad limites ver-
borum poſitorum in ſenſo directo. *Caſtr. conſ. 106 nu. 1.* 13
cum ſeqq lib 2. Dec conſ. 216 nu. 6. verſ. & argumentum, &
conſ. 386. nu. 4 circa med. verſ. vndè non obſtat. Hodiern. ad
Surd. dec. 75. n. 2. Rot dec. 462 n. 10. cum ſeqq poſt Zacch. de
oblig. Camer. Prohibitio autem alienationis non eſt apta
inducere nouam diſpoſitionem & fideicõmiſsi extenſio-
nem ad filios non vocatos, in terminis, *Pereg. conſ. 52. n. 22*
lib. 1 Hier. Palm. conſ 55. n 36. cum ſeqq Gabr. conſ. 117. nu. 14
46 lib 1 Odd. conſ. 66. n. 30. cum ſeqq. Burati conſ. 300. nu.
73. cum ſeqq Caſtill. dec. 64. n 19. 20. & 21. Ruſtic. de liber.
in condit. poſit. lib 2 cap 2. num 12. 13. & 14.

Quod Teſtator filios in conditione poſitos priuauerit
in caſu delicti, eſſet alicuius releuantiæ, ex quo priuatio
habitum ſupponit, vt *per Aret. in l. Centurio, num. 15. in* 15
fin. ff. de vulgar Ruin conſ. 111. num. 9. & ſeq. lib. 2. & alios
ex aduerſo allegatos.

Sed, vel in facto non ſubſiſtit, cũ Teſtator priuauerit
inſtituendos, & ſubſtituendos, inſtituit autem tres pro-
prios filios, eoſque inuicem ſubſtituit, & ideò illos tantũ
priuatio comprehendere poteſt, non autem eorum filios
in conditione poſitos, vel ſi ad hos quoque talis priuatio
extendi deberet, ad ſummum eſſet referenda ad portio-
nem Patris ſine liberis prædefuncti, ad quam tantum per
vulgarem ſubſtituti fuiſſent, quę vocationem ad portio-
nem Patris importare non poteſt. *Ruſtic. de liber. in con-*
dit. poſi libro 4. cap. 4 numero 5. Decian. conſil. 26. nume-
ro 44. libro 2. Rot. deciſ. 221. numero 7. & ſeqq. par 5. 16
deciſ. 160. numero 19. & 21. par. 10 recent & in Sancti
Seuerini fideicommiſſi 27. Maij 1667. coram bo: me: Ve-
roſpio,

Et quamuis, de tempore tranſactionis iam Marchio-
niſſa poſt longam litem agitatam, in Tribunali A. C.
contra Marchionem Io: Baptiſtam à Monte poſſeſſo-
rem pluribus bonorum, huic fideicommiſſo ſubiecto-
rum ſententiam fauorabilem reportaſſet, cum relaxatio-
ne mandati, de manutenendo, non inde inferri poteſt,
quod Ius Marchioniſſæ eſſet clarum, quia imò, cum
ſententia penderet ſuper appellatione, & cauſa commiſ-
ſa reperiretur per ſignaturam cum facultate manute-
nendi, quem de Iure, cumque ex notorio ſtylo reſcri-
bere ſolet, nonniſi in cauſis dubijs & hoc ipſo conuinci-
tur litis præexiſtentia, & incertus ad huc, & dubius il-
lius exitus, quo attento, vtile valde fuit ad tranſactio-
nem deuenire, *Mantica de tacit. dict. libro 26. tit. prima,* 17
ſub numero 21. verſic. ſed tamen. Rota coram Merlin.
deciſ. 163. numero 7. & coram Eminentiſs. Celſo, dec. 101.
num. 4.

Vlterius admiſſo etiam quod Marchioniſſa dici poſſit
ad bona hęc fideicommiſſaria in genere, vocata, adhuc
Comes Vbaldus poſſeſſor potuiſſet apponere retentio-
nem ſibi competentem pro portione Mutij, ad quam
dubitari poterat, An Cæſar frater, quamuis in gratiam
Principis, & ad propriam portionem reſtitutus, admitti
deberet, in præiudicium Comitis Vbaldi, cui iuxta diſ-
poſitio-

poſitionẽ fideicommittentis acquiſita fuerat, ob delictũ
ab eodem Mutio commiſſum, & ſecutum Banoom, in
quo deceſſit, cum in illo ceſſare videatur Ius accreſcendi
18 *Manent.conſ.83 num 11.cum ſeqq* necnon etiam pro de-
tractionibus. & præcipuè legitimæ primis hæredibus de-
bitæ, quorum omnia Iura habebat obligata, pro releua-
tione Cenſuom, de quibus infra Marchioniſsæ accolla
torum, & quamuis prętendatur dictas detractiooes, vel
fuiſſe ex præcepto paterno prohibitas, vel illis renuncia-
tum, vel fuiſſe conſumptas, non deficiebant tamen Co
miti Vbaldo iuridicę replicationes, quod nempe prohi-
bitio legitimæ noo legebatur facta, cum caotela Socini,
19 ſine qua regulariter non obligat. quod renunciatio facta
fuit a filijs, tunc minoribus, & ideò creditores, ex illorum
perſona poſſe dare de nullitate, ioxta *diſcept.691.Gratia.*
20 *per tot.* & quod alienatiooes factæ fuerant ad paterna de-
bita ſoluenda.

Neque ex eo, quod Comes Petrus, io eodem Inſtru-
mento Tranſactionis, faſſus fuerit, ſe litem ſuſtinuiſſe,
pro viodicandis bonis, de qoibus agitor, ad effectum illa
reſtituendi, vel Cæſari, ſi ſuperuixiſſet, vel eidem Mar-
chioniſſæ Aemiliæ, à quibus etiam plures pecunias rece-
perat pro eiuſdem litis expenſis, inde inferri poteſt, quod
ipſe ex propria confeſſione nollum Ius in eiſdem bonis
haberet præter illud conſequendi expenſas, ſi quas, de
proprio, feciſſet; Quia præterquam, qood veritas eſt in
contrarium, dum ex actis conſtat, actionem, ſuper rein
tegratione, intentatam fuiſſe ſolo oomine Comitis Petri,
qui litem io ſe ſoſcepit, tam contrà fiſcum, quam contrà
Chriſpoltos præſtando caotionem, & ſuſcipiendo in ſe
periculum reficiendi, de proprio Aduerſarijs expenſas, in
caſu ſuccumbentiæ & cui etiam tanquam ſpoliato rein
tegratio competebat *cap.cum ad Sedem, & ibi Abb de re*
21 *ſtit ſpoliat.* oon aotem Cæſari, qui licet, in gratiã Prin-
cipis reſtitutus reſtitutio tamen tanqoam excipieos bona
fiſco incorporata, qualia erant hæc, de quibus agitur,
In hac parte illi ſoffragari non poterat, *Baiard. ad Clar.*
22 *§.fin qu 59.num.65.verſ.vide etiam Peregr. de Iur. fiſci lib.*
5.tit. .num 43. Marc.Medic.examin,25 num. 42. Rot.poſt
ſecundum vol.conſ Farin.dec.197 num. 2. & in Firmana
Succeſſionis 11.Martij .665.coram R.P.D meo Taya, &
vlterius obſtabat derogatio fideicommiſſi, obtenta à
Chriſpoltis pro Summa ab ipſis ſoluta, *Caual. deciſ 430.*
23 *num.2.Dunozett Iun deciſ.858.num.1.* & ex ſupra firma
tis patet quod ſuper ijſdem bonis, vltra fideicommiſſum
ad fauorem Comitis Petri purificatom, propter delictum
à Cæſare, & Mutio commiſſum, plures habebat iuridi-
cas prætenſiones; Adhuc dicta confeſſio non fuit pura,
quo caſu potoiſſet purè acceptari, ſed qualificata, cum
declaratione correſpectiua iotentionis ſuæ, quæ erat re-
portandi, vltrà expenſas litis, etiam releuationem à dd.
fideiuſſionibus. & ideò quatenus in parte fauorabili ac
ceptetur, altera contraria reijci non poteſt, *Pacian de*
probat.lib.1.cap.25.num 2 Surd deciſ. 258. numer. 4. cum
24 *ſeqq. Mareſcott. var.reſol.lib.2 capit.45. numer.12.Rot.de-*
ciſ.434.numer.5 part.5 & deciſ. 297. numer. 18. part. 10.
recent.

Cum igitur, ex prædictis, & alijs in prędecedentibus cau-
ſæ deciſionibus pooderatis, pateat Traoſactionem fuiſſe
cum cauſa Marchioniſſæ valdè proficua, loitam, ceſsat
quæcunque læſionis ſuſpicio, quæ etiam magis excludi
tur. ſi ſingulæ partitæ datæ hinc inde, & recepti, & reſ
pectiuè remiſſi, diſcutiã tur prout exigit natura ipſa trãſa-
ctionis, *l.tranſactio nullo dato, C eodem*, & tamen qui ad
25 reſcindendam tranſactiooem, læſiooem allegat, illam
plenè, & concludenter probare debet *Rota coram Andr*
26 *deciſ.58. num.8.in rec deciſ.269.num 2.part.11.* & paſſim
io alijs. & quidem in magno exceſſu, ſcilicet vltra dimi
diam, habito reſpectu, ad lites, expenſas, & incertum illius
euentum. *Caren.reſol.104.numer.12.Rot.coram Put dec.*
27 *223.alias 230 per tot.in correct.lib 1, Caual dec 407.num.*
2.3.& ſeqq. Merlin.dec 92.numer.8.cum ſeqq.in recent. d.
deciſ.269.nu.25.par.11.& in Bonon. fideicommiſſi de Bon-
filijs 5 Maij 1662 §.nec læſi mis coram bo: me: Veroſpio.

Ex calculo igitur, hinc inde, dato reſultat, Marchio-
niſſæ fuiſſe

Primo relaxata ſupradicta bona valoris ſcut. 12.mil.
vt iam firmatum fuit *in dec.191.coram Reuerendiſſ.Royas*
quorum anoui redditus fuerunt iudicialiter, & per ſen-
tentiam Cameralem taxati in ſcut. 450. ex quibus ad-
miſſo, quod detrahenda ſint *ſcut.mille pro 20* eminis pre-
tenſis à quibuſdam molieribus de Mellinis, adhuc dd Bo-
norum valor remaneret in ſcutis 11.mill. quæ conſequi
impunè & abſque litibus non eſt lucrum ſpernendum, 28
Abb.in cap.1 num.2.in fin.de tranſact Dec conſ 216 ſub n.
3.verſ & propter hoc Rota coram Reuerendiſſ Royas dec.
457.num.5.coram Eminent Ottbob.d.dec.25.num. 31. &
32. cum alijs in præcitata *Rauennaten. bonorum 20.Maij*
1667.§.iuſtum verſ.vbi ſatis lucrari coram Emin. Carpi-
nea Datario.

Secũdò remiſſas omnes expenſas litiom, vſque ad illam
diem factas, qoæ vltrà ſubminiſtratas à Cæſare, & alijs eſt
inconfeſſo apud partes. quod aſcendebant ad multa cen-
tenaria ſcutorum, & reficiendas eſſe ex ijſdem bonis me-
diante lite recoperatis per *Text.in l.domos ff de legat. 1.* 29
& in l vbi purè 19. §.fin & in l mulier 22.in fin verſ.ſed.&
ipſa. ff. ad Trebell etiam firmatum fuit in præcitatis cau-
ſæ deciſionibus etiamſi hæres grauatus fructus recepiſ-
ſet, quando expenſę prout in caſu noſtro ſunt conſide-
rabiles. *Peregr de fideicomm.art 50.num 9 Fuſar qu.620.*
num 6 Larr dec 88.num.11.Rot.coram Buratt dec.53 nu. 30
7 & 109.Greg.dec.197 per tot.

Tertio condonatam recompenſationem, quam Comes
prætendere potuiſſet. ob aſſiſteotiam diligenter, & feli-
citer præſtitam diuturnæ litis ſpatio 27. annorum agita-
tæ, non ſine magnis animi corporiſque moleſtiis tum Pe-
ruſiæ coram Gubernatore, Tum in Vrbe, in omnibus fe-
rè Tribunalibus, coram A C. In Camera, in Rota, & in
Signatura Sanctiſſimi, pro recuperandis dd bonis quæ
alias veriſimiliter, adhuc occuparentur à Camera, ſeu
Chriſpoltis Ceſſionarijs à qoibus, nec ipſa Marchioniſ-
ſa tunc minor, opera Tutorum ſeu Curatorum, nec Cę-
ſar, aut Mutius exules vendicare potuiſſent, tantum,
igitur beneficium Marchioniſſæ præſtitum condignam
ſine dubio remunerationem ab ipſa exigebat, *l. ſi remu-* 31
nerandi in princ ff mand. Bald in l.2.C de oper.libert. Mar-
ſil ſing.693 Rota coram Seraph.deciſ.65. in fin in rec. deciſ.
157.num.23.par 12. præter alleg. in hoius cauſæ *deciſ 12.*
Ian.1665.§ ex parte coram Reuerendiſſ. D meo Decano.

Et quarto ceſſa Iura conſequẽdi à Chriſpoltis fructus
eorumdem bonorum ab ipſis pendente lite perceptos,
aſcendentes ad ſcuta 4.mill quæ ipſi retinuerunt in ſatiſ-
factionem totidem fiſco perſolutorum ex cauſa fideiuſ-
ſionis pro Mutio Bannito, pro qoibus ſtante derogatione
Pauli V. potuiſſent alias tot bona fideicommiſſaria reti-
nere in præiudicium Marchioniſsæ; Dicti enim fructus
ſpectabant ad Comitem Petrum poſſeſsorem, quamuis
indebitè ſpoliatum a Chriſpoltis, qui per ſenteotiam ſu-
per reintegratione ad illorum reſtitutionem condemnati
fuerunt, nec tenebatur Comes hos fructus compeoſare cũ
expenſis, vt ex ſupra vtiliter factis pro defenſione bono-
rum fideicommiſſariorum. *Alex.conſ.123.in fin. verſ nec*
in tales lib primo, Rum.conſ.117 num.1 lib 3.late Fuſar ci- 32
tat.qu.670.num.6.& ſeq. Rot.coram Seraph.dec 925.num.
3. neque dici poteſt, quod ſpectarent ad Cæſarem pro
parte percepta à Comite Petro, poſtquam fuit Cæſar in
gratiam Principis pendente lite, reſtitutus, quia illa noo
petijt. & ceſsaote interpellatione nulla conſiderari poteſt
mora in Comite Petro grauato. *l. in fideicommiſſariam*
18 l mulier 22.§.ſi littera, l poſtulante 44. §.primo verſ.ſa- 33
nè ff. ad Trebell. Peregr.de fideicom.art.45 num. 79. Do-
nat. Ant de Marin.quotid.lib.2.cap.104. num. 1. Andreol.
contr.23.num.7.Rota deciſ.517.num.10.part 4 d verſ corã
Dunozetto Iun dec.672.num 5. Et quatenus circa prædi-
cta, & qouad diuiſionem horum fructuum aliqua po-
tuiſset eſse dubitatio, indubitatũ eſt, quod ad Marchio-
niſsam

niſsam pertinere non poterant, quæ non fuit hæres Cæ-
ſaris Patris, ſed in hæreditate remanſiſsent ad commo-
dum creditorum.

E conuerſo Marchiooiſsa ſuſcepit in ſe ſocietatem Of-
ficij *ſcu*.435.liberando Comitem Petrum, ab illius accol-
latiooe, ſed cum in ipſa Tranſactione partes aſseruerint,
hanc ſocietatem contractam fuiſse pro expenſis litis, in
nihilo fuit ipſa grauata, quia etiam abſque tranſactione
tenebatur illas reficere, vt ſuprà, fuit dictum, neque aſser-
tio iſta impognari poteſt, ſub prætextu falſitatis, cum
contrarium præſumatur attento mariti interuentu, &
aliorum proximiorum Decreto Iudicis, alijſque ſolemni-
tatibus, *Surd.conſ*.451.*num*.17.*Rot coram Dunozett.Sen.*
33 *dec*.334.*num*.1.*cum ſeqq.in recent. dec*.86.*num*.23.*part*.6.
dec.331 *num*.4.*par*.10 *dec*.269 *num*.5.*part*.11. & in præ-
citata *Rauennaten. Bonorum* 14. *Martij* 1668. *§.præterea*
cor.Emin.Carpinea Datario; Concurrente præcipuè veri-
ſimilitudine reſultante ex diuturnitate, & continua pro-
ſecutione ipſius litis, vt in præcitata huius *cauſa deciſione*,
34 *§.vt dictam autem coram Eminent Carpinea Datario*.

Se ſe etiam obligauit indemnem releuare Comitem
Petrum à fideiuſſionibus, per ipſum factis, in duobus Cē-
ſibus in ſorte, altero ſcut. *mille*, altero 200. ac etiam pro
fructibus, vſque in illam diem decurſis, qui calculati, à
die impoſitionis, dicebantur aſceodere ad ſcuta 2724. in
totum, verum quoad fructus, dictum fuit, quod cum ho-
die non agat Creditor contra debitorem qui allegans ſo-
lutionem, teneretur illam probare, ſed fundetur læſio in
quantitate præciſa non ſoluta, *Ger.Spin conſ*.18.*num*.2.
cum ſeqq & vlterius cum Comes Petrus non eſset princi-
35 palis debitor, ſed fideiuſsor, & ideò haberet priocipales de-
bitores obligatos contra quos agere poterat, & poterit
pro releuatione, noo poteſt Marchioniſsa proponere ex-
ceptionem læſionis, niſi prius excuſſis boois principaliū
debitorum, & aliorum coobligatorum, ex *Roman conſ.*
36 187 *num*.2.*verſ quo autem* firmauit *Rot.coram Pan. dec.*
620.*num*.6.

Partita verò fructuū eorundem bonorum a Com. Pe-
tro perceptorum poſt ſententiam reintegrationis, & de-
functo iam Cæſare, vſque ad diem Tranſactionis, quæ
dicebatur aſcendere ad ſcuta 1800. & quæ Comiti Petro
condonata fuerunt, viſa fuit ſatis turbida, Tum quia
non fuit probatum, quod Comes Petrus dd. fructus, in
facto perceperit, Imò, quod oeque poſseſſiooem bonorū
habuerit vnquam cum effectu, cum eſſent occupata a
Creditoribus fideicommittentis qua poſseſſione ceſsan-
te fructus percepti noo præſumuntur, *Add. ad Greg. dec.*
37 50 *litt B.verſ ſi tamen conſtaret Rot dec*.647.*num*. 25. *&*
ſeq.pœnes Poſth.de manut. Tum etiam quia fideicommiſ-
ſum ad fauorem Marchiooiſsę non eſset clarum, ſed pen-
deret illius vocatio a coniecturis, vt ſupra fuit dictum,
nec ipſa poſt mortem Patris petierit vnquam fideicom-
miſsum, potuit Comes Petrus eoſdem fructus lucrari, quia
ad hunc effectum, ſufficit non adeſse malam fidem, *Rota*
38 *coram Merlin.dec*.163 *numer*.10.*& dec*.687. *num*. 9. *Bu-*
ratt.deciſ.164.*num*.6.*& deciſ* 227.*num*.5 *coram Reneren-*
diſs Royat dec.374.*nu*.3.*& in Sabinen ſpolij* 7. *Maij* 1663.
coram R.P.D.meo Beuilaqua, & quælibet cauſa etiam
irrationabilis excuſat ab illorum reſtitutione, *Becc. conſ.*
95.*num*.10 *Add.ad Greg dec*.74.*litt*.*A*, *Rota coram Mer-*
lin.citat.dec.163 *num*.10 *verſ.& qualibet cum ſeqq.& dict.*
dec.687.*num*.9.*in recent.dec*,320.*numer*.2. *& dec*. 528. *nu.*
2.*part*.2.

Collatis igitur, omnibus hinc inde dimiſſis, & receptis,
patet excludi quamcumque læſionē, ex parte Marchio-
niſsæ, quæ in ſubſtaotia nullum aliud onus voluntariū,
in ſe ſuſcepit, quam Cenſum in ſorte ſcut. 1200. quibus ſi
addantur etiam fructus in tota ſumma *ſcutorum* 2724.
quod tamen non eſt Iuri conſonum, vt ſupra fuit oſten-
ſum, in totum eſsent ſcuta 3924 quæ vix excedunt tert.
partem valoris bonorum, quæ ipſa correſpectiuè in par-
te recepit, cum reliquæ prætenſiones, tanquam hinc in-
de turbidæ, benè potuerint abſque vllo damno Marchio-
niſsæ mutua compenſatione remitti.

Et ita tranſactionem hanc ſuſtineri, & Sententias Ro-
tales illam cauonizantes confirmandas eſſe, vtraque
parte Informante fuit reſolutum &c.

R. P. D. Priolo.

Bononien. Separationis Bonorum.

Ven. 5. Decembris 1670.

ARGVMENTVM.

In confirmationem aliarum deciſionum reſoluitur,
donationem factam à patre vni filiorum in vim
primogenituræ, non eſſe conferendam, nec im-
putandam in legitimam.

SVMMARIVM.

1 *In legitimam cenſentur electa mobilia vendita.*
2 *Articulus alias examinatus, poteſt in alia inſtantia declarari.*
3 *Donata pro primogenitura non conferuntur.*
4 *Quæ non conferuntur, nec etiam imputantur in detractiones.*
5 *Exceptuatio comprahendit incluſionem in diſpoſitionem.*
6 *Diſpoſitio vnica oratione determinata non debet diuerſimodè cenſeri.*
7 *Filius poteſt detrahere legitimam debitam patri, qui eam non detraxit.*
8 *Diſcretiuus modus loquendi declarat voluntatem teſtatoris.*
9 *Donatio ob cauſam licet imputetur in detractiones, hoc tamen non procedit, quando donatur ob primogenituram.*
10 *Nec imputatur, quando donatio eſt voluntaria.*
11 *Legitima detrahitur de fideicommiſſo.*
12 *Legitima detractio, ipſo iure tranſit in filios.*
13 *Onus in legitima debet acceptari ſpecifice cum clariſſimis verbis.*
14 *Pater, relinquendo filijs legitimam, poteſt de alijs bonis liberè diſponere.*
15 *Qui renunciauit facit partem in legitima.*
16 *Renuncians hæreditatem patris, non renunciat ſucceſſionem fratris.*

DECISIO CLXXXI.

STante ære alieno, per Paulum, relicto, orta eſt con-
trouerſia inter eius Creditores, ac inter eius filios, &
hæredes beneficiatos, & reſpectiuè ſubſtitutos in Primo-
genitura, & fideicommiſſo Iacobi Senioris ſuper ſepara-
tione bonorum liberorum Pauli, à bonis Primogenituræ
& fideicommiſſo ſuppoſitis; lata autem, à bo: me: Ve-
roſpio ſententia ad fauorem DD. de Dondinis, Hippo-
lytus Scaffiglionus, alijque Pauli Creditores cauſam
appellationis proſequentes, præuijs duabus deciſionibus
editis 25. *Maij* 1668. *&* 18. *Maij* 1669. obtinuerunt *à*
R.P.D.meo Calatain, Sententiam reformatoriam, in qua
pronunciatum fuit, ad beneficium Creditorum Pauli eſ-
ſe ſeparanda à bonis d. Iacobi, Primo argenta, gemmas,
Iocalia, & alia, quæ per alios fratres Paulo vendita fue-
runt, in eo, tamen, quod excedunt portionem Paulo de-
bitam, Secundò legitimam Pauli, ex perſona propria, &
tertio loco, tertiam partem alterius legitimæ Paulo de-
bitam, ex perſona Pompei alterius fratris defuncti, poſt
mortem Iacobi: Cumque hodie, ſuper viribus huius ſen-
tentię fuerit aſſumpta diſputatio, reſolutum fuit iuxta
modum infraſcriptum eſſe reformandam.

Quo igitur, ad primam partem ſententiæ, diſcordabāt
Informantes circa valorem, ſeu compræhenſionem bo-

Digitized by Google

norum ibidem contentorum; Ideo examinando factum inuolutom, inueni quod anno 1631. R. P. D. Carolus Antonius, & Franciſcus Maria Dondini vendiderunt Paulo eorum fratri infraſcriptos effectus hæreditarios Iacobi, & inter ipſos fratres communiter poſſeſſos, videlicet, diuerſa argenta, gemmas, & Iocalia, & aliquas res ſimiles æſtimatas pro libris 23942. & quædam animalia æſtimata, pro alijs libris 1824. & ſic in totum pro libris 25766. ex quibus Tertia pars ſpectabat ad Paulum, & aliæ duæ Tertiæ partes ad dd. Carolum Antonium, & Franciſcum Mariam, vt diſtinctè refertur in ſumm DD. de Dondinis *num.* 4. Hinc cum argenta, gemmæ & Iocalia reperta in hæreditate Pauli pro ſolo valore librarum 6654. *Summ. num.* 5. non aſcenderent ad tertiam partem dd. librarum. Inferebant Informantes, pro Dondinis inde potius reſultare creditum ad fauorem fideicommiſſi, & conſequenter infirmandam eſſe primam partem ſententiæ, quæ ſupponit argenta, gemmas, Iocalia, & alia per dd. fratres Paulo vendita excedere eius tertiam partem, habita ratione, ad illa reperta in hæreditate eiuſdem Pauli.

E conuerſo, autem, ex parte Scaffiglioni, & aliorum creditorum calculabatur valor, non ſolum argentorum, gemmarum, & Iocalium, ſed etiam mobilium relictorũ in hæreditate Pauli quæ poſt eius mortem in ſimul fuerunt æſtimata à Peritis de ordinatione huius Sacri Tribunalis, vt ex proceſſu originali viſo, per Dominos, in Rota, & ratio erat, quia ijdem R. P. D. Carolus Antonius & Franciſcus Maria in diuiſione anni 1640. vlterius Paulo vendiderunt mobilia æſtimata pro libris 12412 ex quibus dicti duo fratres venditores habuerunt pretiũ. quaſi pro duabus, ex tribus partibus, hoc poſito, cum argenta, gemmæ, & Iocalia ſimul ac mobilia reperta in hæreditate Pauli ſint valoris librarum 17501. iuxtà dd. Peritorum æſtimationem, vt admiſerunt dd. Dondini in *Summ* per eos dato 28. *Iunij* 1658. *numer.* 16. & firmauit Deciſio eadem die edita, coram *Reuerendiſſ. Meltio in §. in hæreditate*, allegata in vtraque deciſione, *R. P. D. meo Calataiù*, nempè *in prima*, §. *Argenta*, *& in ſecunda*, & proſequendo, inferebatur, quod, calculato etiam valore mobilium, argenta, gemmæ, Iocalia, ſimul ac mobilia reperta in hæreditate Pauli poſſint ſuperare valorem tertiæ partis argentorum, gemmarum, Iocaliũ, & mobilium hæreditariorum Iacobi, prout diſtinctius, & opportunius in articulo liquidationis videbitur & cum hoc moderamine dicebatur ceſſare grauamen dictæ ſententiæ, quæ in genere determinat, eſſe ſeparanda à fideicommiſſo Iacobi argenta, gemmas, Iocalia, & alia dd. fratrũ Paulo vendita in eo, quod excedunt tertiam partem Pauli nam ſi in liquidatione videbitur, quod præfata bona reperta in hæreditate Pauli non excedant tertiam partem ſimilium Bonorum fideicommiſſariorum Iacobi, Creditores Pauli, ex hoc capite, nihil poterunt à fideicommiſſo ſeparare, ſi verò conſtabit, quod excedãt tertiam partem, poterit id, quod excedit à fideicommiſſo ſeparari, in vim detractionum dd. Caroli Antonij, & Franciſci Mariæ, qui cenſentur pro ſua legitima elegiſſe argenta, gemmas, Iocalia, & mobilia Paulo vendita. per
1 *Text. in l. Marcellus*, §. *res quæ vbi Bart. & DD. ff. ad Trebell. Surd. conſ.* 71 *numer.* 1. *Rota dec.* 241. *num.* 35. *& ſeqq. par.* 9. *rec. & dec.* 153 *num* 9. *coram Eminentiſſ. Celſo*, cum pluribus alijs de more congeſtis per *Fuſar. quæſt.* 543. *numer.* 19.

Et licet, adhuc Agentes DD. de Dondinis replicabant In Deciſionibus, & in Sententia R. P. D. mei Calataiù, deficere ſpecificam mentionem mobilium, quinimò in ſecunda Deciſione contineri venditionem argentorum, gemmarum, & Iocalium venditorum, de anno 1631. nõ facta expreſſa mentione venditionis mobilium ſequutæ de anno 1640. hoc tamen non implicaret, quin huiuſmodi articulus examinatus coram Reuerendiſſ. Papien. in prææallegata deciſione edita *die* 28 *Iunij* 1658. *citato* §. In hæreditate, poſſet ſaltem ex Integro, in hac inſtantia declarari, prout in ſimili ſeruauit *Rota in Romana Diuiſionis* 10. *Decembris* 1667. §. *vndè DD. cum quinque*, §§. 2
ſeqq. coram R. P. D. meo Bourlemont

Confirmata autem fuit ſecunda pars dictæ ſententiæ, quæ Paulo, ſeu eius hæreditati legitimam tribuit ex propria perſona abſque obligatione imputandi ſcuta 30. m. eidem donata a Iacobo Patre: non venit namque talis ſumma in legitimam imputanda, quia fuit validè, & voluntariè filio donata, interuiuos, cum onere Primogenituræ: Tunc enim, ſicut donatio non ſubeſt collationi quæ cum importet diuiſionem omnium Bonorum inſimul Collatorum, viſibilem naturam Primogenituræ deſtrueret, vt ratiocinatur *Bald. in Auth. ex Teſtamento* 3
num 56. *& Roman. num* 29. *C. de Collat. Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius verb. in eodem teſtamento relinquens il ſecondo, n.* 144. *& ſeq. de teſtam. Menoch. conſ.* 1166. *n.* 6. *& 6 Cyriac. contron.* 312 *num.* 67. 117. *& ſeq. Tiraquel. de Primogenitura quæſt.* 51 *n.* 1. *& ſeq. Thomat. deciſ.* 50 *n.* 171 Ita non debet eſſe obnoxia imputationi, in Iure enim procedit negatiuum argumentum, quod ea, quæ non conferuntur, nec etiam imputantur, prout arguunt,
Corn. in l. illud 20. *nu.* 1. *& Dec. eodem, nu. iuncta apoſtilla* 4
lit. A. C. de Collat. Pariſ. conſ. 56. *numero* 20. *lib.* 3 *Merl. de legit. lib.* 2 *q* 1. *n.* 2. *Rota coram Seraph. deciſ.* 568. *num.* 7. *& in Fauentina ſucceſſionis* 5. *Aprilis* 1666. § *apparet enim in fin. et* 7. *Maij* 1668. §. *nec valet dicere verſ. quia vltra, quod coram Reuerendiſſ. Ottalora Præſide Granaten.*

Et quamuis adhuc imputationis Quæſtio famuletur voluntati donantis, tantum abeſt, quod voluntas Iacobi trahi poſſit ad imputationem, quod immò potiùs illius excluſioni præponderare, & adhærere viſa fuerit, attento Teſtamento eiuſdem Iacobi, quod nedum dictã donationem confirmauit, ſed vlteriùs Paulum inſimul cum alijs filijs hæredem ſcripſerit, cumque ijſdem hæredibus indifferenter alienationem prohibuiſſet, excepta legitimã, inconſequentiam declarauit, quod Paulo non ſecùs, ac alijs filijs legitimæ detractionem præſeruabat, alias ſi detractio legitimæ ad cœteros filios dumtaxat referatur, violaretur huiuſcè diſpoſitionis germanus intellectus, Quia Paulus compræhenſus in regula Inſtitutionis, & prohibitionis alienationis, non compræhenderetur etiam in exceptuatione, contra vulgatum axioma, quod exceptoatio ſupponit incluſionem compræhenſiuã in diſpoſitione. ad *text. in l.* 1. §. *ſed excipiuntur*, *ff. de fer. & dila-* 5
tion. Rot. coram Comunlo, deciſ. 165. *num.* 14. *& in recent. deciſ* 249. *num* 17. *par.* 11. *& in deciſ. huius cauſa* 15. *Iunij* 1661. § *hæc præterea in fin. coram bo: me: Veroſpio*, præſertim, quia talis diſpoſitio vnica oratione, eodemque verbo pariformiter determinatur, & ſic quoad Paulum non 6
debet Interpretari difformiter, & diuerſimode ab alijs fratribus, ad *text. in l. iam hoc Iure, ff. de vulgar. & pupill. l. quamuis, C. de Impub. & alijs ſubſt. Rot deciſ.* 161. *n.* 3. *p.* 10. *& deciſ.* 328. *num.* 9. *par.* 12. *rec.*

Nec quidquam mouit, quod in eadem oratione, vbi fuit prohibita alienatio, excepta legitima eſſent compræhenſi nepotes ſubſtituti, itaut ſicut reſpectu iſtorum, quibus non competebat detractio legitimæ difformis cadebat intellectus, ita etiam, reſpectu Pauli, qui iam fuerat de legitima ſatisfactus; vltra quod enim ſatisfactio legitimæ Pauli eſt ſuppoſitum eius, de quo quæritur, talis diſpoſitio recipit difformem interpretationem, quoad omnes filios in pari gradu conſtitutos, & ſic etiam, quoad Paulum, cui ſicut cæteris alijs filijs Iacobi legitima æqualiter debebatur, & pariformiter arguitur relicta, & quatenus etiam quoad nepotes ſubſtitutos, eademq; oratione compræhenſos verificari deberet eadem diſpoſitio, adhuc à DD. conciliabatur, quod nempè prohibitio alienationis, excepta legitima, illos ita compræhendere poſſet, vt legitimam detrahere valeant ex perſona parentum quatenùs iſti priùs non detraxiſſent, arg. *text. in* 7
l. quamquam 10. *C. ad l. Falcid. & l. vnica, C. de his, qui ant. apert. tabul.*

Confirmatur huiuſmodi intellectus, ex diſcretiuo modo

do loquendi, quo Iacobus vſus fuit in eodem teſtamen-
to; Quando enim imputationem, nedom in legiti-
mam, ſed iu alias pretenſiones Patris Golielmi compre-
bendere voluit, explicitè voluotatem ſuam declarauit,
relinquendo certa bona pro omni, & toto eo, quud idem
Religioſus petere poſſet, ratiooe legitimæ dotis materoę,
& quacumque alia de cauſa, Quod cum non fuerit reſ-
ponſum Pauli, imò illum indiſcriminatim vocauerit ſi-
mul cum alijs fratribus, ſequitur, quod reſpectu Pau-
li dioerſimodè à Patre Gulielmo diſpooere voluerit, ei-
que æqualiter cum alijs filijs legitimam præſeruaſſe,
cum ex diſcretiuu modo diſponendi dilucidetur dubia
diſpouentis volontas, *l.vnica, §. ſin autem ad deficientis C.*
8 *de Caduc. toll.* alijs auctoritatibus relatis *in dec.244. num.*
35. & dec.326.num.25.par.11.recens.

Io coucurſu, igitur, prædictorum imputationem ex-
clodeotium ex natura douatiuois, ac ex indicata meute
Iacobi Donantis, leuis pooderis viſa ſuot argumenta re-
petita ex parte DD. de Dondinis: Non enim, applicatur
9 regula, quod donatio ob cauſam ſit imputanda, quia
non procedit quandu, vt in præſenti donatio ſubijcitur
Primogenituræ, ex allegatis, & quandu cauſa donationis
eſt omniuò voluotaria, quicquid dicendum eſſet in cau-
ſa ſaltem moralitèr neceſſaria, iuxta diſtiuctiouem ad-
10 ductam *à Caſtr. in l. vt liberis, num. 10. C. de Collat. vbi*
Dec.num.27. Idem Dec. in Auth. ex Teſtam. num.8. C.
eodem. Crauett.conſ.136.num.2. Merlin.de legit.lib.2 tit.2.
quæſt. 29. num. 39. & 40.

Similiter adductæ cooiecturæ oon concludunt, in do-
nante cum voluntate imputandi: ex oarratiua, euim,
per Iacubum, facta Iudici ad effectum obtinendi liceotiã
donandi, quod haberet alia bona ſufficientia, pro legi-
tima aliorum filiorum potius iufertur, quod donatio
non erat inofficioſa, & ſic poterat per Iudicem approba-
ri, quam quod Pater declarauerit, quod in douatione
compræhenderat legitimam Pauli; ex antecedeuti enim,
quod haberet Pater alia bona pru legititima aliorum fi-
liorum non oritur neceſſaria conſequentia, ergò donatio
fuit imputata lo legitimam Donatarij: Quare, cum ex
prædictis huiuſmodi coniectura appareat vaga, & æqui-
uoca, non eſt admitteuda ad effectum arguendi auimum
imputandi, ex allegatis, *in prima deciſione R. P. D. mei*
Calataiù, §. nec eſt applicabilis, & in 2. dec. §. Bona autem.

Certiùs, quia data imputatiooe, non potuiſſet integrè
cooſeruari Primogenitura ſtrictiſſimo metodo conſtitu-
ta, potuiſſet oamque dimiuui pro rata legitimę, quę Pau-
lo debebatur libera, & immunis ab umni, & quocumque
onere *ex textu in l. omni modo, & l. quoniam in prioribus, C.*
11 *de inoff. teſtam.* & alijs vulgatis Iuribus, & quidem ipſo
Iure, quia abſque aliquo miniſteriu legitima libera in fi-
lios, eiuſque hæredes pertranſit, vt *d. Rota in Rom. præ-*
12 *tenſi fideic. 17. Maij 1669. §. tandem coram R. P. D. meo*
Calataiù.

Nihil releuante, quod Paulus donationem, cum omni-
bus, & ſingulis in ea contentis acceptauerit, quia accepta
tio uneris legitimæ debet fieri verbis explicitis, & perne-
ceſsè preſeferentibus ſcieotiã grauaminis, noo autem im-
plicitè, & relatiuè ad verba ambigua, & generalia emiſſa
à dunante, erga Iudicem ad aliom effectum, vt donatio-
13 nem inſinuaret, per *text. in l. ſi quando 35. § & generaliter,*
C. de inoff. teſtam. Rot. recent. dec.228. num.9. & 10 par.8.
& dec.283 num 19. & dec.481. nu.1. & 2. par.9. & in Me-
lenitana Fideicommiſſi 20. Febr. 1669. §. nec viſum fuit
coram R.P.D. meo Beuilaqua.

Rurſus de Coniectura inæqualitatis inter fratres oon
habuerūot DD. rationem, ſicut non habuit teſtator, qoi
in teſtamento poſt confirmatam donationem, Paulum
cum cęteris filijs pariformiter inſtituit, eique nullum io-
iunxit onus imputationis, prout fecit erga Gulielmum
Religioſum, ideò ſufficit, quod cæteri filij integram le-
gitimam fuerint aſſecuti; quia de reſiduo potuit Iaco-
14 bos liberè diſponere, & honorificam cunſtituere Primo-
genituram, vt aduertunt *Menocch. conſ.158. num. 32. &*
conſ.401. num.10. & 11. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §.26.
limit.31. nu.96. verſ. cum igitur, Cyriac. controu.312. nu 5.
& 6. Thomas. dec.50. num 240. & 242. Rot. in d. Fauentina
ſucceſſionis 5. Aprilis 1666. §. neque obſtare, in fine, coram
Reuerendiſs. Præſide Granaten.

Reformarunt, tamen, Domini tertiam partem d. ſen-
tentiæ, quia licèt, ibidem, in creditum hæreditatis Pauli,
fuiſſet aſcripta tertia pars legitimæ Pompei, iuxta oume-
rum trium fratrum, qui hęreditatem d. Pompei diuiſe-
ruot, & ſic diuiſam diù poſſederunt; quia, tamen, vlteriùs
aderat alius frater, nempè Gulielmus religioſus, qui iura
quomodocumque competentia, etiam iu bonis fraternis
R. P. D. Carolo eius fratri renunciaſſe declarauit de
anno 1644. Summario Dominorum de Dondinis *num.6.*
ſequitur, quod iuxta nomerum 4. fratrum, qui Pompeio
ſoperuixeruot, non tertia, ſed quarta pars legitimæ Pom- 15
pei Paulo competeret: Non aduerſante declaratione, Ia-
cobi communis patris, quod Golielmus, vltra bona ſibi
relicta aliud petere non poſſet, io hæreditate teſtatoris,
quia talis declaratio, ſeu prohibitio reſpicit hæredita-
tem paternam, & ſic non compræhendit ſucceſſionem 16
fraternam, vt in ſpecie *Caſtren. in l. Paulus 89. §. fin. nu.*
2. ff. de acquir. hæred. Mart. de ſucceſſ. leg. par. 1. qu. 14.
art.4. num.4. & par.4. quæſt. 18. art.3. num. 59. verſ. item
ſi filia, Surd. dec.144. num.15. & 16. Martin. Andr. dec.
74. num.29. & 30. cum alijs concordaotibus allegatis *in*
dec.47. num.6. & 48. num.1. poſt Merlin. de Legit. & dec.
66. num.12. coram Rojas.

Et ita vtraque parte, &c.

Bo: Me: Veroſpio.

Imolenſi Dotis.

Lunæ 16. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Donatio inter virum, & vxorem ſubſtinetur, quando donans perſeuerat vſque ad mortem, & contractus eſt iuratus; nec læſionis exceptio admittitur, ad impediendam executiooem inſtrumenti, & obligationis Cameralis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas viri pro reſtitutione dotis executiuè conuenitur.*
2 *Donatio inter virum, & vxorem de iure prohibetur.*
3 *Donatio inter virum, & vxorem morte confirmatur.*
4 *Dummodo præcedat realis traditio, vel per conſtitutum.*
5 *Dicta donatio firmatur iuramento.*
6 *Contractus iuratus non continetur ſub generali diſpoſitione ſtatuti.*
7 *Laici nihil ſtatuere valent ſuper iuramento.*
8 *Læſio excluditur, vbi quis ſcit rei valorem.*
9 *Læſio non habet locum in donatione.*
10 *Læſionis exceptio non admittitur in iudicio executiuo.*
11 *Nec impedit executionem obligationis Cameralis.*
12 *Filius familias habens mandatum generale patris, poteſt contrahere.*
13 *Minor factus maior poteſt approbare contractum prius factum.*
14 *Hæres non impugnat factum auctoris.*
15 *Mulier adminiſtrans bona cenſetur de dote ſatisfacta.*
16 *Limitatur, ſi ad eius manus bona non peruenerunt.*

DECISIO CLXXXII.

MAndatum ab A. C. fauore Lauræ decretum, pro credito dotis ſuæ io libris 11744. couſiſtente, exequendum fore, hodie, DD. reſpooderunt, eiuſdem validitati,

Digitized by Google

ſiditati, atque Iuſtitiæ inr ixi. Illa, quippè, ex aduerſo,
non reuocatur in dubium, hęc verò, ex dote depromitur
In ſumma ſcut. 3780 à Patre Lauræ Ciro viro pcomiſſa,
ac eidem ſucceſſiue perſoluta. Pro cuius reſtitutione,
1 valuit hęreditas viri executiuè compelli, dùm ipſius pro
miſſio, obligatione Camer. vallata præceſſerat, ex do-
ctrina *Angel. in l. 4. §. condemnatum numero 4. ff. de Re
iudic. Caſtrenſ. in l. poſt rem iudicatam 56. ad fin ff. eodem
tit. Galleſ. de oblig. Cam. quæſt. 2. num. 11, 12. cor. Buratt.
dec. 404. num. 4.*

Nec obeſſe viſom fuit Inſtrumentom inter Lauram,
& Cirum, conſtante Matcimonio contractum, in quo,
hic, pro libris 11256. in dotis cauſam receptis, bina prę-
dia tradidit in ſoluium vxori ad rationem libr. 42. pro
quolibet centenario, licèt eiuſdem valor libras 100. tunc
temporis attingeret, nunc verò 150. adæquet, cuius
virtute ille Contractus de vitio nullitatis redarguitur,
vtl ſapiens donationem inter coniuges à Iure prohibi-
2 tam, ne mutuum amorem ipſi deponant, iuxta *text. in
l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. creditor 20. vbi
gl. notat verb. potuit, C eod. tit. Rot. poſt Salgad. Labyrint.
cred dec. 22. num. 3.*

Hæc, enim, conclusio conſueuit dupliciter limitari,
quoties, ſcilicèt, vir nulla præuia donationis reuolu-
tione, vt in propoſito caſu, prædecedat vxori, tunc,
enim, prohibitionis ratio euaneſcit, & proindè donatio
3 robur validitatis, ex obitu aſſumit, iuxta *tex. in l. cum hic
ſtatus 25. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. 1. 3. & l. do-
nationes, quas parentes 25. C. eodem tit. Rip in l. 2. num.
25. ff. ſolut. matrim Tiraq. in l ſi vmquam, verb. libertis
num. 112. C. de reuoc. donat. Gomez. var. tom. 2. cap. 4.
num. 33. Clar. in §. donatio, quæſt. 9. num. 6. Sanchez. de
Matrim. lib. 6 diſp. 14. num. 1. Mantic. de tacit. lib. 21.
tit. 7. num. 1. & 33. cum ſeqq.* vbi, præterea concludit,
quòd, licèt ad hunc validitatis effectum, videatur requi-
ſita traditio, illa nihilominùs, ex clauſula Conſtituti re-
4 ſultans conſueuit ſuffragari, *Rot. dec. 1. num 8. de donat.
inter vir. & vxor inter antiq.* Tum etiam, in caſu, quo
donatio, vt hic, iuramenti vinculo munita detegatur, vt
5 tradunt *Bart. in l. Seius, & Eugenius 27. ff. ad l. Falcid.
Socin. Iun conſ. 44 num. 6. lib. 2. Ruin. conſ. 132. num. 3.
lib. 4. Decian. conſ 222. num. 6. Aimon conſ 81. poſt num.
1. verſ. ſed præmiſſis Couarr. in Rubr. de Teſtam. par. 2.
num. 10 Clar. in §. donatio, quæſt. 9. num 3.* vbi hanc opi-
nionem in iudicando, & conſulendo veriorem appellat,
*Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 9. num. 8. cum ſeqq. Rot. cor.
Gregor. dec. 563. num. 7. & in Ciuitatis Caſtelli Dotis 28.
Aprilis 1662. §. fallit, & 3. Martij 1663. §. donationem,
cor. Emerix.*

Hinc non vrget, Imolenſe Statutum in rubr 92. nul-
lius roboris decernens contractus, conſtante Matcimo-
nio, inter coniuges, initos; Siquidem, ſub ea generali di-
ſpoſitione Contractus Iuramento valiatus non contine-
6 tur, ex Doctrina *gloſ. in cap. cum non docet 30. verb. effe-
ctus de elect. in 6. Alex. conſ. 33. num. 5. lib. 3. Ruin. conſ.
161. ad fin. lib. 5. Gabriel. de Iureiur. concl. 5. num. 1.
Rot. dec. 199. num. 2. par. 4. diuerſ & cor. Buratt. dec. 149.
num. 6.* ſuper quo, nec etiam potuiſſent Statuentes laici
7 ex poteſtatis defectu diſponere, vt tradit *Bartol. in l omnes
populi num. 25. ff. de Iureiur. Alex. conſ. 32. num. 31. lib.
3. Gabriel. de Statut concl. 11. nu. 1. Rot. coram Buratt.
dec. 44. num. 4.*

Hinc, pariter, corruit alterum læſionis fundamentum,
dum eam iuxta mentem pactis aduerſæ vir conſcius ma-
8 ioris valoris ad dationem deuenit animo exhibendi do-
nationem vxori, donatio hæc ex mera liberalitate pro-
ueniſſe cenſetur, in qua proindè nulla valet læſionis ex-
9 ceptio admitti, vt aduertit *Alex. conſ. 125. num. 7. lib. 1.
Socc. Iun. conſ. 67. num. 23. lib. 2. Aymon. conſ. 114. num.
12. Rot. cor. Pen. dec. 491. num. 7. Duran. dec. 121. num. 2.
& dec. 337 num. 28.* cum alijs relatis in *Romana Tranſa-
ctionis 11. Febr. 1664. §. pen. cum ſeqq. coram Me.* Quin
10 imò læſionis articulus, in petitorio, dumtaxat, Iudicio
foret examinandus, vt tradunt *Capyc. Galeott. reſp. 25.
num. 59. Rot. in Vercellen. Manutentionis 28. Iunij 1655.
§. ad ſecundum, coram Bichie, & in Imolen Bonor 6. cur-
rentis Menſis, §. præterea, cor. Me.* nec interim valet obli-
gationis Cameralis impedire executionem, *Rot. cor. Gre-* 11
gor. dec. 120. num. 16. 17.

Et licèt, de tempore, quo datio inſolutum emanauit,
Cirus ſub paternæ poteſtatis Dominio remaneret, non
tamen contractus poterit, ex non adhibito patris aſſen-
ſu, corruere; vel quia Cirus ampliſſimo Patris manda- 12
to procuræ pollebat, ſiuè, ex quo poſtmodum ſui Iuris
effectus, tacitè contractum, nedùm ipſe approbauit;
quod poſſet ad hunc effectum ſuffragari, *ad tex. in cap.* 13
*cum vir. 420. ibique gloſ. de vſucap gloſ. in l. quod ab ini-
tio 30. ad medium, verſ. fallit, ff. de reg. Iur.* Verùm etiam
Angelus Maria eius filius, ac hęres, in Inſtrumento Con-
cordiæ de anno 1635. inter ipſum, & matrem initæ,
cuius factum fratres de Pantaleonibus eiuſdem Angeli 14
Mariæ hæredes nequeunt impugnare *ad text. in l. cum
à Matre, C. de rei vindic.*

Denique non obſtat adminiſtratio bonorum filij à
Laura, vti tutrice plurium menſium ſpacio exercita, ex 15
qua extinctio crediti dotalis arguitur, ex aduerſo, præ-
terquàm, cum præuia calculorum diſpoſitione, ab ea
reddita ratio conuincitur in Inſtrumento edito de Anno
1631. & inde videtur obiectio corruere, quod nulla fru-
ctuum exactio exhibeatur, ex quibus potuerit dotis ex-
tinctio contingere. *Rot. poſt Pacif de Salu. dec. 19. nu. 3.* 16
*cor. Seraph. dec. 1455. num. 1. & 5. & in Æſina Dotis 6.
Aprilis 1663. §. vlt. cor. Beuilaqua, & in Fauentina Vſuſ-
fructus 20. Iunij 1664. cor. Me.*

Bo: Me: Veroſpio.

Peruſina Fideicommiſſi.

27. *Maij* 1661.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio facta, in caſu obitus ab inteſtato, expirat condito teſtamento, effectu non ſortito, ex quo nemo adiuit hæreditatem. Et ſubſtitutus ſub pluribus conditionibus, antequam admittitur debet expectare purificationem omnium.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum ſub conditione obitus ab inteſtato expirat condito teſtamento.*
2 *Etiam ſi teſtamentum non habuerit effectum.*
3 *In Conditionibus voluntarijs nudum factum inſpicitur, non effectus.*
4 *Hæreditas adiri poteſt beneficio reſtitutionis in integrum ob ignorantiam.*
5 *Legitimatus an faciat purificare conditionem, ſi ſine filijs.*
6 *Subſtitutio ſub pluribus conditionibus, vt habeat locum debent omnes purificari.*
7 *Caducitas, & priuatio fideicommiſſi, de qua quis habuit notitiam, cenſetur remiſſa.*
8 *Et ideò ab hæredibus non poteſt intentari.*
9 *Prohibitio alienationis acceſſoria fideicommiſſi eo extincto, & finito expirat.*
10 *Prohibitio alienationis non extenditur vltra expreſſa.*

DECISIO CLXXXIII.

LVdouicus Corradus vniuerſales ſibi hæredes inſtituerat Maccum Antonium, & Fuluium, ex fratre præmortuo pronepotes, quibus decedentibus ab inteſtato, & ſine filijs legitimis, & naturalibus Corradum ſubſtituit, ac filios ipſius naturales, & legitimos, cum verò, per
obitum

Digitized by Google

obitum Fuluij,cui delata fuerat Marci Antonij Portio, Horatius,& fratres,tamquam Corradi filij, fideicommiſſum contenderent, in eorum fauorem apertum, immiſſionis proindè iudicium inſtituerunt, contra Antonium Baſſum poſſeſſorem prædij, ſub eodem met fideicommiſſo incluſi, ſed ſententiam contrariam reportarunt in partibus, nec non etiam A. C. qui reuocata Peruſiæ ſententia decreuit manutentionem Baſſo, delata autem mihi cauſa, cum facultate manuteneodi, quem de iure, cum hinc inde attentata contenderentur commiſſa ſuper illis, dubium propoſui, & Domini mandarunt diſputationem boni iuris, quod Antonio poſſeſſori aſſiſtere hodie decreuerunt.

Siquidem Corradi, ac filiorum ipſius vocatio, ſub duplici conditione concepta dignoſcitur, obitus, videlicèt, hæredum ſine filijs, & ab inteſtato, adeòque, cum Fuluius deceſſit cum teſtamento fideicommiſſum expi-
1 rauit, *ad tex. in l generali, C. de inſtit. & ſubſtit. Alex. conſ.59. num.6.7.lib.3. Ruin.conſ.113. num. 8.lib.3. Pariſ. conſ.52. num.6.lib 3. Alciat.conſ.109.lib. 2. num.9. Rot. in Piſauren. teſtamenti 3. Martij 1695. §. verum, cum ſeqq. cor. Emin. Celſo*, licet, ex non adita hæreditate diſpoſi-
2 tio nequierit effectum ſortiri, cum, enim, agatur de implemento conditionis, pendente ab hæredis voluntate, ea conditio defecit ſtatim, ac Fuluius teſtatus deceſſit, nulla habita ratione, an diſpoſitio fuerit effectum ſortita, vt in ſpecie tradit, *Ruin.conſ.113 num 8 cum ſeqq lib. 3. Alciat. conſ. 109. num. 3. 6.* & quod in conditionibus voluntarijs nudum tantum factum inſpiciatur, non an-
3 tem effectus, probat *tex. in l. quæ heredi in princ. & in l. Mænius, ff de condit & demonſtr. dec. 151. num. 1. par. 3. rec. & in Romana fideic. de Sorictijs 22. Maij 1653. cor. Reuerendiſs. Compoſtellano.*

Dum maxime hæredibus Gratiani ex beneficio reſtitutionis in integrum permittitur ipſius hæreditatis adi-
4 tio, licèt eam ignoraſſet ſibi fuiſſe delatam, *ad tex. in l. Pamonius 87. ibique Caſtren num. 1. ff. de acquir. hæred. Iaſ. in l. cum antiquioribus num 3. C de iur. delib. Soccin. Sen. in l. quod 10.num.25 ff de reb dubijs Alex conſ.169. num. 14.lib.2. Gomez. var tom. 1. cap.9. num. 13. ad fin. Odd. de reſtit in integ. quæſt 50.num.69. verſ. contrarium*, vbi de communi teſtatur *Cancer. var. tom. 3 cap.2.nu.19. Rot dec. 33 num.1. par 5. recent.*

Hinc obeſſe non valet alterius conditionis prætenſa
5 purificatio, quicquid enim, ſit, an Fuluius obierit ſuperſtite Dominico filio, per ſubſequens matrimonium effecto legitimo, ſuper quo articulo, exindè Doctores non fuerunt concordes, quoad filij Dominici aliquibus ex ijs non viſa fuit concludenter probari, dum ſubſtitutio duplicem continet conditionem, opus eſt vtramque purificari, ad hoc vt ſubſtituti valeant ad fideicommiſſum
6 admitti, nec alterius verificatio ſoffragatur, *iuxta tex. in §. penult. inſtit de hered inſtit. l. ſi quis ita 129. ff. de verb. oblig. l ſi heredi plures conditiones, ff. de cond. inſtit. Rom. conſ. 132. num. 1. Caphal. conſ. 447. num. 7. lib. 3.* & præter *Alex. & Pariſ.* in his terminis tradit *Hended. conſ. 78. num. 23. 24. lib. 1.*

Hoc autem prædium perperam fratres de Corradis contendunt fuiſſe deuolutum, ad ipſos, ex quo à Fuluio conuincitur diſtractum, de anno 1621. contrà expreſſam voluntatem teſtatoris, priuationis pœnam irrogantis, his verbis, *Item prohibuit, quod eius heredes, & fideicommiſſarij vllo vnquam tempore alienare bona ſtabilia, & in caſu contrauentionis bona alienata deuenire ad fideicommiſſarios ordine ſucceſſiuo*, dum enim Corradus ſub-
7 ſtitutus, col alienatio videtur innutuiſſe, purificationem fideicommiſſi Foluio viuente, non agnouit, caducitas præſumitur remiſſa, ità vt talis actio à filijs hæredibus
8 nequeat exerceri, vt tradit *Riminald. Sen. conſ. 269. num. 7. cum ſeqq. lib. 2. Aym. conſ. 19. nu. 8. Thob Non. conſ. 28. num. 10. Hended. conſ. 715 num. 19. cum ſeqq. lib. 1. Odd. de prohib. alien quæſt. 7. num. 55. Fuſar. de ſubſtit. qu. 714. num. 9. cum ſeqq. Rot. dec. 814. num 20. tom 2.* præſertim poſt conditum teſtamentum, cuius virtute, ſicuti fideicommiſſum in caſu obitus inſtitutit euanuit, ità prohibitio pariter alienationis, vti acceſſoria, & ab ipſa ſubſtitutione dependens, expirauit, *iuxta conſ. dec. 686. per tot. & ſignantèr nu. 12. ab hoc Sac. Trib. ſemper admiſſ. Alex. conſ. 19. num. 9. lib. 3. Gratian. cap 828. numer. 1. 6. Rot. cor. Coccin. dec. 294. num 6. cum ſeqq. & coram Merlin. dec. 580. numer. 6.* 9

Neque in dubium poteſt reuocari, quin prohibitio hæc à ſubſtitutione in caſum obitus omninò dependeat, vel quia deſtituta dignoſcitur ratione aſſeruandi bona in agnatione, vel quia iiſdemmet hæredibus, & fideicommiſſarijs ſupraciiatis adiecta coniungitur, *Surd. dec. 85. cum ſeqq. Fuſar. conſ. 57. num. 5. 6. Gionagn conſ. 39. num. 18. cum ſeqq Rot. coram Seraph. dec. 482. num. 3. cum ſeqq. & coram Merl. dec. 890. num. 10. 11.*

In quam Domini ſententiam, eo faciliùs inclinarunt, quia Horatius, & fratres, ex reſcripto principis, legitimati non concludunt eorum filiationem, quæ ſuffragetur.

Et ita vtraque parte Informante, &c.

Bo: Me: Veroſpio.

Romana Deuolutionis Domus.

Vener. 4. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

In emphyteuſi hæreditaria, habens facultatem, vnum, ex incertis ad eam nominandi, poteſt nominatum grauare, ita vt habeat purum titulum, & commoditas fructuum pertineat ad aliquam Eccleſiam, aut alium locum incapacem emphyteuſis, non obſtante, quod Dominus directus ſe opponat.

SVMMARIVM.

1 *Titulus nudus emphyteuſis poteſt in vno remanere, & fructus poſſunt ad alium pertinere.*
2 *In Officijs Romanæ Curiæ nudus titulus ſpectat ad vnum & commoditas fructuum ad alium.*
3 *Nudum nomen non dicitur reſidere in eo, qui habet aliquod vtile.*
4 *Nominans ad emphyteuſim non poteſt grauare nominatum.*
5 *Quod habet locum in emphyteuſi ex pacto, & prouidentia.*
6 *Nouum hæreditaria.*
7 *Nec, quando nominant poteſt nominare vnum de incertis.*
8 *Hoc caſu poteſt grauare nominatum.*
9 *Deciſiones Rotæ ſunt ſupponendæ.*
10 *Eccleſia eſt incapax emphyteuſis.*
11 *Limitatur, quando titulus reſidet in perſona capaci, & Eccleſia habet ſolam commoditatem fructuum.*
12 *Emphyteuta, irrequiſito Domino, transfert ad vitam commoditatem fructuum in perſonam incapacem.*
13 *Dominus, cui non affertur præiudicium, conqueri non poteſt.*
14 *Titulus poteſt ſtare diuiſus à fructuum commoditate.*
15 *Habens nudum nomen, & titulum non poteſt renunciare in præiudicium habentis fructus.*
16 *Difficultas exigendi Canones tollitur ex oblatione dandi fideiuſſorem.*

DECISIO CLXXXIV.

Iterum Domini reſponderunt, pro excluſione deuolutionis à Reuerendiſs. S. Petri Capitulo, petitæ, ſuper domo emphyteutica, ad quam Franciſcus Torrettus Paulum

Paulum Brunamontem nominauerat; Quia eademmet
nominatio expleta conuincitur, in vim pacti inſerti, in
inſtrumento inueſtituræ, cui Apoſtolica Sedes confirma-
tionis robur attribuit.

Non obſtat, quod Paulo nudum tantùm nomen de-
latum fuerit, dùm redditus domus quicumque vna cum
oneribus cedere debet, ex præcepto teſtatoris Eccleſiæ
D. Mariæ de Monte Soracte.

Siquidem valet titulus, in vnius perſona legitimè
1 reſidere, licèt fructuum vtilitas alteri attributa fuerit,
vt reſpondit in ſpecie *Rot. in Rom. Emphyteuſis* 18. *Iunij*
1 1640 *coram Veroſpio*, § *neque hunc*, *Bald. in l. ſi quis Titio* 17. *numero* 2. *ff. de leg. ſecundo*, dum aſſerit,
nudum dupliciter accipi poſſe, vt à commodo, & titu-
lo abſtractum, & vt à ſola commoditate, non autem
à titulo ſeparatum ibique, *Imol numero* 2. *Rot. coram Gregor. deciſ.* 544. *num* 28. & edocet quotidiè praxis
in Romanę Curiæ Officijs vni perſonæ reſpectu tituli
conſuetis elargiri, alteri verò reſpectu dominij, ac fru-
ctuum commoditatis, vt aduertit *Gratian. capitul.* 730.
2 *numero* 49. *Salgad. in Labyr. credit. parte* 1, *cap.* 35. *n.* 11.
Rot. deciſ. 305. *num.* 1. *par.* 2. *rec.* & *dec.* 150. *in princip. poſt Pacif. de Salu.*

Præterea Pauli nominatio non in ſolo dumtaxat, ti-
tulo, ſeu nudo nomine conſiſtit, cum ipſi domuncu-
la, quoque annul redditus ſcut. 18. conceſſa conuinci-
tur, vt ponderat in puncto *Gramat. deciſ.* 70. *num.* 2.
3 quæ licet nunc à domo, de qua agitur diſtincta,
ac ſeparata noſcatur, olim tamen eidem erat an-
nexa, ac ſub eadem inueſtitura comprænhenditur,
prout Beneplacitum S. M. *Pij V.* expreſſè demon-
ſtrat.

Et licèt *Pereir. deciſ. Portugall* 6. *numero* 5. nec
non *Cald. de emphyt. capit.* 3. *numero* 7. *num.* 13. nomi-
4 natum ab emphyteuta afferens non poſſe grauari, illo-
rum tamen opinio in emphyteuſi portionata proce-
dit, in qua nominans, tamquam aſtrictus ad eligen-
5 dum vnum ex pluribus expreſſis in inueſtitura, de ſuo
nihil nominato attribuit, à Domino directò obtinenti
beneficium electionis, licet ex nominatione illi quodam-
modò gratificetur, non autem obtinet locum, in emphy-
6 teuſi hæreditariæ qualitatis, quoties videlicet, in ip-
ſius poteſtate, vt in propoſito caſu, reſideat incer-
tum ex incertis eligere, tali quippè caſu, cum nomi-
natio præfata pendeat ex mero emphyteutæ arbi-
6 trio, electus proinde cenſetur emphyteuſim à nomi-
nante obtinere, ac conſequenter poteſt ſuper ea le-
gitimè grauari, vt ſe bene declarat idem *Cald. libro*
8 3. *capit.* 16. *numero* 6. *cum ſeqq. Palm. conſil.* 62. *nu-
mero* 11. *cum ſeqq. Rom. conſil.* 104. *numero* 3. & *ſeqq. libro* 2. cęterique in *deciſione edita* 29. *Nouembris* 1653. in hac noua diſputatione dubij ex ſtylo
9 Tribunalis ſupponenda, vt teſtatur *Rot. coram Buratt. deciſ.* 596. & *penes Zacch. de oblig. Camer. deciſ.* 275.
vtrobique, num. 1.

Hinc non vrget, quod Eccleſia D. Mariæ, vti ma-
nus mortua emphyteuſis incapax reputetur. Dum enim
10 in perſona Capaci, hoc eſt, in Paulo titulus reſidet,
nullum reſpectu fructuum capitulo præiudicium irro-
gatur, quos teſtator, donec in humanis idemmet Pau-
11 lus exiſtat, Eccleſiæ D. Mariæ potuit elargiri, ex do-
ctrina *Bald.* communiter recepta *in l. prima, numero* 10.
Cod. qui bon. ced. poſſ. aſſerentis in ſpecie, quod licet
emphyteuſis abſque directi Domini aſſenſu, in perſo-
nam nequeat inhabilem transferri, attamen com-
moditas fructuum valet ab emphyteuta eidemmet per-
12 ſonæ incapaci ad ſuam vitam diſtrahi, & obliga-
ri, *Rum. conſil.* 176. *num.* 13. & 18. *libro* 1. *Roland. conſil.* 80. *numero* 35. *libro* 1. *Menoch. conſil.* 22. *num.* 7.
cum ſeqq. Grat. conſil. 54. *numero* 14. *libro* 1. *Gratian. cap.* 40. *numero* 11. *Rot. deciſ.* 167. *num.* 9. *cum ſeqq. par.* 9
recent. in Rom. Saluiani 9. *Decembris* 1644. § *primo*, & 2.
coram Reuerend. ſs. Decano.

Et ſicuti Capitulum conqueri nequiret, in caſu, quo
emphyteuſis, tàm tituli reſpectu, quam fructuum tranſ-
lata fuerit in Paulum, ità quoque ęgrè ferre non debet,
vt Eccleſia fructus aſſequatur, donec idemmet Paulus, 13
in humanis exiſtat. Dum nullum eidem Capitulo, ex
tali diſpoſitione detrimentum infertur, ac diuiſio titu-
li, à fructuum commoditate, ex iuris diſpoſitione per- 14
mittitur. *Aym. conſil.* 213. *numero* 2. *Menocch. de recup. poſſ. remed.* 9. *numero* 260. *cum ſeqq. Clar. in* § *feudum*,
quæſt. 31 *num.* 9. *Guerb. ad conſuet. Meſſan gloſſ.* 2 *par.* 1.
num. 110. *Fulgin. de iur. emphyt. tit. de var. caduc. quæſt.* 6.
num. 6.

Neque renunciatio tituli, ex Pauli parte ſecuta, po-
terit obeſſe Eccleſiæ; Hæc enim renunciatio poſt acce-
ptatam, ſub onere ab ipſo nominationem expleri non 15
potuit, vt aduertit in ſpecie *Pereir. deciſ. Portugall.* 26.
numero 5. *ad medium*, in præiudicium præſertim iu-
ris Eccleſiæ quæſiti, vt ponderatum fuit in deciſione
præterita.

Difficultas verò in exigendo canones viſa fuit peni-
tùs remoueri, ex oblata per Eccleſiam fideiuſſione, pro
futura Canonum ſolutione, vt in his terminis aliàs Ro-
ta cenſuit in *Placentina Emphyteuſis* 7. *Iunij præteriti co-* 16
ram Me.

Et ita vtraque &c.

Bo: Me: Veruſpio.

Romana Dotis.

Lunæ 18 *Iunij* 1663.

A R G V M E N T V M.

Filia etiam iuuenis nupta, cum viro ſe digno, contra voluntatem parentum, debet à patre dotari, ſed minori dote, maximè, ſi eadem filia aliundè ſit diues. Et quo caſu, maritus recipiendo dotem poſſit cogi dare cautionem de eadem reſtituenda.

S V M M A R I V M.

1 *Pater tenetur dotare filiam.*
2 *Matrimonium contra patris voluntatem initum de iure Ciuili eſt nullum.*
3 *De iure Canonico ſufficit conſenſus contrahentium.*
4 *Conſenſus parentum requiritur ad honeſtatem.*
5 *Filia nubens, inuito patre, debet dotari.*
6 *Dos taxatur iuxta conditionem, & patrimonium nubentis.*
7 *Filia nubent, inuito patre, minori dote debet dotari.*
8 *Dos Romæ ſine diſpenſatione Apoſtolica non excedit ſcuta* 5500.
9 *Sed inter nobiles, non eſt ſufficiens.*
10 *Filia diues debet dotari à patre.*
11 *Limita, quando nubit inuito patre, & eſt iuuenis.*
12 *Dos datur, vel in ſtabilibus, vel in pecunia.*
13 *Maritus non dat cautionem de inueſtienda dote.*
14 *Pater, amiſſa dote, tenetur iterum filiam dotare.*
15 *Cautio mariti requiritur, quando eſt periculum diſſipationis eiuſdem dotis.*

Digitized by Google

DECISIO CLXXXV.

DOmina Anna Caffarella, præuia diſpenſatione Apoſtolica ſuper conſanguinitate, inter ipſam, ac D. Antonium Minutillum, matrimonium, cum eo, nulla ſibi dote conſtituta, ac patre reluctante, contraxit, ſuper cuius conſecutione dotis, cauſa mihi commiſſa, dubitaui, an D. Petrus pater Annæ, pro præſtatione dotis, & in qua valeat quantitate compelli, & Domini pro nunc ad ſcut. 5000. ipſum arctandum fore cenſuerunt.

Siquidem pater aſtringitur filiæ dotem attribuere,
1 iuxta *tex. in l. qui liberos 19. ff. de r. t. nuptial. l. dotem de*
dit 6. ff. de collat. bon. l. vltima, verſic. neque enim, Cod.
de dot promiſſ. Mantic. de tacit. libro 12. tit. 16. numero 4.
& 5. Rot. coram Coccin. deciſ 143. numero 9. cuius onus
D. Petrus euitare non valet, ſub prætextu, quòd filia,
in iuuenili ætate annorum 16. cum extero viro
matrimonium, ipſo reclamante, contraxerit nulla
ſibi dote ſancita; Iuris enim Ciuilis diſpoſitio matri-
monium contra parentum vota expletum irritum red-
2 dens, ac nullum, de quo *in l. in ſponſal. libro 7. ff. de ſpon-*
ſal. & in l. prima, ff. de rit. nupt. à *Sac. Concil. Trident.*
correpta fuit, *ſeſſ. 24. capitul. 1. de reform. matrimon.*
Tum ex diſpoſitione quoque Iuris Canonici, coniu-
gis vtriuſque aſſenſu, dumtaxat ad matrimonij vali-
3 ditatem exquirente, vt probat *text. in cap. ſufficiat 27.*
quæſt. 28. & capit. cum apud 23. vbi Abb. numero 3.
de ſponſal. gloſſ. in capit. hoc ſanctum 32. quæſt. 2. pa-
rentum conſenſum aſſerens, dumtaxat ad honeſtatem
4 requiri, *gloſſ. in l. Paulus reſpondit 2. ad fin. ff. de ſtat.*
hom. Barz. dec. 29. numero 7. Rot. coram Caualer. deciſ.
415. num. 4.

Cuius virtute libertatis Inductæ, fauore matrimonij
ex neglecto parentum aſſenſu, D. Anna à dotis conſe-
cutione arceri non debet, dum cum nobili viro matri-
monium legitimè contraxit, iuxtà *gloſſ. in capit. hoc*
5 *ſanctum 32. quæſt. 2. Rip. in l. prima, numero 57. & 58.*
ff. ſolut. matrimon. Menoch. præſumpt. 189. lib. 4. nu-
mero 61. cum ſeqq. Couarr. de matrimon. parte 2. cap. 3.
§. 8. numero 7. Molin. de primog. libro 2. capit. 16. nu-
mero 6. & ſeqq. Gutier. de matrimon. capit. 80. nume-
ro 13. verſicul. prima concluſio Sanchez eodem tract. li-
bro 4. diſput. 26. numero 17. Fontanell. de pacto nuptial.
clauſ. 5. gloſſ. 1. numero 47. & 85. & ſeqq. Barz. dec.
Bonon. 29. numero 27. Rot. coram Mexlin. deciſ. 457. n. 5.
& ſeqq.

Hanc verò dotem Domini, ſine præiudicio Iurium
partium in ſcut. 5000. decreuere, donec ſtatus patrimo-
nij paterni firmetur, iuxtà cuius vires, ac familiæ con-
ſuetum, nec non viri dignitatem, atque mulieris de-
6 bet dos ipſa taxari, *l. quæro 61. & l. cum poſt 70. §. in do-*
minum verſic. gener. ff. de iur. dot. l. cognominus. §. ſed ne
videatur, Cod. de Hæret. & manumiſ. Rum. conſ. 60.
numero 1. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 21. numero
4. & 5. Afflict. deciſ 160. numero 1. Rot. deciſ. 131. nu-
mero 11. parte 4. diuerſ. & deciſ. 41. numero 9. parte 4.
tomo 2. recent. & deciſ. 88. numero 1. parte 5. non
tamen rigoroſe, ſed aliquo cum moderamine, ne puel-
la quæ, ſpreto parentum voto intempeſtiuè nupſit,
melioris conditionis euadat altera voluntatem ſuam à
7 parentum deſiderio regulante, vt aduertit *gloſſ. Margin.*
cap. hoc ſanctum 32. quæſt. 2.

Neque vrgere viſa fuit S. M. *Sixti V.* Conſtitutio,
reducens Romanorum Ciuium dotes ad ſcut. 5500. Si-
quidem ea non impedit, quia iudex qualitate perſona-
rum perſpecta, in quantitate maiori dotem decernat,
ſub clauſula, dummodò derogatio conſtitutionis à
Summo Pontifice impetretur, nemini denegari conſue-
ta, vt teſtatur *Rot. deciſ 172. num. 19. parte 8. & deciſ.*
8 *175. numero 43. parte 9. recent. & in Romana dotis*
de Lancellotis 14. Iunij 1655. §. deinde coram Reuerendiſs.
Zarate, vbi, quod dos à Conſtitutione decreta, inter no-
biles Quirites congrua non reputatur, & in *Romana*
dotis 28 Maij præteriti, §. quoniam coram Me, & alias in
his terminis, reſponſum fuit, in *Romana dotal. 26. Iunij* 9
1637. coram Buccabella.

Aliqui tamen Domini animaduertebant in taxatione
congruæ dotis, valorem quoque bonorum Annæ in-
ſpiciendum fore, licet enim patri onus inhæreat præ- 10
ſtandi dotem filiæ, quoque diuiti, limitari tamen ſolet
concluſio in caſu, quo filia 25. ſuæ ætatis annum, non
excedens, patris aſſenſum non adhibeat, in nuptijs,
cum viro, licet digno contractis, vt tradit *Couarr. de* 11
matrimon. parte 2. cap. 3. §. 8. num. 8. Gutier. eodem tract.
capit. 80. numero 13. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5.
gloſſ. 1. numero 87. Sanchez de matrimon. lib. 4. diſput. 26.
num. 18.

Præſtationem verò dotis prædictæ Domini deman-
darunt, vel in ſtabilibus, vel in pecunia iuxta *text. in*
l. ſiue generaliter 62. ff. de iur. dot. dummodò tamen cau- 12
tio ſuper eiuſdem conſecutione dotis, in quantitate per-
ſoluendæ à viro præſtetur, licet enim hæc cautio inter-
dicatur à iure *in l. prima, & ſecunda. Cod. de fideiuſſ. dot.* 13
Faber. in ſuo Cod. libro 5. tit. 14. defin. prima, Rot. deciſ.
24. num. 17. parte 7. recent. Dum tamen de matrimonio,
præter patris voluntatem expleto peragatur, & quia
facile poſſet ſine aliqua culpa mulieris dotis diſſipatio
contingere, cuius virtute pater iterùm dotem tenere-
tur impartiri *auth. quod locum, Cod. de Locat.* cautio- 14
nem, idcircò Domini in hoc caſu exoptarunt, ſequen-
do opinionem *Fabr. in ſuo Codic. libro 5. titul. 14.* 15
defin. 4.

Et ita vtraque &c.

Bo: Me: Veroſpio.

Romana Hæreditatis.

Ven. 14. Ianuarij 1661.

ARGVMENTVM.

Hæres ſuccedentis ab inteſtato, habet actionem interdicti, quorum bonorum; Nec impeditur immitti, per teſtamentum ad piam cauſam, quandò conſtat dictum teſtamentum eſſe imperfectum, ratione voluntatis.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum. quorum bonorum, competit venienti ab inteſtato contra poſſidentem bona hæreditaria.*
2 *Interdictum præfatum competit hæredi.*
3 *Lis tranſit in hæredem.*
4 *Teſtamentum ad pias cauſas ſubſtinetur, abſque ſolemnitatibus Iuris Ciuilis.*
5 *Sed requiritur ad hoc voluntas perfecta, non præparatio teſtamenti.*
6 *Teſtamentum feciſſe non poteſt quis dici, quando ex poſt dicit velle teſtari.*
7 *Scriptura loco minutæ habita non dicitur perfecta.*

DECISIO CLXXXVI.

SEntentiam Rotalem, in bonis Claudij, immiſſionem Gaſpari Moreni, denegantem corruere, hodiè Domini cenſuerũt; Siquidẽ hęreditas Claudij, ab inteſtato defũcti, Claudio Iuniori ex fratre nepoti, & proximiori, in gradu delata conuincitur, cui, dum contra ſocietatẽ SS. Sudarij, poſſidentẽ ex quorũ bonorũ interdicto,

compe-

competebat immiſſio, *ad text. in l. 1. ff. & Cod. quor. bonor.*
1 *Menoch. de adipiſc. remed. 1. num. 49. Rot coram Merlin.*
deciſ. 21. num. 50. in Senogallien. bonorum 30. May 1644.
§. ſubſtitia verò cor. Reuerendiſſ. Decano, ex eodemmet iure
Gaſpar illius hæres, eam conſequi debuerat, vt aduertit
2 *Bald conſ 186. num. 7. lib. 1. Angel. de acquir. poſſ. remed. 10.*
numero 13. Rot. in Colonien. legitimatatis 13 May 1658.
§. primo, coram Me; lite potiſſimè perſpecta à Claudio-
met inſtituta, nec non in eodem ſtatu, & iure, in hæ-
3 redem translata, *Soccin. Sen. conſil. 31. numero 8. libro 1.*
Purpurat. conſil. 396. num. 1. Rot. coram Mant. c dec. 141
num. 30.

Neque poterit obeſſe teſtamentario Claudij ſenioris
diſpoſitio de anno 1647. proprio caractere conſcri-
pta, atque ſubſcripta, quæ licèt teſtibus, cęteriſque
iuris Ciuilis ſolemnitatibos deſtituta, in piæ cauſæ fauo-
rem, hoc eſt ſocietatis ſcriptæ hæredis, videtur poſſe
4 ſubſtineri, vt aduertit *Conarr. in cap. relatum nu. 12. de*
teſtam. Menocch. conſ. 224. num. 66. Rot. in Alamina teſta-
menti 26. February 1649. §. hinc non vrget, coram Me. cum
alijs relatis iuribus *in deciſ. antecedentis inſtantia 4. May*
1647. coram Reuerendiſſ. Papien.

Poſſet enim admitti concluſio, quoties ſcriptura, cui
innititur ipſa ſocietas volontatem Claudij perfectam, &
diſpoſitionem præſefeciſſet, ſecùs verò, dum ea nudam
dumtaxat teſtamenti præparationem continet, quo
ſanè caſu diſpoſitio, vt ratione voluotatis imperfecta,
nec teſtamenti oomen, nec aliquam executionem mere-
5 tor, *ad text. in l. ſi quis 25. ff. de teſtam.* & tradunt in ter-
minis *Oldrad conſil. 119. Caſtrenſ. conſil. 75. poſt medium*
verſ. ſed tamen iſtis non obſtantibus lib. 1. Surd. conſil. 358.
numero 20. & deciſ. 292. numero 15. Rot. in Senogallien.
bonorum 30. May 1644. §. nec obſtat, & 15. May 1645.
§. iuſtitia, coram Reuerendiſſ. Decano, & in Romana
teſtam. 31. Ianuarij 1659. in principio, coram R. P. D. Be-
nilaqua.

Hęc autem Imperfecta voluntas, exindè colligitur,
quòd Claudius, longè poſt hanc editam ſcripturam, de
anno 1657. in quodam particulari libro, excommuni-
cationis metu nouiter reperto, loca Montium, & reli-
qua ipſius bona referente huiuſmodi verba adnotauit,
leuando luoghi di Monti ſei di S. Bonauentura di quelli vo-
glio diſporre, come apparirà dal mio teſtamento, pregando
Dio mi faccia la gratia di darmi vita di poterlo fare,
& ſucceſſiuè, ſub die 10. *Augusti eiuſdem anni, leuan-*
do luoghi di Monte San Bonauentura de quali voglio diſ-
porre, Deo fauente. Et deindè poſt legata plura
ibidem deſcripta, ſubiunxit, aduerte an velis relin-
quere anouatim pro Sacriſtia Sanctiſſimi Sudarij ſcuta
decem; itaque, ſi ad factionem teſtamenti declarauit
velle deuenire, ſcriptora antecedens, minutæ loco, nec
non pro imperfecta omninò diſpoſitione perhabita con-
6 uinceitur, vt tradit *Imol. conſ. 91. num. 20. verſ. circa ſecun-*
dum, Menoch. conſ. 42. num. 15. cum ſeqq. Caſtill. deciſ. 19.
num. 51. Gratian. cap. 754. num. 3.

Hinc corruit obiectio, quod teſtamenti conditio, in
ſolemni publicatione ſcripturæ, iam editæ ratificatio-
nem omnimodam aſſomere poſſit, verba enim prædi-
cta Ipſam teſtamenti ſubſtantiam percutiunt, cum ma-
7 ximè eadem ſcriptura, ab ipſomet Claudio, loco minu-
tæ agnita fuerit, in altera eorundem locorum Mootium
diſpoſitionem eotinente, ibi, *vidi aliam minutam.*

Et ita vtraque &c.

Bo: Me: Veroſpio.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 20. Nouembris 1662.

A R G V M E N T V M.

Obligatus inueſtire pecuniam, ſi non inueſtiat, tenetur ad intereſſe d. pecunię, ſed obligatus dare pecuniam alicui, vt inueſtiat, non tenetur ad fructus, ſine requiſitis Pauli de Caſtro.

S V M M A R I V M.

1 *Ex cauſa mora, vel dilata ſolutionis, ex credito pecuniario, non debentur fructus.*
2 *Adminiſtrator, & alius habens onus inueſtiendi, ſi non inueſtiat tenetur ad fructus.*
3 *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur, ſine requiſitis Caſtrenſis.*
4 *Et quæ ſint talia requiſita.*
5 *Præcipuè requiritur intimatio perſonalis.*
6 *Nouatio non inducitur, niſi ſpecialiter exprimatur.*
7 *Nouatio inducitur, quoties poſterior conuentio priori aduerſatur, aut non compatiuntur ad inuicem.*
8 *Adminiſtrator tenetur reddere rationem.*
9 *Obligatus ad factum, eo non adhibito, tenetur ad intereſſe.*
10 *Obligatus dare pecuniam alicui, vt inueſtiat, non dicitur obligatus ad faciendum inueſtimentum.*
11 *Obligatus inueſtire. ſi non deficiat occaſio inueſtiendi, tenetur ad intereſſe.*
12 *Obligatus dare pecuniam alicui, ſi non det, non tenetur ad intereſſe.*
13 *Conuentio fructuum pro credito pecuniario à iure interdicitur.*
13 *Pro inducenda mora, vt debeantur fructus, dies non interpellat pro homine.*
15 *Ex voluntate partium cõtractus illicitus non fit licitus.*
16 *Pecuniæ, quas quis in proprios vſus conuertit, non pariunt intereſſe.*

D E C I S I O CLXXXVII.

RElaxatio mandati contra hæreditaria bona b. m. Diomedis Vareſij, coram Me, decreta fuerat ſub die 13. *Martij 1659.* tum pro ſumma ſcut. 2250. ab eodẽ Vareſio in banco S. Ambroſij Mediolani, depoſi promiſſa, tum etiam, pro conuentis, ab eo fructibus, ad rationem ſcut. 4. pro ſingulis centenarijs, in caſu, quo depoſitum infra ſexennium, non eſſet executioni demandatum, cuius deciſioois vires quoad ſortem dumtaxat Domini ſucceſſiuè comprobarunt in ſcut. 1932. & expedita deinde cauſa fructuum articulus remanſit in ſuſpenſo, quo hodie à me repropoſito, à deciſis Domini recessere.

Quoniam ex credito pecuniario, ex cauſa moræ, vel dilatæ ſolutionis, nulli fructus exigi valent, ac eorum proindè conuentio vſorariam redolet prauitatem, *l. vſura pecuniæ 121. ff de verb. ſignif. cap. plerique. & cap. vſura 14. quæſt. 3. Abb. in cap. conſulis 10. num. 4. de vſur. Roman conſ. 238. numero 4 Roland. conſil. 55. num. 20. lib. 2. Rot. deciſ. 72. nu. 1. & 5. par 2. rec. & in Viterbien. tranſact. 11. Decembris 1658. §. etenim, confirmata 9. May 1659. coram Eminentiſſ. Celſo.*

Nec fructuum pręfata taxatio, ſub eo poterit prętextu ſubſtineri, quod ſors debita, ex bonorum redditibus prouenirет à Vareſio, tamquam adminiſtratore, perceptis ſub iniuncto ſibi onere ab Hortenſio teſtatore, vt illos, in locis Montium, vel bonis ſtabilibus inueſtiret; licet enim adminiſtrator, ſeu alter inueſtimenti onere adſtrictus valeat, eo neglecto, pro intereſſe,

Digitized by Google

ſeù fructibus, qui ex inueſtimento retrahi potuiſſent, conuenlri, *Honded conſ.39.num.3.lib.2.Gratian.cap.920 num 26 cum ſeqq. Rot.deciſ.85.nu.14.& 15.part 4.tom.2 recent. & in Romana 4. domorum 21. Iunij 1649. §. non obſtat, coram Peutingero*, adducta tamen iuris concluſio caſui non applicatur, Siquidem Vareſius, poſt adminiſtrationē bonorum, pluribus annis exercitam, de anno 1631. tranſactionem, cum Marco Antonio Breblia fideicommiſſario hærede contraxit, in qua, ſe pro redditibus omnibus ab eo receptis, ac fructibus, qui ex neglecto inueſtimento retrahi potuiſſent, debitorem conſtituit in ſcut. 5700. infrà certum tempus deponendis ab ipſo in Banco Sancti Ambroſij, ad hoc, vt æs alienum teſtatoris à Breblia deberet extingui, vel inueſtimentum ſub arſeum eiuſdem Vareſij expleri; Hinc, dùm ab inueſtimenti onere Vareſius euaſerat, ex conuentione ſpeciali translato in Brebliam debitor ipſe quantitatis conſtitutus fuit, nec ad aliquod proindè intereſſe valet adſtringi, ratione lucri ceſſantis, abſolutè indebiti, quoties, vt in propoſito caſu, deficiunt requi-
3 ſita, *Caſtrenſ. in l.3. §. vltimo, ff. de eo, quod cert. loc*, parata, videlicet, occaſione implicandi pecuniam, in aliqua re, ea qua *tantundem* lucri creditori contigiſſet, nec non mora debitoris inducta ex intimatione eidem peracta, ſuper parata occaſione inueſtiendi debitam quantitatem, ob cuius defectum ſolutionis inueſtimentum expleri nequiuit, vt tradunt *Riminald.*
4 *Iun. conſil. 218. numero 99. cum ſeqq. Roland. à Vall. conſil.35. numero 13. vol.1. Honded. conſil 50. numero 30. libro 1. Maſcard. de probat. concl 933. numero 1. cum ſeqq. Afflict. deciſ.20. numero 2. Surd. deciſ. 262. numero 1. & 5. Rot. coram Moedan. dec.3. num.1. cum ſeqq. de vſur. & deciſ.142. numero 2. poſt 2.vol.conſ. Farinacc. & dec.7. poſt Zacch. de Societ. off. num.3. cum ſeqq.* vbi aſſerit intimationem exigi perſonalem, vt in
5 *Viterbien. tranſactionis 11 Decemb.1658.§.nec placuit cor. Emment. Celſo.*

Ex qua facti ſerie, viſa fuit quoque corruere altera obiectio petita *ex l. fin. Cod. de nouat.* ſanciente, nimirum, nouationem inductam nullatenus cenſeri, niſi
6 ſpecialiter à contrahentibus eadem exprimebatur, dum enim onus inueſtimenti à teſtatore iniunctum Vareſio in Inſtrumento tranſactionis conuincitur in Brebliam translatum, ex neceſſitate cenſetur contrahentes præceptum teſtatoris innouaſſe, ex doctrina *Bald.* communiter recepta *in dict. l. vlt. numero 1. Cod. de nouat.* aſſerentis inductam nouationem quoque cenſeri, quoties poſterior conuentio priori aduerſetur, nec eædem com-
7 patiantur ad inuicem, *Decian. conſil. 463. numero 6. Natt. conſil.650. numero 12. Riminald. Iun. conſil. 306. numero 22. cum ſeqq. Mant. de cacit. libro 17. tit.3. numero 12. Gratian. cap.290. num.22. & cap.509. num.24. Rot. deciſ.262. numero 5. part.2. diuerſ. & dec.392.nu.4. parc.5.recent.*

Hæc prætereà innouatio omninò conuincitur ex renunciatione futuræ adminiſtrationis, à Vareſio expreſſa, in tranſactione perhabita reſeruato ſibi titulo, dumtaxat honorariè, dignoſcendi, ſcilicet, an voluntas teſtatoris adimpleta foret, reſpectu inueſtimenti, nec non etiam ex inteſtata actione à Breblia, contra Vareſium in vim tranſactionis non autem teſtamenti, cuius virtute Vareſius, in caſu non inductæ nouationis, vt admini-
8 ſtrator pulſari debuiſſet, *Rot. coram Buratt. deciſ.640. num.23.*

Hinc vrgere non valet, quod dùm pecuniæ, ex pacto ſpeciali, debuerunt inueſtiri, eædem, ad inſtar inueſtimenti, reputentur in præiudicium Vareſij, ex cuius facto illud peragi non potuit, ac fructuum conſequenter conuentio legitima reputatur, ex diſpoſitione *text. in l. ſti-*
9 *pulationes non diuiduntur 72.* vbi communiter *DD. ff. de verb. oblig.* ſancientes obligatum, ad præſtationem facti, teneri eo non exhibito, ad intereſſe, *Surd. conſ.52. nu.14. cum ſeqq. Gomez. var. reſol. lib.2. cap.10. num.22. Rot. coram Gregor. dec.241. numero 2. & 3. & coram Buratt. deciſ.* 10
913. num.1.

Etenim Vareſius, ad traditionem pecuniæ dumtaxat ſe aſtrinxit, nō autem ad inueſtimentum iniunctum expreſſe creditori, maximum enim diſcrimen intercedit, inter obligatum ad inueſtiendum, ſeù alterius facti præſtationem, ab altero, ad pecuniæ traditionem aſtricto, ſub onere inueſtimenti explendi, per creditorem. In primo, quippe, caſu debitor ad præſtandum intereſſe compellitur poſt moram ex diei lapſu contractam, dummodò occaſio generalis implicandi pecuniam non fecerit, *Gra-* 11
tian. cap.240. num.35. & ſeqq. Rot deciſ.175. num.2. par.3. & deciſ.85. num.13. cum ſeqq. par.4. tom.2. recent. aſſerens occaſionem inueſtiendi, in Locis Montium, in Vrbe ſemper extare; In ſecundo verò caſu, intereſſe præſtari non debet, niſi intimatio ceteraque Caſtrenſis requiſita præ- 12
ceſſerint, vt diſtinguendo caſum vtrumque, reſpondit *Rot. deciſ.275. num.4. cum ſeqq. poſt Zacch. de oblig. Cam. & in Romana fructuum dotis 27. Aprilis 1651. §. quoniam prædicta, coram Reuerendiſs. Decano*, confirmata 15. *Ianuary 1652. coram Bichio*, & prius reſponſum fuerit, *in Romana crediti dotalis 31. Martij 1645. §. hæc quoque cor. Me*, impreſſa poſt *Moder. Foroliuien. de pignor. deciſ.94. num.11.*

Quæ ſanè intimatio, ex dicta reſolutione adiecta, non deſumitur; Cùm enim conuentio fructuum, pro credito pecuniario interdicatur, à iure, temporis adiectio, vices 13
intimationis ſupplere non valet; Alias enim in partium poteſtate conſiſteret, licitum reddere contractum om- 14
ninò improbatum, contra diſpoſitionem Iuris, id prohibentis expreſſè *Bart. in l. ſi fortè, numero 4. & 5. ff. de* 15
Caſtrenſ. pecul. Rot. in Romana pecuniaria 23. Martij 1648. §. quia deciſiones coram Reuerendiſs. Papien. & in Viterbien. tranſactionis 11. Decembris 1658. §. imò fructus, coram Emmentiſs. Celſo, & poſt Merl. de pignor. deciſ. 94. num.12.

Denique non obſtat, quòd pecuniæ depoſitatę in banco S. Ambroſij, fructus reddant; Hoc enim admittitur, dumtaxat, in pecunijs traditis, pro emptione locorum in eodem banco, non autem pro ſimplici depoſito, ſub onere inueſtiendi relaxatis. quin imò, dum Breblia quoque poterat pecunias in proprios vſus conuertere, hæc ſola poſſibilitas operatur, ne debitor teneatur ad intereſſe, *Rot. penes Zacch. dec.7. num.12. de Societ. Offic. &* 16
poſt Merl. de pignor. deciſ.29.

Et ita vtraque &c.

Bo: Me: Veroſpio.

Romana Prætenſæ Deuolutionis Domus.

Ven. 5. Martij 1660.

A R G V M E N T V M.

Emphyteuſis, quamuis tranſire non poſſit ad Eccleſiam, veluti manum mortuam, tranſire tamen, poteſt hypothecatio, & exactio fructuum, retento titulo, ab emphyteuta. Imò etiam titulus emphyteuſis hæreditariæ tranſire poteſt in Eccleſiam, quæ intra annum dimittere debet in perſonam capacem.

S V M M A R I V M.

1 *Inueſtitura non valet, exiſtente aliquo ex comprehenſis in inueſtitura.*
2 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſire non poteſt ad aliam Eccleſiam.*
3 *Qua concluſio non procedit, quando non transfertur titulus, ſed fructuum exactio.*
4 *Prohibita alienatione non prohibetur hypothecatio fructuum.*

Præcipuè

Digitized by Google

5 *Precipnè in emphyteuſi ad extraneos tranſitoria.*
6 *Eccleſia iure hereditario, ſuccedit in emphyteuſi, dummodo intrà annum dimittat in perſonam capacem.*
7 *Hæres poſt aditam hæreditatem non poteſt eam repudiare.*
8 *Beneplacitum Apoſtolicum poſt 100. annos præſumitur.*
9 *Conſtitutio, ſeu lex reſpicit tantùm actus futuros.*

DECISIO CLXXXVIII.

ANtonius Riuoita, poſt impetratam à Reuerendiſs.
Capitulo S. Petri, ad ipſius tertiam generationem,
eaque non obſtante, ad binam nominationem, prorogationem emphyteuſis, domum de qua agitur Fauſto Pirolo, iure permutationis attribuit. Verũ quia Franciſcus Turrettus, cui eadem domus à Flaminio Fauſti filio, nec non in ſecunda generatione, incluſo diſtracta fuerat, ad emphyteuſim Paulum Brunamontẽ, ſub ea lege nominauit, vt redditus omnes, in vtilitatem, & commodum Eccleſiæ D. Mariæ de Monte Soracte cedere deberent, Iudicium ſuper deuolutione, proindè Capitulũ inſtituit, pro cuius excluſione, hodiè DD. reſponderunt.

Siquidem Turrettus in vim facultatis, à Domino directo, ſibi tributæ, emphyteuſim ad vitam Brunamontis prorogauit, adeoque deuolutio, perſona adhuc exi-
1 ſtente, in conceſſionis Inſtrumento incluſa, penitùs arcetur, vt in ſpecie dixit *Rot. cor. Burat. deciſ. 907 num. 1.*

Neque vrgere viſa fuit Iuris diſpoſitio tranſitum Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, ad aliam Eccleſiam, tamquam manum mortuam prohibentis, iuxta *l. in cap. potuit verbo*
2 *prohibeatur*, ibique *Abb. nu. 10. Imol. n. 25. de locat. Burſatt. conſ. 197 nu. 42. Rot. in Caietana Bonor. 3. Decembris 1646. §. ſed vlterius, coram Reuerendiſs. Decano*, ea namque poſſet vrgere quoties titulus emphyteuſis foret in Ec-
3 cleſiam translatus ſecus, verò, dum fructuum dumtaxat exactio eidem delata fuit, nec non titulus in Brunamonte nominato, reſidere conuincitur.

Hoc ſanè caſu, nullum Domini directi præiudicium ex tali nominatione conſurgit, nec poterit conſequenter Eccleſia, dum in humanis nominatus exiſtat, à fructuũ conſecutione repelli, vt in proximis terminis, prohibitæ ſcilicet, alienationis emphyteuſis, quod hypothecatio fructuum, ſeù diſtractio nullatenùs interdicta cenſeri debet,
4 notat *Grat. conſ. 22. n. 2. 3. lib. 1. Rum. conſ. 176. nu. 13. lib. 1. Gabr. de reg. iur. concl. 12. n. 22 Corbul. de Iur. emphyt. in tit. de cauſ. priuat. ob alien lim. 29. Fulgin. eod tract. de alien. q. 1 nu. 309. Rot. cor. Seraph. dec 932. num. 7. & penes Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 238. & in Tuſculana Salmans 22. May 1654. §. ſed & reſpectu commoditatis, cor. Reuerendiſs. Zarate*, poſtquam maximè de emphyteuſi nominationis hæreditariæ in propoſito caſu tractatur, vt in terminis
5 huiuſmet nominationis reſpondit *Rot. in Rom. Emphyt. Decembris 1653. §. hanc autem cum ſeqq. cor. Me*, à cuius aſſecutione etiam tituli reſpectu, nec Eccleſia regulariter arcetur, dummodò eam infrà annum, in perſonam omninò capacem dimittat, vt notat *Alex. conſ. 2. num. 4.*
6 *lib. 1. Clar. in § emphyteuſis, q. 33. in fin. Rot coram Merlin. dec. 649. num. 1. cum ſeqq. & in Rom Bonor. 13. May 1658. §. neque contraria cum ſeqq. coram Me.*

Nec etiam renunciatio tituli emphyteuſis à Brunamonte perhabita, poſt reportatam, in hoc Sacro Tribunali deciſionem contrariam poterit vrgere, dum enim eſt acceptata antecedenter ab ipſa nominatione, Ius Eccleſiæ quæſitum fuit, in eius proindè præiudicium renunciatio admitti non debet, vt in terminis hæredis poſt aditam hæreditatem non poſſit ipſe reſpuere, probat *tex.*
7 *in l. ei, qui ſoluendo, ff. de hæred. inſt.* quoties præſertim de alterius præiudicio tractetur, vt reſpondit *Rot. cor. Merl. dec. 247. nu 4. & in Vrbeuetana pecuniaria 27. Decembris 1647. §. vlt. cor. Reuerendiſs. Tarraconen.*

Neque defectus beneplaciti Apoſtolici, debet obeſſe, illud enim ex centenaria obſeruantia præſumitur adhibitum, perſpecta etiam conſtitutione *S. M. Vrbani VIII.* ſuper præiudicialibus Eccleſiarum edita, in qua centenariam et ipſa præſeruator, & dicit *Rot. in Romana prætenſæ* 8
deuolutionis Palatij 18 Iunij 1657. §. adducitur tamen, & 7 Iunij 1658. §. defectus beneplaciti, cor. Albergato.

Cui ſanè obſeruantię *S. M. Sixti V.* conſtitutio obſtare non valet, abſque Apoſtolicæ Sedis aſſenſu, concedi vetans in emphyteuſim bona Capituli S. Petri licet aſſueta locari, cum illa longè poſt huius emphyteuſis prorogationem, per modum nouæ diſpoſitionis, in hac parte, editæ noſcatur, ac conceſſionibus dumtaxat futuris conſequenter proſpexiſſe cenſeatur, iuxtà *tex. in cap. 2.*
& cap. vlt. de conſt. l. leges ibiq; notant communiter DD l. de 9
leg. Magon. dec. Luc. 88. n. 12. Rot. coram Put. dec. 178. nu. 1. lib. 3. in correct. & in Leodien. Canonicatus 24. Ianuarij 1649. §. ſiquidem coram Me.

Arduæ verò exactionis obiectum, ex oblata per Eccleſiam fideiuſſione, pro ſolutione Canonum viſa fuit omninò corruere.

Et ita vtraque &c.

Bo: Me: Veroſpio.

Romana Societatis Officij.

Ven. 11. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Mandatum procuræ ad contrahendam ſocietatem Officiorum ex quibus coniecturis arguatur, ita vt principalis poſſit exigere fructus, abſque vlla ratificatione ſocietatis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſpeciale requiritur in ſocietate Officij.*
2 *Societas requirit vtriuſque conſenſum.*
3 *Mandatum procuræ reſultat ex coniecturis.*
4 *Ponens pecuniam in banco nomine alterius præſumitur habere mandatum.*
5 *Verbum* diſponere *denotat translationem dominij.*
6 *Niſi ex circumſtantijs arguatur contrarium.*
7 *Pecuniæ ſub credito vnius ad diſpoſitionem alterius ab illo poſſunt implicari.*
8 *Mandatum præſumitur ex ſolutione notabilis ſummæ.*
9 *Solutio penſionis facta à tertio præſumitur, cum mandato titularis.*
10 *Et ideò præiudicat quoad manutentionem.*
11 *Mandatum faciliùs præſumitur inter ſanguine coniunctos.*
12 *Conſenſus ad inducendam ſocietatem elicitur ex ſignis.*
13 *Recognoſcens aliquem, vt procuratorem non poteſt obijcere defectum mandati.*
14 *Recipiens vigore contractus illum approbat.*
15 *Mandatum habens ad exigendum fructus ſocietatum, poteſt facere ſocietatem.*
16 *Ratihabitio contractus retrotrahitur ad diẽ contractus.*
17 *In contractu lucratiuo non requiritur ratificatio.*
18 *Et in ſpecie de ſocietate Officij.*
19 *Societas Officij requirit nominationem eius, ſub cuius vita periculum exiſtat.*

DECISIO CLXXXIX.

MAndatum ex cauſa fructuum ſocietatis Officij ab A. C. relaxatum contra Mutium Guidottum, iterùm forè exequendum, hodiè Domini cenſuerunt; licèt, enim Mutius, ſuper notariatus Officio ſocietatem contraxit, cum Patre Rimbaldeſio, nepotum nomine ſtipulante, non tamen ſolutionem fructuum ipſe poterit euitare, ſub prætextu, quod nullum ex parte nepotum præceſſerat procuræ mandatum, 1
neque contractus ratihabitio, poſtmodùm ſequuta fuit, quorum alterum, pro lucrandis fructibus

contenditur neceſſarium, in hoc Societatis contractu,
ex ſua natura exquirente partis vtriuſque conſenſum,
vt tradit *Tiber in prax lib. 1. cap. 15. num. 3 Boccat. de So-*
2 *ciet. num. 117. & 123. cum ſeqq Cyriac. controu. iur. 253.*
num. 4. & 5.

Quoniam procuræ mandatum reſultans regulariter
ex coniecturis, vt notat *Innoc. in cap. ex parte 32 num. 2.*
3 *de reſcript. Goz. ad conſ 11. num. 13. Rot deciſ. 350 num. 1.*
part. 4. diuerſ. ex eo viſum fuit poſſe deſumi, quod ſum-
ma tradita Mutio, ſub credito, ac nomine fratrum de
Rimbaldeſijs fuerat in banco depoſita, ad ſimplicem
ipſorum patrui diſpoſitionem, cuius virtute, pecunia-
rum adminiſtratio eidemmet Paulo delata cenſetur vna
cum facultate in quolibet licito contractu, eas ad nepo-
4 tum vtilitatem erogandi, *Rot. deciſ 325. n. 3. par. 1. & dec.*
103. num. 17. p. 5. rec. & in Romana Separationis Bonorum
20. Aprilis 1646. neque vigere coram Me.

Quamuis depoſitum, ad ſimplicem, non autem, ad
liberam patrui diſpoſitionem. contendatur conceptum;
Siquidem verbum *diſponere*, tranſlationem quoque do-
5 minij ex ſui proprietate, ſolet denotare, niſi facti cir-
6 cumſtantiæ ſuadeant, omninò contrarium, *Rot. dec. 771.*
num. 2. part 2. recent. & coram Caualer. deciſ. 147. num 2.
& quotidie praxis edocet, quod pecuniæ ſub vnius cre
dito, & ad alterius diſpoſitionem depoſitæ, ab hoc va-
lent implicari, iuxta propriæ placitum voluntatis. quip-
7 pè, qui rationem Domino dumtaxat, de illis tenetur
exhibere.

Quinimò mandatum, ex ſolutione notabilis ſummæ
nepotum nomine, peracta poſſet quoque deſumi nè ſol
uens cenſeatur voluiſſe iactare ſuum contra diſpoſitio
8 nem *tex. in l. cum de indebito 25. ff. de probat Bero. conſ. 43.*
num. 37. lib. 3 Surd. conſil 533 num. 2. Gratian. cap. 296.
num. 20 Rot. penès Cenc. de cenſ. deciſ. 173. & cor. Buratt.
deciſ. 261. num. 5.

Ex qua ratione Rota cenſuit *in deciſ. 2. de cauſ poſ. in*
9 *antiq.* mandatum præſumi in ſoluente penſionem, pro
Titulari, etiam in eiuſdemmet titularis præiudicium, pro
10 manutentione, videlicet, in penſionarij fauorem decer-
nenda, cuius deciſionis auctoritatem, ſequutus fuit,
Dec. conſ. 42. num. 13. Mantic. de tacit lib 7. tit. 6 numero 3.
Gratian cap. 206 num. 20. & reſponſum fuit *in deciſ. poſt*
Marcheſ de Commiſſ tom. 2. fol. 486 num. 6. vbi firmatur
præſertim concluſio, quoties, vt in caſu propoſito per
patruum probetur expleta ſolutio; inter ſanguine enim
coniunctos facilius præſumitur mandatum, *Ruin conſ.*
11 *101. n 14. lib. 1. Paul. de Monte Pic. conſ 97. nu. 77.*

Cui ſane concluſioni non repugnat, quod in Societa-
tis contractu, exquiratur partis vtriuſque conſenſus;
Quoniam ille, non ſolùm valet, verbis conſurgere, ſed ex
12 facto quoque, ac ſignis, *Roman. conſil. 291. nu 3. Menoch.*
lib 3 præſumpt. 56. num. 4. Maſcard. de probat concl. 1307.
num. 4 & 8.

Præterea, dum Mutius P. Alexandrum Rimbaldeſiũ
tamquam procuratorem nepotum agnouit, in contra
ctu, nulla ratihabitione conuenta, illius nunc perſonam
13 impugnare non poteſt, & mandati defectum obijcere.
ad text. in d. l. Pomponius 10. ff. de neg geſt. Alex conſil.
21. num. 1. & 2 lib. 1. Decian conſ. 53 num. 6. lib. 2. Honded.
conſ. 78 n 90. lib. 2. Rot. dec. 8. n 4. & 5. de teſtam. in antiq.

Concurrit etiam in caſu propoſito, ratihabitio con-
tractus ex fructuum exactione, reſultans, vt aduertit *Se*
14 *raph in voto relat. apud Tiber. in Prax. c 23. lib. 1. fol. 48.*
ad fin Gratian cap. 944. num. 51. Rot dec. 545. num 6. p. 1.
recent. tum ex procuræ mandato in Tribunali A. C. ſub
die 29. Iulij 1660. in patrui perſonam à nepotibus exple-
to, ſub explicita qualitate exigendi fructus quarumcum-
que ſocietatum Officij eorum nomine contractarum, vt
15 ponderant *Rot. in deciſ. in deciſ. 32. num. 2. part. 2. diuerſ.*
& coram Millin. deciſ. 300. num. 3. & 4. Quæ quidem,
ratihabitio, licet ex interuallo peracta, retrotrahitur
16 ad diem celebrati contractus, ex diſpoſitione *tex. in cap.*
ratihabitionem 10. de reg iur. in 6. Surd. dec. 70. num 20.
Rot. dec. 413 num. 92. & ſeqq par. 9 rec. & in his terminis
Gratian cap. 963. num 5. 14. & 15.

Animaduertebant, denique aliqui ex Dominis, in
hoc contractu, vel ratihabitionem ad cautelam dum-
taxat exquiri, vt aduertit, *Tiber. ex aduerſo deductus* 17
lib. 1. cap. 15. num. 3. fore neceſſariam, in caſu, dumta-
xat, quo à ſtipulante, nomine abſentis, perſona ex-
preſſa non fuerit, ſuper cuius vitæ periculo debet reſi-
dere ſocietas, vt declarat in ſpecie *Zacch. de ſociet. nu. 398.* 18
Cuius ea videtur eſſe ratio potiſſima, quod tunc debet
principalis in ratificatione vitæ periculum nominare,
ſine quo ſocietas non ſubſtinetur, vt aduertit *Gratian.* 19
cap 963. n. 1. Rot. dec. 363. num. 1. p. 1. diu & coram Merl.
dec. 306. & 2. vel demùm, in caſu, quo principalis rati-
habitio à procuratore promiſſa foret.

Et ita vtraque &c.

Bo: Me: Veroſpio.

Romana Tranſactionis.

Lunæ 11. Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Tranſactio, ſuper re legitima, ſine alia cauſa ſubſti-
netur, niſi doceatur, de clara calumnia eiuſdem
litis, & quæcumque læſio, in tranſactione exclu-
ditur, quandò apparet tranſigentes, voluiſſe dona-
re, quod ſupereſt ad æqualitatem.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio conditionalis purificata conditione euaneſcit.*
2 *Tranſactio facta ex pluribus cauſis, ex falſitate vnius cauſa non annullatur.*
3 *Apoca ſcripta, manu alicuius probat contra ſcribentem.*
4 *Inſtrumentum in executionem alterius celebratum cenſetur iuxta eius tenorem.*
5 *Omiſſum ex onere præſumitur ſi aliquid non ponatur.*
6 *Tranſactio non arctatur ad cauſam præmij, quando conſtat aliunde de voluntate partium*
7 *Patres Oratorij S. Philippi viuunt de proprio.*
8 *Confeſſio probat contra confitentem.*
9 *Onus rei minuit valorem d. rei.*
10 *Ad validandam tranſactionem qualibet occaſio dubitandi ſufficit.*
11 *Non attenditur iuſtitia, & iniuſtitia litis.*
12 *Lis debet eſſe mota ex euidenti calumnia ad inducendam partem ad tranſigendum.*
13 *Litis Calumnia non poteſt conſiderari in perſona qualitatis cognita.*
14 *Læſio concluditur in tranſactione, quando fuit petita à parte, quæ ſe prætendit læſam.*
15 *Donatio, quæ eſt in tranſactione ſubſtinetur non obſtante læſione.*
16 *Limitatur, quando donatio eſſet correſpectiua ad tranſactionem.*
17 *Donatio facta in periodo ſeparata, & ex liberalitate non dicitur correſpectiua ad tranſactionem*
18 *Venditio, pro maiori, vel minori pretio, quomodò ſubſtineatur, tamquam ſi donetur reſiduum.*

DECISIO CXC.

ÆGidius Congregationi Presbiterorum à D. Philip-
po Nerio inſtitutæ addictus, Ludouicum famulũ,
inſcripſit hæredem, eique ſine filijs obeunti, vel caſu,
quo Sacerdotali caractere nollet initiari Congregatio-
nem præfatam ſubſtituit; Occaſione verò litis inter eos
ſubortæ, ad inſtantiam Ludouici de anno 1640. Inita
fuit

Digitized by Google

fuit tranſactio, in qua ipſe 19. loca Montium, ex cauſa
ſubſtitutionis prædictæ Congregationi attribuit; Tùm
alijs de cauſis, ac præſertim reliquo ſummæ, in qua
Aegidius, pro alimentis plurium annorum curſu, ſibi-
metipſi exhibitis, debitor Congregationis euaſerat; ſu-
per huius verò reſciſſione tranſactionis, hodie Ludoui-
co inſtante per me, propoſito dubio, in negatiuam DD.
iuere ſententiam.

Licet, enim, de tempore initæ tranſactionis Ludoui-
cus fuiſſet Sacerdotali militiæ adſcriptus, ac ordinata,
proindè, fauore Congregationis ſubſtitutio euanuiſſet,
1 *ad tex. in l. generaliter, C. de Inſt. & ſubſt. Alex. conſ. 59.
num 6 ad fin lib. 3. Pariſ. conſ 72 num. 6 lib. 3. Hond conſ.
78. nu. 28. lib. 1. Rot in Placentina Bonor. 4 Febr. 1656. §.
quoniam, cor Reuerendiſs. Decano, & in Peruſina Fideic.
27. Maij 1661. § 1. cor. Me*; Non tamen tranſactio, pro
euitando litis incurſu peracta, poterit ſub falſitatis cau-
ſæ prætextu corruere, dum altera alimentorum cauſa,
2 æquè principaliter a tranſigentibus contemplata con-
uincitur ſubſiſtere, *ad tex. in l. ſi non lex 83. ff. de hæred.
inſtit Roman conſ. 497 ad fin. Gratian. cap. 971. num 6. Ca-
cher. dec. 18. num. 6. Rot. cor. Penn. dec. 9. numer. 6. & in Rec.
dec. 587. num. 7 par. 1. & dec. 10. num. 46. cor. Eminentiſs.
Otthob. & in Bononien. Fideic. de Bonfilijs 5. Maij 1662.
§. hinc obeſſe. cor. Me.*

Hanc, verò, alimentorum controuerſiam, æquè prin-
cipaliter tranſigendi occaſionem præbuiſſe Apocæ te-
nor oſtendit, Ludouici caractere conſcriptæ, ibi enim,
3 loca Montiū ipſe ſe Congregationi tradere adſtrinxit,
dummodò ſubſtitutioni, ac Iuri cuicumque ſuper hære-
ditate, nec non alimentorum credito illa renunciaret.

Hinc non obſtat, quod in Proemio Inſtrumenti, cau-
ſa ſubſtitutionis dumtaxat fuerit enunciata; dum enim
in executionem Apocæ fuit ſubſecuta adſtipulatio In-
ſtrumenti, in quo Patres Congregationis alimentorum
4 quoque creditum Ludouico expreſſe condonarunt, eius
tenor, ibi præſumitur repetitus, vt tradit *Alex. conſ. 156.
num. 8 lib. 6. Dec. conſ 195. num. 3. Surd. conſ. 202. nu. 18.
cum ſeqq. & dec. 70. num. 4. Rot dec. 250. nu. 16. 17. par 6.
5 rec.* vbi, quod in poſteriori Inſtrumento omiſſum ex er-
rore cenſetur eueniſſe, *& dec. 154 num. 14. 15. par. 9.* vbi,
quod tranſactio ad cauſam in proemio expreſſam, ne-
6 quit arctari, quoties contraria tranſigentium voluntas
innoteſcat, *vt in Rom. Fideic. 29. Nouembris præteriti,
§. nec in nuptialibus, cor. Me.*

Neque ſubſiſtit, quod alimentorum creditum à Lu-
douico præcedenter euaſiſſet extinctum, ex ſolutione
ſcut. 600. Congregationis Præpoſito attributa; Siqui-
dem, pro alimentis, curſu annorum 54. Aegidio à Con-
gregatione exhibitis, perhabita ratione ſcut. 60. in ſin-
gulos annos debitor Congregationis euaſerat, in ſumma
ſcut. 3240. in quorum computum ſcuta 445. idem Ae-
gidius dumtaxat numerauerat, ac alia proindè ſcuta
600. ſucceſſiuè per Ludouicum perſoluta, in partem
crediti præſumuntur à Congregatione recepta, dum
maximè, poſt ſolutionem Ludouicus loca Montium in
Apoca Congregationi aſſignauit, ſub conditione ex-
preſſa, vt illa alimentorum credito renunciaret.

Quod, ſanè creditum, occaſionem dubitandi nullam
admittebat, dum, in D. Philippi Regula ab Apoſtolica
7 Sede approbata, expreſſe diſponitur, vt ſub Chriſti Do-
mini Vexillo, proprijs in Congregatione militent ſti-
8 pendijs; Cuius propterea probatio, ex propria Aegi-
dij confeſſione deſumitur aſſerentis, in teſtamento, ſe
debitum prouenient ex alimentis exhibitis famulo dum-
taxat diſſoluiſſe, non autem alterum ex proprijs reſul-
tans alimentis.

Hinc, ex tranſactione Congregationis potiùs, quam
Ludouici læſio reſultat, dum, pro credito ſcut. 2195. lo-
ca Montium 19. dumtaxat ipſa recepit, ſub onere eo-
rumdem locorum fructus exhibendi Ludouico, donec
degat in humanis, ad rationem ſcuti 5. in ſingula loca;
licet diſcrimen quodcūque illis contingeret, vel eorum
eueniret reductio, poſtmodum Congregationis detri-
mento ſubſecuta, quæ ſummam conuentam præſtitit
Ludouico, licet ferè per annos 20. ex locis Montium
minorem retraxerit; Quinimò eidem onus quodcum-
que, ex teſtatoris voluntate deinceps præſtandum, ac
miſſæ præſertim quotidianæ ſpatio annorum 40. vna
cum anniuerſario ab eodem teſtatore ordinatę, ſuis pro-
miſit ſumptibus ſubire, quoties Ludouicus antè huius
temporis lapſum contingeret excedere; Quorum ſanè
conuentionum grauamen inferentium Congregatio-
ni ſatis in decernenda iuſtitia pretij, debet haberi, vt diſ- 9
ponitur *in l. fundi partem. ff. de contrah. empt. Bald. conſ.
182 num 5 lib. 1. Alciat conſ. 44 numer. 6 lib. 8. Becc. conſ.
45 numer. 32. Rot. coram Merlin. dec. 533. num. 15. &
in Romana locationis 20. Februarij 1660. §. diminutionem
coram Me.*

In quam DD. ſententiam, eò faciliùs inclinarunt,
quod ad validitatem tranſactionis, quælibet dubitandi 10
occaſio admittitur, nec debet iuſtitia, ſeù iniuſtitia litis 11
attendi, vt tradit *gloſſ. in l. 2. poſt princ. verſ. notatur, &
in verbo nulla, ibique Bald. num. 1. Salicet. num 1. C. de
tranſact. Bero. conſ. 176. num. 29. lib. 1. Mantic. de tacit. lib.
26. tit 1. num. 16. Oſaſcb. dec. 17. num. 15. Rot dec 263 nu.
2 par. 3. rec. Merlin. dec. 163. num. 4 cum ſeqq. & in Bono-
nien. Pradij 22. Iunij 1660. §. hinc, cor. R. P. D. Priolo. &
in Bonon. Fideic. de Bonfilijs 5. Maij 1662. §. duarum cor.
Me* Sed dumtaxat inſpicitur, an ex euidenti calumnia 12
vires adimente tranſactioni, lis fuerit inſtituta, vt aduer-
tit *Bart. in l. ſub prætextu 19. num. 4. C. de tranſact. Ca-
ſtrenſ. in l. poſt rem iudicatam 11. num. 1. 7. ibique Angel.
numer. 2. ff. eodem Becc. conſ. 109. nu. 7. Rot. cor. Buratt.
dec. 927. numer. 10.*

Quæ ſane, ſuſpicio calumniæ, in his ſpectatæ probi-
tatis Presbyteris, à D. Philippo prælectis pro ſalute
animarum, ponderari non debet, vt in caſu ferè con- 13
ſimili, cenſuit *Rot. in Bonon. Fideic. de Bonfilijs 24. Ia-
nuarij 1663. § quo vero, poſt medium, coram Me.* Dum,
maximè Ludouicus apud eoſdem Presbyteros, complu-
res mediatores adhibuit, ad hoc vt illa loca Montium 14
ab ipſo ſponte oblata non recuſarent.

Pręterea, in ſeparata periodo ac independenter omni-
nò à tranſactione loca prædicta ex titulo pię cauſæ Lu-
douicus Congregationi conceſſit, iure donationis irre-
uocabilis, cuius virtute, ſe poterit Congregatio tueri,
licèt, ex enormiſſimæ læſionis fundamento nequiret
ſuſtineri tranſactio, vt tradit *Alex. conſ. 105. num 3. lib.* 15
*6. Socc. Sen. conſ. 48. num. 8 lib. 4. Pariſ. conſ. 128 num. 28.
cum ſeqq. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 24. tit. 8. num. 25.*

Neque videntur vrgere auctoritates, in contrarium
adductæ, & præſertim *Rotæ in dec. 125. par. 5 rec.* illæ, 16
enim, ſibi locum dumtaxat aſſumunt, in caſu quo cor-
reſpectiua donatio exiſtat Iuris in tranſactione remiſſi,
ab ea quæ dependeat; tunc enim, corruente tranſactio-
ne, donatio quoque, tamquam acceſſoria euaneſcit;
Non autem valent admitti, quoties, vt in propoſito
caſu, donatio, ex mera liberalitate, ac independenter
à tranſactione proceſſerit in ſeparata periodo; tunc,
enim, cum tranſigendi voluntas innoteſcat donandi 17
bona, quamuis deberet ipſa tranſactio corruere, nexus
correſpectiuitatis excluditur, vt ponderauit, *Rot.
dec. 34. num. 6. 7. par. 6. rec.* ac valida, proinde, reputa-
tur donatio, vt probant auctoritates ſuperiùs adductæ,
& admittit eadem *deciſ 125. par. 5. rec. num. 29. & 30.*
Vbi, quod licet donatio maioris valoris, in Inſtrumento
venditionis appoſita conſueuerit, ad modicum pretium 18
reſtringi, ſi tamen venditor ſe illud plus emptori velle
elargiri expreſſerit, ſiue in modica, ſiue in magna ſum-
ma conſiſtat, tunc ille nequit agere contrà emptorem
ex remedio reſciſſionis competentis *ex l 2. C. de reſcind.
vendit.*

Et ita vtraque parte Informante, &c.

Bo: Me:

Bo: Me: Veroſpio.

Vrbinaten. Pecuniaria.

5. *Maij* 1660.

ARGVMENTVM.

Donatio licèt regulariter acceptata à Patre, pro ſe, & filijs, acquiratur filijs, vti hæredibus patris, tamen ab huiuſmodi regula receditur ex coniecturis; Pactum futuræ ſucceſſionis non dicitur, quando obligatio defuncti debet incipere ab hærede.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius non poteſt præiudicare ſucceſſiuè vocatis in donatione.*
2 *Donatio pro hæredibus poteſt reſtringi ad filios, quando, recipiens pro hæredibus, ità ex poſt declarat.*
3 *Donatio acquiritur filijs quando pro eorum cautela aſſignantur bona.*
4 *Hæres tenetur approbare contractum defuncti.*
5 *Donatio facta patri, & filijs, acquiritur filijs vti filijs, non vti hæredibus.*
6 *Donatio acceptata à patre pro ſe, & filijs, acquiri poteſt ex coniecturis vti filijs.*
7 *Donatio poſt obitum donatoris purificanda continet pactum futuræ ſucceſſionis.*
8 *Obligatio defuncti poteſt incipere ab hærede.*
9 *Donatio ſub onere reſtitutionis non imputatur in legitimam.*
10 *Tranſactio bona fide facta nocet vocatis.*
11 *Contra, quando fit tranſactio ſuper re clara.*

DECISIO CXCI.

SEcundum deciſionem editam 5. Decembris præteriti, prima poſthabita, exlude, confirmandam eſſe Domini, hodiè, reſponderunt, quod, ex donatione ſcutorum 13. m. fuerat ius irreuocabile, ne dum Lelio quæſitum, ſed etiam filijs naſcituris, in quorum perindè præiudicium, idemmet Lelius, tranſigendo, cum Franciſco pa-
1 tre donatore, non poterat ſummam ſcutorum 4000. eidem dimittere, *ad tex. in l. perfecta, vbi Bald.* cæterique communiter, *C. de donat. quæ ſub. mod. Sanch. de matrim. lib. 6. diſp. 32. num. 2. Franc. dec. 205. num. 1. Rot. in Rom. Donationis 28. Ianuarij 1656. §. neque monialis excluſio, & 25. Maij præſentis anni, §. hinc conſtare, cum ſeqq. coram Me.*

Filiorum, autem, compræhenſio, ſub inſtrumentu donationis præſumitur ex tranſactione, inter Franciſcum cum Lelio adſtipulata, expreſsè enunciando, pro huius quoquè mèt filijs donationem extitiſſe contractam: Hinc licèt Lelius, & Octauia coniuges, pro ſe, ſuiſque hæredibus donationem ſuſceperint, horum, tamen, appellatione
2 filij, dumtaxat, compræhenſi naſcuntur iuxtà vtriuſque contrahentis declarationem, quæ poteſt etiam, ex interuallo expleri, *ad tex. in l. Iuriſgentium 7. §. adeo, & l. ab emptione, ff. de pact.*

Hæc propterea filiorum vocatio conſurgit, ex onere in tranſactionis inſtrumento eidemmet Lelio, impoſito, inueſtiendi ad Cautelam filiorum pretium locorũ montium, in diſſolutionem quantitatis donatæ aſſignatorum, quoties eorundem fieri contingeret alienatio, vt in
3 ſpecie ponderauit *Rot. in Melenitana donationis 12. Decembris 1653. §. & comprobat pactum cor. Reuerendiſs. Decano*, confirmata 5. *Aprilis 1658. §. & hoc magis, coram Reuerendiſs. Papien.*

Nec ſubſiſtere videtur, quod Inueſtimentum Franciſci tutamen dumtaxat reſpiciat, qui pro conſecutione legitimæ in caſu prædeceſſus Lelij filij, poterat à nepotibus vexari, præterquam, enim, Intellectus hic excluditur ex adiecto onere inueſtiendi integram ſummam ſcutorum 9000. quæ legitimam filio debitam longè excedebant; Obiectum omninò remouet alterum pactum prohibens, nimirum, filijs Lelij, aè hæredibus Franciſci, ex cauſa donationis moleſtias inferrent, quæ, quidem, illatio moleſtiarum, ab his, vti patris condonatarij, non autem hæredes eiuſdem iure poterat contingere, cum tanquam
hæredes ipſius contractum approbare tenerentur, *ad tex. in l. cum à matre, C. de rei vindic.* 4

Hinc vrgere non valet recepta, in hoc Sacro Tribunali, diſtinctio, quod donatio à patre acceptata, pro ſe ac filijs, hoc, vt ipſius dumtaxat hæres includat quicquid dici poſſet, ſi eadem patri, ac filijs collata foret, vt alijs
relatis iuribus dixit *Rot. in Auenionen. fideic. 4. Februarij* 5
1647. §. hac autem irrelevantia cor. Me, hæc namque concluſio non admittitur, quoties, vt in caſu propoſito, coniecturæ compræhenſionem filiorum ſuadentes concurrunt: Tum, enim, filij ex propria perſona, ad do-
nata bona valent aſpirare, vt aduertit *Bertrand. conſil.* 6
176 num 4. verſ præterea, lib. 3. par. 1. Rot. dec. 127. num. 7. & 8. par. 6. rec. cum alijs in præterita dec. relatis.

Neque viſum fuit poſſe ſubſiſtere, quod donatio, tanquam, poſt obitum patris purificanda, pactum de ſuc-
cedendu præſeferat à promiſſore, quandocumque reuo- 7
cabili *ad tex. in l. fin. C. de pact. Rot in Amerin. Caſtri Guardia 16. Iunij 1651. § nam Domini, coram Reuerendiſs. Terracqnen.* Quoniam, igitur, in caſu propoſito, de vero donationis irreuocabilis contractu, nec non permiſſione certæ quantitatis, de præſenti, cuius executio, poſt obitum licèt donatoris debuiſſet purificari, exinde, tamen, pactum futuræ ſucceſſionis, haud arguitur, cum à Iure non improbetur, vt defuncti obligatio incipiat ab hæ-
rede, *iuxta tex. in l. 1. C. vt actiones ab hæred.* & in ter- 8
minis tradunt *Dec. in add. l. fin num 19. cum ſeqq. C. de pact. Oldrad. conſ. 139. num. 1. Alciat. conſ. 74. num. 9. lib. 8. Hondod conſil. 40. num. 12. lib. 1. Peregr. de Fideicom art. 51. numer. 32. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 308. numer. 38.* & in terminis *Romana Donationis 28. Ianuarij 1658. coram Me.*

Et licet, in Inſtrumento donationis, legitima debita Lelio, in bonis patris expreſsè compræhenſa legatur, non tamen remiſſio ſcutorum 4000. vti portio eiuſdem legitimæ poterit in præiudicium Margheritæ, & Lauiniæ filiarum ſubſtineri, dum enim, idemmet Lælius, ſub reſtitutionis onere filijs donationem acceptauit, legitima
proindè, in donatione inoloſa, filijs proprijs, ab ipſo 9
elargita cenſetur, vt dixit *Rot. in Melenitana Donationis 14. Maij 1657. §. declarato, coram Reuerendiſs. Papien.*

Denique non obſtat, quod bona fide, ſubſecuta tranſactio ſucceſſiuè vocatis ſoleat obeſſe, *iux. tex. in l. præ-*
ſes, C. de tranſact. Caphal. conſ. 26. num. 35. lib. 2. cum 10
alijs latè deductis *in Romana fideicom. de Panſanis 27.*
Iulij 1650. §. imò, coram Emmnent. Celſo; cum enim nul- 11
la poſſet incerta lis, ſuper donatione exoriri, vt latè innititur ex deciſione præterita, vbi *in §. pariter non obſtat, cum ſeqq.* reſpondetur obiectis, Addens, quod bona fides penitùs arcetur, *ad tex. in l. prima, ff. de tranſact. Roman. conſ. 517. num. 18. Gratian. capit. 476. numero 1. & in Bononien. nullitatis Concordiæ 12. Iunij 1645. § at hic neutrum coram Reuerendiſs. Decano.*

Bo: Me:

Digitized by Google

Bo: Me: Veroſpio.

Vrbinaten. Pecuniaria.

Luna 16. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Maritus in præiudicium vxoris non poteſt retrodonare, aut tranſigere ſuper donatione facta, ſibi, & vxori; Præcipuè, ſi tranſactio ſit ſuper re clara, & nullam dubitationem præſeferente.

SVMMARIVM.

1 *Maritus non poteſt in præiudicium vxoris tranſigere ſuper re ambobus donata.*
2 *Donatio contemplatione matrimonij acquiritur tam viro, quam mulieri.*
3 *Diſſoluto matrimonio ceſſat ſupradicta concluſio.*
4 *Maritus habet dominium bonorum ſibi, & vxori donatorum.*
5 *Vxor in donatione facta coniugibus acquirit ius cum viro.*
6 *Mortuo viro in tali donatione non præiudicatur vxori.*
7 *Et quid, prædecedente vxore.*
8 *Maritus poteſt retrodonare, donec mulier ſuum intereſſe deducat.*
9 *Et mulier aliundè poſſit habere ſuam dotem.*
10 *Promittens conficere aliquem contractum, poteſt compelli ad illum conficiendum, vel ad intereſſe.*
11 *Tranſactio ex lite calumnioſa non poteſt robur aſſumere.*
12 *Tranſactio, ſuper iure claro non valet.*
13 *Alimentis futuris renunciari non poteſt.*

DECISIO CXCII.

AD diſputationis trutinam, hodie, reuocata deciſione, coram Me edita *die 24. Ianuarij 1663.* ex duplici ſubſiſtentia tranſactionis in deciſis Domini perſiſtere. Quarum altera ex non adhibito ibidem à Lelio Octauiæ vxoris aſſenſu reſultat exindè requiſitum, quod donatio ſcut. 13. m. certi contemplatione matrimonij à Franciſco patre Lelio attributa fuerat, nec non, etiam eidem Octauiæ nutrici expreſſè delata, ibi, *E la medeſima promeſſa faccio alla Signora Ottauia, & in ſuo nome al Signore Hippolito ſuo padre preſente, & accettante.* Ex tali namque promiſſione in dotali inſtrumento, ſucceſſiuè approbata, inſeparabilis actio, vtriuſque fauore coniugis, cenſetur exorta, ità vt vir, abſquè placito vxoris, in tranſactione nequiuerit donationem ad ſcut. 9000.
1 reducere, vt tradit *Nate conſ 609. num. 41. verſ. nunc deſcendo*, in cuius terminis donationis conſuluit etiam *Surd. conſ 143 num. 53. Molpheſ conſ. 11. numer. 1. Io: Dexart. dec. Sard 7. num. 19 & 20. Rot. dec 44 per tot.* & præſertim *num. 18. par 6. rec.* & in caſu fortiori tradit, *Sanchez de matrim. lib. 6. diſp. 32. num. 1. & ſeqq.* vbi, quod donatio edita, à patre, fauore filij, contemplatione matrimonij, cum certa muliere contrahendi, ità cum ipſo contractu matrimoniali confunditur, vt nurus, ratione ſui intereſſe, actionem pro aſſecutione donatæ ſummæ valeat exercere, nec poſſit ipſa donatio, cum viri conſenſu à donante reuocari, vel alia in parte diminui, eam rationem adducens, quod aliàs illa, quæ matrimonium ſub donationis fide contraxit, ac dotem fortaſſe pinguiorem
2 vero conſtituit, deciperetur, *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4 gloſſ. 1. num. 19. Franc. dec. 250 per tot. & dec. 436. num. 4. & 5. Merlin. Pignatt. controu. 34. num. 8. & 9. Rot. cor. Coccin. dec 44. nu. 2. Merlin. dec. 515. numer. 1. & ſeqq. & in Romana Donationis 13. Iunij 1661. § etenim coram Reuerendiſs. Decano.*

Nec vrgere viſa fuit matrimonij diſſolutio, per obitum Lelij ſecuta, cuius virtute, contenditur, quod, ſicuti ratio præfati axiomatis vxoris intereſſe inhæret, cui admodum expedit virum ditiorem habere, pro maiori ſuæ dotis ſecuritate, nec pro aſſequendis pinguioribus alimentis, vnà cum honeſtiori ornatu, ita illa nequeat propoſito caſui congruere, quò alimentorum onus, poſt Lelij deceſſum euanuit, nec non Octauia dotis reſtitutionem conſecuta fuit, vt aduertit in ſpecie *Sanch. de ma-* 3
trim. lib. 6. diſput. 32. num. 6. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 1. gloſſ. 8. par. 1. num. 84. Rom. conſ. 15. num. 9. & 10. Dexart. dec. Sardin. 7. num. 17.

Si quidem auctoritates ſuperius recenſitæ, de donatione pertractant contemplatione matrimonij filio dumtaxat attributa, nec percutiunt terminos caſus controuerſi, quo vtrique coniugi fuit conceſſa donatio; & licet hoc etiam caſu, bonorum dominium viro ceſſerit, ex auctoritatibus relatis in deciſione præterita; attamen inte- 4
reſſe vxoris ex aperta promiſſione deductum, coæquale, ac inſeparabile ab altero viri, conſtante matrimonio, omninò cenſebatur exiſtere, cuius proindè, retrodonatio vxoris aſſenſu deſtituta, nullius propè modum roboris reputabatur, tùm eiuſdem reſpectu vxoris, de cuius tunc intereſſe nequibat hæſitari; tùm etiam, quoad virum ius inſeparabile obtinentem ex theorica *Bart. communiter recepta in l pen. num. 3 C. de pact. Surd. dec 194. nu. 35.* 5
Rot. cor. Seraph. dec. 341. num. 7. & dec. 109 nu. 8. par. 9. rec. & his terminis aduertit *Nat. conſ. 609. num. 49.* Nec ex ipſius propterea deceſſu, viuente vxore, ſequuto, idemet 6
contractus valuit conualeſcere, ad regulam *tex in l. quod ab initio 111. ff de reg. iur. cap non firmatur 18. eodem tit. Bartol. in l ſi certis annis 28. in lectura antiq. num. 4. C de pact.* quicquid dicendum foret, in caſu, quo vxor viro 7
prædeceſſiſſet, vt probat *tex. in cap. cum vir. 42. vbi gloſſ. ff. de vſucap.*

Præterea Sanchez, nec non ſequacium opinio, hoc etiam videtur poſſe diſtinctionis fœdere conciliari, vel enim retrodonatio, conſtante matrimonio, ex viri parte præceſſit, & ſic illa, in ſtatu validitatis reſidere, donec vxor ſuum intereſſe deducat; Poſt viri verò, ſine prole deceſſum, plenum eadem robur validitatis aſſumit, quo- 8
ties vxori ſuperſtiti dos alijs ex bonis valeat commodè reſtitui, vel vir, vt in propoſito caſu, diminuta dona- 9
tione, ab humanis excedit vxore ſuperſtite, vna cum filijs, & tunc mulieris intereſſe, donec eadem durat, cenſetur extare, vt innuit etiam deciſio *203. nu. 3. par 8 rec.* nam filijs, vlla abſque prole ab inteſtato obeuntibus, ſucceſſionem ipſa, nec non pinguiorem, in caſu, teſtati, legitimam lucratur.

Neque tranſactio, in præiudiciũ Octauiæ, eo ſub prætextu, ſubſtinetur, quod bona fide, illa proceſſerit reſultante ex lite, quæ à Lelij patre poterat, ſuper nullitate donationis inſtitui, ex non adhibita Vicelegati licentia; Omiſſo enim articulo, an in hoc donationis contractu, licẽtia exquireretur, nulla poterat lis ſuper Apoca donationis legitima exoriri; Cùm enim pater, ex proprio ære, cuiuslibet ſanationem nullitatis promiſiſſet impetrare, nec non Inſtrumentum, cum ſolemnitatibus ędere in hiſcè contractibus adhiberi conſuetis; Ex huius vi promiſſionis, poterat ipſa, pro legitimi Inſtrumenti, edi- 10
tione præciſè compelli, & in illius defectum, pro intereſſe pulſari. *ad tex. in l qui autem 14. §. ſi quis, ff. de conſt. pecun. Soccin. Sen. conſ. 188 num. 31 lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 14 tit. 35. num. 32. Rot. penes Zacch. de oblig Cam. dec. 262. num. 9. cum ſeqq. & in Aſculana Renunciationis 22. Maij 1651 § nihilominus coram Reuerend ſs. Decano,* & notat *add ad Buratt. dec 64. num 18. & 19.*

Hinc inualiditas altera tranſactionis tollitur; Dum enim donatio rationem dubitandi nullam admittebat, ille futuræ litis prætextus à patre calumnioſè præſumitur cogitatus, vt filium, ad tranſactionem impelleret, vt 11
tradit *Roman. conſ. 517. num. 18. Aym. conſ 152. num. 10. & conſ 430. num 8. cum ſeqq. Rot. dec. 294. num. 25. & 26. & dec.*

Digitized by Google

& dec.294.n.11.cum ſeqq.par.8.rec. eaque proindè peni-
tus improbatur iure *in l.in ſumma 65. ff.de condit.indeb.*
& præter ſuperiùs relatas auctoritates notat *gloſſ. in l. 1.*
verbo nulla.ff. de tranſact. Natt.conſ.543.num.35.Cancer.
var.lib.1.cap.13.de empt.& vendit.num.39.Rot.cor. Mer-
lin.dec.490.numer. 3.& in Romana Hæreditatis 30. Ian.
1654.§. vnde coram R. P. D. Beuilaqua, & in Bononien.
fideic. de Bonfilijs Maij 1662. §. duarum,coram Me, nec
non etiam probat alter *tex.in l.præſes 12.C. de tranſact.*
12 iovalidam deceroens tranſactionem ſuper Iure claro
emanatam, *Surd. conſ.451.num.11. Peregr. de fideic.art.*
52.num.98. Rot. in Romana Tranſactionis 15.Decembris
1659. §. quæcumque, coram Me.

Noo vrget, quod Lęlius, ex tranſactione *ſcuta 9000.*
retraxerit, licet ſumma donata, ipſi dumtaxat poſt patris
deceſsum deferri deberet, ex quorum ſolutione præuen-
tiua compenſata cootenditur illa ſcut. 4000. remiſſio;
Siquidem In huius præuentiuæ ſolutioois compenſatin-
nem ſcut. 350. Lælius in alimentorum cauſa ſibi à patre
præſtanda, eidem renunciauit, adeoque nequit, ex hac
eadem cauſa donatioois diminutio ſubſtineri, vt alias
13 huic obiecto reſponſum fuit *in deciſione edita 10. Decem-*
bris 1659. & 5. Maij 1669. ceram Me.

Et ità vtraque parte &c.

Bo: Me: Veroſpio.

Vrgellen. Parochialis.

Ven. 14. Decembris 1663.

ARGVMENTVM.

Reſignatio, & permutatio Beneficij facta ab eo, qui aliud beneficium tunc vacans conſequitur eſt nulla, & Beneficium, ſic reſignatum, reſeruatur Sedi Apoſtolicæ, etiam ſi reſignatio fuiſſet ſine fraude, & dolo;

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Litera Apoſtolica iuſtificata executioni demandantur.*
3 *Reſignans beneficium, vacante alio incompatibili, nulliter agit.*
4 *Reſignante acquirente aliud vacans beneficium reſignatum reſeruatur Papa.*
5 *Ad hoc, autem, reſignans debet habere notitiam vacationis.*
6 *Contrà, quod ſufficit vocatio alterius.*
7 *Contractus factus a filioſam. eſt nullus, etiam ſi abſit fraus, & dolus.*
8 *Reſignatio facta per dolum, & fraudem eſt nulla de iure.*
9 *Examen in concurſu fit poſt 10. dies à die vacationis.*
10 *Permutans beneficium ſub ſpe aliud conſequendi, dicitur permutare in fraudem.*
11 *Scientia eorum, quæ fiunt in loco vicino, præſumitur.*
12 *Valor beneficij probatur ex narratiua aduerſarij.*
13 *Titulus inualidus non poteſt facere aliquem contradictorem.*
14 *Etiam addita poſſeſſione.*
15 *Et quid, quando dubitaretur de tituli validitate.*

DECISIO CXCIII.

VAcante Eccleſia Parochiali S. Martini, Io: Badia
Parochialem alterã D. Mariæ, ab ipſo poſſeſſam
in Caſtrn Segun. permutauit, cum ſimplici beneficio à
Ioſepho de Herteu poſseſſo, Cum, vero, virtute Prælectinnis
biduò poſt reſignationem, ab Ordinario receptę,
idemmet Badia vacantem Parochialem ab Apoſtolica
Sede Impetrauerit, quacunque pręcedentis permntatio-
nis mentione poſthabita, fuit de reſignata, proindè Paro-
chiali à Summo Pontifice, vt eidem reſeruata, prouiſus
Ioſeph de Felicis, cui A. C. ſucceſſiuè decreuit immiſ-
ſionem; Delata verò mihi cauſa propoſui dubium, an
ſit locus arbitrio, pro literarum Apoſtolicarum execu-
tione, retardanda, reſolutum hodiè negatiuè.

Siquidem arbitrinm à diſpoſitione iuris conſueuit re-
gulari, vt ootat *Pariſ.conſ.8. num.21. lib.4.* iuxta quam 1
literæ Apoſtolicæ quoties, vt in propoſito caſu iuſtifica-
tæ noſcaotur, debent exequutioni demandari *Rot. dec.* 2
172.num.18. & 19. cor. Otthob. & in Leodien. Beneficij 25.
Iunij 1657. §. beneficium, cor. Me.

Hoius, verò, reſeruatio Parochialis, ex qua pendet iu-
ſtificatio literarum, apertè deſumitur ex conſtitutione,
Pauli V. relata per *Garz. de benef.par.11.cap.5. num 64.*
vbi reſignationes, ſeù permutationes præſertim Paro-
chialium à parochis peractæ, poſt alterius vacationem
parochialis, ſeù beneficij incompatibilis nullius prope- 3
modum roboris renunciantur, necnon ſic reſignata be-
neficia reſeruantur Sedi Apoſtolicæ, quoties reſignaos
fuerit de vacaote parochiali prouiſus, & in expeditione 4
literarum mentionem reſignationis exprimere neglexe-
rit, vt aliter, in his terminis, cenſuit *Rot. cor. Vbald. dec.*
251. & cor. Buratt. dec.242. num 4. & in Rhegien. Dypte-
reatus 13. Martij 1656. §. non obſtat & 26. Martij 1657.
§. ſed ceſſat, cor. R. P. D. Priolo.

Nec eo poterit, ſub prætextu reſignatio ſubſtineri,
quod bona fide non autem doloſe illa edita fuerit à re-
ſignante alterius vacationis Ignaro; licèt enim Conſtitu- 5
tin, ſiue regula, ex fraudis cauſa proceſserit à reſignan-
tibus admitti conſuetę, nulla tamen admiſsæ fraudis
probatin ad ioducendam reſeruationem exigitur, ſed
ſatis eſse ceoſetur, vt intrà tempus vacationis, & prouiſionis
reſignatio habita fuerit, vt regulæ tenor oſten-
dit, ex euentu deſumens fraudem, quoties, ſcilicet, de va- 6
cante beneficio reſignantem prouideri contingat, vt di-
xit *Rot. cor. Vbald. d. dec.251. & notat Barboſ. de Off. & pot.*
Ep. alleg.57. num. 83.

Quod auctoritate, qunqoe, iuris roboratur *in lib.4. ff.*
vbi Imperat. Senat. Conſ. edidis Macedonian., vt fraudi-
bus occorreret, admitti conſuetis io nõnullis cõtractibus, 7
initis, cum filijs familias, & tamen contractus, ij ſiue ex
dolo, ſiue bona fide, proceſseriot, nequirent ſubſtineri,
aliàs, ſi probatio fraudis, in propoſito caſu, foret neceſ-
ſaria, incaſsum Conſtitutio emanaſset, dum ipſius pro-
batione perhabita ex diſpoſitione iuris Canonici irrita,
ac nulla redditur reſignatio, vt aduertit *gloſſ. in verbo* 8
decipiat 7. quæſt.1. Pariſ. conſ. de reſign. lib.18. quæſt.3. nu.
1. Merlin. dec.559. num.1. cum ſeqq.

Quæ tamen vacationis notitia, ex facti circumſtantijs,
benè deſumitur, in reſignante; Siquidem vacatin Pa-
rochialis S. Martini 15. *Septembris anno 1659.* contige-
rat, permntatio vero 6. *Decembris eiuſdem anni*, oec
non biduò ante prælectionem ad parochialem vacan-
tem, ab Ordinario reſignanti conceſsam; Hinc dum 10.
dierum edictum ſuper concurſu peragendo præcedere
debuerat, iuxta diſpoſitionem *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24.*
cap.18. de reform. Intrà, quod temporis ſpatium, oppoſi-
tio reſignantis exquirebator vna cum proprij nominis,
& patriæ deſcriptinne, ad hoc, vt de moribus illius Ordi-
narius poſset inquirere, eoque termino elapſo ſubſequi 9
debuerat examen, vt tradit *Pax Iordan. elucub. diu. vol.*
2. lib.10. tit.8. num.34. & 40. ſequitur pernecesſe, Badiam
eadem ſaltem ſuæ deſcriptionis die parochialem permu-
taſse, ac ſub ſpe conſequenter obtineodi parochialem
vacantem, nec non animo futuram fraudaodi vacatio-
nem, ex beneficiorum incompatibilitate reſultantem, 10
Vbald. d. deciſ.251.

Hanc prætereà fraudem conuincit ipſius reſignantis
confeſſio, quippe qui, poſt receptam D. Mariæ parochiã,
à Summo Pontifice obtinuit robur validitatis collatio-
ni at-

Digitized by Google

ni attribuit, quam exinde reputabat inualidam. quod
contrà tenorem regulæ ab ipſo permutatio edita fuerat,
vt ex gratia Summi Pont. deſumitur.

Hinc teſtium depoſitiones nequeunt vrgere conclu-
dentium nimirum Caſtrum Segun. vbi degebat Badia,
ab altero de Vr. per 3. ferè mille paſſus abeſſe, nec non
etiam atteſtantium inter vtriuſque oppidi Inculas, tunc
temporis ex belli cauſa, commercium omne fuiſſe inter-
dictum; Non enim ipſi impoſſibile literarum tranſmiſ-
ſionem de vno loco, ad alterum concludunt, qua me-
diante transmiſſione, Io: de vacatione certioratus exti-
11 tiſſe præſumitur, ab Andrea fratre in Vrgellen. ciuitate,
degente, vbi peragi debuerat examen, vt facti ſeries, &
confeſſio Io: præſefert.

Fructus autem valor in duc. 24. auri de Cam. à Ioſe-
phu expreſſus iuſtificationem legitimam aſſumit, in ſi-
mili narratiua ab aduerſario in ſua prouiſione perhabi-
12 ta, *Buratt. dec. 481 num. 9. & dec. 92. num. 10 par. 6. rec &
in Auellina Canonicatus 27. Martij 1651. §. denique, cor.
Eminentiſſimo Cerro.*

Dum itaque titulus Horteù, euidenti nullitatis vitio,
laborare dignoſcitur, contradictoris proindè legitimi
partes nequit ipſe obtinere, pro immiſſione retardanda,
13 poſſeſſionem licet obtineat, *Rot dec. 711. num. 1. par. 1.*
14 *& dec. 302. num. 18. par. 4. tom. 2. rec in Alerien. Canonica-
tus 29. Aprilis 1650. §. non obſtat, coram Emin. Celſo*, cum
alijs plenè recenſitis *in Gerunden. Parochialis 3. Decem-
bris 1690. §. caterum, cor. R. P. D. Beuilaqua*, confirma-
ta, *coram Me die 4. Maij, & 27. Iunij 1661. § & licèt*;
quicquid dicendum foret, in caſu quo de validitate titu-
15 li dubitari contingeret, *Rot. in Dienen. Prioratus 10. De-
cembris 1657. §. vlt. & 31. Maij 1658 in principio, cor. Me.*

Et ità vtraque parte &c.

Bo: Me: Veroſpio.

Vrgellen. Parochialis.

Veneris 20. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Reſignatio, & permutatio beneficij facta, ſub ſpe
conſequendi aliud beneficium, quod vacat, vel
de proximo eſt vacaturum, dicitur in fraudem,
& ideo eſt nulla, & inducit reſeruationem benefi-
cij reſignati, aut permutati.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio, & permutatio beneficij paulò ante, quam
obtineatur aliud, eſt nulla, & inducit reſeruatio-
nem.*
2 *Præcipuè ſi ſit in reſignante ſpes aliud obtinendi.*
3 *Limitatur, quando reſignatio fuit bona fide, & ſine
ſcientia vacationis alterius.*
4 *Etiam ſi reſignans promoueatur ad illud.*
5 *Contrarium, quando verè fuit promotus.*
6 *Niſi probetur concludenter ignorantia.*
7 *Geſta in vno loco præſumuntur ſciri in alio.*
8 *Reſignatio paulò ante vacationem præſumitur in
fraudem.*
9 *Valor beneficij non probatur ex eius narratiua, mul-
tium antea facta.*
10 *Valor narratus per non exceſſum non alteratur per
modicam ſummam.*

DECISIO CXCIV.

ITerum, hodiè, Domini cenſuerunt, non intrare arbi-
trium pro retardanda executione prouiſionis Apo-
ſtolicæ in fauorem Ioſephi de Horteù expeditæ; Siqui
dem reſeruatio Parochialis controuerſæ ſuper qua ho-
die reſtringitur diſputatio, indè reſultat, quod Badia
illam cum Ioſepho de Horteù permutauit, poſtquam
alterius vacatio parochialis contigerat, in Oppido de
Vr. quam idem Badia, virtute prælationis in concurſu
ſibi ſucceſſiuè à Summo Pontifice conferri obtinuit,
nulla reſignationis præcedentis perhabita mentione,
omninò neceſſaria pro reſeruatione reſignatæ paro-
chialis euitanda, vt apertè diſponitur *in Conſt. S. M.
Pauli S. à Sanctiſſ. D. N.* expreſsè innouata in *regula 3.
Cancellariæ*, & dixit in ſpecie *Rot. cor. Vbaldo dec. 251.* 1
per tot. cum alijs in præterita deciſione recenſitis.

Nec obeſſe viſum fuit, quod Summus Pontifex Con-
ſtitutionem ediderit, vt fraudibus occurreret à reſignan-
tibus admitti conſuetis; præcipuè, quia poſt ſubſecutam
parochialis vacationem, ſeu alterius beneficij incompa-
tibilis ſub animo eā obtinendi, propria beneficia reſigna-
bant in fraudem futuræ reſeruationis, perinde ac ſi dum 2
Badia vacationis alterius Parochialis ignarus ad permu-
tationem bona fide proceſſit, debeat virtus cōſtitutionis
euaneſcere, vt in caſu ferè conſimili tradit *Pariſ. de re-
ſign benef. lib. 3. quæſt. 6. num. 54. cum ſeqq.* vbi, quod 3
licet in regula 20. Cancellariæ reſignationes irritentur
à promouendo ad Eccleſiam perhabitæ intrà tempus
vacationis Eccleſiæ, & promotionis; Nihilominus re-
ſignatio facta ab ignorante ſe promouendum, ſubſtine- 4
tur, licet verè poſtmodum ille promotus exiſteret.

Quidquid enim, ſit de opinione Paris, cuius contra-
rium cenſuit *Rot. in dec. 791. num. 13. par. 1. diuerſ.* dum
regula, in caſu propoſito fraudem, ex euentu, deſumit,
quoties, videlicet, contingat reſignantem de Beneficio 5
ante reſignationem vacante prouideri, vt dixit *Rot cor.
Vbald deciſ. 251. Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 57. num. 83.* d.
Ignorantia concludenter debuiſſet probationum gene- 6
re, ex aduerſo prohiberi; Nec valet illa deſumi ex teſti-
bus in Curia examinatis diſponentibus, ex cauſa belli
tunc temporis inter primarios Orbis Chriſtiani reges vi-
gentes, interdictum quodcumque extitiſſet cōmercium
inter incolas Caſtri, vbi Badia degebat, ac Ciues de Vr-
be, vbi contigerat præfata vacatio; dum ijdem teſtes
non excludunt, quin geſta, in vno loco, alibi potuerint
innoteſcere, ibi, *Io non ſo ſe ſi poteuano ſapere, ò non le coſe,
che paſſauano dalla parte di Francia, & è conuerſo.*

Alij verò teſtes ſine remiſſoria nulliter in partibus
examinati, præterquam poſſibilem literarum tranſmiſ-
ſionem de vno ad alterum locum, non excludunt, reſel-
luntur, ex contraria aliorum depoſitione, affirmantium, 7
quod, licet Vrgellenſis Diœceſis partim tunc temporis
Sereniſſimo Regi Francorum, partim verò, Sereniſſimo
Hiſpaniarum Regi obtemperaret, geſta, tamen, in vnius
ditione poterant genti alterius Dominio ſubiectæ inno-
teſcere.

Scientia, præterea, vacationis in reſignante elicitur, in
propoſito caſu, ex temporis interuallo, inter vacatio-
nem, & reſignationem ſubſequuto; illa quippe, *die 15.
Septembris anni 1659.* ſucceſſit; Hæc verò ſubſecuta
conuincitur *die 16. Decembris eiuſdem anni*, intrà quod
temporis ſpatium potuit Badia certior reddi vacationis
ab Andrea fratre, degenti in Vrgellenſi Ciuitate, vbi
examen debuerat expleri; Tum quia verſus eamdem
Ciuitatem ipſe poſt reſignationem ſtatim iter arripuit,
ibique biduò poſt præelectionem in concurſu obtinuit,
ex qua actuum vicinitate, reſignatio præſumitur con-
templatione concurſus peracta, nec non in fraudem fu-
turæ vacationis, vt reſpondit in ſpecie *Rot. cor. Vbald.* 8
dec. 251. num. 1. cum ſeqq.

Nec obſtat, quod valor Parochialis à Fileno in duca-
tis 24. expreſſus nequeat ex ſimili Horteù narratiua de-
ſumi, dum hęc trienniò antea emanauerat, *ad tex. in* 9
*cap. ſi eo tempore 13. de reſcript. lib. 6. Rot. cor. Buratt. dec.
18. num. 9.* Cum enim, per non exceſſum expreſſio va-
loris prodierit, illa, enim. modica quoquè ſumma verifi-
cationem valeat aſſumere, *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt.* 10
*38. num. 53. Rot. cor. Seraph. dec. 1017. num 5 Buratt.
dec. 696.*

Digitized by Google

dec.676. num 5. ae aduerſarii conſequenter narratiua licet anterior poterit probatione legitima deſeruire, *Mantic. dec.138. numer.2.*

Et itá vtraque parte, &c.

R. P. D. Vicecomite.

Albanen. Donationis.

Veneris 28. Iunij 1669.

ARGVMENTVM.

Conſtito de Paupertate, & bono iure, dantur alimenta, & ſumptus litis donanti, qui agit ad reſcindendam donationem; & dicta alimenta taxantur arbitrio iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius vniuerſalis debet alere donantem, & ſumptus litis eidem præſtare.*

2 *Paupertas probatur, ex quo quis omnia ſua bona donauit.*

3 *Mobilia quis non tenetur vendere, vt ſe alat, ideò eorum poſſeſſio non excludit paupertatem.*

4 *Donans omnia bona præſentia præſumitur alia acquiſiuiſſe.*

5 *Paupertas non excluditur per poſſibilitatem acquiſitionis bonorum.*

6 *Mutatio, de paupere in diuitem non præſumitur, ſed ab allegante debet probari.*

7 *Præſumptio boni iuris, ad effectum conſequendi alimenta, & ſumptus litis, habetur ex ſententia, à qua fuit appellatum.*

8 *Pauperi litiganti, habenti boni iuris præſumptionem, ſunt præſtanda alimenta, & ſumptus litis.*

9 *Recipiens vigore contractus, renunciat iuri, quod habet impugnandi d. contractum, etiam ex defectu non implementi.*

10 *Pauper non tenetur alere pauperem.*

11 *Paupertas, ad effectum ſe eximendi à præſtatione alimentorum, collitiganti, debet probari plenè.*

12 *Taxatio alimentorum, & ſumptuum litis arbitrio iudicis relinquitur.*

13 *Index in taxando dd. alimenta conſiderat fructus rei, quæ eſt in lite.*

DECISIO CXCV.

Monaſterium, & Monacos Congregationis Vallis Vmbroſæ S. Mariæ de Galloſo Terrę Aricię Albanen. Diœceſis, Donatarios vniuerſales Dominici Simij,
1 teneri eidem Dominico alimenta præſtare, & ſumptus litis inter eoſdem ſuper reſolutione dictæ donationis pendentis, coram Me, in gradu appellationis, à ſententia A. C. cum relaxatione mandati de manutenendo, ad fauorem eiuſdem Dominici, DD. hodiè dixerunt in quantitate, & modo inferiùs exprimendo.

Quandoquidem Paupertas illius probata remanſit, per ipſam donationem effectum ſortitam; cum ſubſequuta, & continuata Monaſterij omnium bonorum
2 poſſeſſione vt in ſimili, *Maſcard. de probat. concluſ. 1159. num.29. Valaſch. de priuil. paup. p.1. quæſt.5. num.41. & 42. Seraph. dec.33. num.1.* & in terminis, quod, qui donauit omnia bona ſua, non habeat vndè viuere, *Adden ad dec.21. num.85. & 86. par.9. rec.*

Nihil releuante, quod, in donatione ſibi mobilia reſeruauerit, quia hæc non ſunt fructifera, neque illa tenetur
3 vendere, vt ſe alat, *Bald. conſ.30. lib.2.* quem citat, & ſequitur *Merlin. de pign. dec.119. num 17. cum ibi alleg.*

Nec obſtante, quod donauerit bona præſentia tantum, non autem futura, vt ideo non excludatur poſſibilitas
nouarum acquiſitionum, quæ ab ipſo Donante fieri 4
potuerunt poſt factam donationem, ad tradita per *Valaſch. ſupra cit. d. par.1. quæſt.39. num.51.* quia per poſſibilitatem futuri Status diuitiarum non excluditur præſentia probatæ paupertatis, itaut Contrarium aſſerenti
incumbat onus probationis, *ad textum in l 2. ff. de prob.* 5
Surd. de alim. tit.1. quæſt.24. num.7. cum alibi allegatis, & in terminis, quod mutatio de paupere in diuitem non
creditur, niſi concludenter probetur, tradit *Maſcard.* 6
de prob. concl.1225. num. 17.

Præſumptio boni Iuris clara reſultat, ex ſententia ad eius fauorem lata in Tribunali A. C. cum mandato de manutenendo in poſſeſſione bonorum donatorum, quã-
uis à dicta ſententia pendeat appellatio, *l. ſi Inſtituta, §.* 7
inofficioſo, ff. de inoff. teſtam. Couarr. pract. qq. cap 6. ſub num 6. Sperell. dec. 138. num. 66. & 67. Adden. ad Greg. dec. 189. num. 7. verſ. præſumptio, Buratt. dec.707. num.3. Adden dec.617. numer.123. & ſeq. par.4. tom.3. & dec.50 numer.16. & 17. par.9. rec. Eminentiſſimus Celſus deciſ. 226. numer. 8.

Pauperi autem Colitiganti, & habenti pro ſe boni Iuris præſumptionem, alimenta, & ſumptus litis ſunt præſtanda. *Falm in cap. ſi qui Tertium. ſub num.10. de te-*
ſtib. Surd. de alim. tit.1. quæſt 110. num. 8. cum alijs alle- 8
gari ſolitis in *Rota coram Caualer. dec.467 num 1. & 554. num.2. Merlin dec.7 num.1. & 2. Add. ad Gregor. deciſ. 189. num.7. & ad Buratt. d. dec.707. num.6.*

Neque, pro iſtis alimentis deſeruire poſſunt ſcut. 100. annua, quæ Monaci in eadem donatione eidem Dominico Donanti correſpectiuè ſoluere promiſerunt, & cum effectu tradere, quia compenſatos eſſe dicebant cum alijs ſcut. 50. in tranſactione poſtmodum inter ipſos inita, conuentis, quia, cum Dominicus iam acceptauit reſolutionem huius donationis, & ſuper ea lis pendeat, ſi receperit, vigore huius contractus, dd. annuas præſtationes
cenſeretur contractui acquiſiuiſſe, & defectum non 9
adimplementi remiſiſſe per *l. de lege 6. §. poſt diem, & ibi Bald ff. de leg. commiſſ. Surd. dec. 317. per tot.* cum alijs allegatis per *Buratt dec.54. num.14. & ibi add. lit. C.*

Monaci, autem, ſe tueri non poſſunt, propria pau-
pertate allegata, ex quo pauper non tenetur alere pau- 10
perem, per *gloſſ. in l. ſi quas a liberis, §. ſi mater, verb. neceſſario, ff. de lib. agnoſc. Grat. diſcept. 519. numer. 14. & ſeq. Rot. dec.470 num.6. & 7. par. 2. recens.*

Quia ad hunc effectum, non ſufficit contrariam paupertatem allegare, ſed qui ſe intendit eximere à præſtatione alimentorum, debet illam plenè, & concludenter
probare, *Herculan. de prob. negat. num.2.21. & 26. Rot.* 11
coram Seraph. dec. 426. num. 1. Adden. ad deciſ. Buratt. 707. num.10. & in punct. reſpondendo *dec. 470. par. 2. rec.* in contrarium allegatæ firmauit *Rota dec. 617. nu. 15. in fine, par.4. tom. 3. rec.*

Cæterum, quia taxatio horum alimentorum, & ſum-
ptuum litis Iudicis arbitrio relinquitur, *Menoch. de ar-* 12
bitr. lib1. quæſt.35. Rot. dec.149 nu.10. par.11. rec. & coram Eminentiſſ. Celſo dec.329. num.2. & 3. qui tamen ponderare debet facti circumſtantias, & præcipuè fructus rei, ſuper qua litigatur, ex quibus deduci debeat, *l. fin. §. nam ſi talis, C. de re ordin. Cognit. Add. ad Buratt. ſæpè cit. dec. 707. num.11. Rota dec. 470. num. 6. par.2. recent.*

Ideò, cum, ex bonis donatis Monaci percipiant ſaltem ſcut. 150. quæ annuatim ſoluere promiſerunt Dominico, aliàs enim non inſiſterent in ſuſtinenda hac donatione; his, & alijs in facto emergentibus conſideratis, alimenta taxarunt in ſcut. 8. pro quolibet menſe, & quoad ſumptus litis dixerunt illi perſoluenda eſſe ſcut. 15. pro prima propoſitione cauſæ.

Et itá vtraque parte informante fuit reſolutum &c.

R. P. D.

R. P. D. Vicecomite.

Romana ſeù Ianuen. Hæreditatis.

Lunæ 23. Iunij 1670.

A R G V M E N T V M.

Firmato, quod ſtatutum de ſucceſſione requirat copulatiuè ſubiectionem perſonarum, & bonorum, tam ſuccedere prætendentium, quam eorum, de quorum hæreditate agitur, reſoluitur ſuper re clara, & parum dubia non poſſe neque tranſigi, neque compromitti, præcipuè à muliere, & per conſequens poſſe impugnari laudum, ſuper compromiſſo emanatum.

S V M M A R I V M.

1 *De iure communi æqualiter ſuccedunt fæminæ, & maſculi.*
2 *Filius fratris in ſucceſſione repræſentat patrem.*
3 *Mulier debet compromittere, cum ſolemnitatibus ſtatuti.*
4 *Cauſa falſa, & erronea conſenſum excludit.*
5 *Iura, quæ militant in tranſactione, habent locum in compromiſſo.*
6 *Statutum de ſucceſſione non comprahendit hæreditatē forenſis.*
7 *Nec bona extra territorium.*
8 *Requiritur ſubiectio perſonarum, & bonorum.*
9 *Nec ad hunc effectum coniunguntur ſtatuta.*
10 *Statutum loquens de ſucceſſione aſcendentium, non extenditur ad tranſuerſales.*
11 *Hæreditas Clerici non cadit ſub ſtatuto Laicorum.*
12 *Tranſactio & compromiſſum ſuper re clara fieri non valet.*
13 *Ex modica cauſa dubitandi ſubſtinetur tranſactio.*
14 *Ex opinione aliquorum ſtatutum de ſucceſſione requirit ſolam ſubiectionem bonorum, vel perſonarum.*
15 *Cauſa dubitandi in tranſactione debet eſſe rationabilis.*
16 *Non debet moueri lis ſub ſpe tranſigendi.*
17 *Aliquando fit compromiſſum ſuper re clara.*
18 *Sed debet eſſe admixta rei dubia.*
19 *Tranſactio non valet, quando cauſa finalis eſt lis calumnioſa.*
20 *Cauſa contractus debet exprimi Iudici, qui dat ſuum decretum.*
21 *Laudum ſuper compromiſſo nullo latum, non valet.*
22 *Laudum latum contra regulas iuris non attenditur.*
23 *Etiam ſi eſſet approbatum, cum iuramento, niſi docto de ſcientia nullitatis.*
24 *Statutum reſpiciens contractus, comprahendit forenſes in loco contrahentes.*
25 *In contractu minoris, & mulieris requiritur vtilitas, vel neceſſitas.*

D E C I S I O CXCVI.

COnſtare, de bono Iure Thomaſinæ Riuarolæ concurrentis pro virili ad hæreditatem Clerici Dominici Patrui ab inteſtato in Vrbe defuncti, æqualiter, cum Paulo Baptiſta eiuſdem Dominici fratre, & Thomaſinæ, altero Patruo, fuit hodie deciſum.

Habet, ſiquidem intentionem fundatam in clara diſ-
poſitione *Auth. ceſſante & Auth. poſt fratres, Cod. de leg.*
1 *hæred. §. ſi igitur il ſecondo Inſtit. de hæred. ab inteſt. Venien.*
per quæ Iura ſublata ſexus differentia, quæ de Iure anti-
quo maſculos fæminis præferebat, & ideò vti repræſen-
tans Bernardinum Patrem, *d. §. ſi igitur, verſ. huiuſmodi*
priuilegium, æqualiter admitti debet vna cum Paulo Ba-
2 ptiſta Patruo in ſtirpes, *§. cum filius Inſtit. de hæred. quæ*
ab inteſt. deferuntur, Auth. vt frater fil. ſucc. Bart. & An-
gel in d. Auth ceſſante, & ibi communiter ſcribentes Craſſ.
de ſucceſſ. ab inteſt. §. ſucceſſio, quæſt. 30. num. 3. Rot. coram
Buratt. deciſ. 188. num. 1. & deciſ. 22. par. nu. 1. par. 9. rec.
& in Bononien. hæreditatis 28. Iunij 1652. coram Bichio, &
ſæpiſſimè in alijs.

Quamuis ſuper dicta hæreditate fuerit ab eadē Tho-
maſina cum Paulo tranſactum, præuio compromiſſo, &
laudo ſubſecuto, emologato etiam, & acceptato, quia
compromiſſum hic, in Vrbe, factum nullum fuit, vel ex
eo, quia nulla præcedente cauſa, cum tamen per ſtatutū
Vrbis *cap. 151. lib. 1.* debuiſſet certa, & indiuidua illius ex-
preſſio fieri, & particularis cognitio ſuper ea à Iudice ad-
hiberi *Andreol. contron. 184. num. 19. tom. 4. Rota coram* 3
Merlin. deciſ. 714. ſub num. 34. verſ. defectus & deciſ. 737.
ſub num. 15. verſ. placuit, Add. ad deciſ. 81. nu. 18. & ſeqq.
par. 8. recent. cum ibi cumulatis, vel quia cauſa expreſſa
falſa fuit, & erronea conſenſum excludens, *l. magis puto* 4
circa fin. verſ. manet actio. ff. de rebus eorum Marcabrun.
conſ. 17. nu. primo, & ſeqq. & per tot. Surd. deciſ. 285. n. 10.
& 11. Seraph. deciſ. 1190. num. 3. in recent. deciſ. 242. nu. 2.
par. 6. quæ Iura licet loquantur in terminis tranſactionis;
tamen idem eſt de compromiſſo *Alex. conſ. 119. num. 3.* 5
lib. 2. Borell. de compromiſſo, §. 1. gloſſ. 3. n. 268. Rot. deciſ. 130.
num. 3. par. 12. rec.

Fuit enim pro cauſa tranſigendi, & compromittendi
affectatus timor litis, illiuſque incertus euentus fundatus,
in diſpoſitione ſtatutorum excludentium fęminas, pro-
pter maſculos, tam Vrbis, intra cuius Territorium exta-
bat maior pars bonorum hæreditariorum, quam Ianuæ,
cui ratione Originis ſubiecti erant tam Dominicus, de
cuius hęreditate agebatur, quam ipſi tranſigentes, & ali-
qua etiam pars eorundem bonorum, qua diſpoſitione
ſtatutaria attenta Iuri communi derogatum dicebatur,
& conſequenter Thomaſinam ab hæreditate Patrui,
concurrente alio Patruo, excludi potuiſſe.

Cum tamen neutrum, ex dictis ſtatutis potuerit ad ef-
fectum, de quo agitur, hos contrahentes afficere, non
iſtud Vrbis, quia & Defunctus, & excludere prætendens, 6
& ipſa Thomaſina excludenda, erant forenſes, ideoque
quo ad perſonas Iuriſdictioni ſtatuentium non ſubiecti.
Non illud Ianuæ, quia compræhendere non poterat bo-
na extra Territorium Romæ, & alibi exiſtentia; Ad ef-
fectum enim, vt in ſubiecta materia intret diſpoſitio ſta- 7
tutaria, requiritur vtraque ſubiectio, perſonarum nem-
pè, & bonorum de quibus agitur. *Soccin. Iun. conſ. 49. ſub* 8
num. 1. verſ. veruntamen melius, cum ſeqq. & conſ. 80. ſub
num. 4. verſ. veruntamen lib. 4. Altograd. conſ. 93. num. 24.
& ſeq. libro primo, Thomas. deciſ. 204. num. 18. verſ. quod
verò, & ſeq. Rot. coram Commol. deciſ. 123. num. 4. cum ſeq.
coram Merlin. in celebri deciſione Narnien. ſucceſſionis inter
eius impreſſ. la 353. num. 40. & ſeqq. coram Buratt. dicta
deciſ. 188. nu. 4. & ſeq. & ibi latè *Add. litt. A. Reuerendiſs.*
Royas deciſ. 66. num. 8. in recent. deciſ. 227. num. 42. verſic.
quò verò ad bona par. 8. Baren. hæreditatis 28. Iunij 1652.
§. quæ actio, coram Bichio & in Rauennaten. hæreditatis 24.
Ianuarij 1661. §. neque vigore, confirmata 13. Iunij eiuſ-
dem anni coram Reuerendiſs. D. Decano, in quibus etiam
deciſionibus firmatur ſtatuta huiuſmodi inuicem con-
iungi non poſſe, adhoc, vt vnum ſuppleat defectum al-
terius pro fęminarum excluſione; *Gratian. diſcept. 431.* 9
num. 16. & ſeq. Rot. coram Gregor. deciſ. 255. num. 3. & 4.
& ibi Adden. litt. C. Adden. ad d. deciſionem 188. Buratt. n.
15. & magiſtraliter in præclara *deciſ. 353. n. 43. cor. Merl.*

Et inſuper quoad ſtatutum Ianueuſe, nec illius diſpo-
ſitio potuit, in hoc caſu habere locum; Tum quia loqui-
tur ſolū de ſucceſſione aſcendentium, & deſcendentium,
ideoque extendi non debet ad ſucceſſiones tranſuerſa-
lium, cum ſit correctorium Iuris communis, & ſtricti Iu-
ris, *Cyriac. contron. 386. n. 4. & ſeq. & n. 8. Rot. deciſ. 291. n. 4.* 10
& ſeq. par. 8. rec. Eminentiſs. Otthob. dec. 111. nu. 27. & 28.
Tum quia agitur de hæreditate Dominici Clerici Bene-
ficiati, quæ compræhendi à ſtatuto Laicali non poteſt,
Andreol. contr. 227. per tot. Rot. coram Eminentiſs. Otthob.
deciſ. 149. per tot. in rec. dec. 293. nu. 3. & 4. par. 11. confirm.
30. Maij 1653. coram Reuerendiſs. Papien.

Quapropter cum ſecluſa diſpoſitione ſtatutaria Ius
Thomaſinæ eſſet clarum, & incontrouertibile, cum ad
hanc hæreditatem apertis legibus, inuitaretur, quarum
vigore, illius poſſeſſionem iam adepta fuerat, inde etiam
ſequi ur quod ſuper eo tranſigi, ſeu compromitti non
12 poterat, *text. in l. Præſes 12. C. de tranſact. Alex. d. conſ. 119
n. 3 & 4. lib. 2 Camill. Borell. de compromiſſ. §. ſecundo gloſſ.
prima n 234. 241. & 242. Blanch. eod. tract. q. 4. n. 2 Fenzon,
ad Stat. Vrbis de compromiſſ. cap. 100. n. 6 Cyriac. contr. 550
n. 13. Ioſeph. Ludouic. dec. Peruſ. 2. n. 15. Rot. coram. Seraph.
deciſ. 684 n. 3 & in Eunarien. ſeu Saonen. Pecun. 31. Mart.
1664. §. Tum etiam coram R. P. D. m. Taya.*

Non obſtante, quod ad validitatem tranſactionis, ſeu
compromiſſi poſſit etiam ſufficere aliqualis, & modica
occaſio dubitandi, videlicet ſi ageretur de articulo Iuris
habente ex vtraque parte ſectatores, ſeu etiam de facto
ipſo Dubio, *l. ſecunda & ibi gloſſ. in verb. nulla, & Bart.*
13 *n. 1.* & aliis, *C. de tranſact. Rot. deciſ. 264. nu. 2. par. 3. recent.
coram Eminent. Ottbob. dec. 25. n. 13. & ſeqq.* & non deſint
Doctores, qui tenuerunt ſupraſcripta ſtatuta vtramque
ſubiectionem non exigere, ſed alteram ſufficere, vel bo-
norum, vel perſonarum, quos refert *Canal. com. con. com.*
14 *q. 724. per tot.* quia in propoſito caſu quoad factum nul-
la aderat dubietas, & quoad articulum Iuris tot magi-
ſtrales Rotæ deciſiones materiam, ex profeſſo tractan-
tes, & reſpondentes contrariis omnibus rationibus, & au-
ctoritatibus vna poſt aliam emanatæ, abſque contradi-
ctione, ſeu contrarietate, & per obſeruantiam rerum iu-
dicatarum canonizatę ante compromiſſum, bene pote-
rant illud reddere clarum, & indubitatum, ſaltem de tē-
pore cōpromiſſi, quicquid tenuerint aliqui DD. ante dd.
deciſiones, occaſio autem dubitandi debet eſſe rationa-
bilis, prout erat in caſu deciſionis Eminent. Ottboboni,
vbi, quod de tempore trāſactionis aderant hinc inde opi-
niones DD. & ipſius Rotæ deciſiones & idem in caſu de-
15 ciſionis 264. *par. 3. rec.* alias daretur anſa vnicuique mo-
uendi litem ſub aliqua apparentia dubietatis, ad effectū
reportandi tranſactionem, quod eſſet valdè à Iure, &
16 æquitate alienum, *Rot. coram Eminentiſs. Celſo, deciſ. 335.
nu. 7. & 8 & in Vrbinaten. Pecun. 13. Iunij 1668. §. nulla
quidem in fin. coram Me.*

Nec releuante, quod aliquando etiam ſuper re clara,
validè compromitti poſſit, vt per *Alex. conſ. vlt. n. 15. vol.*
17 *6. Surd. deciſ. 185. num. 3.* & alios, quia hoc procedit, vel
quando occaſione tranſactionis ſuper re dubia conſe-
quenter comprehenditur, etiam res clara, iuxta doctrinā
18 *Bart. in l. ſi de certa, nu. 2. C. de Tranſact. & per Surd. conſ.
267. n. 14. & 15.* vel quando partes ſcienter, & ſpecificè
compromittere voluerunt Ius clarum; At ſecus, quando
cauſa finalis compromittendi fuit receſſus à lite, & hæc
19 non ſubſiſtit. *Bart. in l. demonſtratio falſa 17. §. quod au-
tem n. 16. ff. de condit. & demonſtrat. & notant DD. in l.
Damus, ff. de condit. indebiti. Rot. coram Seraph. deciſ. 976.
n. 3. Marcabrun. cit. conſ. 17. nu. 1. & ſeq. Surd. d. deciſ. 185.
ex. alleg. num. 9 & 18.*

Declaratio autem ab ipſis Contrahentibus facta in
ipſo compromiſſo, quod nempe, cauſa expreſſa diſpoſi-
tionis Statutariæ, haud quaquam volebant, quod cenſe-
retur cauſa finalis compromittendi, magis comprobat
ipſius compromiſſi inſubſiſtentiam, cum deficiente pre-
dicta cauſa, nulla alia eſſet aſſignabilis, ob quam trāſigi
debuiſſet ſuper Iure alias claro, vt ſupra fuit dictum.

Non enim pro tali cauſa deſeruire potuit prætenſa
illegitimitas Thomaſinæ; Tum quia non fuit tunc Iu-
dici expreſſa, prout debuiſſet ex ſupra firmatis. Tū quia
20 exceptio hęc tamquam friuola, & calumnioſa, & penitus
improbabilis, fuit iam per Rotam reiecta in binis deciſio-
nibus in hac eadem cauſa editis cor. Eminent. Cerro ſuper
remiſſoria ex hoc capite improbabilitatis denegata, vna
videlicet ſub die 25. *Iunij 1668. altera 27. Martij 1669.*

Probata autem nullitate compromiſſi, inde reſoltat
nullitas etiam laudi, illius vigore promulgati, *Camill.
Borell. de compromiſſ. §. tertio. gloſſ. 4. n. 91. Socc. Sen. conſ. 18
ſub n. 37. verſ. ſecunda quæſtio, Ioſeph Ludouic. citata deciſ.* 21
*Peruſ. 2. nu. 18. Rota deciſ. 646 n. 1. par. 4. tom 3. recent. cum
ibi allegatis, & in Papien. manut. 13. Martij 1654. § non ob-
ſtat laudum coram bo. me: Peutingerio.*

Et vlterius concurrit etiam eiuſdem laudi manifeſta
Iniuſtitia cum enim Thomaſina abſque vlla prorſus cō-
trouerſia, & dubietate ſuccedere debuiſſet ęqualiter, cum
Paulo Patruo, & pro medietate in hæreditate Dominici
alterius Patrui; tamen laudum illam admiſit in minima
parte, tantum, videlicet in ſcutis 2000. monetæ Ianuen.
conſtituentis ſcuta 1500. monetæ Romanæ, & in aliis
ſcutis 100, pariter monetæ Romanæ, & ſic in totum in
ſcutis 1600. & immedietate bonorum exiſtentium in Ci-
uitate Senarum, cum tamen, ſequendo etiam calculum
ipſius partis aduerſæ datum in *Sum. ſub litt. A.* hæredi-
tas in ſolis effectibus liquidis Romæ exiſtentibus aſcen-
deret ad ſcuta 5291. 90. vltrà mobilia magni valoris quę
ad manus Pauli peruenerunt, quapropter ex hoc ſolo
capite Iniuſtitiæ, & propter claram Iuris reſiſtentiam
nullatenus debet d. laudum attendi, *Pariſ. conſ. 89. nu. 48.
& ſeq. lib. 1. Altograd. conſ. 102 nu 29 & ſeq lib 2. Andreol.* 22
*contr. 284 n. 21. Rot. cor. Eminent. Celſo, d. dec. 335. nu. 1. &
ſeqq.* neque in vim pacti, *Marcabrun. d. conſ. 17. ſub n. 34.
verſ. reſpondeo à primo, cum ſecundo nu. ſeq. Andreol. contr.
246. n. 17. Alberic. apud eundem contr. 288. n. 2. verſ. idque
locum cum 2. ſequen.* vbi etiam non obſtante iuramento,
quamuis fuerit in à Thomaſina tacitè, ſeu expreſsè rati-
ficatum, quia debuiſſet in ea probari præcedens ſcientia
clara, & ſpecifica nullitatis, & Iniuſtitiæ eiuſdem laudi,
Natta. conſ. 49. n. 32. & ſeq Rota cor. Greg. dec. 260. nu. 15. 23
*& ibi Adden. nu. 22. coram Buratt. dec. 410. num. 11 & ibi
adden. num 15. in recent. deciſ. 262. num. 14. & ſeq. par. 9 &
in Romana Pecun. 14. Iunij 1669. § nec dici cum ſeqq. cor.
R. P. D. m. Beuilaqua.*

Et demum concurrere debuiſſent omnes ſolemnitates
Statuti Vrbis *d. cap. 151. lib.* 1. quod vti reſpiciens contra-
ctum comprehendit etiam Forenſes Romæ contrahen-
tes, *Caualer. deciſ. 257. n. 4 & dec. 153 nu 5. par. 1. & deciſ.* 24
355. num. 25. par. 5. rec. Pro ſubſiſtendo enim contractu
mulieris, ſeu minoris requiritur, vel neceſſitas, vel vtili
tas euidens, *Rota in Romana hæreditatis 30. Ianuarij. §. ex* 25
*defectu cor. R. P. D. Beuilaqua, & in Romana Domus 11.
Decembris 1662. & in Rom. Cambij 7. Iunij eiuſdem anni
coram eod.*

Quibus attentis opus non fuit inquirere ſuper læſione
enormiſſima, ex d. laudo Thomaſinæ reſultante, cum
tamen ex ſupra ponderatis, & ex iis, quæ in facto propo-
nebantur, videretur quoq; ipſa ſatis clara, & indubitata,

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. Vicecomite.

Anconitana Dotis.

Lunæ 8. Aprilis 1669.

A R G V M E N T V M.

Contractus obligationis mulieris ſine ſolemnitati-
bus Statuti, confirmatur Iuramento, maximè, ſi
accedat iuſta cauſa obligandi, & mulier habeat
releuationem. Et quandò obligatio Cameralis
vulneretur, per ſententiam contrariam clariſſimè
dilucidatur.

S V M M A R I V M.

1 *Mulieris obligatio, ex defectu cauſæ corruit.*
2 *Ceſſante cauſa obligationis ceſſat obligatio.*
3 *Mulier nulliter obligatur ſine promiſſione releuatio-
nis.*
4 *Statutum non confirmatum à Papa in forma ſpecifica,
non inualidat contractum iuratum.*
4 *Minor validè obligatur Iuramento, ſine ſolemnitatibus.*

6 Et

6 *Et idem dicendum de muliere.*
7 *Statutum, vbi eſt particulare, non attenditur conſtitu-*
tio generalis.
8 *Prætendens contrarium eorum, quæ fuerunt aſſerta in*
Contractu tenetur probare.
9 *Propinqui vt potuerint interuenire in Contractu debent*
probari.
10 *Mulier maior poteſt de Iure communi obligari ſinè*
cauſa neceſſaria.
11 *Fideiubens pro alio, ſine vlla promiſſione releuationis*
releuari debet.
12 *Vtens contractu cenſetur illum ratificare.*
13 *Producens Inſtrumentum non poteſt illum impugna-*
re.
14 *Via executiua vulneratur per ſententiam contra-*
riam.
15 *Maximè ſi ſententia tranſiuerit in rem iudicatam.*
16 *Pendente Iudicio in Rota, omnia geſta coram alio Iu-*
dice ſunt attentata.
17 *Maximè ſi conſtet de dicta pendentia litis.*
18 *Non entis nulla ſunt qualitates.*
19 *Sententia nulla eſt ac ſi lata non fuiſſet.*
20 *Sententia etiam notoriè nulla vulnerat obligationem*
Cameralem.
21 *Aequalitas in Iudicijs ſeruari debet.*
22 *Sententia nulla ex defectu Iuriſdictionis non vulnerat*
obligationem Cameralem.
23 *A ſententia attentata non eſt opus appellare.*

DECISIO CXCVII.

INformantes, hodiè Comites Fanelli contra reſolutio-
nem ipſis non auditis, factam ſub die 23 *Ianuarij pro-*
ximi, ex duplici capite, ab ea recedendum eſſe, ſed ineffi-
caciter contendebant.
Et primo allegabatur prætenſa nullitas obligationis
ipſius Comitiſſę Victoriæ, deducta, ex quo non adfuit, vel
1 deficit iuſta cauſa fideiubendi, *l. 1. ff. de condit. cauſ. dat.*
non ſequutur l. 1. ff. de condit. ſine cauſa. Cauſa, enim fi-
2 nali obligationis reſoluta, reſoluitur ipſa quoque obli-
gatio, *Roman. conſ. 417. ſub num. 1. verſ. hoc quidem*, &
alij per *Buratt. dec. 8. num. 5.* non interfuerunt duo con-
ſanguinei, iuxta diſpoſitionem tam Statuti particularis
Anconæ *Rubric. 405. de contract. mulier. coll. 2.* quam
generalis conſtitutionis Marchiæ *cap. 25. libro 5.* & qui
interfuit, non erat talis, & demum mater nullam re-
3 portauit à filijs promiſſionem releuationis, *Greg. deciſ.*
333 num. 7.
Sed quoad ſolemnitates Statutarias, dictum fuit, ſtatu-
tum Anconæ, cùm non doceatur de illius confirmatio-
ne in forma ſpecifica irritare non poſſe Contractũ hunc,
4 Iuramento firmatum, *text. in cap. conſtitutus de reſcript.*
Alex. conſ. 27. num. 8. lib. 1. Gabr. concl. 5. nu. 18. de iur. iur.
Rota coram Buratt. dec. 6. à num. 1. per plures ſeqq. add. ad
Gregor. deciſ. 267. num. 14. propter, quod ſicuti de Iure,
ſuſtinetur obligatio minoris, ad claram diſpoſitionem
5 *text. in auth. Sacramenta puberum, Cod. ſi aduerſus vendit.*
Gabr. de minor. concl. 5. num. 5. Honded conſ. 42. num 16.
48. ſeqq. lib. 1. Ità ſufficit, ad validandam mulieris fideiuſ-
6 ſionem, *Gloſ. & DD. in c. ex reſcripto de iur. iur. Theſaur.*
deciſ. 222. num. 10 11. Rota deciſ 619. num. 3. par. 2. recent.
Generales verò conſtitutiones Marchiæ ſeruandas non
eſſe Anconæ, prout nec in alijs locis habentibus particu-
7 lare Statutum, ſuper ſimilibus Contractibus facit *text. in*
l. fin C. de Teſtam. Bald. conſ. 201. ſub num. 2. vol. 1. Grat.
cap 474 n. 2. Seraph dec. 243. num. 2. & in terminis Statuti
Anconæ ex pluribus alleg. firmat *Rot. dec. 192. num. 12.*
poſt Zacch de oblig. Cameral.
Et nihilominùs, cum vti conſanguineus interuenerit
Raphael de Alleis, & alter, nempè Ambroſius fuerit ci-
tatus, ipſaque Victoria, coram Iudice ſuam authorita-
tem interponente, cum Iuramento affirmauerit, omnia
eſſe vera, nec alios habere conſanguineos, Comites Fa- 8
nelli contrarium aſſerentes tenentur concludenter pro-
bare, *Caſtrenſ. conſil. 124 ſub num. 2. verſic ad hoc autem*
vt dicatur libro 1. cum pluribus allegatis per *Bertazzol.*
de clauſ. Inſtrum. clauſ. 7 gloſſ. 19. num 1. Rota per Burat.
deciſ. 274. num. 17. & in ſpecie, quod de tempore contra-
ctus, iſti propinquiores poſſent obligationi interueni-
re, ſi non habilitate accidentali, vt tenuit *Rota coram* 9
deciſ. 1049. numero 1. & ſeqq. Caualer. deciſ. 23. ſub
numero 1. & alibi ſæpius ſaltem naturali, *Rota poſt Pic.*
ad Statut Vrbis, deciſ. 30. numero 2. confirmata, *in re-*
cent. deciſ. 713. numero 1. & ſeqq par 2. præcipuè cum
idem Statutum, *eadem Rubr 43. in fin.* notet, & quoad
hoc plenam fidem adhibendam diſponat, Atteſtationes
autem ad hunc effectum exhibitæ, nullam fidem facere
poſſunt ex vulg.
Interceſſit quoque iuſta cauſa fideiubendi, videlicet, vt
ipſi filij gaudere poſſent beneficio ſuperſeſſoriæ ab im-
minenti ſubhaſtatione mobilium, eis ab A. C. Conceſſæ,
cum conditione præſentandi cautionem idoneam pro
ſcutis 547. 16. in caſu ſuccumbentiæ, in Rota non ſubſi-
ſtente, quod loco huius fideiuſſionis fuerit factum de-
poſitum ſcut. 850. quia vt infra dicetur, tale depoſitum
factum fuit, in alio Iudicio ab hoc diuerſo, quamuis cau-
ſa antedictæ fideiuſſionis non fuerit neceſſaria, cum il-
lam non exigat, nec Statutum Anconæ, nec præcitatæ
conſtitutiones Marchiæ, & de Iure mulier maior poſſit
ex mera voluntate obligari, *l. 2. & ibi, gloſſ. in verb. obli-* 10
gauerit, Cod. ad Velleian. Rot. deciſ. 238. numero 13. p. 6.
deciſ. 241. numero 12. parte 7. recent. & in ſimili in
Bononien. Indemnitatis 30. Ianuarij 1651. §. nec obſtare
confirmata 22. Maij eiuſdem anni coram Reuerendiſs.
Albergato.
Neque defuit releuatio, quia ad illam tenebantur fi-
lij, pro quibus mater fideiuſſerat, etiamſi illam non
promiſerint, *Bald. in l. conſtitutionibus, Cod. de vſur.* 11
Gratian. cap. 549. numero 3. Rot. coram Buratt. dec. 470.
numero 7. Eminentiſs. Ottbob. deciſ. 28. num. 27. nec In-
ſtrumento fideiuſſionis Interfuerint, quia cum illo ſint
vſi, cenſentur illud ratificaſſe, ad hoc, vt ad releuátio-
nem, de Iure, debitam tenerentur, *Gozadin. conſ. 1. num. 15* 12
Surd. dec. 144. num. 10. Cyriac contr. 211. nu. 19. Immò ex
hoc ipſo, quod ijdem Comites Fanelli in Iudicio penden-
te in Rota coram Buccabella, hoc idem Inſtrumentum
produxerint, illo ſe iuuando, tamquam valido, non
poſſunt hodiè illius nullitatem allegare, *l. Publia 26. §.* 13
fin. ff. depoſit. Bart. in l. poſt legatum nu. 2. verſ quandoque
volo. ff. de his quibus, vt indign. Natt. conſ. 365. num. 3. Grat.
cap 706. num. 9 Gregor. deciſ 238. n. 5. & ibi, add. num. 15.
Eminent. Ottbob. dec. 127 num. 1. 2.
Secundo, pro receſſu à deciſis, dicebatur obligationẽ
Cameralem Comitiſſæ Victoriæ, & viam exequutiuam
remanſiſſe, per ſententiam abſolutoriam A. C. ab illius
hæredibus, vſque ſub die 28 *Martij* 1651. obtentam, & 14
ideò nec cõtra ipſam, nec eius bona mãdatum exequuti-
uum poſſe amplius relaxari, *Gozad. ad reg. 8. gloſ. 6. nu.*
202. Rot. poſt. Zacch. de obligat. Camer. deciſ 95. num. 1.
& alibi paſſim, præcipuè cum Peritij poſt interpoſitam
ab ea appellationem eam proſequi non curauerint, &
tranſitum fecerit in iudicatum, *Rot. deciſ. 245. num. 10.*
parte 11. recent. ſed cùm de tempore latæ d. ſententiæ,
ab A. C. cauſa iam penderet in Rota, cuius Iudicio Co- 15
mitiſſa Victoria ſtare promiſerat, non poteſt, nec ipſa,
nec alius, ab ea cauſam habens ſententiam abſolutoriam
obtinere, abſque vitio nullitatis, & attentatorum, *tot. tit.* 16
ff. ex, Cod. vt lit. penden. cap ex tenore 16. de reſcript.
Gregor dec. 465. numero 4. Celſ. deciſ. 372. numero 1. Rot.
deciſ. 279. numero 7. parte 10. recent. præſertim, cum
de hac litis pendentia in Rota fuerit, coram A. C. pro
parte illorum de Peritijs oppoſitum, vt ex eorum *Sum.*
num. 4. Lancellot. de attentat. lit. pend lim. 2. n. 58. 59. non
ſubſiſtẽte, vt malè, ex aduerſo ſupponebatur, huiuſmodi
proteſtationem factam fuiſſe poſt latam ſententiam,

Digitized by Google

quia & proteſtatio,& ſenteotia cadunt quidem ſub eadẽ
die 28. *Martij* 1651. ſed tamen proteſtatio conuincitur
facta, ante prolationem ſententiæ,ex quo reperitur ſcri-
pta in brogliardo,de mano , antequam per appellationẽ
manus Iudicis fuerit in eo firmata,& decreta , quod fieri
ſolet in Audientia Veſpertina , qua propter ſententiæ
nomen non merentur nec ſolum operari poteſt Iuris ef-
fectum, cum non entis nullæ ſint qualitates, ſed haben-
18 da, ac ſi lata non fuiſſet, *l 4 §.condemnatum , ff de re Iu-*
19 *dic Gratian cap.146.num.6. & cap.850 num.14.Rota dec.*
38.num 2. par.7.recent. & in nullius, ſeu Taurinen. Prio-
ratus 4.Iulij 1668. §. & quamuis in fine, coram Eminen.
meo Carpineo , Et quamuis ſententia etiam notorie nul-
20 la vulneret obligationem Cameralem, propter rationẽ ,
quod ſicuti licuit Actori appellare, ita ad paritatẽ in Io-
21 dicijs ſeruandam. *c.in Iudicijs , & c.licet de reg.Iur.in 6.Ii-*
citum etiam debet,& rec.Rot.dec.95.num.4.poſt Zacch. de
obligat. Camer. tamen ratio prædictæ deciſionis non eſt
applicabilis , cùm ſententia hæc lata à Iudice attentan-
te,in ſpretum Iuriſdictionis Rotalis, vti notoriè nulla, ex
22 ſupra firmatis, nullum effectum producens, obligationẽ
Cameralem vulnerare non valet *Grat.c.531.n.69.Burat.*
dec.99.n 6.7 & in Rom.Societatis Officij 17.Nouemb.1651
23 *§.non obſtat coram Cerro Decano*, & ſicuti ab ea non erat
opus appellare,quamuis appellationem interpoſuerint ,
ita hodie ipſi non veniunt, in gradu appellationis ab ip
ſa ſententia , quo caſu , poſtea procedere ſcripta Regu-
la deducta ex paritate,in Iudicijs ſeruanda,ſed agunt vi-
gore primæ commiſſionis, in Rota & ideo ad effectũ ob
tinendi,ſufficit,quod aliquo modo, Rotæ conſtet dictam
Inſtantiam fuiſſe attentatam. *Rot dec.311 n.8.p.4.tom.2.*
dec 76.n.13.p.10.rec. Dunozett.Iun dec.636 n.10.

Non ſubſiſtente io facto,quod Pieritij,& pro eis Fran-
ciſcus Cotius Procurator in Iuriſdictione , A. C. per va-
rias inſtãtias,& comparitiones cõſenſerint. nec quod cau
ſa hæc eſſet in Rota commiſſa, cum clauſula ſine præiu
dicio,quia diuerſæ erant cauſæ, cum enim , creditũ illud
dotale Franciſcæ Lanfranconę eſſet ſcut.4000.in totum,
pro quibus mandatum ab A. C. obtinuerat interpoſita
appellatione, ſignatura reſcripſit ſine præiudicio pro
ſcut.2250 tunc liquidis,ex quibus cum conſecuta fuiſſet
ſcut 1400.& ideò illi deberentur reſidualia ſcut.850.pro
iſtis Comites Fanelli fecerunt depoſitum , vt ſupra fuit
dictum & viceuerſa Pieritij,coram eodem A C. medio
Franciſci Cotij Procuratoris Iudiciom continuauerunt.
Pro reliquis vero ſcut.1750. reſcripſit ipſa ſignatura ,
cum clauſula, *ſi quid exequendum*, & ſuper iſtis fuit cau-
ſa introducta,& proſecuta io Rota, eaqoe pendente, ſi-
iuſſit Comitiſſa Victoria pro ſcut.947. 16. ab ipſa ſol
uendis, in caſu ſuccumbentiæ , pro quibus non fuit in
facto iuſtificatum , quod Franciſcus Cotius conſenſerit
in Iuriſdictione A. C. cum imo,contrarium contloeatur,
ex ſupra ponderata proteſtatione.

Et ita vtraque &c. ſteteruot io deciſis.

Bo: Me: Cardioale Vicecomite.

Eugubina Donationis.

Merc. 7. Iunij 1662.

A R G V M E N T V M.

Clauſula Conſtituti poſita in donatione omnium bo-
norum, dat aſſociationem donatario, ſuper bo-
nis donatis; ſed bona reſeruata donanti, ad teſtan
dum, non facto teſtamento, cedunt commodo ve-
nientium ab inteſtato.

S V M M A R I V M.

1 *Vigore Conſtituti datur aſſociatio.*
2 *Clauſula Conſtituti. ſuper re incerta eſt inefficax.*
3 *Limita, quando eſt in re incerta particulari, non ſuper omnibus bonis.*
4 *Reſeruata ad teſtandum non facto teſtamento pertinent ad hæredes ab inteſtato num.6.*
5 *Voluntas teſtatoris habetur ex veriſimili.*
7 *Reſeruata ad teſtandum nunquam vadunt ad donatarium.*
8 *Legatum dotis ſoluta in vita expirat.*
9 *Quantitas reſeruata ad teſtandum non cadit ſub donatione,*
10 *Attentata ceſſant ob cauſarum diuerſitatem.*

D E C I S I O CIIC.

BAlthaſſar Bonellus de anno 1643. inſtituto hære-
de Io: Baptiſta Baldutio, ex ſorore nepote, legauit
Lucretiæ, & Lauræ pariter nepotibus, in cauſam dotis
ſcut.2830. nempè 2000.Lucretiæ,alteri verò reſiduum,
ſucceſſiuè, de anno 1649.intuitu certi matrimonij con-
tracti.Inter d.Io:Baptiſtam,& Frãciſcam Brunam, dona-
uit eidem prçuia tamen promiſſione,de donando omnia
eius bona, reſeruato ſibi vſusfructu,donec vixerit,nec nõ
ſcut.3000.ad effectũ de illis diſponendi,& de illis ſoluen-
di dotes in teſtamento legatas defuncto donante Ioannes
Baptiſta illius hæreditatem repudiauit , exindè prædictis
Lucretiæ , & Lauræ proximioribus ab inteſtato ſuccedẽ-
tibus quibus inſtantibus coram A. C. pro Immiſſione ad
prædium hæreditarium nuncupatum Bonutelli pro dd.
ſcut.2000.vt ſuprà reſeruatis,fuit ea decreta, cũ ſubſecu-
ta poſſeſſionis aſſecutione . Verùm Io: Baptiſta adeun-
do A C. Areoſtum,obtinuit mandatum de aſſociando ad
idem prædiũ,in donatione compræhenſum; Vnde inter-
poſita appellatione, pro parte mulierum,cauſaque mihi
deuoluta, dubitaui ; An mandatum primum ſit exequẽ-
dum, & placuit Dominis eſſe exequendum.

Docet etenim Ioannes Baptiſta, de donationis Inſtru-
mento , continente clauſulam conſtituti, cuius virtute
tranſmittitur poſſeſſio io cõſtitutarium, qui proinde aſ-
ſociationem ad bona donata aſſequi debet, *Tiraquell. de* 1
Iur.Conſt.1 n.21.Duran.dec.149.n.1.Merl.dec.104 n.6. in
nihilo refragante quòd clauſula, tamquam appoſita,ſu- 2
per re incerta remanſerit inefficax,nam obiectum proce-
deret,ſi adiecta eſſet,ſuper re particulari incerta,ſecùs au-
tem, quando prout in propoſito caſu, generaliter ſuper
omnibus bonis; tali quippè caſu, concurrere videtur cer-
titudo,reſpectu vniuerſi, ſub quo omnia compræhẽdun-
tur, *Iaſ. in l incerta n.16.limit.6.ff.de acquir poſſ Tiraq.de* 3
Iur Conſt.1.lim 19 n.2 Duran.dec.49 n.18.Rot.dec.19. n.6.
p.2.diuerſ.& cor.Eminent.Corrado,in Biſuntina Cenſus 27.
Nouembris 1645.§ nam obiectum,& cor.Reuerendiſs. De-
cane in Interamnen. bonorum 7.February 1659.

Non obſtat, quòd Balthaſſar, in donatione ſibi reſer-
uauerit, præter vſumfructum , ſcuta 3000. ad effectum 4
diſponendi , & ſic diſpoſitione non ſequuta, ea acquiri
debeant hæredi venienti, ab inteſtato, non donatario; nã
idem donans ſoluendo dd.mulieribus ſummam legatã ,
eiſdem aſſignauit duos cenſus conſtituentes ſummam
ſcut.1250. in donatione incluſos, ideoq; in d. quãtitate
dixerunt Domini aſſociationem non poſſe denegari , &
conſequenter mandatum A. C. eſſe exequendum.

Nec in facto ſubſiſtit , quod cenſus acquiſiuerit Bal-
thaſſar,ex fructibus reſeruatis; quin imò præſumptio cõ-
traria concurrit: Non eſt ſiquidem veriſimile, quod vo-
luerit propria bona libere diſtribuere , in ſolutionem le-
gatorum,dum ſcut.2000. de donatis ſibi reſeruauerat, ex
traditis per *Bart. Angel.& alios in l fin. ff de pact.hæred. in* 5
l.Herennius, ff. de negoc. geſt.

Pro reſiduo verò vſq;ad ſummam ſcut.3000.Domini
denegandam mandati prædicti executionem cenſue-
runt: Donans etenim expreſſe ſibi reſeruauerat d.ſum-
mam ad effectum diſponendi , de quibus cum non diſ-
poſuerit, cenſentur ea acquiſita hæredi , venienti ab in-
teſtato, ad cuius fauorem dicitur tacitè diſpoſuiſſe , &
ordinaſſe, Id quod ex lege diſponitur, *ff. iuxta l. conſi-* 6
cinnt , ff. de iur. Codicill. Bald. in conſil.121. numero 2.
lib.4.

Digitized by Google

*lib.4.Natt.conſ.216.n.10.Socc.Sen.cõſ 252.col.vlt.verſ.iſta
concluſio probat.lib 3. Decian.conſ.28.n.23 lib.23.Menoch.
conſ.210.n.10.ad fin.* alias enim ſi donatario acquireretur,
7 reſeruatio nihil operaretur, *Alex.in l.fin.C.de pact. Cran.
conſ.285 per tot.Franc dec.168 Duran.dec.799.n.9 & 10.*

Hinc non vrgent ea, quæ allegantur, de dote legata in
teſtamento Patris, quod ſcilicet, ea inuita perſoluta exi-
8 geret legatum, ad *text.in l. filia legatari 11 ff de leg. & l.
pater inter filios ff.de adim.leg.* Nam mulieres hodiè, non
agunt ad conſecutionem legati, ſed tanquam donantis
hæredes petunt ſummam reſeruatã in donatione, & licet
reſeruatio fuiſſet reſtricta, ad præciſam cauſam legatorũ,
tamen ſicuti legata reuocando, quantitas reſeruata non
9 caderet, ſub donatione, ita pariter ea perſoluendo ex alijs
bonis non debent cedere beneficio donatarij, ſed hæredũ
venientium ab inteſtato, *Pereg.conſ.76.nu.18.lib.1.Caſtil.
de coniect.vltim.vol.lib 4.cap.13.num.29.*

Demùm mandatum A.C. ab attentorum vitio viſum
fuit immune, quamuis Io: Baptiſta poſt cõmiſſam immiſ-
ſionem mulieribus ab R.P.D. Bulgarino aſſociationẽ ex
ſuperiùs dictis ſibi de iure debitam, obtinuit ab R. P. D.
Areoſto; nam ob cauſarum diuerſitatem, ceſſant attẽta-
10 ta. *Gregor.dec.341.n.1 Burate.dec 4 n 7. Merl.dec.91.n.2.*
quam diuerſitatem agnouit ſignatura reſcribendo, vt
Bulgarinus procederet in Iudicio immiſſionis, & Areo-
ſtus in altero donationis.

Et ita vtraque &c.

Bo: Me: Cardinale Vicecomite.

Firmana Fideicommiſſi.

Lunæ 16. Aprilis 1663.

A R G V M E N T V M.

Interdictum adipiſcendæ, quod non competit ei, qui ex facto proprio cecidit à poſſeſſione, competere poteſt eidem, ex titulo ſuperuenienti, & ex quo ignorabat, ſe poſſe poſſidere; Fideicommiſſum reale, & perpetuum etiam cum reciproca lineali, quomodò inducatur, ex ordine ſuccedendi, de hærede in hæredem.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſaria bona aſcendentium alienari poſſunt, pro reſtitutione dotis, quando non ſunt bona libera.*
2 *Auth res quæ non habet locum pro reſtitutione dotis exacta à viro diſſoluto matrimonio.*
3 *Maritus habet actionem pro conſecutione dotis etiam ſoluto matrimonio per mortem vxoris.*
4 *Dos datur pro ſuſtinendis oneribus matrimonij.*
5 *Dos reſtituta à patre filio dicitur patrimonium filij.*
6 *Fructus dotis ad illum ſpectant.*
7 *Maritus, mortua vxore, habet vſumfructum in dote, ſpectante ad filios.*
8 *Dos cenſetur congrua, donec contrarium probetur.*
9 *Dos data nõ poteſt augeri in præiudicium fideicommiſſi.*
10 *Interdictum adipiſcendæ non competit ei, qui facto proprio cecidit à poſſeſſione.*
11 *Limitatur, in caſu, quo cadens à poſſeſſione habebat ignorantiam.*
12 *Hæres ante agnitam ſucceſſionem amittens poſſeſſionẽ ex ſuperueniente titulo poteſt petere immiſſionem.*
13 *Scietia generica fideicõmiſſi nõ ſufficit ad præiudicãdũ.*
14 *Infantis non præiudicat aditio hæreditatis.*
15 *Hæres tenetur approbare factum defuncti.*
16 *Aditio hæreditatis facta per errorem non præiudicat.*
17 *Conſentiens alienationi fundi dotalis, an ſibi præiudicet in priuilegio auth. res quæ.*
18 *Reciproca linearis inducitur, quando aliundè non poteſt adimpleri voluntas teſtatoris.*
19 *Fideicommiſſum reale, & reciprocum cenſetur inductũ, quando prohibitio alienationis eſt in rem.*
20 *Poſſeſſio fideicommiſſi eſt ſubiecta oneri reſtitutionis ad fauorem ſubſtitutorum.*
21 *Dictio* in infinitum *denotat perpetuitatẽ fideicommiſſi.*
22 *Nomine* hæredum *veniunt hæredes bonorum.*
23 *Fideicommiſſum* de hærede in hæredẽ *intelligitur inter deſcendentes cum reciproca.*
24 *Maximè, quando mentio hæredum eſt in prohibitione alienationis.*
25 *Subſtitutio facta filijs intelligitur diſcretiuè, non de linea ad lineam.*
26 *Contra vbi ſunt coniectura.*
27 *Inter deſcendentes leuiores coniecturæ ſufficiunt.*
28 *Maximè in bonis certis finibus deſignatis.*
29 *Veriſimilitudo maximè ad hoc attenditur.*

D E C I S I O CIC.

STephanus, ac Sebaſtianus de Natinguerris, virtute fi-
deicommiſſi Petri Simonis de Natinguerris, fauora-
bilem ſententiam obtinuerant coram R.P.D. meo Taya,
decernentem Immiſſionẽ ad poſſeſſionem Prædij, nun-
cupati *Gambaretti* aduerſus fratres de Santuccijs, illius
poſſeſſores, quibus ab ea, appellantibus, cauſaq; mihi de-
lata dubitaui; An ſententia Rotalis eſſet confirmanda, &
in hodierna tertia dubij propoſitione in qua de ordine
DD. in dubium minimè reuocantium exiſtentiam fidei-
commiſſi rationibus infradicendis, ſcriptum fuit dumta-
xat ſuper dotibus Magdalenæ ſecundæ Vxoris Franciſci
hæredis grauati, ac Patris dd. de Natinguerris, nec nõ Al-
tobellæ ſecundæ Vxoris eiuſdem Franciſci; ac matris
prædictorũ Stephani, ac Sebaſtiani, qui in ſatisfactionem
dotium earumdẽ mulierum, Prædium aſſignauerant, cũ
adiectione clauſulæ conſtituti, ideoq; ſcribentes pro San-
tuccijs cauſam habentibus à Io: Franceſco filio, & hærede
Magdalenæ, ac ab Altobella, acriter inſiſtebant pro ſen-
tentiæ in firmatione, ex *auth. res quæ, C. comm. de leg.* per-
mittente diſtractionẽ bonorum ex aſcendentis fideicom-
miſſo pro venientiũ, in cauſam reſtitutionis dotium alijs
bonis liberis non extãtibus, *Caſtr. in l. ſi mulier §. cũ propo- 1
neretur, n.3. ff. ad Trebell. Dec conſ.519.n.3 cũ ſeqq. Men.
conſ 33 n.11 et 12. Rot. cor Merl. dec.617. et in Anconitana
Dotis* 30. *Maij* 1650. *§ tertia demq. cor. R.P.D. m. Veroſp.*

Cum autem dotem Magdalenæ exiſtentẽ in ſcut. 900.
conuincatur exactam fuiſſe à Franceſco Viro, in pluri-
bus partitis, & diuerſis temporibus nempe ſcut. 380. con-
ſtante matrimonio, reliqua vero ſcut. 520. poſt Vxoris
obitum, dixerunt DD. quoad quantitatem perceptam,
diſſoluto matrimonio, non competere priuilegiũ d. *auth.
res quæ* & propterea controuerſum prædiũ fideicõmiſſi 2
non obnoxium diſtrahi nequiſſe in ſatisfactionẽ d. ratę.

Nam licet marito competat actio pro dotis cõſecutio-
ne, etiam ſoluto matrimonio *ex l. ſi Pater, C. de dot. pro- 3
miſſ. l. ſi ſocer §. Lucius, ff. ſolut. matr Corn conſ.153. vol.4.
Franc. dec.33. n.4. Guidop. dec.375. nu.2.* quia per mortem
Vxoris dicitur immutatus ſtatus promiſſionis, cũ adhuc
durent penès Virum onera matrimonialia, ad quæ ſuſti-
nenda dos conſtitui ſolet, *Bart in l poſt dotem num.29. in 4
princ ff. ſolut. matrim. Rota penès Zacch de oblig. Camer.
deciſ. 10. num.10 & ſeqq*

Tamen viſum fuit prędicta nõ procedere, in propoſito
caſo, quia licet Franciſcus Pater exegerit d. ſummam no-
mine dotis, nihilominùs eã deinde reſtituiſſe dignoſcitur
Io: Franceſco filio, ex eo, quod eamdem quantitatem ab
ipſo exactã, reinueſtiuit in tot Cenſibus ad fauorẽ d. filij
ſub ſpeciali mentione, quod pecuniæ prouenibant ex
credito dotali Magdalenæ. Reſtituta igitur filio dote, in-
dubitati Iuris eſt, quod illius actio remanſit extincta,
proindeque priuilegium d. auth. expiraſſe videtur, tunc
enim dicitur filij Patrimonium, ad cuius beneficium pe-
cuniæ dotales reinueſtitæ apparent, *l.3. ff. de iur. dot. 5
Alex. conſ.198 n 8 & 9. lib.6. Soccin conſ.121 num.10. lib.1
Bald. in l. ſi conſtare in princ. ff. ſolut. matrimon. Rota poſt. 6
Fem. m. ad ſtat. Vrb deciſ.176. verſic. quia mortua Vxore,*
cum alijs relatis in deciſione edita in hac cauſa 22. *Mar-
tij 1661. coram R.P.D. meo Taya.*

Digitized by Google

Non refragatur, quod Franciſcus, exigendo d. ſum-
mam expreſſerit, eam recipere in cauſam dotis Magdale-
næ, nec non inueſtimentum fecerit, nedùm filij nomine,
verùm etiam proprio, quia huiuſmodi expreſſio appoſi-
ta cenſetur ad demonſtrandam cauſam, & originem,
Vndè pecuniarum ſolutio emanabat, & reinueſtimen-
tum fecit etiam nomine proprio, ratione vſusfructus,
7 ſibi competentis ad *text. in l. ſi vna matre, C. de bon mat.*
& l. cum oportet, C. de bon quæ liber.

Minùs obſtat, quod Franciſcus, in emptione Prędij
controuerſi aſſignauerit Dorotheę duos ex Cenſibus, vt
ſupra acquiſitis, quos poſtea Eliodora eiuſdem Dorotheę
filia, ſibi in dotem conſtituit, per inde, ac ſi, dum ipſi mu-
lieri deſcendenti à fideicommittente permittebatur dotis
cauſa diſtractio Prędij fideicommiſſi, ita quoque San-
tuccij videantur ſe poſſe tueri ex Iuribus d. Eliodoræ.

Dum enim Dorotheus legauit filiæ dotem in ſumma
ſcut. 300. & in bonis proprijs liberis, quæ congrua cenſe-
batur, donec contrarium probetur, *Handed. conſ. 63. n. 85*
8 *lib. 1. Dec. conſ. 105 num. 4. Alex. conſ. 33 nu. 4. lib. 4. Soccin.*
Sen conſ. 288. num 21. lib. 2. Rot. dec. 581. num. 3. in fine p. 1.
& deciſ. 192. num. 22. par. 8. rec. non poterat ipſa ſibi do-
9 tem adaugere in diminutionem fideicommiſſi, & ſic
Cenſus cenſeri minimè debent ſubrogati loco Prędij.

Immiſſio neque impediri valet, ex eo, quod dd. fratres
de Natinguerris, tamquam hæredes beneficiati Franciſci
Patris, aſſignando d. Prędium pro reſtitutione dd. dotiū,
amiſerint poſſeſſionem, ſibi competentem, proindeque
eis minimè competat interdictum adipiſcendę poſſeſſio-
10 nis, à qua facto proprio, ceciderunt ex §. *ſeq. Inſtit. de*
interdict.

Placuit, ſiquidem, reſponſio, quod cùm aſſignatio, &
in ſolutū datio emanauerit, ante quam dd. fratres agno-
uiſſent Prædium controuerſum ſubijcere fideicommiſſo
11 Petri Simonis, licet eis nunc petere immiſſionem in illud
ex ſuperuenienti nouo titulo exemplo hæredis, qui poſ-
ſeſſionem rei, ante agnitam ſucceſſionem amiſit, ob ſu-
12 peruenientlani tituli agere poteſt *Arg. de acquir. poſſeſſ.*
q. 16. art. 1. & ratio ea eſt, quia antea non poſſidebant, vti
fideicommiſſarij, ſed tamquam Beneficiati Patris hære-
des, nunc verò, vti fideicommiſſarij agunt, pro acqui-
renda non recuperanda poſſeſſione, *Menoch. de adip. ſe.*
remed. 1. num. 3.

Scientia vero fideicommiſſi non deducitur, ex diuerſis
actibus, per Santuccios deductis; ij ſiquidem præſeferunt
quandam ſcientiam genericam, & confuſam, ſuper exi-
ſtentia fideicommiſſi, non autem indiuiduam, & ſpecifi-
cam, prout requirebatur, quod Prędium ſubiaceret one-
13 ri fideicommiſſi *Fuſar. conſ. 23. nu. 16. & de ſubſtit. q. 132.*
num. 82. Bero conſ. 177. n. 8. lib. 1. Soccin. Iun. conſ. 98. num. 5.
lib. 2. Rot. dec. 156. nu 6. pars 9. tom. 1. recent.

Prætereà aditio hæreditatis Franciſci, cum expreſſio-
ne generali fideicommiſſi Petri Simonis perhabita cen-
ſetur, dumtaxat à Io: Franceſco defuncto, & in Inuenta-
rio deſuper confecto Prædium annunciatur hæreditariū
Patris, non autem obnoxium fideicommiſſo Petri Simo-
nis, qui remanſit purificatum, ad fauorem Stephani, ac
Sebaſtiani in portione obuenta lineæ Antonij ex obitu
Dominici Iunioris, de anno 1648. Aſſignatio verò Prę-
dij in cauſam reſtitutionis dotium peracta dignoſcitur,
ex ſolo Stephano tunc ætatis annorum 15, abſque inter-
14 uentu Sebaſtiani in infantili ætate conſtituti, cui exinde
præiudicari non potuit, maximè dum in aſſignatione
expreſſum apparet, quod ſola domus eſſet fideicom-
miſſaria.

Neque dd. fratres eorum inſtantia repelli valent, eo
ſub fundamento, quod tamquam hæredes matris Alto-
bellæ teneantur approbare factum illius, *ad l. cum à ma-*
15 *tre C. de rei vindicat.* quia ex datis in *Summ.* eorumdem,
conuincitur hæreditatem maternam fuiſſe decoctam,
ex Teſtamento ad Magdelenam, & Fauſtinam illorum
ſorores; Vndè licet ſe fecerint hæredes, credentes ſe eſſe
tales detecto errore, aditio nullius eſt roboris, ob defectū
conſenſus, *§. fin. Inſtit. de hæred. qual. & diff. l. ſi is ad quem* 16
22. ff. de acquir. hæred. Alex. conſ. 121. num. 1. cum ſeqq.
Soccin. Iun. conſ. 95. num. 10. lib. 2. Dauan. deciſ. 347. n. 15.

Quæ vero ad ſcuta 380. exacta, pro dote Magdalenę,
vt ſupra conſtante matrimonio contendebant Natin-
guerræ, non eſſe locum reſtitutioni pro ſcut. 300. quæ
acquiſita Franciſco Viro aſſerebant, vigore ſtatuti Ciui-
tatis nouæ, deferentis Viro Lucrum tertiæ partis dotis
mulieris præcedentis; Domini tamen non fuerunt con-
cordes, prout pariter diſcreparunt, reſpectu dotis Alto-
bellæ, quam ijdem Natinguerræ cecidiſſe apponebant a 17
priuil. *auth. res quæ*, conſentiendo alienationi fundi dota-
lis in Territorio Montis Filatrani in Contrata Flammi-
cella, ideò mandarunt, vt ſuper ijs particulariter videa-
tur, ac informetur.

De fideicommiſſi autem exiſtentia Domini non du-
bitarunt, cum illud apertè deprahendatur ex eo, quod
Teſtator diſpoſuerit, quod eios hæredes, & ſubſtituti fru-
ctibus Poſſeſſionis Gambaretti manuteneant fontem, ibi
exiſtentem, alias poſſeſſio recedat filijs maſculis Brixidę,
ejus filiæ, & dicta Poſſeſſio, aliquo pacto, vel alio quæ-
ſito colore, vendi, alienari, vel pignorari, non debeat,
ex quacunque cauſa, vel ratione, ſed perpetuò in futu-
ris temporibus, permanere debeat penès ſuos hæredes
inſtitutos, & ſubſtitutos, & eorum hæredes in infinitum,
quæ ſanè verba indubitatam Teſtatoris voluntatem,
præſeferunt, Inſtituendi perpetuum fideicommiſſum,
nedùm deſcenſiuum, verùm etiam lineale, & reciprocū,
de linea ad lineam. Nam Teſtator iubendo fontis con-
ſeruationem, nec non perpetuò interdicendo eiuſdem
Prædij allenationem, adhoc, vt illud perpetuò perma-
nere deberet penès ſuos hæredes Inſtitutos, & ſubſtitotos,
& eorum hæredes in infinitum, cenſetur grauaſſe quem-
libet ex vocatis, ſed reſtituendum alteri ſuperſtiti d. Præ-
dium, alias enim abſque huiuſmodi onere, illius volun-
tas implementum minimè aſſequeretur, quia perpetua
Prædij aſſeruatio penès ſuos hæredes in infinitum, quam
ipſe reſpexit, vt exoptauit, verificari nequiret. Ideoque
ex neceſſitate adimplendi voluntatem defuncti, dicendū
eſt reſultare exindè ſubſtitutionem reciprocam linealē,
Surd. conſ. 336. num 9. & ſeqq. Decian. reſp. 10. nu. 16. lib. 1.
Altograd. conſ. 92. num 7. & ſeqq. Gratian. cap. 818. num. 3 18
cum ſeqq. Peregr. conſ. 14 num. 13. & conſ. 55. per tot lib. 1.
& de fideic. art. 13. num 77. Altograd. conſ. 80 nu. 63. & 64.
lib. 2. Rot. deciſ. 117 num. 19 coram Eminent. Otthob & in
Romana fideic. de Pariſanis 2. Ianuary 1649. cor. bo: me:
Arguelles, in Romana fideicom. de Boncompagnis 22. Maij
1662. coram R. P. D. meo Beuilaqua, Rot in rec. deciſ. 649.
nu. 3. & ſeqq. par. 4. rec. tom. 3 & in Romana fideicommiſſi
de Zeffiris 8. February 1647 coram bo. me: Bichio §. ſecun-
do uiſi, verſic. quando autem voluntas, & in Placentina bo-
norum 4. February 1656. §. neque urget cor. Reuerendiſs.
D. meo Decano, Fuſar. conſ. 154 num. 18. & 19. Menoch.
conſ. 575 num. 10.

Eoque magis, quia verba diſpoſitionis concepta legū-
tur, in rem, non autem in perſonam, ibi, *permanere de-*
beat penès ſuos hæredes, quo caſu, cenſetur inductum per-
petuum reale & reciprocum fideicommiſſum, ad *text. in*
l. fideicommiſſum, § hæc verba, ff. de legat. 3. Caphal. conſil. 19
478. num. 45. & ſeqq. Rot. in rec. dec. 125 num 4. par 4. rec.
& dec. 216. n. 15. & 16. p. 5. coram Burat. dec. 897. in Inte-
ramnen. bonorum 15. May 1656. §. quod certius procedit
coram Reuerendiſs. D. meo Decano, & in Romana fideic.
de Donis 19. Februarij proximi, § præter cor. Me; Adeò,
vt poſſeſſio obnoxia remaneat oneri reſtitutionis ad fa-
uorem omnium ſubſtitutorum, *Peregr. de fideic. art. 13.* 20
num. 81. & ſeqq. Gratian. d. cap. 828. num. 41. & 45. Merlin.
dec. 326 n. 1. & 2. Surd. conſ. 315. num 10. verſ. Nam primo
caſu, Decian. conſ. 54. n. 26. lib. 2. Mantic. de coniect. ultim.
volunt. lib. 8. tit. 2. num. 6. Caualer. dec. 34. nu. 5. & 2. Inſpe-
cto potiſſimùm, quod ſubſtitutio concepta fuerit, nomi-
ne collectiuo hæredum, cum dictione, in infinitum, im-
portante, nedùm tractum ſucceſſiuum temporis etiam
remo-

Digitized by Google

21 remotiſſimi, verum etiam perpetuitatem, quæ contin-
gere minimè poſſet abſq; fideicommiſſo prędicto, *Peregr.*
conſ.54.num.8.& 13.lib.1 & de fideic. art.19. nu.10. cum
ſeqq. & num.33.Surd conſ.554.ſub num.2. verſ.ſecundum
deducitur, Rot.dec.51. num.4. par.1.diu.

Non obſtat, quod, cum Teſtator indiſtinctè loquutus
fuerit Prædium remanere debere penès ſuos hæredes In-
ſtitutos, & ſubſtitutos, eorumque hæredes in infinitum,
22 poſſet illius voluntas expleri, etiam in hęredibus bono-
rum, nam, cum inſtituerit proprios filios, loquendo dein-
dè, de hæredibus, non intellexit de extraneis, ſed de hę-
redibus ſanguinis, ac deſcendentibus; quoties, enim, Te-
ſtator mandat ſuam hæreditatem tranſire de hærede in
hæredem, cui æquipollent verba poſita in dicta prohibi-
tione, ibi, *Eorumque hæredes in infinitum, Fuſar.conſ.154.*
num. 18. intelligitur de deſcendente in deſcendentem,
inter quos ordinatum præſumitur reciprocum fideicom-
23 miſſum, *Ruin conſ.151. num.7 lib.2. Dec.conſ.38.num.6.*
verſ.ex concluſione prædicta bene infertur, Com. conſ.233.
num.20.vol.4. Peregr. conſ. 56. num. 11. verſ. & vltra ex
eiuſdem, & conſ.62.nu.16.lib.1. & de fideic.art.13. nu.76.
& 77. verſ.ſed contra, & in terminis de hærede in hæ-
redem, *Rot. coram Eminentiſs. Celſo in Rauennaten fideic.*
20. Iunij 1661.

Idque indubitatum eſt, in caſu noſtro, in quo mentio
hæredum facta eſt in prohibitione alienationis, nam, ſi
intelligeretur de hæredibus bonorum, non adeſſet hæ-
24 res, qui poſſet alienationem reuocare, *Bald. conſil. 283.*
num.2. lib.2. Soccin. Sen. conſil.17.num 4.lib.3. Dec.conſ.
38.num.4.5. ſignanter verba, ſi ergo illa verba, *Giouan-*
guon.conſ. 36. num.12. lib.2. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 339.
nu.8.verſ.4.confirmatur nomine, Peregr.dec.Patauin.101.
verſ.licet autem, Rota in Bononien fideic. de Gozzadinis
17. Martij 1659.coram R.P.D. meo Beuilaqua, & in dec.
huius cauſæ edita 9. May 1659.coram R.P.D. meo Taya.

Minus obeſt, quod, cum Teſtator hæredibus inſtitutis,
ſubſtituit eorum filios, & deſcendentes, ſubſtitutio fa-
cta cenſeatur, diſcretiuè cuilibet, de proprijs filijs, &
deſcendentibus, non autem de linea ad lineam, *ex Sera-*
25 *phin. dec.1023.num.13.Rot.in recent. dec.145. num.5. &*
dec.316.num.4.verſ.tamen dicebant par.1. dec. 287.nu.3.
& ſeqq par.4. tom.2 recent. & in Florentina fideic.22. Iu-
nij 1638.coram Carillo, & in Florentina,ſeu Bonon.de Bar-
badoris 15. Iunij 1640. coram Coccino, & in Bonon.fideic.
de Maluetys 23. May 1661. coram R. P. D. meo Beui-
laqua.

Nam prædicta Iura procederent, ſi eſſent ſubſtituti
ſimpliciter filij, & deſcendentes, nomine collectiuo, ſecus
autem, quando vltra vocationem prędicto modo con-
ceptam, concurrunt, prout hic, coniecturæ, perneceſſe
concludentes voluntatem, & mentem Teſtatoris indu-
26 cendi reciprocam ſubſtitutionem, etiam de linea ad li-
neam, *l. Lucius, §. Tres hæredes, verſ. non propono ſermonem*
vogat.ff. ad Trebell. Rot.dec.209.num.23.par.4.tom.2.rec.
& penes Conſul. ad Peregr. de fideic.dec.33.num.1.

Coniecturę autem in propoſito caſu, ſunt euidentiſſi-
mæ. Nam vt dixi, dum Teſtator iniunxit onus perpe-
tuò conſeruandi fontem, ex fructibus dicti Prędij, illiuſ-
que alienationem prohibuit ea ratione, vt permaneret
penès ſuos hæredes in infinitum, perneceſſe conuincitur
reciproca, de linea ad lineam, quæ cum agatur de fidei-
commiſſo Aſcendentis faciliùs præſumitur, *Altograd.*
27 *conſ.92.num.10.Rot.penes Conſ.ad Peregr.de fideic.dec.33.*
num. 14. & propterea concurrunt etiam alia, de quibus
ſupra fuit recenſitum.

Ex prædicta faciliùs procedere dixerunt, Domini, eò
quia ſubſtitutio facta fuit, reſpectu ſpecialis Corporis cer-
tis finibus deſignati, cui ex veriſimili affectione Teſtato-
ris, quam in illud habebat, præſumitur iniunxiſſe onus
28 fideicommiſſi, ad hoc, vt integrum pertranſiret ad ſuos
hæredes, non autem, quod ſcinderetur, & partim perue-
niret ad ſuos deſcendentes, partim verò ad extraneos,
quod eſſet contrà commune hominum votum, *Decian.*
lib.2.conſ.109.num.6.verſ. Tanto magis, Peregr. conſ.62.
num.24 lib.1. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.472. num. 68. Rota
dec.386.num.2. verſ. Item conuenire par.4. diuerſ. In hac
enim materia multum attendenda venit veriſimilitudo,
Angel conſ.261.num.4 Craueti conſ.361. num.26.& ſeqq. 29
Curt. Iun.conſ. 289.num.27. Calder. conſ.327. alias 8. de
donat. Soccin. conſil.32.num.13. lib.1. Roman. conſil.408.
numer.3. & per tot.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. Taya,

Romana Hæreditatis de Lanuccijs.

Veneris 20. Aprilis 1668.

A R G V M E N T V M.

Reuocata ſuperiori deciſione in ordine 161. latè fir-
matur, renunciationem factam à muliere ingre-
diente religionem expirare defectu perſonis in ea
contemplatis, & ſuccedere Monaſterium, non
obſtantibus pluribus, quibus in deciſione ſatis-
fit, & optimè materia examinatur.

S V M M A R I V M.

1 *Renuncians ob ingreſſum in religionem non cenſetur velle præferre cognatos valde remotos, & excludere ſuum Conuentum.*
2 *Iura quærenda non cenſentur renunciata per ampliſſimam renunciationem.*
3 *Non poteſt cedi, aut donari niſi illud, quod iam eſt acquiſitum.*
4 *Renunciatio in qua fuerunt contemplata perſona, non dicitur realis.*
5 *Nihil renunciatur ei, qui iam habet rem renunciatam.*
6 *Fruſtratorium eſt renunciare bona fratrum ad fauorem eorundem fratrum.*
7 *Deficiente perſona in renunciatione contemplata renuncians redit ad bona renunciata.*
8 *Renunciatio pro hæredibus quibuſcumque comprahendit extraneos.*
9 *Quod procedit vbi ſunt coniectura.*
10 *Nec procedit contrà renunciantes.*
11 *Clauſula inducta ad multiplicandum hæredes, & ſucceſſores, & ad includendum remotiores, & fiſcum, non poteſt opponi ad repellendum anteriores, & fauores.*
12 *Homines de hominibus benemereri conantur.*
13 *Renunciatio alia eſt primatiua, alia tranſlatiua.*
14 *Acquiri non dicitur illud, quod citò auferri poteſt.*
15 *Donatio cenſetur facta ad fauorem certarum perſonarum.*
16 *Etiamſi ſit per viam repudiationis.*
17 *Legatum relictum ei, qui renunciauit, vadit ad hæredes, non ad eum, in cuius fauorem renunciatur.*
18 *Renunciatio per viam donationis, non dicitur repudiatio.*
19 *Contractus talis præſumitur, qualis à partibus nominatur.*
20 *Voluntas partium dat formam conuentionibus.*
21 *Renunciatio ad fauorem præſentis, & acceptantis tranſit in pactum.*
22 *Ingreſſus in Religionem capacem non eſt iuſta cauſa renunciandi bona.*

D E C I S I O CXCV.

DEnegandam eſſe immiſſionem Io: Baptiſtæ Co-
gnato quinti gradus, in bonis hæreditariis R.P.D.
Hieronymi de Lanuccijs ab inteſtato defuncti, hodiè
DD. re-

DD. reſponderunt, & ſic recedendum à deciſis 20. *Iunij*
1661. in quibus dicebatur illam eſſe concedẽdam Bernar-
do ſimiliter in quinto gradu cognatu, nam exiſtentia
Placidæ, & Scolaſticæ ſororum defuncti profeſſarum in
Monaſterio S. Annæ excludit vtrumque, non obſtante
ampliſſima renunciatione ab ipſis ſororibus facta ante
emiſſam Profeſſionem.

Et quidem alienum ab omni ratione viſum fuit, vo-
luiſſe renunciantes ſe ipſas, ſuumque monaſterium ex-
cludere ab hęreditatibus, ſibi deferendis per obitum Pa-
tris, & fratrum, vt deferrentur ad quintum, vel ad
alium remotiorem incertum gradum cognationis, &
deficiente decimo ad fiſcum, eademque intentione
voluiſſe acceptare Patrem, & fratres renunciationem, &
voluiſſe approbare coniunctos aſſerentes in edicto, non
eſſe in earum præiudicium, ac etiam Iudicem interpo-
nere voluiſſe Decretum, quia hæc intentio non ſani
fuiſſet hominis, &c., vt poſt alios concluſit *P. Paſſer.*
1 *Procurator Generalis Ordinis Prædicatorum* ad celebre,
adeoque celebrins *cap. quamuis de pact. in 6. num. 42. & d.
Rota, coram Merlin. dec. 62. num. 29. & dec. 543. num. 13.
par. 5.*

Itaque conſiderato ipſo actu renunciationis, & toto
Inſtrumento attentè perlecto, exiſtimarunt DD. fuiſſe
quidem renunciatum omne Ius Patri, & fratribus, per
ceſſionem, non autem renunciatum alicui Iuri, per re-
pudiationem, & ipſęmet Puellæ in proemio einſdem
Inſtrumenti expreſsè id declararunt illis verbis, *volentes
ante dictum religionis ingreſſum de bonis, & Iuribus, quæ
ipſis quomodolibet obuenire poſſent diſponere &c.* ex quibus
clarè dennitur ipſos voluiſſe diſponere, & diſponendo
renunciare quæcumque, quibuſcumque transferendo
delata, & quæſita, non autem repudiando deferenda.
2 & quærenda, vt diſtinguit, & declarat *Text §. proindè,
& qui repudiant l. 6. in præcedentibus. & ſubſequentibus,
ff. quæ in fraud. Cred. Paul. Caſtr. ad l. 4. C. de repud. vel
abſtin. hæred. num. 3. & conſ. 252. num. 3. ad med. verſic.
pro cuius euidentia l. 1. Soccin. Sen. conſ. 183. num. 1. à verſ.
ſed tamen præmiſſis, lib. 2.*

Imo non ſolum in proemio, ſed etiam in ipſa diſpoſi-
tione, in qua bis de fraternis actum fuit videntur Puellæ
ſibi non adeò præiudicaſſe.

Nam quidem in prima parte in illis verbis, dum om-
nia, & ſingula mobilia, & immobilia &c. Auita, Paterna,
materna, fraterna, ſororia, tam ex Teſtamento, quam ab
inteſtato &c. ex quauis perſona, nunc, & pro tempore
ſpectantia, & pertinentia ceſſerunt, renunciarunt, &
irreuocabiliter inter viuos donarunt, Mattheo Lanu-
uio Patri præſenti &c., & Io: Paulo, & Hieronymo ea-
rumdem Donatricium germanis fratribus præſentibus
&c. cum ſit impoſſibile, vt quis cedat, & donet, niſi
prius acquirat, & acceptet, *§. pro hærede, Inſtit. de hæred.
3 qualit. & differen. l. pro hærede 20. in princ. ff. de acquir.
hær. l. 6. C. de Iur. delib. cum ibi not.* abundè *Gionagn. conſ.
85 à num. 8. lib. 1. Rot. deciſ. 149. num. 3. par. 3. rec. & deciſ.
41. num. 4. par. 11.*

Sed ex hac maximè DD. perſonalem renunciatio-
nem, non autem realem concluſerunt, quia contempla-
tio perſonarum excludit realitatem, & indicat renun-
4 ciantes uoluiſſe tollere ſe de medio, vt *ex Menoch. conſ.
335. num. 30. & 31. & conſ. 401. à num.* 102. conſide-
rat *Rot. coram Merlin. d. dec. 62. à num. 23.* fuſiùs *P. Paſ-
ſer. ad d. cap. quamuis à num. 43. maximè à nu. 44. & 47.*
Quod ſi renunciata ſint bona, & Iura propria vltimo
Hieronymo, cum hæc renunciari non poſſint ei, cuius
ſunt propria, & ſenſu conſtat, & impoſſibile reclama-
5 uit poſt alios *P. Paſſer. ad d. cap. quamuis à num. 40. verſ.
Cum imo*, & ineptum quoque, ac fruſtratorium renun-
6 ciare fraternis bonis ad fauorem eiuſdem fratris, conſi-
derauit *Rota d. deciſ. 543. ante num. 1. verſ. cuius quidem
dubij, & n. 9. verſ. præſentis tamen à n. 22. à verſ. prout idem.*

Igitur, ſi non extat perſona, quæ excludat renun-
cianté ab inteſtato venientem, renuncians non excludi-
tur ab hereditate ſtipulantis, pro ſe, hæredibus, & ſucceſ-
ſoribus, *Bald. conſ. 437. num. 2. lib. 1. Angel. conſ. 291. à nu.* 7
*4. l. 4. Marant. diſput. 8. nu. 14. verſ. quia Pater, & verſic.
ſed ſi tempore mortis, Cancer. var. reſol. 15. de renunc. num.
40. par. 3. Altograd. contr. for. 27. num. 31.* cum plur. alleg.
& præclarè *Rota coram Eminentiſs. D. Cardinali Otthob.
dec. 10. à num. 1. cap. num. 23.*

Non obſtat clauſula ceterata Præſentibus, &c. quæ
poteſt extendi præſentibus, & ſtipulantibus pro ſe, hę-
redibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, adeout attento
verbo, *quibuſcumque* comprehendat hæredes etiam ex-
traneos, vt in renunciationibus, tradunt *Molin. de rit.* 8
*nupt. quæſt. 85. à num. 60. l. 3. Faber in ſuo C. de fin. 22. verſ.
ſed ſi vt plerumque, tit. 3. lib. 2.*

Nàm vltra, quod hæc materia plurimum pendet ab
arbitrio Iudicis informato à coniecturis, *Rot. deciſ. 393.* 9
num. 1. par. 1. diuerſ. adhuc obiectum non videtur obſta-
re, in præſenti caſu, in quo agitur de includendis hæ-
redibus, & ſucceſſoribus extraneis, ſed de excludendis,
per quoſcumque hæredes, & ſucceſsores ipſis renuncian-
tibus, quod vtique non dicunt oppoſiti DD. Cumque 10
dicta clauſula, prætendatur inducta ad multiplicandos
hæredes, & ſucceſsores, & ad includendum non ſolum
Bernardum, & Io: Baptiſtam, ſed etiam remotiores, &
fiſcum, non poteſt opponi ad repellendos anteriores, & 11
ſorores ipſas renunciantes, *ad l. ſi mancipia 19. ff. de viſit.
vel inſtrum. l. cum alijs apud Barboſ. axiom. 34. in fin.* Et
potiſſimè ſi deeſset conditio Donantis, & Renunciantis,
ſi quoties Donatarius & Renunciatarius ſtipulantes pro
hæredibus, & ſucceſsoribus quibuſcumque, ipſe Do-
nans, & Renuncians remaneret excluſus ab eius ſucceſ-
ſione, Homines enim de Hominibus benemereri conan-
tur, *l. captatorias 70. ff. de hæred. inſtit. §. Conſultus Se-* 12
natus l. & ſi l. 25. ff. de hæred. petit.

Minùs renunciantes ſibi præiudicaſse viſæ ſunt in ſe-
cunda parte renunciationis. In qua pariter, loquendo
de fraternis, adhibuerunt hæc verba, *Inſuper cum ſolem-
nitatibus antedictis renunciarunt etiam hæreditatibus
fratrum, ita quod nullo vnquam tempore, etiam ex qua-
uis cauſa, & occaſione ipſis Donatricibus, & earum mo-
naſterio in, de, & ſuper dd. fratrum, & aliorum quorum-
cumque hæreditatibus, Ius aliquod ſit acquiſitum nec ali-
quod etiam minimum à dd. hæreditatibus habere, nec con-
ſequi poſſint, &c.* nam licet ex prædictis contenderent
Informantes pro Io: Baptiſta renunciationem eſse rea-
lem, & penitùs abdicatiuam, & quodammodo repu-
diationem anticipatam.

Attamen conſiderarunt DD. hæc verba, in primis
referri ad expreſsam renunciationem, ſecluſa repudia-
tione, cum renunciatio alia ſit priuatiua, alia transla-
tiua, apud *Bellon. de Iur. accreſc. cap. 7. quæſt. 35. num. 6.* 13
& concordanda eſse cum præcedentibus, & ſubſequen-
tibus, quæ diſpoſitionem, & donationem important,
itaut, vel ſenſus ſit, quod nullum Ius ſit acquiſitum Do-
natricibus, nec aliquid conſequi poſſint, ideſt, cum effe-
ctu ad illud retinendum, cum omne quodcumque do-
nauerint, ſit per modũ directæ donationis Patri, & fra- 14
tribus; non enim dicitur ille acquirere, cui citò auferri
poteſt, *l. non videtur 22. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* ait
*Gloſ. verſ. è contra non dicitur, l. 5. ff. de in integr. reſtit.
Soccin. Sen. conſ. 53. num. 27. à verſ. ſed ad hoc reſponde-
tur, lib. 4.* In puncto *Rota coram Puteo dec. 519. ad fin.
verſ. quia fuit reſponſum lib. 2.* Aut ſenſus ſit, vt Ius ali-
quod non ſit acquiſitum Donatricibus, nec aliquid con-
ſequi poſſint, nec per modum obliquæ donationis, quæ
reſultat ex certa, & determinata repudiatione, contem-
platione certarum perſonarum, quibus ita donaſse vi- 15
deantur, ad *Paul. Caſtr. in §. inde Horatius, l. 1. ff. ad Sen.
Conſ. Trebell. n. 2. verſ. breuiter ſi poteſt apponere, Surd. conſ.
446. n. 23. à verſ. Et idem eſt in repudiatione; Cancer. var.* 16
*reſol. 22. de Iur. accreſ. à num. 20. par. 3. amplius in rem
præſentem, Bellon. de Iur. accreſ. cap. 5. quæſt. 48. num. 14.
à verſ. tertius Caſus.*

dum

Digitized by Google

Et nihilominus DD. viſum fuit potiùs verba prędicta
concludere donationem directam, quæ neceſſaria erat,
dum Puellæ renunciabant aliorum quorumcumque
hæreditates, ibi, *omnium, & ſingulorum, tam ex Teſta-
mento, quam ab inteſtato, ex quauis perſona, nunc, & pro
tempore &c.* nam potuiſſet dari caſus, quod conſequere-
tur Legatum à Teſtatore extraneo, & hoc per puram
repudiationem, etiam fauore Patris, & fratris ad illos
non fuiſſet delatum, cum ſublatis de medio per repudia-
17 tionem legatarijs fieret legatum caducum, fauore hęre-
dis, aut ſuccedentium ab inteſtato, adeoque renuncian-
tes proteſtatas fuiſse, vt ſuprà velle diſponere, de bonis,
& Iuribus, quæ ſibi quomodolibet obuenire poſsent, &
in eadem clauſula vſas fuiſse verbis Donationem ſigni-
ficantibus, ibi; *Ipſis Donatricibus, & ſubſequenter pro ro-
boratione præſentis donationis, & donationem quoque irre-
uocabilem inter viuos*, ibi, *Præſentem donationem irreuo-
cabilem inter viuos &c.* & vti talem redigi in publicis
actis, ibi, *Ac omnia, & ſingula in ea contenta inſinuandum
&c.* quæ omnia manifeſtè repugnant repudiationi, vt
18 ſuprà. *Corn. conſ. 236. num. 10. & tot. conſ. 239 lib 4. Franc.
dec. 14. à num. 23. & ſeqq.*

Contractus, enim talis præſumitur, qualis à Partibus
19 denominatur, *ad Bald.* & alios apud *Rot. dec. 227. nu. 6.
par. 4. diu. & dec. 304. num. 10. par. 2. rec.* cum alijs annot.
ad Burate. dec. 640. num. 25. *verſ. ſecus quando congruit*,
& ſuum animum contrahentium, qui dant formam con-
20 uenientibus, *Card. Mant. de tacit. & ambig. tit. 2 nu. 2.
lib. 2. cum ibi alleg. Dec. ad l. 2. ff. de reg. Iur. numer. 55.
verſ. Et prædicta concluſio, & conſ. 33. nu. 3. verſ. Exprimè
me, quod dicitur cum vtrobique alleg. & annot.* Et cum
renunciatio facta fuerit Patri, & fratribus præſentibus,
21 & acceptantibus plenè tranſiuit in pactum, *l. 40 in princ.
ff. de pact.*

Quod ſi donatio excederet perſonas Patris, & fratris
Donatariorum, eorumque hæredes, & ſucceſsores ordi-
narios ad excluſionem ipſarum Donatricium, quæ vl-
timo fratri ab inteſtato non ſuccederent, vt excluſæ ab
vlterioribus ſucceſsoribus, & decimo gradu, ac Fiſco,
(quod magis ſuccederet, ſi eſset generalis repudiatio an-
te delationes hæreditatum) talis donatio eſset defectuoſa
in approbatione coniunctorum carente illa qualitate
medio iuramento approbanda, videlicet, vt non ſit in
præiudicium mulierum, & minorum, & deficeret quo-
que Decretum Iudicis in cauſa illi expreſsa inſinuanda,
& plenè cognoſcenda in ſtatuto 151. de contractis ſine
certa ſolemnitate *lib.* 1. quia ingreſsus in religione capa-
ce non erat iuſta cauſa repudiandi; Imò erat iuſta cauſa
22 acceptandi pro illa, *Auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſia,
Rota cor. Merl. dec. 62. n. 58.* & ſi quæ approbatio con-
iunctorum, ac Iudicis Decretum interceſſit ad aliquod
robur, vel momentum non fuerint adhibita ex dicto ſta-
tuto, & alijs alleg. *à Pia gloſſ. 22. maxime num.* 3. Et ita
præſcriptis verbis.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. Beuilaqua.

Romana Fideicommiſſi de Boncompagnis.

Mercurij 22. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Præmiſſa Concluſione, quod fideicommiſſum poſſit
fieri in contractu; Ponderantur plures coniectu-
ræ inducentes fideicommiſſum abſolutum, perpe-
tuum, & reciprocum ad fauorem omnium, ita
vt grauatus non poſſit ad fauorem vnius ex pluri-
bus vocatis diſponere.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum poteſt conſtitui tam in contractu, quam in vltima voluntate.*
2 *In eodem contractu poſſunt eſſe tot donationes, quot ſunt perſonæ vocatæ.*
3 *Subſtitutio vulgaris adita hæreditate expirat.*
4 *Quando conſtat diſponentem voluiſſe extendere fideicommiſſum ad deſcendentes, ſub vulgari ſubſtitutione comprahenditur fideicommiſſaria.*
5 *Verbum*, deſcendentes, *eſt collectiuum plurium perſonarum, & graduum*
6 *Vulgaris ſolum verificatur in primis vocatis.*
7 *Reciproca intelligitur eſſe vbi ordinatur perpetua ſucceſſio.*
8 *Reciproca intelligitur, quando vocatur vnus, & deinde omnes deſcendentes ab eo.*
9 *Et quando vocantur omnes deſcendentes.*
10 *Dictio*, in perpetuum, *ſine præfinitione temporis interpretatur.*
11 *Fideicommiſſum abſolutum inducitur, quando debent conſeruari bona in perpetuum in familia.*
12 *Etiamſi conſeruatio bonorum ſit in prohibitione alienationis.*
13 *Grauatus non diſponit de fideicommiſſo, quando ſunt alij vocati.*
14 *Grauatus poteſt diſpònere ad fauorem vnius ex pluribus vocatis.*
15 *Limita durante vita grauati, non in præiudicium ſucceſſiuè vocatorum.*
16 *Maximè, quando conſtat teſtatorem voluiſſe omnes admittere.*
17 *Quod arguitur ex vocatione omnium deſcendentium.*
18 *Quando ſunt plures vocati, grauatus tenetur illis reſtituere*
19 *Reſpondetur contrarijs.*
20 *Grauatus reſtituere familiæ poteſt vnum ex ea eligere, & quomodo hoc intelligatur.*
21 *Verba* eius arbitrio, *ſunt reſtrictiua vnius, & aliorum excluſiua.*
22 *Data facultate diſponendi vni, non arguitur data facultas alteri.*
23 *Prohibitio alienationis extra familiam, non inducit facultatem alienandi in vnum de familia.*
24 *Quando conſtat de Conſtitutione fideicommiſſi clauſula acceſſoria illud excludentes non attenduntur.*

DECISIO CCI.

DOnatione irreuocabili inter viuos valitura, poſt
mortem, donauit Vgo ſenior de Boncompagnis
Gregorio filio, eiuſque filijs, nepotibus, & deſcendenti-
bus in infinitum, ordine ſucceſſiuo, bona valoris 30. m.
Ex d. Gregorio nati ſunt Vgo Iunior, Cæſar Carolus,
Gregorius iunior, Balthaſar, & Paulus in Vrbe Aduoca-
tus, ſuperrimè defunctus; Contra quem ſcriptum hęre-
dem ab Vgone Iuniore, & filios ſuperſtites Marcus An-
tonius, & alij filij Balthaſaris, & Cæſaris, prætendentes
inſtitutionem de bonis, in donatione compræhenſis, in
eorum præiudicium non ſuſtineri, Iudicium inſtitue-
runt, in foro Capitolino, à quo tamen, & à quibuſcum-
que alijs Tribunalibus cauſa per Sanctiſſimum auocata,
& Rotæ commiſsa, cum clauſula, appellatione remota,
propoſui dubium; An ex donatione Vgonis ſenioris re-
ſultet fideicommiſsum in portionem Vgonis Iunioris, &
ad cuius fauorem ſit purificatum. & Domini, præmit-
tentes veriorem, & communem opinionem, quod fidei-
commiſsa, & ſubſtitutiones æquè in contractibus, ſicu-
ti in vltima voluntate poſsunt conſtitui, & paſſim ad-
mittuntur in donationibus tam inter viuos, quam cauſa
mortis, & pro eis competit actio ex fideicommiſso *l. hæ-
redibus 51 ff. de leg. 2. l. quoties 3. C. de donat. quæ ſub mod.
fin. l. vnic. §. ſin autem, C. de Caduc. toll. Bald. conſ. 249.* 1
*verſ. ſubſtitutio lib 2 Caſtren conſ 384. lib. 1. nu. 1. Cranett.
conſ. 19. num. 8 Surd. conſ. 247. num. 3. Peregr. de fideicom.
art. 1. num. 16. Gratian. cap 247. numer. 1. Giurb. dec. 108.
numer. 16.*

nu.16. Rot. cor. Seraph. dec.416. nu.16. dec.828. num.2. & in rec. dec.21. num 2. par.1. dec.274. num.27. par.6. in Bononien. fideic.4. Maij 1648. §. ſi quid, cor. Eminentiſs. Celſo, & in eodem 13. Iunij 1653. §. verior, & communior, coram Dunozetto, & in Romana fideic.21. Iunij 1652. §. primo, cor. R.P.D. Veroſpio, cenſueruot fideicommiſſum ex d. portione reſultare, & ad fauorem dictorom filiorum Balthaſſaris, & Cæſaris fuiſſe purificatum.

Quando quidem, ex verbis prædictæ donationis Vgonis ſenioris, ibi, *donauit, & titulo puræ, & irreuocabilis donationis, quæ ſit inter viuos, habitura tamen locum poſt mortem donatoris d. Gregorio Boncompagno eius dilectiſſimo filio, eiuſque filijs nepotibus, & alijs deſcendentibus, ordine ſucceſſiuo in infinitum omnia, & ſingula bona in pede huiuſmodi inſtrumenti deſcripta*, clarè apparet illum noo donaſſe Gregorio tantum, ſed filijs nepotibus, & deſcendentibus ſuis, & ſic vnicuique eorum nominatim, & de per ſe, hoe tamen ordine, vt prius ad Gregorium, & deinde ad alios, vt cauſam habentes à donatore, bona donata deueniant, totque in effectu ſint donationes,
2 quot ſunt perſonæ, *ad tex. in l. Gallus 19. §. quidem recte ff. de liber. & Poſth. Soccin. Iun. conſ.108. num.1. & 2. Menoch. conſ.99. num.113. Molin. de Hiſpan. primog. lib.1. cap.1. num.117. Gratian. cap.247. num.10. Rot. dec.203. num.21. par.6. rec. Merlin. dec.404. num.7. & in Bononien. fideic.21. Iunij 1652. in fin. cor. R.P.D. Veroſpio*, & inter donatarios, ſucceſſiuo ordine, vocatos voloiſſe etiam fideicommiſſum abſolutum, & perpetuum inſtituere; nam, licet, vocando ſimpliciter filios ſub oomine colle-
3 ctiuo deſcendentium intelligantur vocati per vulgarem, quæ mortuo diſponente, & adita hæreditate, perditur, *Cum in l. cum ita 35. §. in fideic. ff. de leg.2. Rot. dec. 649. num.1. par.4. tom.2. rec.* Attamen, ſi ex verbis, vel aliunde depræhenditur de intentione teſtatoris voluiſſe vlterius extendere fideicommiſſum, ad deſcendentes, tunc ſub huiuſmodi ſubſtitutione continetur ſubſtitutio fideicommiſſaria, iuxta diſtinctionem eiuſdem, *Cuma-*
4 *ni* in hac parte communiter approbatam *in d. l. cum ita d. §. de fideic. num.4. Peregr. de fideic. art.19. num.7. & num.16. & 17. & conſ.6. numer.2. lib.1. Menoch. conſ.85. num.54. & 67. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.482. num.16. Surd. dec.346. numer.21. & 22. & conſ.336. num.11.* & paſſim amplexa fuit *Rot. vt in rec. dec.320. num.7. par.1. dec.366. num.9. & 10. & d. dec.649. num.2. cum ſeqq. ead. par.4. tom.2. & 3. & in Bononien. de Poetis, coram Vbaldo ſeniore poſt conſ.36. Gionagnon. num.50. & 51. lib.2. in Bonon. fideic.26. Nouemb.1638. coram Dunozetto, & in Romana fideic.21. Iunij 1652. poſt princ. coram R.P.D. Veroſpio.*

De mente, autem Vgonis donatoris inſtituendi abſolutum, & perpetuum fideicommiſſom non videbatur dubitandum, dum in concipiendo donationem vſus fuit ſuprà allegatis verbis futurum tempus reſpicientibus, vt eſt nomen, deſcendentibus, collectiuum pluriom perſo-
5 narum, & graduum, *Auth. de hæred. ab inteſt. venien. poſt princ. l. vlt. C. de ſuis, vel leg. Craſſ. de ſucceſſ. §. fideic. num.1. Rot. dec.320. num.4. par.1. rec.* & dictiones, in infinitum, & in perpetuum, ordine ſucceſſiuo, adiecit, quæ de eorum natora important perpetoitatem, reſpectu omnium deſcendentium, poſt admiſſiooem primi, in quo tantum poſſet verificari vulgaris, *l.1. vbi gloſſ. & DD. ff. ſolut. matrim. Gozad. conſ.102. num.2. Roland. a*
6 *Valle conſ.23. num.19. & 20. lib.4. Ruin. conſ.117. nu.22. & 23. lib.2. & conſ.139. num.21. in fin. lib.3. Surd. dec.346. num.21. & 22. Rot. cor. CauaLer. dec.430. num.1. in rec. d. dec.320. num.5. par.1. & dec.49. num.2. & ſeqq. par.4. tom.3. & dec.185. num.6. par.7.* minuſque, qoia hoc ipſum fideicommiſſum ſit reciprocum, & repetitom in omnes deſcendentes, tam, eo ipſo, qood gradatim vnus poſt alium debet ſuccedere, ad commodum donationis iotelliguntur vocati reciprocè, aliàs ſepoſita reciproca ſubſtitutione, non poteſt dari perpetua ſucceſſio, nec adimpleri mens donantis, niſi vnus alteri grauatus ſit reſti-
7 tuere, *Surd. conſ.336. num.9. cum ſeqq. Cranett. conſ.130, num.6. Ruin. conſ.151. num.7. lib.2. & conſ.164. num.9. lib.3. Decian. reſp.50. num.18. lib.1. Peregr. de fideic. art.13. nu.76. & 77. & conſ.62. num.20. lib.1. Pancirol. conſ.150. num.10. & 13. Gratian. cap.828. numer.44. Altograd. conſ.92. num.7. cum ſeqq. Rot. in cit. dec.649. num.3. & ſeqq. lib.3. par.4. in Romana fideic. de Pariſianis 2. Ianuarij 1649. coram Argnellos impreſſ. in addit. ad Peregrin. deciſ.10. numer.11.*

Hanc fuiſſe donatoris intentionem, oſtendit etiam tum alios ordo, & modus obſeruatus, in donando prius Gregorio ſoli, & deinde filijs cęteriſque deſcendentibus in infinitum, ex qoo datur intelligi, omnes ab illo primò deſcendentes, eſſe per fideicommiſſum reciprocum admittendos, vt aduertunt, *Peregr. conſ.33. num.12. verſ. & inter, & num.19. lib.3. & conſ.35. num.4. in fin. & conſ.* 8
55. num.38. lib.4. Fuſar. conſ.154. nu.12. verſ. reſpondetur, & de ſubſtit. qu.475. num.1. Rot. in Bononien. de Poetis 10. Martij 1617. cor. Vbaldo, §. tandem, vbi, qood, ſi ab initio datur vni ſoli, cui omnes deſcendentes ſobſtituentor, per fideicommiſſum ioter eos re, & verbis coniooctos ante ius quæſitum, eſt ius accreſcendi poſt ius quæſitum, ius in effectu, vt fideicommiſſum reciprocum, *& in Romana fideic.24. Martij 1653. §. aeque, cor. R.P.D. Veroſpio*, tom ratio finis, vnde motus fuit ad ita, de bonis ſuis diſponendum, hoc eſt vti bona donata remaneant, & conſeruentor in deſcendentes, quæ ratio iodiuidualiter expreſſa, & non ſubintellecta habet vim inducendi fideicommiſſum reciprocum ioter vocatos, *l. peto 71. §. frater,* 9
l. cum pater 79. §. libertàtis, l. Codicillis 91. §. inſtituto, ff. de leg.2. Iaſ. conſ.108. col.4. circa med. verſ. confirmatur optime lib.4. Soccin. Iun. conſ.110. num.36. cum ſeqq. lib.3. Decian. conſ.1. num.282. cum ſeqq. lib.1. Menoch. conſ.95. num.7. Gratian. cap.828. num.24. & 25. vbi plores refert Rotæ deciſiones, & plores, de veriori ſententia, congerit *Altograd. cit. conſ.92. num.14.* Attento, præſertim, verbo *in perpetuum*, in hac diſpoſitioois parte iterum repetitum, quod ſine præfinitione temporis ioterpretatur,
l. iuriſperitos 33. ff. de excuſ. tut. l. qui ſaltem, ff. de leg.3. 10
Rot. dec.10. num.4. & 5. par.1. rec.

Concurrit, inſuper, qood, per donatorem fuit omnibus indiſtinctè interdicta bonorum alienatio, quæ, licet, ſit ſimplex, & nuda abſque aliqua cauſa, & fauore alicuius, vti oudum præceptum, dubitari contingat, ao importet fideicommiſſum ſanè, ſi ampla, vt eſt iſta, ex quauis cauſa, & quocumqoe modo, etiam latiſſimo ſumpto vocabulo alienationis, ac ex veſtita ratione ſompta, quia intentio donatoris fuit, vt bona donata remanerent in deſcendentes in infinitom, & ad hunc effectum adiecit clauſulam pęnalem, declarando nullam, & inualidam alienationem, cum incurſu caducitatis, à commodo bonorum donatorum contrauenienoum, & applicationis illorum deſcendentibus promixioribus, ad quos deuenire deberent, ceſſat quæuis contentio, & ex ea reſultat fideicommiſſum abſolutum, tam io caſu mortis, quam alienationis, quia eo oon intercedente, effectus conſideratus conſeruationis bonorum inter deſcendentes perpetuò non ſequeretur, *ad tex. in l. ſi ita legatur 33. §. in fideicommiſſum, ff. de leg.2. Soccin. in l. qui Roma, §. cohæredes, col.6.* 11
verſ.4. & vltimus caſus, ff. de Verb. ſignif. Ruin. conſ.116. nu.1. & 2. lib.2. vbi, quod, de hoc, nemo dubitauit, *Gozad. conſ.52. num.5. Dec. conſ.182. numer.3. & 4. & conſ.218. num.15. Surd. d. conſ.336. num.11. Decian. reſp.50. nu.22. & 23. Roland. conſ.23. numer.14. lib.4. Gratian. cap.280. num.25. Peregr. de fideic. art.13. num.79. cum ſeqq. & art.14. num.16. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.688. num.110. & quæſt.689. num.7. & 12.* & plores cumulat *Altograd. d. conſ.92. num.19. Modern. Carpen. contr.219. num.32. cum ſeqq. & num.122. pariter cum ſeqq. & num.134. Gratian. d. cap.828. num.23. & ſeqq.* vbi ampliat, ſtaotibus nominibus collectiuis, deſcendentes io perpetuom, & latè firmauit *Rot. in Peruſina de Bigazzinis, coram Litta poſt conſ.15. Gionagnon lib.1. num.72. in fin.* vbi hæ præcipuè rationes, & cauſæ pro veſtimento prohibitionis conſiderantur, 12
Millin.

Digitized by Google

*Millin. dec.*183.*num.*5. *Baratt.dec.* 107.*&* *dec.*272. *vbi-
que num.* 1. *& in rec. dec.*477 *num.*1.*par.* 5. *& dec.* 284
*num.*24 *cum ſeqq par.*6. *& in Romana fideic. de Alicanis*
10. *Maij* 1639. §. *ſecundo quia, cor. Panzirolo.*

Firmato, ex his, fideicommiſſo reciproco inter de-
ſcendentes Gregorij, clara quoque eſt compreheoſio
dd. filiorum Cæſaris, & Balthaſſaris collitigantium ne-
potum euiſdem, ſicque portio Vgonis iunioris, ad ipſos
ſpectat, nec in earum præiudicium licuit Paulum inſti-
13 tuere, *l. Lucius la ſeconda, ff. de hered. inſtit. Gabriel conſ.*
124.*num.*8.*lib.*2. *Rum.conſ.*117.*num.*26.*lib.*2. *Coccin.deciſ.*
495. *num.*1. & conſequenter poteſt ab ipſis vendicari,
ſecundum facultatem à donatore habitam, & iuris com-
munis diſpoſitionem, *l. filiusfam,* 117. §. *cum pater ff. de
leg.* 1. *l. peto* 71. §. *frater. l. cum pater* 79. §. *libertatis*, & ibi
Gloſſ. & DD. ff. de legat. 2. *Surd. conſ.* 247.*num.*9 *&* 15.
& conſ. 948. *in fin. Peregr. de fideic. art.*22. *num.* 75. *Rot.
cor. Andrea dec.* 105. *num.*1.

Nec facit, quod non fuerit ex cauſa ſupradicta indi-
ſtinctè prohibita alienatio, ſed extrà familiam donato-
ris, de qua, cum eſſet Paulus, benè potuit ab Vgone iu-
niore inſtitui, abſque eo, quod in aliquo fuerit contra-
uentum voluntati fideicommittentis, qui optauit ſolam
conſeruationem bonorum in ſua familia, *d. l. filiusfam.*
14 §. *cum pater de leg.* 1. *l. vnum ex familia*, §. *ſi falcidia*, *&*
§. *ſed ſi vnus, ff. de leg.* 2. *l. pater filium, &* §. *duobus, &* §.
*filium de leg.*2. *Peregr. de fideic. art.*14 *num.*7. *Cyriac. con-
trou.* 303. *num.*4. *Rot. dec.* 741, *num.*9. *par* 4. *tom.*3. *recent.*
quoniam præter quod, in præſenti non deducitur fidei-
commiſſum, ex ſolo motiuo alienationis bonorum, in
cuius terminis, intrat inſpectio facultatis anteponendi
vnum de familia, ſed in corroborationem ſimplicis, &
abſoluti fideicommiſſi reſtitutorij, poſt mortem vnius
alteri, reſultantis ex verbis perpetuitatem importanti-
bus, iuxta auctoritates ſuperiùs allegatas, quo fidei-
commiſſo, dato, non permittitur prohibita diſpoſitio
in vnum, cæteris excluſis, niſi ſua vita durante, illo
autem defuncto fit locus reſtitutioni, fauore aliorum
vocatorum. *Dec. conſ.*218 *num.*14. *&* 15. *Cart. Iun. conſ.*
16 *num* 13. *& conſ* 246. *num.*43. *& conſ.*264 *num.* 15. *&
ſeqq. Bellon. Iun. conſil.* 1. *num.* 40. *&* 41. *vſque ad* 112.
*Peregr conſ.*38. *nu* 3. *lib* 3. *& conſil.*13. *num.* 10 *lib.*5. *& in
tract. de fideic. artic* 14 *num* 7. *Spinol. conſ.*7. *num.*4. *&* 5.
*& conſ.*37 *num.*6. *&* 7. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*380. *nu.* 18.
& 21. ea ratione, quia, licet non reperiatur ab homine
prohibita, prouenit ex præcedenti fideicommiſſo re-
ſtitutio, *Auth. res quæ, C. de leg.* & probant in terminis
relati per *Moder. Capen d contr.*219 *num.* 145. *vſque ad*
154. *Rota in Romana fideicommiſſi de Palatijs* 26. *Iunij*
1646. *coram Arguelles*, omnis remouetur difficultas,
aduertendo, nec fuiſſe prohibitam alienationem extra
familiam, ſed extra filios, & nepotes, & deſcendentes,
in infinitum, quo caſu, cum plures ſint perſonæ conſi-
deratæ, & expreſsè inuitatæ, non ſatisfit intentioni do-
nantis, per prælationem vnius, vel duorum, cum adhuc,
15 his prælectis peruertatur ordo, deſignatus à teſtatore
pro admiſſione deſcendentium in infinitum, vt explicat
*Bart. in l.*1, *num.*2. *ff de leg, Caſtren. in d. l. filiusfam.*117.
§. *cum pater, ff. de leg.* 1. *Rum.* hoc ipſum arguens, ex vo-
catione nepotum, & deſcendentium *conſ* 117. *num.* 26.
16 *verſ ſecus autem lib.* 2. *Menoch conſ.* 167. *num.* 42. *Rot.
coram Seraph. dec.*864 *num* 1. *verſ. aliunde verò, & coram
Coccin. dec.*495. *num.*2 *in d. Romana fideicom. de Alicanis
coram Panzirolo in fin.* quos, & alios, reprobatis contra-
rijs, refert in puncto *Moder, Fulginaten. diſcept.*24. *num.*
13. *vſque ad fin.*

Hinc viſum fuit non ſubſiſtere, quòd verſamur in fi-
deicommiſſo conſeruatorio, ita, vt in quemcumque, de
familia diſponatur, dicatur in illa relictum, & in qua
bona conſeruentur, iuxta ſenſum donatoris, quia ex
vocatione deſcendentium, ordine ſucceſſiuo, in perpe-
tuum patet eſſe reſtitutorium, cuius vigore grauatus
17 eſt adſtrictus reſtituere alijs, *Peregr. conſ.*38. *num.*3. *verſ.
ſed cum, lib.*3. *Bellon. Iun. conſ.*1 *num.*40. *&* 41. 57. *&* 95.
& conſ. 61. *à num.* 11. *vſque ad* 20

Quibus non aduerſantibus, in contrarium, allegatis, 18
& ſignanter ex *Surd. conſ* 96. *num.* 24. *Gionagn. conſ.* 95.
num. 47. quatenùs firmant peruentam alienationem
extra familiam, cenſetur data facultas eligendi vnum ex
ea; nam Surd. non tangit caſum, quo teſtator fideicom-
miſſum præcedens acquiſiuit ex diſpoſitione teſtato-
ris inducentis fideicommiſſum, vt in terminis declarat 19
idem *Surd. conſ.* 247. *num* 14. *&* 15. vbi quod in hac ma-
teria ſunt omninò attendenda verba fideicommiſſi, &
eiſdem terminis ſimplicibus prohibitionis alienationis,
& ſecluſa alia diſpoſitione per quam fuit inductum fi-
deicommiſſum, loquitur *Gionagnon. d. conſ.* 65. *num.* 9.
& 10.

Quæ clarius elucidantur ex licentia, quam Vgo con-
ceſſit Gregorio diſponendi, tam inter viuos, quam in
vltima voluntate de bonis donatis, & fructibus ad com-
modum vnius, ex filijs, nepotibus, & deſcendentibus, ſi
enim per prohibitionem, extra illos, eſſet id de iure ſibi
permiſſum, eligere vnum, fruſtratorium fuiſſet id inde
in liberum arbitrium remittere, cum ſatis ex ſe fuiſſet
prohibitio alienationis extrà; Vnde dicendum eſt po-
tiùs per conceſſionem fuiſſe tributam, & ſine ea prius
negatam, non ſubſiſtente, quod huiuſmodi facultas ſit
alijs deſcendentibus tributa, quia, ex contextu donatio-
nis, colligitur, illam eſſe reſtrictam ad perſonam Gre-
gorij, vt in verſ. hoc declarato, ibi, *liceat d. Gregorio &
eius arbitratu*, quæ ſunt verba merè perſonalia, & in-
cluſiua ipſius tantum, & excluſiua aliorum, *Natt conſ.* 20
163. *num.*8. *Surd. conſ.*53 *num.*11. *Rot. dec.* 169. *num.* 1.
*par.*5. *& coram Eminentiſs. Otthob dec.*1. *num.*38. *&* 39.
in Beneuentana hæreditatis 19. *Iunij* 1656 §. *maximè quia
coram Eminentiſs. Celſo.* & meritò, quia illum, vti filium
dilectiſſimum, voluit in hoc gratificare, quæ affectionis
ratio cum non militet, in alijs remotioribus, nondum
natis, nec cenſetur data facultas diſponendi, *Bart. conſ.* 21
131. *num.* 1. *lib* 1. *Gionagn. conſ.*53. *num.*6. *lib.*1. *Rot. dec.*72.
*num.*5. *par.*1. *diuerſ.*

Nec prædictis reſiſtunt clauſulæ, & verba illa cum
reſeruationibus, pactis, & conditionibus infraſcriptis, in
principio donationis adiecta, ex quibus inferebatur do-
nationem non fuiſſe puram, nec fideicommiſſum ſim-
plex, ſed recipere declarationem à conditionibus, & pa-
ctis inter quæ deducitur facultas diſponendi, in vnum
de familia, quia, cum ex alijs verbis clare deſumatur
fuiſſe inſtitutum fideicommiſſum abſolutum, & reci-
procum, prohibitio alienationis extra familiam cenſe-
tur potiùs adiecta in odium grauatorum, & ab illis
maius vinculum imponendum, *Rip in l. filius familias* 22
117. §. *diuiſio* 35. *ff. de leg.* 1. *Rot. coram Millin dec.* 169.
*num.*4. *Coccin. d. dec.*495. *num.*3.

Alia ad facultatem datam Gregorio eligendi vnum
ex deſcendentibus, ſibi benè viſum, & ad reinueſti-
menta pecuniarum, & alia in fauorem fideicommiſſa-
riorum ibi expreſſa, non poſſunt alterare principa-
lem diſpoſitionem circa fideicommiſſi ordinationem,
ad quam ſtant potiùs acceſſoriè, *Seccin. Iun. conſ.*125. 23
num. 15. *lib.*1 *Rot coram Pen. dec.* 231. *num.* 10. *&* 14.
iuxta Ven impreſſ.

Et ita conuare de fideicommiſſo in portione, de qua
agitur & illius purificatione fuit reſolutum.

Vtraque parte, &c.

R.P.D.

Digitized by Google

Bo: Me: Veroſpio.

Romana Fideicommiſſi.

Merc. 28. Nouembris 1663.

A R G V M E N T V M.

Donatio facta Patri accipienti pro ſe, & filijs, acquiritur filijs non ex propria perſona, ſed vti patris hæredibus; & impugnantur coniecturæ in contrarium ponderatæ.

S V M M A R I V M.

1 *Pater recipiens pro ſe, & filijs donationem, non cenſetur recipere ſub onere fideicommiſſi.*

2 *Donatio facta patri, & filijs, acquiritur filijs independenter a patre ex propria perſona.*

3 *Maximè in donatione contemplatione matrimonij.*

4 *Donatio facta a patre, recipiente pro filijs ſpectat ad filios ex liberalitate patris. facta patri, & filijs, acquiritur ex liberalitate donantis.*

5 *Pater recipiens pro ſe, filijs, & nepotibus, & deſcendentibus, non præſumitur recipere ſub onere fideicommiſſi.*

6 *Nomine liberorum veniunt non ſoli filij, ſed etiam alij deſcendentes.*

7 *Inductum ad fauorem alicuius, non debet in odium retorqueri.*

8 *Remotior in gradu cenſetur minus dilectus, quam proximus.*

9 *Pater recipiens pro filijs, & deſcendentibus, intelligitur ſecundum hæreditariam qualitatem.*

10 *Et quid vbi eſt dictum inſinitum, cum pluribus gradibus.*

11 *Sola teſtatoris voluntas ſine acceptatione deſcendentium operatur in vltimis voluntatibus.*

12 *In contractu donationis eſt neceſſaria acceptatio donatarij.*

13 *Clauſula cæterata in materia indifferenti extenditur ad quoſcumque hæredes.*

14 *Maximè ſi in alia parte diſpoſitionis tales exprimantur hæredes.*

15 *Donatio facta in capitulis matrimonialibus cenſetur ad fauorem filiorum hæredum.*

16 *Inſtrumentum dotis, &c. interpretatur iuxta tenorem Capitulorum.*

17 *Qualibet interpretatio ſumitur, nè inſtrumentum aduerſetur Capitulis.*

18 *Ex animi apertione inducitur præcedens voluntas.*

19 *Obſeruantia declarat dubiam voluntatem.*

20 *Qualitas bonorum Iuriſdictionalium, quando inducat fideicommiſſum.*

21 *Dictio ſaluis, &c. limitat, & declarat præcedentia.*

22 *Reſeruatio Vſusfructus competit ſolum primo donatori.*

23 *Dictio aduerſatiua præcedentem repetit qualitatem.*

24 *Referens declarat relatum.*

25 *Nomine hæredum, & ſucceſſorum veniunt extranei.*

26 *Nepotes appellatione filiorum non veniunt, quando prorogatur fideicommiſſum.*

D E C I S I O CCII.

EX Contractu donationis, contemplatione certi matrimonij, per Franciottum ab Henrico Patre receptæ, pro ſemetipſo, nec non nepotibus, Pronepotibus, atque deſcendentibus maſculis, ac fœminis in infinitum, hodie D.D. cenſuere, eumdemmet Franciottum nullo extitiſſe erga deſcendentes onere fideicommiſſi grauatum, & à deciſis ſub die 22. Iunij præteriti idcirco receſſerunt.

Siquidem, Pater, pro ſemetipſo, ac filijs, recipiens
bonorum donationem, ex ſui natura tranſeuntium ad
hæredes extraneos, filios vti ſuos hæredes expreſſiſſe
cenſetur, non autem, vt ſe reſtitutionis onere voluerit
prægrauare ex doctrina *gloſſ. in l. ſi tibi 18 §. ſi pactum in* 1
verb. prodierit, ibique *Bartol. numer. 8. & 9.* cæterique
communiter, *ff. de pact. Ruin. conſ. 122. num. 3. verſ. 2.*
verò caſu lib. 1 Burſatt conſ. 31. num. 8. & 9. Corn. conſ. 288.
num. 2. verſ. quicquid autem ſit, lib. 1. Alciat. conſ. 20. num.
3. vol. 3. & conſ. 165 num. 1. lib. 5. Marcab conſ. 111. num. 1.
& 5. cum ſeqq. Soccin. Iun. conſ. 133 num. 76. cum ſeqq lib.
3. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump 48. num. 1. Card.
Mant. de tacit. lib. 14. tit. 18 numer. 9. cum ſeqq. quicquid
diei poſſet, in caſu, quo, donatio Patri, & filijs conceſſa
foret. Tunc, enim, hi vti à donante expreſsè vocati, ad
bona poſſent ex propria perſona aſpirare, ac indepen- 2
denter à Patre, vt tradit *Peregr conſ. 77. num. 1. 5 & 6.*
lib. 3. Mart. dec. Piſan. 215. nu. 22. Capyc. Galeot. controu.
lib. 1. cap. 57. num. 18. & in terminis donationis adinæ certi
contemplatione matrimonij ita diſtinguit *Dec. in conſ.* 3
216 num. 4. ad fin. & num. 5. Bertrand. conſ. 234 prope fin.
verſ præterea, Bartol. lib. 2. par. 1. Menoch conſ. 286. n. 18.
ac ſeq. Surd. dec. 234. num. 5. cum ſeqq. Molpheſ. conſ. 2. à
num. 22. vſque ad fin. Ludou. Bellon. conſ. 125. num. 20. &
21. Modern Auenion. quæſt. Ciuil. cap. 55. numer. 13. cum
ſeqq. Rot. in Florentina donationis 2. Decembris 1650. in §.
non obſtat, coram bo: me: Peutingerio, & in Vrbinaten. Pecuniaria 24 Ianuarij 1661. §. in donatione coram Me.

Ratio, verò, differentiæ, inter caſum vtrumque, in eo
conſiſtit, quod in caſu priori filij ex prouidentia Patris
bona conſequentur, cui dumtaxat fuit attributa dona- 4
tio; in ſecundo ex donantis liberalitate, vt aduertit
Surd. dec. 329. num 7. & 8. Fontanell de pact. nupt. clauſ. 4.
gloſſ. 9 par. 1 num. 10. Capyc. Galeot. controu. lib. 1. controu.
57. numer. 18. Rota in Auenion. fideic. 4. Februarij 1647 in
§. hæc autem. coram Me.

Hinc obeſſe non poterit, illa nepotum, ac deſcenden-
tium, expreſſio; Quoniam, ſiue Pater pro ſe, ac filijs
dumtaxat, ſiue pronepotibus quoque, atque deſcenden-
tibus ſtipuletur. Hi omnes bona ab ipſo cenſentur obti-
nere, qui modo ſibi magis proficuo præſumitur, voluiſſe
adſtipulari. ac hæreditariam, conſequenter qualitatē in 5
omnibus exoptaſſe, vt in puncto ſtipulationis pro ſe,
filijs, ac nepotibus, tradit *Bartol in l. Gallus 29. §. quidam*
recte num. 8. ff. de liber. & poſth. & in terminis deſcenden-
tium notat *Ruin. conſ 208. num. 15. vol. 1. Alciat. conſ. 17.*
num 20. verſ. ſed noſtra eſt quæſtio, & num. 21. lib. 1. Menoch. conſ. 255. num. 16. & 17. & conſ. 286. num. 13. & 17.
cum ſeqq. & numer. 30 lib. 3. quod etiam tueri videtur,
Alex in l. quod dicitur 130 num. 19. & 20. ff. de verb. oblig.
dum, quoties, de indifferenti materia tractetur idem-
met Ius omninò conſtituit, ſiue ſtipulatio Patris, pro ſe,
ac filijs concepta fuerit, ſiue pro ſe, ac liberis, quorum
nomine nedum filij, ſed nepotes quoque, ac cæteri de-
ſcendentes includuntur, Iuxta *Text in l. liberorum 220.* 6
ff. de verb ſignif. l ſed ſi hoc 10. §. liberos, ff. de in ius vocan.
Anchar. in terminis quoque liberorum, *conſ. 125. num. 5.*
cum ſeqq. Modern. Auenion. quæſt. Ciuil. cap. 55 in princ. &
num. 13. Rot. dec. 171. par. 8. rec. & in dec. 133. nu. 8. coram
Eminentiſs. D. meo Ottbob.

Aliàs, enim, ſi Pater foret, onere reſtitutionis adſtrictus
duplex exinde reſultaret abſurdum, quod, nimirum de-
ſcendentium nomen in ſui fauorem, adiectum in ipſius
poſset odium retorqueri, vt ponderauit, in ſpecie *Syluan.*
conſ. 97. num. 14. & 15. Alterum verò, quod filij aliquoties 7
ſuccederent vti hæredes, aliquando verò, ex propria per-
ſona deberent admitti, & tamen hanc variationem, de-
ſcendentium concurſus non debet operari, dum ipſi vti
remotiores in gradu minorem à donatario dilectionem
præſumuntur obtinere, *Natt. conſ. 501. num. 15.*

Quare ea nepotum, ac deſcendentium, expreſſio iuxta
votum commune Parentum cenſetur adiecta, qui exi-
ſtimant bona in filios fore peruentura, ac in nepotes ſuc-

ceſ-

ceſſiuè, nec non cæteros deſcendentes, cum hæreditaria
9 qualitate, *Dec.conſ.216 num 5. Alciat.conſ 7 num.30. in fin.lib.8. Rot.dec.17 1.num.3.par. 8.rec.*

Et licet, ex plurium expreſſione graduum, dictione
in infinitum, præſertim annexa, authores complures re-
10 cenſiti in deciſione præterita fideicommiſſa n aſſerant
reſultare fauore omnium deſcendentium. Hi tamen ea
ſui propoſito non applicantur. Caſtillo, enim excepto *in*
*dec.*106. qui ea ratione decipitur, quod ex Patris ſtipula
tione pro ſe, & filijs ius ipſis cenſeatur acquiſitum inde
pendenter à Patre; Cæteri omnes in terminis vltima
rum voluntatum loquuntur, qui aliquo modo poſſent
ſecundo diſtinctionis gradui conuenire, quoties, ſcilicet
Patri deferatur donatio, ac ſuis deſcendentibus, ſicuti
enim deſcendentes bona huius, vigore donationis aſſe
quuntur à donante, ita quoque in teſtamento recenſiti,
ex Teſtatoris liberalitate, ad hęreditatem aſpirant ſub
hoc tamen diſcrimine, quod ſola voluntate teſtatoris fi
deicommiſſi inſtitutionem in vltimis voluntatibus ope
11 ratur, quamuis deſcendentium, acceptatio nulla con-
currat, ad *Tex.in l. cum Pater 79.§ donationis ff.de legat.*
2. in donationis vero contractu acceptatio ſaltem primi
Donatarij exigitur, iuxta *Tex. in l quoties 3.C de donat.*
12 *quæ ſub mod.* quam differentiam ponderat in ſpecie *Do*
*nat Anton.de Marin.quotid. reſol cap.*86.*n.*16 *&* 17.*lib.*1.

Hoc, verò, axioma Iuris eo facilius aliqui ex Dominis
cenſuerunt admittendum, quod donatio quacunque fi
liorum mentione poſthabita in eodemmet Inſtrumen-
to pluries à Franciotto recepta conuincitur ſub ſimplici
clauſula cæterata, quæ cum pro hæredibus, ac ſucceſſo
ribus, quibuſcunque in hac indiff. renti materia extendi
13 conſueuerit, *Rota. cor. Seraph.dec.*703.*nu* 2.*& dec.*707.
*num.*10 *par.*1.*&* 290 *num.*5.*&* 6 *par.*9.*rec & in Roma*
na reſtitutionis dotis 29. *Maij* 1658. *in §. non obſtat quod*
pacta ad fin.cor R.P.D meo Beuilaqua operatur, vt filio-
rum, ac deſcendentium nomen in altera parte conſcri
ptum ad euitandam contrarietatem, cum hæreditaria,
14 debeat qualitate cenſeri expreſſum vt tradit *Corn.conſ.*
13. *n.*4.*verſ.hoc præſuppoſito lib.*2. *Mazzol.conſ.*1. *nu* 101
*cum ſeq. Surd. dec.*322. *numer* 65.*&* 68.*cum ſeq.*

In nuptialibus preterea Capitulis ſoli Franciotto
conuincitur promiſſa donatio acceptanti pro ſe, ac pro
ſuis conſequenter hęredibus quibuſcunque, vt in termi
nis ſimilis promiſſionis editis contemplatione matrimo
nij, notat *Bertrand. conſ* 281. *per tot lib.*3. *q.* 1. cum alijs
15 recenſitis *in Vrbinaten pecuniaria* 24. *Ianuarij* 1661. *in §.*
dum enim cum ſeq.cor. Me. Adeoque ſubſequens mentio
nepotum, ac deſcendentium, cum hęreditaria debet qua-
litate perneceſſe aſſumi, dum editio Inſtrumenti ad nor-
mam Capitulorum regulariter præſumitur ſubſequuta,
vt aduertit *Alex Conſ.*122 *num* 2 *&* 3.*lib.*3 *& Conſ* 156.
16 *num.*8.*lib* 6 *Surd conſ.*202. *num.*8. *cum ſeq & dec* 71 *n* 4.
& 5 *Rot.dec.*250.*nu.*16. *cum ſeq par.*6 *rec.& in Roma-*
na Caſalis Veteris 4 *Iunij* 1655.*§.ſed in his minimè obſtan*
tibus, coram R. P. D. meo Albergato, itant interpretatio
quælibet poſſibilis debeat adhiberi, ne Inſtrumentum
Capitulis aduerſetur, *Dec. Conſ.* 195. *nu.*3 *Rot dec.*99.
17 *num.*34.*cor. Emmentiſſ D. meo Card. Otthobono.*

Hunc denique intellectum demonſtrat Cabiniani
Caſtri ſub donatione incluſi diſtractio, quam poſt edi-
tum Inſtrumentum Franciottus cum Henrici Patris ra-
tihabitione peregit, ſub aſſertione explicita, quod nul-
li illud fideicommiſſi, ſeu inſtitutionis oneri ſubiaceat;
Ex tali quippe aperitione animi præcedens voluntas fi-
18 deicommiſſi excluſiua deſumitur, vt ponderauit *Rota*
in Rom ſucceſſionis de Comitibus 26. *Iunij* 1647. *in §.ſum*
ptis accedit, cor. Reuerendiſſ Terracin. dum præſertim
Franciotti filij diſtractioni acquieuere prædictæ; Quini
mo cuiuſdã extinctione Cenſus Henrici fauore impoſiti
Franciottum dumtaxat Patrem enunciarunt eiuſdem
met Henrici donatarium, ex quo ſanè multiplici actuũ
concurſu nequit inficiari, quin obſeruatio oneris,
ſaltem excluſiua reſultet pro dubiæ declaratione vo-
luntatis plurimum deſeruiens, vt aduertit in ſpecie *Spad.*
*Conſ.*5.*nu.*38.*lib.*1.*Fuſar de ſubſtit.q.*593.*Rot dec* 401 *nu.* 19
13.*par.*9.*rec.& dec.*254.*num* 12 *&* 13 *cor. Emmentiſſ. D.*
meo Otthob.

Nec vrgent coniecturæ recenſitæ in deciſione prętе-
rita; ſiquidem bonorum Iuriſdictionalium qualitas fi-
deicommiſſi inſtitutionem tunc ſolum conſueuit ope-
rari, quoties ſuper illis vel in familia aſſeruari conſuetis
prohibitio fuit alienationis adhibita, vt notat *Ripa in l.* 20
*filiusfamilias §.diui nu.*4 *ff.de leg.*1.*Cort. Iun.conſ* 43.*num.*
10.*verſ.ſi ergo in propoſ Simon de Prat.de interpret.vlt.vol.*
*lib.*3.*reſol.* 10. *num.* 3 *fol mihi* 282. *Petr.de fideic. quæſt* 1.
nu 90. & in ſimili caſu hanc coniecturam idcirco reiecit
Rota in Auemon. fideic. 22. *Aprilis* 1652. *in §. & tamen*
coram Emmentiſſ. Celſo.

Quæ sanè prohibitio ex ſequenti non valet verbo-
rum contexto in eodẽmet Inſtrumento inſerto, videlicet,
has autẽ donationes fecerunt, & faciunt reſpectiuè dd D D.
Henricus, & Franciſcus eidem D Franciotto præſenti &c.
videlicet pro ſe. filijs nepotibus, pronepotibus, & deſcenden-
tibus ab eiſdem maſculis, & fœminis in perpetuum abſque
aliqua dictorum Caſtrorum, iurium & actionum, vt ſup. do-
natorum detractione; Siquidem poſteriora hæc verba de-
tractionis interdicta apertè demonſtrant donatores ius
omne à ſemetipſis voluiſſe abdicare, ad quos debent ea-
dem non autem ad Franciottum proindè referri, vt in
ſimili ferè caſu cenſuit *Rota cor. Put.dec.*20 *à princ. vſque*
*ad nu.*2.*lib.*3.*in correctis*. Dum maximè reſeruatio admi-
niſtrationis omnimodæ, ac vſusfructus immediatè ſub-
ſequitur vna cum facultate de quadam portione diſpo-
nendi ibi, *Saluis tamen, & reſeruatis omnimoda admini-*
ſtratione, regimine, ac vſufructu dd. Caſtrorum, & bo-
norum vt ſup donatorum, & facultate teſtandi &c. dictio
quippè, illa *ſaluis*, aduerſatiua præcedentibus prohibi-
tionem limitat, atque declarat *Signorol.conſ* 75.*nu.*8. *An-* 21
car.conſ 27 *num.*5 *Rot.cor Cocc dec.*463. *nu.*2. Adeoque
ſicuti reſeruatio vſusfructus ſoli poterat donatori con-
uenire, itàvt prohibitio antecedens verificationem in eo
perneceſſe aſſumit, vt aduertit *Alex in conſ.*99.*nu.*5 *&* 9. 22
lib 7. vbi quod dictio aduerſatiua præcedentem repetit
qualitatem ac in eiuſdem debet conſequenter terminis,
ac perſonis verificari, *Corn.conſ.*286 *nu* 5 *lib.*6 *Surd conſ.* 23
354.*nu* 3.*Gionagn conſ.*75 *nu.*13 *lib.*1. *Spad. conſ.*109. *nu.*
9. *lib.*1.

Altera pariter viſa fuit corruere coniectura, elicita ex
Inſtrumento ceſſionis gubernij, licet enim Henricus do-
nationem ibi Franciotto ac ſuis filijs maſculis conceſſam
enunciauerit Hæc tamen aſſertio, dum ad præcedens ſe
refert Inſtrumentum de filijs, debet hæredibus intelligi,
Iuxta eiuſdemmet Inſtrumenti tenorem, *Surd dec.*322. 24
*à nu.*56 *vſque ad nu* 81. *Larat.conſ.*9.*nu.*25. *Capyc Latr.*
*conſult.*79 *nu.*55.*&* 56. *Rota in Vrbinaten. Pecun.* 24. *Iunij*
1661. *in §.nec refert, & §. eadem præterita coram Me*; Præ-
ſertim quia Franciottus ceſſionem pro ſuiſmet hæredi-
bus, ac ſucceſſoribus immediatè recepit, quorum nomi-
ne compræhenſi cenſentur ſucceſſores extranei, *Alciat.* 25
*conſ.*20 *num.*3.*&* 6. *vol.* 3. *Rot. in d. Vrbinaten Pecuniar.*
coram Me.

Quinimò ſorores, quoties ius ſuum vellent ex tali de-
claratione, deſumere maſculorum dumtaxat filiorum
incluſiua, nullo modo ad bona donata valerent aſpira-
re, vel quia qualitate maſculina deſtruuntur, ſiue ex
quo eædem vti Franciotti nepotes ſub filiorum appel-
latione in caſu propoſito non includuntur, quo de pro-
rogatione fideicommiſſi peragitur in eiuſdemmet Fran-
ciotti præiudicium qui nedum filijs ſed nepotibus etiam
coactus foret bona reſtituere, ad *tex. in l. quod ſi nepotes* 6.
*de teſtam Menoch.conſ.*215.*nu.*22 *cum ſeqq. Card. Man-*
*tic de coniect vlt.vol.lib.*8.*tit* 8.*nu* 2. cum alijs plenè relatis
in *Bonon. fideicommiſſ.* 10. *Ianuarij* 1662. *in §. altera verò*
cum ſeq coram Me.

Et ità vtraque parte informante, &c.

Digitized by Google

Reuerendiſs. Ninot Epiſcopo Gerunden.

Romana Hæreditatis.

Luna 9. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Vltra ea, quæ latiùs apparent ex ſummario in hac deciſione firmatur, quod facultas diſponendi in vita de re donata, vel reuocandi donationem, non poteſt exerceri in vltima voluntate per teſtamentum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta in caſum non diſpoſitionis, facta diſpoſitione euaneſcit.*
2 *Maximè in donatione Officiorum.*
3 *Donatio inter viuos facta abſque vllo onere, non poteſt ex poſt onere grauari.*
4 *Seruitus & libertas ad inuicem contrariantur, & vbi eſt ſeruitus, non eſt libertas, & è contra.*
5 *Actus poſterior difformis inducit nouationem primi.*
6 *Et primum abrogat.*
7 *Facultas diſponendi reſeruata in donatione, poteſt exerceri ad fauorem eiuſdem perſonæ.*
8 *Donatio facta cum facultate reuocandi, non poteſt reuocari per actum vltimæ voluntatis, ſed inter viuos tantum.*
9 *Diſpoſitio propriè refertur ad vltimam voluntatem.*
10 *Limita quando ſequeretur contrarietas, & correctio.*
11 *Epiſtola probat contra ſcribentem, etiam ſcripta tertio.*
12 *Inuentarium hæreditarium probat non exiſtentiam aliorum bonorum in hæreditate.*
13 *Teſtis de facto proprio deponens valdè probat.*
14 *Teſtis plenè probat contra inducentem.*
15 *Confeſſio in parte vera, talis in totum præſumitur.*
16 *Res empta de pecunia hæreditaria, fit hæreditaria in ſubſidium.*

DECISIO CCIII.

CVm contra Patrem Iulianum Germanum fratrem, & hæredem putatiuum fel: me: Horatij Cardinalis Iuſtiniani, Florauantes Martinellus duo obtinuiſſet mãdata; alterum, dè immittendo ad bona hæreditaria dicti D. Cardinalis exiſtentia, & alterum executiuũ, quod pro reſtitutione eius. In quo ex detractione mobilium hæreditariorum effectus fuerat locupletior, vt in ſententijs, tam A. C. quam Rotalibus poſſe in vim vtriuſque ſuper Officio, de quo agitur, ſibi executionem concedi; tali ratione proponebat; quod aut Officium dicebatur emptum ære proprio P. Iuliani, & tunc, quamuis acquiſitio, nomine Marci Antonij nepotis, ſtipulata fuerit, eique facta donatio, quatenus pater non diſpoſuerit; Quia tamen de eo in ſupremo elogio diſpoſuiſſe conſtabat, reſoluta remanſerat omnis donatio, ac Officium ad eius patrimonium reuerſum, & conſequenter cadens ſub executione mandati executiui. Aut verò, potiùs videbatur emptum ex pecunia hæreditaria Cardinalis retracta ex alienatione dd. mobilium, & tunc data etiam donationis perſeuerantia; Quia Pater Iulianus deceſſerat non ſoluendo, intrabat in ſubſidium actio vtilis rei vindicationis ad illud, ac ſi eſſet hæreditarium, vigore cuius competebat immiſſio.

Super quibus hodiè, per me, propoſito dubio, ſciſſis quoad primum in diuerſas partes Dominorum votis, non apparuit reſolutio.

Non, quod videretur incertũ, an donatio officij collata in Marcum Antoniũ reſolubilis eſſet in caſum factæ diſpoſitionis; Quia, cum clarum in ventre contineret decretum, quod tunc demùm in plena eiuſdem Marci Antonij diſpoſitione remaneret Officium, quoties d. Pater, de eo non diſponebat in vita, certi iuris erat, quod facta
diſpoſitione, illa euaneſcebat, *l. ſi quis ita, ff. de cond. &* 1
demonſtr. l. prima, C. de inſtit. & ſubſtit. Rot. in rec. deciſ. 205. & deciſ. 304. vtrobique num. 2 p. 9. rec. & in Romana Dotis 15. Maij 1656. cor. Eminent. Cerro, § Cauſa enim, &
in terminis horum officiorum tradunt *Grattan. cap. 50.*
num. 18. & cap. 221. num. 2 & 12. Rot. apud Pacif. de Salu. 2
dec. 150. & in Romana ſcut. 50. m. 11. Maij 1640. cor. Dunozetto. § non obſtat, ac officium iure quodam conſolidationis ad hæreditatem donantis reuertebatur, *Grattan. d. cap 50. num. 19. Rot. coram Seraph. deciſ. 1303. nu. 11. & in rec. dec. 205. num. 4 par 9.*

Nec minùs, quòd reuocaretur in dubiũ, an Pater Iulianus in vltimo teſtamẽto de eo diſpoſuerat; Quia, cum eodem Marco Antonio hærede ſcripto arctam de non alienando d. Officium prohibitionem iniũxerit, niſi poſt expletam 25. annorum ætatem, pariter habita fuit pro indubitata eiuſdem Officij diſpoſitio, cum aliàs firma remanente priori donatione, quæ erat libera, & abſque vllo grauamine non potuiſſet ſubſtineri vinculum de non
alienando ſubſequenter appoſitum, ad notata per *DD.* 3
in l. vnum ex familia, §. ſed & ſi fundum, ff. de leg. ſecundo, Rot. deciſ. 105. num. 11. & deciſ. 204 num. 12. par. 9. rec. cum ſeruitus, & libertas inuicem non compatiantur, & per poſitionem vnius, altera per neceſſe remoueatur,
l. ſi inter, ff. de except. rei iudic. l. Mutius, ff. pro Soc. Surd. 4
conſ. 211. num. 16. & conſ. 487. num. 33. & conſ. 524. nu. 20. & ſeqq.

Non enim refert, ad hunc effectum, an diſpoſitio fiat ad fauorem eiuſdem, vel alterius perſonæ *Rot. in Romana Dotis 14. Maij 1656. coram Eminent. Cerro, §. neque applicatur*, ſed ſolummodò quoties vtraque diſpoſitio circa eamdem perſonam cadit, inſpiciendum venit, an adſit inter eas aliqua difformitas, ſiue diſcrepantia, qua data nonquam poteſt capi intellectus, quod voluerit diſponẽs per ſecundam primam confirmare, cum poſterior actus difformis, & contrarius prioris innouationem importet,
l. pacta nouiſſima Cod. de pact. Dec. conſ. 464. num. 5. Surd. 5
conſ. 524. num. 22. Menocch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 134. nu.
39. illamque abroget & non confirmet *l. cum proponas* 6
C. de codicill. Surd. conſ. 230. num. 14 & conſ. 487. num. 85. ſed potiùs, quod voluerit, ab antecedenti recedendo, vti facultate ſibi reſeruata, de re diſponendi, quodque vocatus non ex priori, ſed ex poſteriori diſpoſitione
caperet relictum, vt benè ad propoſitum dicit *Rot. dict.* 7
deciſ. 205. per tot. & ſignanter, *num. 10. & dec. 304. nu. 8. & in d. Romana Dotis 15. Maij 1656. coram Eminentiſs. Cerro, §. neque applicatur.*

Sed quia cum reſolutio donationis reſtricta eſſet ad caſum, in quem P. Iulianus in vita ſua diſpoſuiſſet, putarunt aliqui ex Dominis non potuiſſe illam, per actum vltimæ voluntatis reuocari, cum tunc reuocationis effectus poſt obitum reuocantis, & ſic in tempus inhabile, & prohibitum, conferatur *Bart.* communiter receptus
conſ. 76. nu. 4. & 5. lib. 1. Alex. in l. ſtipulatio hoc modo, n. 18. 8
ff. de verb. obligat. Crauett. conſ. 222. num. 2. Peregr. conſ. 45. numero 3. libro 4. & in tract. de fideicomm. artic. 40. num. 43. & 62. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 549. num. 10. Grat. cap. 539. num. 6. & ſeqq. Theſaur. d. deciſ. 209. Rot. coram Buratt. deciſ. 863. num. 6. & in his terminis *Mart. vot. Piſan. 40. num. 5.*

In nihilo releuante, quod immediatè antea reſeruans vſus fuerat verbo diſponendi, quod de ſua natura refer-
tur ad alienationem per vltimam voluntatem, *§. diſpo-* 9
nat auth. de nupt. Barboſ. dict. 89. Menocch. conſ. 210 num. 4 & 5. & conſ. 1006. num. 33. Peregr. conſ. 19. num. 48. lib. 4. Gabriel. conſ. 125. num. 17. lib. 1. Surd. deciſ. 279. nu. 7. Rot. dec. 588 num. 1. par. 4. rec.

Quia,

Digitized by Google

Quia, cum deinde ſubdiderit, quod non facta diſpoſi-
tione in vita, officium remaneret liberum Marco An
tonio, ne detur incontinenti contrarietas, & correctio,
debet generalitas præcedentis reſeruationis declarationẽ,
& modificationem recipere ab adiuncto verbo, & in vita
ſua, vt intelligatur tantum de diſpoſitione inter vi-
uos, ne comprahendat illam vltimæ voluntatis, vt omiſ-
10 ſis generalibus dixit in terminis *Gratian. cap. 539. num. 14*
& ſeqq.

Pleniori ſuffragio ex altero capite prodijt reſolutio;
Cum enim d. Officium ex pretio bonorum hæreditario-
rum d. Cardinalis emptum fuiſſe ſufficienter demon-
ſtraretur, tum ex inopia P. Iuliani, qui nihil aliud in eius
vita, quam prædictam hæreditatẽ poſſederat, vt ipſe ex-
preſsè faſſus fuerat in Epiſtola ad matrem d. Marci An-
tonij tranſmiſſa, quæ contra ſcribentes eiuſque ſucceſſo-
res plenè probat, quamuis tertio fuerit conſcripta, *Abb.*
in cap. 3. nu. 8. de fid. instrum. Rot. apud Put. dec. 12. per tot.
11 *& ſignant. n. 3. lib. 2. ac in rec. dec. 153. num. 9. p. 8 in Roma-*
na Pecuniaria 18. Iunij 1658. §. vltimo, coram Emin. Cel-
ſo, Romana Cambij 23. Maij 1661. §. penultimo, & in Ro-
mana Locationis 10. Iunij eiuſdem anni, §. præterea, coram
R. P. D. Veroſpio.

Et colligitur etiam euidenter ex inuentario bonorum
hæreditariorum eiuſdem Patris, poſt eius obitum paulò
poſt ſecutum, ab eodem Marco Antonio confecto, in
quo, præter hæreditatem d. Cardinalis nihil conſidera
bile reperitur deſcriptum, ex quo pariter defuncti ino-
piam, ac non exiſtentiam aliorum bonorum probari, fir-
12 mat *tex. in l. fin. §. licentia C. de iur. de lib. gloſſ. in l. cum de*
lege ff. de probat. & dixit *Rot. in rec. dec. 607. nu. 1. par. 1.*
coram Seraph. dec. 504. num. 6. coram Caualer. deciſ. 246.
num. 3. & 4. coram Duran. deciſ. 212 num. 2. & in Ameri-
na ſucceſſionis 15. Maij 1658. coram R. P. D. Beuilaqua,
§. minùs dici poteſt.

Tum fortiùs ex confeſſione iurata Staccioni admini-
ſtratoris d. Cardinalis, qui controuerſum Officium ad
eiuſdem hæreditatem pertinere depoſuerat, cuius dicto
plenam fidem præſtandam eſſe Domini cenſuerunt,
non ſolum quia teſtatur de facto proprio, *Mant. dec. 325*
13 *num. 4. Merl. dec. 867. num. 3. Rot. in Romana prætenſæ re-*
ſtitutionis Dotis 15. Ianuarij 1649 coram Peutingerio, § nec
refert, cum ſeqq. & fuit ad hunc effectum ab eodem Mar-
co Antonio inductus, & examinatus, *Honded. conſ. 84.*
14 *num. 50 51 lib 2. Gratian. cap 552. n. 9. Rot. dec. 195. num. 10*
p. 8. rec. & in Ciuitatis Plebis Cappellaniæ 23. Febr. præteri-
ti, coram Me, § eodem modo.

Sed etiam, quia eius confeſſio fuit plenè, & conclu-
denter in parte verificata, cum negari non poſſit, pecu-
nias in Sacro Monte Pietatis depoſitatas, ex quibus dictũ
Officium fuit emptum, ſaltem pro parte fuiſſe hæredita-
rias, ex quo elicitur præſumptio veritatis in totum, cum
confeſſio, quæ probatur in parte vera reputanda ſit pro
15. vera in totum, *Soccin. conſ. 81. num. 2 lib. 3. Surd. conſ. 397.*
num. 7. Ottobon deciſ. 67. num. 14.

Succedebat concluſio, quod exiſtente P. Iuliano non
ſoluendo, poterat Martinellus in ſubſidium actione vti-
lis rei vindicationis habere regreſſum ad Officium, ac
16 ſi eſſet hæreditarium, *Caſtren. in l. ſed ſi lege, §. primo, ff.*
de pet. hæred. Pariſ. conſil. 8. num. 19. lib. 1. Surd. conſil. 92.
num. 24 Coſt. de remed. ſubſid. 6. num. 1. cum ſeqq. Magon.
deciſ. Florent. 9. num. 3. Buratt. dec. 724. nu. 10. & deciſ. 874.
num. 2. Duran. deciſ. 63. num. 4.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Ottalora.

Parmen. Penſionis.

Lunæ 15. Febrarij 1666.

ARGVMENTVM.

Firmato, quod error Expeditoris non præiudicat in
falſa narratiua valoris, facta in ſupplicatione, con-
tra mandatum procuræ reſoluitur, quod regreſſus
ad beneficium reſeruatus, a reſignante, cum pen-
ſione, iuuat, & habet locum ad fauorem tranſla-
tarij penſionis reſeruatæ.

SVMMARIVM.

1 *Falſa narratiua valoris in reſeruatione penſionis an-*
nullat gratiam in totum.
2 *Limitatur quando falſa narratio non fuit doloſa.*
3 *Et quando verſimiliter Papa non denegaſſet.*
4 *Expeditor gratia non præiudicat principali, dum non*
poſuit in ſupplicatione omnia, contenta in mandato pro-
curæ.
5 *Voluntas Papæ concedentis gratiã probatur coniecturis.*
6 *Coniectura eſt quod ſi ſciuiſſet, non negaſſet.*
7 *Atteſtationes procuratæ lite pendente non probant.*
8 *Partita extracta ex libris publicis ſine citatione partis*
nihil probant.
9 *Reſignans beneficium, ſi ſibi reſeruet regreſſum in ca-*
ſum nullitatis penſionis, non poteſt à reſignatario mole-
ſtari in penſione, niſi reſtituto beneficio.
10 *Tranſlatario competunt omnes exceptiones transferen-*
tis, etiam quoad regreſſum.
11 *Regreſſus ad beneficium non poteſt dari illi, qui benefi-*
cium non poſſedit.
12 *Limita in tranſlatario penſionis.*
13 *Regreſſus reſpicit iura de præterito.*
14 *Ingreſſus iura de futuro.*
15 *Regreſſus quomodo intentetur.*

DECISIO CCIV.

DEciſio emanata, coram Me, ſub die 1 *Iunij 1665.* in
qua dictum fuit, penſionem deberi, duobus nitteba-
tur fundamentis; alterum, quod falſa expreſſio fructuũ
certorũ beneficij in ducatis 75. ſuper quibus dumtaxat
Papa penſionem reſeruauit, non fuit doloſa; alterum,
quod titulari agenti ad nullitatem penſionis, obſtat ex-
ceptio regreſſus ſpecialiter à reſignante reſeruatus, cum-
que hodie cauſam repropoſuiſſem, placuit Dominis ex
eiſdem rationibus in Deciſis perſiſtere.

Subſiſtit enim primum fundamentum, quia licet re-
gulariter in pura reſeruatione penſionis, falſa narratiua
valoris, per aſcenſum etiam in minimo, vitiet gratiam in
totum ratione indiuiduitatis, eamque reddat ſubreptitiã
ex defectu intentionis Pontificis, vt notarunt, *Garz. de*
benef. p. 1. c. 5. n. 427 Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 8. n. 45. Tond.
de penſ. c. 15 n. 3. & 6 & cap. 45. n. 21. & tenuit *Rota coram* 1
Creſcentio, dec 17. n. 2. de reſcript. Mant. dec. 173 n. 1. adden.
ad Buratt. dec. 369. n. 8. fallit tamen quotieſcumque nar-
ratiuæ falſitas non fuit doloſa & ex circumſtantijs colli- 2
gi poteſt Pontificem non ità de facili fuiſſe gratiam ne-
gaturum, expreſſo etiam vero valore, vt habetur *in cap.*
ſuper literis de reſcript. quem ſequitur, & extendit etiam 3
ad reſcripta gratioſa, *Innoc. in cap. poſtulaſti, n. 1 de reſcript.*
Compoſtell. in c. ſi proponente n. 2. eodem tit. ſup. allegat 89.
num. 6. cum alijs adductis *in deciſ. 536. nu. 2. p. 4. tom. 3. rec.*
In hac autem facti ſpecie nullus dolus conſiderari poteſt
ex parte ſupplicantium, quia tàm reſignans, in ſuo man-
dato procuræ ad reſignandum, quàm reſignatarius in
ſuo mandato procuræ ad conſentiendum penſioni ex-
preſſæ, voluerunt penſionem reſeruari indiſtinctè ſuper
omnibus fructibus beneficij, tam certis, quam incertis,
aſſerendo illos aſcẽdere ad ducatos annuos 75. & de præ-
dictis ſe bene informatos, etiam medio Iuramento affir-

mando, vt conſtat ex dd. mandatis procuræ datis in præ-
teritis *ſummarys, num.* 1. vnde licet in ſupplicatione facta
fuerit ſola mentio fructuum certorum exprimendo illos
aſcendere ad ducatos 75. & Papa ſuper his tantùm pen-
ſionem reſeruauerit, id fuit manifeſtus error expeditoris,
vt probatur ex eius atteſtatione alias data, qui nō potuit
reſignanti præiudicare, dum omnia contenta in mādatis
4 non expreſſit in ſupplicatione, vt dixit *Rot. dec.* 270. *n.* 4.
poſt 2. *vol. conſ. Farin. & dec.* 536 *n.* 15. *p* 4. *t.* 3. *rec.* voluntas
verò Pontificis, quæ etiam coniecturis probari poteſt,
5 *Men. de arbit. c.* 211 *n* 24. minus aduerſari viſa fuit, quam
plura alia beneficia conſortialia eiuſdem Eccleſiæ pēſio-
ne ſimili grauata reperiuntur, etiam facta expreſſione
fructuum certorum, & incertorū, vnde eadem facilitate
gratia pēſionis potuiſſet obtineri, ſi ad formam manda-
torum ſupplicatio fuiſſet concepta, vt teſtatus fuit idem
expeditor. & ad arguendam eius voluntatem ſufficit nō
6 ita de facili fuiſſe gratiam negaturū *Gabr. conſ* 200 *n.* 10.
lib. 1. *Rota in Rom. penſ.* 1. *Apr.* 1661. §. *final. cor. Eminent
Celſo*, & firmat *dec. ſ.* quæ reuidetur *in § non obſtat.*

Nec facit, quod computatis etiam incertis fructus non
aſcendant ad valorem narratum, quia atteſtationes be-
7 neficiatorum ad hunc effectum exhibitæ, tanquam pro-
curatæ lite pendente, & parte non citata non ſunt atten-
dendæ *l ſi quando, C. de Teſtib. Rot. dec.* 128. *n.* 1. *& dec.* 259
n. 2. *p.* 2. *rec.* maxime, quia referunt partitas librorū Eccle-
ſiæ, vbi aſſignantur introitus beneficiorum, quæ niſi ex-
trahentur mediante Cōpulſoria, & citatione partis nullā
8 fidem merentur, *cap. final. de fid. Inſtr. auth. ſi quis in ali-
quo C. de eod. Rot. dec.* 1. *de fid. Inſtr. in nou. Greg. dec.* 469. *n.* 4.

Verū admiſſo, quod penſio ratione malę expreſſionis
valoris non poſſet ſubſtineri prout contrariū deſumitur
ex ſupradictis, adhuc firmum remanet ſecūdū Deciſionis
fundamentum, nempè reſignatarium, retento beneficio
non eſſe audiendum, ſuper nullitate penſionis, quādo, vt
hic reſignās ſibi reſeruauit regreſſum, in forma ampliſ-
ſima, & cum clauſula non alias aliter, nec alio modo, in
euentum, in quem titularis deficiat in ſolutione pēſionis,
vel illum petat annullari, ſed teneri, vel penſionē ſolue-
9 re, vel beneficium dimittere, vt præter addoctos, *in deciſ.*
quæ reuidetur §. *vlterius*, tenuit *Rot. dec.* 265. *n.* 1. *& ſeq. q.* 8
& dec. 209 *n.* 4. *p.* 9. *rec.* quæ exceptio non ſolū fauet reſi-
gnanti ſed etiam translatario ex vi pręgnantiū verborū,
quibus translatio cōcepta fuit, ibi, *Cum eiſdemmet facul-
tatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, vincu
lis, decretis, indultis obligationibus, & promiſſionibus, & in
omnibus, & per omnia iuxta dictarū literarū Apoſtolica-
rum reſeruationis penſionū formā, & tenorē*, quæ in ſpecie
10 important translatonē regreſſus, vt probāt auctoritates
relatæ in d. dec. quæ reuidetur. §. neq; aduerſatur in fine

Non obſtat, quod regreſſus detur ratione antiquæ poſ-
ſeſſionis ideoq; non competat translatario, qui nunquam
beneficiū poſſedit, vt tenuit *Rot. dec.* 287. *n.* 17. *p.* 5 *rec. et in*
11 *Taurinen regreſſus* 5. *Dec.* 1644. *cor. Reuer. D. m. Decano*,
quę eſt *dec.* 249 *poſt Zacch. de oblig. cam. quia d.* deciſiones
loquūtur de penſione reſeruata beneficio iā pleno, quod
cum à pēſionario nonquam fuit poſſeſſum; optime fir-
matum fuit, eidem non competere regreſſum; At in prę-
ſenti pēſio reſeruata fuit ex cauſa reſignationis ad fauo-
rem illius, qui antea beneficiū poſſidebat, vndè ſicut reſi-
gnans, ratione ſuę poſſeſſionis, poterat regreſsū intētare,
ita ſuffragari debet translatario etiā, ad effectū regreſſus,
12 in ipsū translati. vt diſtinguēdo declarat *Rot. in d. Tauri-
nen regreſſus §. non obſtat*; Præterea compertū fuit, quòd
reſignans, non ſolū ſibi reſeruauit regreſſos, ſed etiam in-
greſſum, ibi, *Liceat Mario ad dictū beneficiū liberos habere
regreſſum, & ingreſſum*, ac proinde quatenus Trāslatarius
eo quia non poſſedit, iuuari nō poſſit regreſſu, qui reſpi-
13 cit Ius de pręterito, poteſt tamē petere ingreſsū qui reſpi-
cit Iura de futuro, vt tradunt *Mareſcot. var reſolut. lib.* 1.
14 *c.* 71. *n* 6 *& ſeq. Tondut. de penſ c.* 45. *ſub n* 39. *prope fin.* &
tenuit *Rota dec.* 45. *n.* 10. *p.* 1. *diuerſ. Veral. dec.* 313. *n.* 1. *&* 3
p. 2. *& in Baracharen. Theſauraria* 22. *Iuny* 1629. *cor. b. m.
Pirouano, impr. apud Amyd. de ſtylo Datar lib.* 1. *c.* 26. *n.* 57.

Denique non refert, quod actio ad regreſſum ſit ordi-
naria, ideoq; diuerſo, & particulari iudicio venit diſcutiē-
da. nam translatarius non petit principaliter regreſsum,
ſed penſionē, & eatenus illam deducit, quatenus impedit
actionem ſuper nullitate, intētatam à titulari ad effectū,
vt penſionem ſoluat, vel beneficiū dimittat, qui eſt effe-
ctus regreſſus. vt explicat *Lotther. de re benef. lib.* 1. *q* 41. 15
num 38. *Rot. dec.* 286. *num.* 1. *&* 2. *par.* 2. *recens.*

Et ita vtraque &c.

Eminentiſs. D. Card. Cerro.

Romana Prætenſi Fideicommiſſi de Breynis.

7. Febrary 1661.

ARGVMENTVM.

Textualiter in hac deciſione firmatur, quod diſpoſi-
tio concepta his verbis, *la mia heredità vada à gl'
infraſcritti miei parenti*, euaneſcit, caſu quo inferius
in diſpoſitione nulli nominentur.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non datur ſine læſione.*
2 *Hæres cui non datur ſubſtitutus, poteſt ad fauorem cu-
iuſuis diſponere.*
3 *Teſtator ſi dicat* infraſcriptos, &c. *quos poſteà non nomi-
nat, nihil diſponit.*
4 *Teſtamētū eſt imperfectū, nō nominata perſona hæredis.*
5 *Teſtator volens deſcribere conditionem, ſi non deſcri-
bat, conditio nihil operatur.*
6 *Limitatur, quando aliundè conſtat de voluntate teſta-
toris perfecta.*
7 *Simplex pollicitatio non obligat.*
8 *Subſtitutio, quam teſtator cogitauit, ſed non fecit, non
attenditur.*
9 *Verbum infraſcripti, non poteſt impropriari, nec intelli-
gi de ſupraſcriptis.*
10 *Dictio* infrà *&* ſuprà. *ſunt de directo contraria.*
11 *Dictio*, infrà, *non extenditur ad non nominatos.*
12 *Explicantur Bart. & Iaſ.*

DECISIO CCV.

TRes ſententias cōformes, extra Rotā, obtinuit Io: Ba-
ptiſta Corradus, eū abſoluētes ab impetitis, per Gu-
lielmum, & litis conſortes de Breynis, eidemq; concedētes
immiſſionem, in omnibus, & ſingulis bonis hæreditarijs
q. Roberti Breyni, & reſpectiuè q. Simonis Petri ſed colli-
tigantes, adhuc, non acquieſcentes obtinuerunt mihi cō-
mitti cauſā reſtitutionis in integrū, cū clauſula, ſine prę-
iudicio executionis trium conformium. Ideò ad formam
Commiſſionis propoſui dubiū; an conſtet de cauſis reſti-
tutionis in integrū, & Domini, negatiuè, reſpōderūt, quia
cum ſententiæ validę ſint, & iuſtę, ceſſat læſio, ſine qua
nunquam competit reſtitutio in integrum, *Abb in c. ex* 1
literis 4. *n.* 5. *de reſt. in integr. Rot. dec.* 1. *eod. tit. in nar.*

Validitas non controuertitur, & iuſtitia liquet, quia
Robertus teſtator ſibi ſcripſit hęredem vniuerſalē Simo-
nē, Petrū, & eidem nullū dedit ſubſtitutum, ideò potuit
iſte, de integra illius hæreditate liberè diſponere, prout
fecit ad fauorē Corradis ad *tex. in vnic. § ſin autē ſub cōdit.* 2
*C. de cad. toll. & in l. pater filiū, § quaſitū, & §. Iulius Agrip-
pa, ff de leg.* 3. *& l. Mutiana in fine, ff de cond. & demonſt.*

Nō obſtat, quod poſt inſtitutionē adiecerit hæc pręciſa
verba, *E caſo, che d. mio herede moriſſe senza figli, voglio
che ricaſchi d. hæredità à gl' infraſcritti miei parenti.*

Quia, cū inferiùs nullos deſcripſerit cōſanguineos, inſti-
tutio remāſit pura, fauore Simonis Petri, hæredis ſcripti,
perinde, ac ſi verba non fuiſſent adiecta, vt probat *tex in
l. qui plures, ff. de vſu & vſuf. leg.* ibi, *reſpondi ſi patronus,
qui ſe deſignaturus perſonas libertorum pollicitus eſt, nul-* 3
*lum poſtea deſignauit. legatum habitationis perfectum eſ-
ſe non videri, non exiſtente, cui datum intelligi poſſit*, &
meliùs *in l. Paulus*, 5. *de rebus dub.* ibi, *cum nomen
fideicommiſſary teſtamēto adſcriptum non ſit nulli perſona,*

neque

neque certa, neque incerta, datum fideicommiſſum videri indubitatum eſt, & ſequuntur *Ruin. conſ. 177. num. 3 & 9 verſ. verũ quia lib. 2. Pariſ. conſ. 82. nu. 14 lib. 2. Gabriel. conſ 132. q. 10. n. 74. lib. 1. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 4. num. 1. cum ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. q. 466. n. 2. 3.*

Huiuſmodi enim teſtandi modus, ibi, *ricaſchi d. heredità à gl'infraſcritti miei parenti*, idem importat, ac ſi teſtator dixiſſet, ad conſanguineos, quos poſteà ſcripſero indeliberatam, & imperfectam oſtendit fideicommittẽdi voluntatem, quæ proindè, ob non ſubſecutam deſcriptionem, & nominationem perſonarum ſubſtitutarum, omninò mutata cenſetur, & conſultò omiſſum fideicõmiſſi grauamen, remanẽte inſtitutione pura, & libera vt
4 literaliter probat bonus *tex. in l. ſi teſtamentum 8. Cod. de inſtit. & ſubſt.* ibi, *ſi teſtamentum ità ſcriptum inueniatur ille hæres eſto ſecundum conditiones infraſcriptas, ſiquidem nihil eſt adiectum, neque aliqua conditio in teſtamento poſita eſt, ſuperuacuam eſſe conditionem pollicitationem ſancimus, & teſtamẽtum puram habere inſtitutionem, Aym. conſ. 147. nu. 6.* dicens voluntatem contra inſtitutionem eſſe perfectam, ſed imperfectionem concurrere contra conditiones quas teſtator dixit infra deſcribere, & non deſcripſit,
5 *Menoch. conſ. 224. num. 20. verſ. & ratio eſt:* dicens, quod ſi ſuperuixit & non adſcripſit illam ſubſtitutionem quam adſcribere deſtinauerat, videtur illius deſtinationis pænituiſſe, *Rot. apud Cenc. de Cenſ. deciſ. 15. num. 5. & ſeqq.* vbi teſtator reliquerat legatum pro dote cuiuſdam Cappellaniæ, ſoluendo Cappellanis nominandis ab ipſo, ſed quia poſteà eos non nominauit, *Rot.* reſpondit legatum deberi Cappellæ, quia eius reſpectu diſpoſitio erat certa, & perfecta, perinde ac ſi nullam mentionem feciſſet de nominatione, per eum facienda, reſpectu verò Cappellanorum cenſendum eſt teſtatorem pænituiſſe, ſibi reſeruaſſe talem facultatem.

Et hinc non applicantur textus *in l. qui filium, ff. ad Trebell. & l. peto in princ. ff. de leg. 2.* relati per *Menoch.*
6 *conſ. 434. n. 5. ad 9. & per Pereg. conſ. 45 à princip. vſque ad num. 5. lib. 5. & de fideic. art. 5. nu. 12.* cum concordantibus allegatis ab informantibus pro Breynis. Procedunt enim, quando voluntas teſtatoris perficiendi fideicommiſſum perfecta eſt certa, & indubitata, vt quia prohibuit hæredi inſtituto, diſponere de eius bonis & ſimilia, ſed ſolum remanet incertum, ad cuius fauorem conſtituerit fideicommiſſum; tunc enim benè credẽdum eſt, id facere voluiſſe fauore venientium ab inteſtato. At quando, prout hic, voluntas fideicommittendi ſtetit in ſimplicibus terminis pollicitationis, nec fuit in eſſe deducta, tunc non ſolum eſt incertum ad cuius fauorem diſponere voluerit, ſed indeliberata, & imperfecta eſt voluntas ipſa diſponẽdi, ac fideicommittendi, ac per conſequens, ſi ad actum non fuerit redacta, mutata cenſetur, & non attenditur, vt punctualiter probant textus, & auctoritates ſupra allegatæ, quibus accedit, quod qui pollicitus fuit, nihil fecit, & ſimplex pollicitatio non obligat, *l. prima, § non*
7 *ſemper, ff. de pollicit.* & quando teſtator cogitauit ſubſtitutionem facere, ſed eam non fecit, non attenditur eius
8 voluntas, *l. quidam cum filius ff. de hæred. inſtit. Surd. conſ. 28. num 19. Rot. apud Pacif. de Salu. deciſ. 150. nu. 11. & in rec. deciſ 12. num. 18. 19. par. 8.*

Certius quia teſtator teſtamentum perfecit, nouas addidit diſpoſitiones, in qualibet ſe ſubſcripſit, illud Notario tradidit, & per annum, & vltra ſuperuixit, nec vnquã fecit verbum de conſanguineis inſtituendis; Signum euidens, quod contra ſubſtitutionem, voluntatem ſuam mutauit, noluitque hæredem fideicommiſſo grauare, vt benè conſiderat *Menocch. conſ. 224. n. 20. cum ſeqq.*

Non obſtat, quod conſanguineos deſcripſerit in ſuperiori parte teſtamenti, quibus plura legata reliquit; Quia non inde verbum, *infraſcriptos* impropriari poteſt, vt
9 ſignificet, *ſupraſcriptos*, nam Supra, & Infra ſunt de directo contraria, & tamquam repugnantia ſe inuicem ex
10 cludunt, *Bart. l. talis ſcriptura 30. §. hanc autem de leg. 1.* de iure enim, dictio *infra* non eſt apta comprehendere alias perſonas, quam expreſsè inferiùs deſcriptas, quæ oculis corporeis legi poſſint, *Pariſ. conſ. 92. num. 24 lib. 1.* 11
Menocch. conſil. 347. num. 7. Rot. dec. 369. num. 15. & deciſ. 438 num. 18. par. 4 tom. 2. recent.

Bartol. autem in l. qui liberis, §. hæc verba in vlt. quæſt. ff. de vulg. & pupill. ac Iaſ. conſ. 15 n. 4. verſ. tertio principaliter lib. 1. nec contradicunt ſed potiùs comprobant hanc ſen- 12
tentiam, quia non dicunt dictionem, *infraſcritti*, intelligendam eſſe de *ſupraſcriptis*. ſed quod verificabatur in pauperibus eligendis, cum demum poſtea ſcripti fuerint in teſtamento.

Et ita vtraque &c.

Eminentiſs. D. Card. Carpineo.

Peruſina Erectionis Canonicatus.

1665.

ARGVMENTVM.

Facultas declarandi voluntatem defuncti ſecretò data alicui; quando poſſit exerceri ab eo, cui fuit data, ſolum in vltima voluntate; Declaratio ſemel facta, quo caſu poſſit variari, & quomodo ſit facienda declaratio, & quid contra voluntatem dantis facultatem.

SVMMARIVM.

1 *Appellans non redeundo pro Apoſtolis, neque committendo cauſam cenſetur appellationi renunciare.*
2 *Appellans, ſi intra annum non citat, nec acta transportat renunciat appellationi.*
3 *Læſio vbi non eſt, non poteſt prætendi reſtitutio in integrum.*
4 *Petitorium poteſt diſcuti, non obſtante exceptione partis, quod terminetur poſſeſſorium, quando poſſeſſorium non negatur à poſſeſſore.*
5 *Voluntas teſtatoris talis præſumitur, qualis legitur in teſtamento.*
6 *Hæres præſumitur ſcire voluntatem defuncti.*
7 *Proximus morti non præſumitur mentiri.*
8 *Voluntas diſponentis probatur ex verbis antea prolatis.*
9 *Hæres non poteſt ire contra voluntatem teſtatoris, in ſubſtantia, quamuis habeat facultatem declarandi.*
10 *Hæres tenetur ad vnguem ſeruare voluntatẽ defuncti.*
11 *Habens liberam facultatem faciendi quicquid placuerit circa diſpoſitionem defuncti, non poteſt mutare ſubſtantiam diſpoſitionis.*
12 *Verbum,* diſponere, *magis conuenit vltimæ voluntati, quam contractui.*
13 *Habens facultatem teſtandi, non poteſt diſponere inter viuos.*
14 *Vbi eſt mentio mortis, diſpoſitio intelligitur per vltimam voluntatem.*
15 *Hæreditas non datur, niſi poſt mortem.*
16 *Habẽs facultatẽ declarandi, debet iurare, dũ declarat.*
17 *Qui habet ius declarandi, eſt tamquam teſtis.*
18 *Iuramentum promiſſorium eſt de futuro, aſſertorium de præterito.*
19 *Iuramentum implicitum dicitur verbale, non reale.*
20 *Iuramentum requiritur, etiam ſi declaratio ſit commiſſa conſcientiæ alicuius.*
21 *Declaratio facta ad ſuggeſtionem alicuius non valet.*
22 *Habens facultatem declarãdi, ſi duas faciat declarationes, ea attenditur, quæ magis accedit voluntati defuncti.*
23 *Sicuti, ſi duo habent facultatem declarandi, & diuerſimodè declarent.*
24 *Idem eſt non declarare, ac nulliter declarare.*
25 *Facultas mutandi, & eligendi data hæredi præſumitur data, vt illi, ad quorum fauorem fieri debet nominatio, ſint grati & amore proſequantur hæredem.*
26 *Habens facultatem declarandi, rem ſecretò commiſſam, tenetur accedere voluntati defuncti.*

DECISIO CCVI.

IOrdanus de Peruſia, in recognitionem laborum, &
longi ſeruitij, per annos 50. à Virginia Rondanina
ſibi præſtiti, illam inſtituit hæredem vniuerſalem, ſub
conditione, quòd de ſua hæreditate diſponeret, modo,&
forma illi oretenus commiſſa, & caſu, quo ab inteſtato
moreretur, ſubſtituit Cappellam SS. Annuli, in Cathe-
drali Peruſiæ, pro erectione Canonicatus, de iure patro-
natus duorum in gradu eius proximiorum, & cum ol-
terſis oneribus per Canonicum. explendis,onerans vlte-
riùs conſcientiam eiuſdem Virginiæ, exequendi ſuã vo-
luntatem, illamque ante illius obitum declarandi.

Sequuta morte teſtatoris, volens Virginia volunta-
tem ſibi oretenus expreſſam exequi,& in exonerationem
Conſcientiæ, declarare, donauit, Cappellæ SS. Annuli,
omnia,& ſingula dictæ hæreditatis bona, & in Cappel-
lanum, pro prima vice, elegit Ludouicum Bennium, ius
electionis in futuris vacationibus reſeruando fauore eiuſ-
dem ſocietatis.

Sed obtenta, poſtmodum abſolutione à iuramento,
adiuit Iudicem Communis Peruſiæ, & aſſerens,cum iu-
ramento, ſe feciſſe,ſuaſionibus, & falſis ſuggeſtionibus d.
Bennij ſeductam, ad faciendam præfatam donationem,
tempore, quo memor non erat contentorum, in teſta-
mento Guidi,cuius tenore perſpecto,poſteà,& meliùs cõ-
ſiderato,imò illi per notarium lecto, & per Iudicem de-
clarato, ad exonerationem propriæ Conſcientiæ, & pro
executione voluntatis d. Guidi, ſimili iuramento, dixit,
& declarauit,mentem eiuſdem circa erectionem Iuriſpa-
tronatus ad deputationem Canonici, fuiſſe in eius teſta-
mento præciſe expreſſam, cui nihil addere, vel diminue-
re intendebat,quodque omne & totum id, quod in præ-
fata donatione contra,vel præter teſtamentum, & in ea
diſpoſita continebatur, erat id omne contra volunta-
tem, & mentem d. Guidi,& per tales ſuggeſtiones extor-
tam reuocauit, addendo, pro maiori interpretatione d.
voluntatis, quod proximiores Guidi ſunt dd. Io: Bapti-
ſta,& Iulius Cæſar de Columbis,d Ludouicus Ferrettus,
& d Eliſabetha de Alenijs.

In hac autem ſecunda declaratione perſeuerans,vſq;
ad extremum vitæ,illam in codicillis, nouem poſt annos
exaratis pariter, pro exoneratione Conſcientiæ, reitera-
uit,teſtificans, denuò, talem eſſe voluntatem Guidi, ſibi
Commiſſam, & enixe exorans quoſcumque Iudices, ad
illam executioni demandandam, poſt illius mortem.

Verum ſuper hac diuerſitate declarationum,introdu-
cta cauſa coram Vicario Ciuitatis Peruſiæ,emanauit ſen-
tentia, ad fauorem d.Societatis SS. Annuli. & d.Bennij,
in prima donatione nominati, qua poſtmodum in gra-
du appellationis,à R. P D.Ghino Iudice ab A.C.deputa-
to,reuocata, cum hæc vltima ſententia, ob non proſe-
quutam appellationem, tranſitum fecerit in iudicatum,
fuit in hoc ſacro Auditorio, coram Eminentiſs. Celſo,
per binas vices,propoſitum dubium; An conſtaret,de re
iudicata, ſeù potiùs de cauſis reſtitutionis in integrũ,quo
adhuc non reſoluto,hodiè tamen coram Me, in illius lo-
cum ſuffecto, Domini,quoad primam illius partem, affir-
matiuè, negatiuè, vero, quoad ſecundam reſponderũt.

Ratio primæ reſolutionis fuit, quia à ſententia lata
ſub *die 9. Octobris* 1660. licet interpoſita fuerit appella-
tio; ſub die 16. eiuſdem, cui appellationi dederit Iudex
terminũ Iuris, adhuc appellantes,non redeũdo infra 30.
dies,pro Apoſtolis, neque cauſam committendo cenſen-
tur appellationi renunciaſſe, ita, vt ſententia tranſierit
in iudicatum, iuxta claram diſpoſitionem *textus in cap.*
1 *ab eo de appell. in 6. & in Clement quamuis eodem titulo,*
Scacc. de appell. lib. 2. quæſt. 3 nu. 24. & fuit ſæpiſſimè di-
ctum in deciſionibus cumulatis per *adden. ad Gregor.*
deciſ. 533 & Buratt dec. 556. vtrobique num. 1.

Ineuitabilis quoque, ex alio capite, viſa fuit deſertio d.
ſententiæ, ob lapſum primi, & ſecundi fatalis, dum ap-
pellantes,nec citarunt infrà annum, vt opus erat, ſed tri-
duò tantùm ante lapſum Bennij, intra quæ, nec acta
tranſportarunt, ad tradita *in deciſ. 156. nu. 1. p. 2. recent. &* 2
in Romana Reſciſſionis Concordiæ 26. Feb 1654. §. 1. coram
Bichio, & in Toletana Decimarum de Cappella 24. Maij
1660. §. quin imò cor. R P. D. Beuilaqua.

Alterius verò partis dubij reſolutio, nitebatur validi-
tati, non minùs, quàm Iuſtitiæ d. ſententiæ ex quibus
viſa fuit excludi quælibet læſio, omninò ad reſtitutio-
nem neceſſaria, *Rot cor. Merlin. deciſ. 1 num. 1. & 2. deciſ.* 3
601. num. 1. par. 6. rec.

Non potuit enim validitas aliunde impugnari, quam
ex quo lata fuerit ſententia, in petitorio, non obſtante
illius ſuſpenſione, pluries ex parte Societatis repetita; Sed
reſponſum fuit, oppoſitionem poſſeſſorij, non impedire,
quin potuerit procedi in petitorio, intentato ab illis, qui
non contendunt ſe poſſidere, iuxta doctrinam *Bart. in l.* 4
naturaliter, §. nihil commune, num. 26. ff. de acquir. poſſ.
quem omnes ferè ſequuntur, vt teſtatur *Menoc. de retin.*
poſſ remed. 3. num. 534. & fuit dictum *in deciſ. 97. num. 3.*
par. 2. diuerſ. & in Sypontina Penſionis 8. Iunij 1648. §. pe-
nultimo, verſ. ſuſpenſio, coram Peutingerio.

Iuſtitia vero eiuſdem ſententiæ mandantis erectionem
Canonicatus, cum reſeruatione Iuriſpatronatus fauore
proximiorum, exinde reſultat, quod hoc idem voluit,
ad vnguem ipſe teſtator, quando poſt obitum Virginiæ,
dictam Cappellam SS Annuli, cum hoc præciſo onere,
ſubſtituit,talis enim ſemper præſumitur mens teſtatoris,
qualis in teſtamento legitur expreſſa, *ad tex. in l. facto, ff.* 5
de hæred. inſt. & l. cum quæſtio C. de leg. Rip in l. hæredes mei,
§. cum ita n. 31. ff. ad Trebbell. Rot. dec. 324. n. 8. p. 4. t. 2. rec.

Cuius voluntatis validum etiam præbet teſtimonium
iurata declaratio,facta à Virginia hærede; Tum quia,de
iure nemo præſumitur magis notam habere defuncti
voluntatem,quam ipſius hæres. *l. ſi quis, §. 1. ff. de leg. 1.* 6
n. 26. Tũ maximè, quia in propoſito caſu,vt ipſemet te-
ſtator aſſeruit, voluntas illius fuit hæredi propalata, &
oretenus commiſſa.

Quæ declaratio eò magis debet attẽdi,quo pro exone-
ratione ſuæ conſcientiæ fuit, in articulo mortis, ab eadẽ
Virginia firmata; Non enim præſumi poteſt, quod illa
tempore, quo vertebatur irreparabile diſpendiũ æternæ
ſalutis voluerit mentiri, vt aduertit *Pariſ. conſ. 15. nu. 67.* 7
lib. 1. Surd. conſ. 10. n. 56. Gronagn. conſ. 64. n. 32. & Rot. deciſ.
314. n. 4. par. 6. rec & deciſ. 9 num. 6. par. 8. rec.

De hac denique teſtatoris voluntate, tanquàm illis ab
eodem viuente communicata, deponunt tres teſtes for-
maliter examinati,quibus accedunt alij hoc idẽ affirman-
tes, audiuiſſe ab eadem Virginia, ex quibus intentio te-
ſtatoris optimè comprobatur, ad tradita per *Fulgoſ. conſ.* 8
47. in fine, & Rot cor. Canal deciſ. 381. num. 4.

Hinc patet, ex pluribus ſuſtineri non poſſe primum
donationis inſtrumentum factum à Virginia, ad fauo-
rem Societatis SS. Annuli, in quo poſt erectionem Cap-
pellaniæ nominauit Ludouicum,in Cappellanum, cum
reſeruatione nominationis pro ſucceſſiuis vacationibus
fauore ſocietatis.

Primo quia ex cõbinatione illius, cũ teſtamento con-
uincitur in multis, alienum eſſe, & prorſus diſcrepans ab
intentione teſtatoris,qui voluit quidem Cappellã Annu-
li ſubſtituere, ſed pro Canonicatu erigendo, non autem,
vt in ea erigeretur Cappellania,idquè non ſemel,ſed plu-
ries apertiſſimè expreſſit, ibi, *Con peſo all' Infraſcritto*
Canonico pro tempore, & paulò poſt, *la cura di tutto ciò ſa-*
rà d vn Canonico da nominarſi, o preſentarſi da due delli
più proſſimi in grado & à tale effetto laſcia che ſi erigga, o
faccia vn Canonicato, la nominatione, o preſentatione del 9
quale ſpetti, e debba farſi come ſopra. Et deniq; apertiùs in
fine. *E morẽdo ab inteſtato, ſucceda la Cappella per il d. Ca-*
nonico; Ex qua replicata expreſſione, non poteſt magis
enixa deſumi voluntas teſtatoris,quam hæres, variando,
euertere, nec valuit in ſubſtãtia alterare, iuxta notata in
proximis *in Firmana Primogenituræ 15. May 1662. §. nec*
ſub-

Digitized by Google

ſubſiſtit, *cor. R. P. D. Veroſpio*; Quinimò hæres, ad vn-
10 guem tenetur voluntatem defuncti ſequi, *ad tex.* litera-
lem *l cum ſeruum. ff. de condit. & demonſt* Et licet illi etiã
data ſit libera, & abſoluta facultas faciendi quicquid ei
benè viſum, & placitum fuit, prædictaque diſpoſitio
ordinata fuerit, in caſu eius mortis ab inteſtato, adhuc,
tamen, quia exinde apparebat de enixa teſtatoris volun-
tate, & intentione, forma ab eo tradita ſeruanda erat
etiam in caſu teſtati, vt declarando *Molin. lib. 1. cap. 5.*
11 *num. 4.* pluribus comprobat *Caſtill controu. Iur. lib 2. cap.*
26. num 56. & fuit tentum *in Romana Hæreditatis 16.*
Ianuarij præteriti. §. non obſtat, coram Reuerendiſs. Decano.
Secundo quia mandando teſtator, quod Virginia hę-
res diſponeret in quantitate, modo, & forma, vt illi
oretenùs propalauerat, videtur noluiſſe, quod hoc fa-
ceret, per modum donationis, & inter viuos, verbum,
enim, *diſponere*, potius conuenit vltimæ voluntati,
12 quam contractui inter viuos. *§. diſponat, auth. de nuptijs,*
§. vltimo, inſtit. quibus cauſ. manum non lic. Iaſ. conſ. 130.
num. 19. lib 4 Gabriel. conſ. 25. num. 17 & 132. nu. 4. lib. 1.
Rot. dec. 588. num. 1. in fine, par. 4 rec.
Ideò, nec donatio, nec Cappellani nominatio irreuo-
cabiliter facta inter viuos ſubſtinetur, *Cald. de iur. Em-*
13 *phyt. lib 3. cap. 3. num. 14. & dec. 263. num. 3. & dec. 323.*
num 2. par. 1. & dec. 326. num. 21 par. 4. tom. 2. rec.
Nec repugnant verba in fine appoſita, *Granandola in*
conſcienza à eſequire, e fare dechiaratione auanti la ſua
morte; Quia, non important facultatem diſponendi inter
viuos, ſed potius ob expreſſam mentionem mortis, ma-
gis oſtendunt diſpoſitionem eſſe faciendam per viam
14 vltimæ voluntatis, vt obſeruat idem *Cald. d. cap. 3. n. 21.*
verſ. quoniam.
Quæ certiora redduntur, tam ex alijs verbis, quæ
ſtatim ſubſequuntur, *E morendo ab inteſtato*; Quam ex
eo, quod hæreditas non niſi poſt mortem Virginiæ erat
reſtituenda, pro effectu declarationis collato ad tempus
15 mortis, *Mantic de coniect. lib. 8. tit. 5. num. 20. Rot. dec. 323.*
num. 2. & 3. par. 1. rec.
Tertio nulla fuit, & inualida prima declaratio, quia
Virginia, in eius actu, explicitè non iurauit talem fuiſſe
16 voluntatem teſtatoris, iuxta *tex. in l. Theopompus, ff.*
de Dot. præleg. Quotieſcumque enim teſtator dicit ſtan-
dum eſſe dicto alicuius, de eo, quod ipſi teſtator illi di-
xerat, tum quia dictum illius eſt quodammodo teſtimo-
nium voluntatis defuncti, magis, quam iudicium depo-
nentis, debet deponere per iuramentum, vti teſtis, iux-
ta diſtinctionem, his formalibus verbis traditam à *Bart.*
17 *in d. l. Theopompus num 7* quem ſequuti fuerunt *Iaſ. in l.*
admonendi num. 8. & 11. verſ pondera etiam. ff. de iureiur.
Caſtren. conſ. 57. nu. 2. verſ. tertio quia, lib. 2. Alex conſ. 54.
num. 2. lib 4 Rota noſtra ita diſtinguens in *deciſ. Martin.*
Andreæ 73. num. 3 & 4. & in Romana Bonorum 4. Maij
1646. *§. illud tamen coram Arguelles*, & in puncto ſimi-
lis declarationis commiſſæ hæredi, *in Romana legati 24.*
Martij 1634. §. in ſecunda vero, cor. Cardinali Veroſpio.
Cuius aſſertorij iuramenti defectus non ſuppletur,
vel per aliud expreſſum promiſſorium, vel ex duplici
iuramento implicitè contento, in obligatione Camerali,
quia nulla, ex his, contineat aſſertionem voluntatis de-
functi, per d. tex. & auctoritates ſuperius adductas requi-
ſitas; Iuramentum, enim, expreſſum eſt de futuro, illud
vero aſſertorium de præterito vt benè diſtinxit *Rot. dec.*
18 162. *num 20. poſt Zacch. de oblig. Cam.* & implicitum eſt
tantum verbale, non corporale tactis ſcripturis, vt dici-
19 tur *in eadem deciſ. num. 22. & 23.*
Idque etiam procedit, licet declaratio fuerit conſcien-
tiæ Virginiæ Commiſſa, vt obſeruat *Add. ad Bart. in d.*
20 *l. Theopompus num 7. littera G. Caſtren. in l. de pupillo,*
§ qui opus num. 2. ff. de non oper nunciat. & in d. dec. Mar-
tin. Andr. 73 & in d. Romana Legati coram Veroſpio verſ.
etiam.
Quartò demum, quia præfata prima donatio, ex
teſtibus apparet procurata, & diuerſis ſuaſionibus, &
ſuggeſtionibus Bennij extorta, vt ipſa Virginia faſſa eſt,
non ſolum in ſecunda declaratione, & in Codicillis, ſed
etiam diuerſis perſonis, quæ de conquæſtionibus eiuſdem
deponunt, & proinde eo minus valet. quò magis ex hoc
redditur inſubſiſtens ad tradita per *Molin. de primog. lib.* 21
2. cap. 5. num. 16. & ſeqq
Et quatenus, ex teſtibus pro ſocietate inductis, aliqui
ex Dominis potuerint ſuſpicari, quod etiam ſecunda
Virginię declaratio proceſſerit, ex importunis reclama-
tionibus conſanguineorum, tamen, omnis ſuſpicionis
macula ſublata fuit ex veriſimilitudine, & conformi vo-
luntate teſtatoris, elicita ex adminiculis ſuperius recen-
ſitis, & ex quantitate redditυum magis correſpondente
Canonicatui, quam Cappellanię, nec non ex ſolita te-
ſtatorum propenſione fauore conſanguineorum, ſem-
per magis inclinata, quam extraneorum, vt ipſe teſtator
oſtēdit damnando diſpoſitionem à ſuo fratre factam, ad
fauorem eiuſdem ſocietatis, ita, vt inter has duas contra- 22
rias, & diſcordes declarationes, à Virginia peractas, pu-
tarint poſſe applicari egregiam doctrinam *Bart in l.*
quem hæredi num. 2. ff. de reb dub. firmantem in caſu val-
de proximo, quod ſi teſtator duobus ſuæ voluntatis de-
clarationem commiſerit & ipſi diuerſimode. & diſcor-
diter declarauerint, illius declaratio præferatur, quæ
magis accedit voluntati defuncti, vt etiam dicit ibidem 23
Caſtren. numer. 5. Carpzon. de execut. teſtam. lib 3. cap 2.
num. 34. Vel ſi vtraque etiam corruere debuiſſet, exe-
quenda eſſet voluntas defuncti in teſtamento eiuſdem
ex ſuperius dictis ſatis aperta ac ſi Virginia ab inteſtato
abſque alia declaratione deceſſiſſet, cum idem ſit, decla-
rationem non facere, vel eam ineptè, vel nulliter facere,
vt firmat in his præciſis terminis *Fontanell. dec. 527. nu.* 24
6 verſ hic vnus, ad finem.
Denique tot adminiculis, & euidentibus demonſtra-
tionibus non aduerſatur vnicum obiectum, quod com-
miſſio, oretenùs data Virginiæ. fruſtatoria redderetur,
niſi diuerſa foret ab erectione Canonicatus in teſtamen-
to iam expreſſa; Quia remouetur ſuperfluitas, conſide-
rando, quod talis commiſſio operabatur ſaltem, quod
teſtatoris proximiores ab eius hæreditate excluſi, ſpe,
vel metu futuræ declarationis erga Virginiam famulam
hęredem inſtitutam, non malè ſe gererent, vt ipſam ſuſ-
picatam fuiſſe, deponit D Bernardinus à Piuna for-
miter examinatus, & medio iuramento teſtantur alij
duo ciues Peruſini, ſed potius illam protegerent, & amo-
re proſequerentur, vt ponderat in his terminis *Fonta-* 25
nell. dec. 526. num. 21.
Inſuper ex eo apparet diuerſitas inter diſpoſitionem
expreſſam, & ſecretò oretenùs Commiſſam, quod, in
iſta, pro Canonicatu erigendo, Iniuncta fuit Virginiæ
etiam ſuppoſitio proprij prædij, illi præcedenter ab eo-
dem Guido, & Ruggerio fratre donati, quod ipſa cum
effectu tam in prima donatione, quam in executione
ſecundæ declarationis, pro exequenda teſtatoris volun-
tate ſuppoſuit.
Sed ceſſat penitus obiectum ex ipſa Iuris diſpoſitione,
ſancientis, idem ab hæredibus eſſe faciendum, quod, vel
ipſe teſtator viuens eſſet facturus, iuxta *tex.* ſingularem
in l cum ſeruum. ff. de condit. & demonſtrat. vel in defe-
ctum hæredis fieri expreſſit, vt in terminis firmat *Caſtill.*
controu. iur. lib. 2. cap. 26 numer. 24.
Ex quibus indubitanter aſſequitur, quod certa, &
vniformiter deliberata voluntas teſtatoris, fuit erigendi
Canonicatum de iurepatronatus duorum eius in gradu
proximiorum, non autem ſimplicem Cappellaniam de
Iurepatronatus extraneorum.
Et ita partibus per tres vices acerrimè informanti-
bus, &c.

R. P. D.

Digitized by Google

R. P. D. Beuilaqua.

Romana Annuæ Præſtationis.

4. Iulij 1663.

A R G V M E N T V M.

Captatoria non eſt diſpoſitio, quando committitur hæredi facere, vel non facere aliqua legata, dum aliunde conſtat de voluntate determinata diſponentis, & de obligatione hæredis legandi; qui hæres poſtquàm nominauit legatarios, non poteſt recedere, alios nominando; & tandem quando ob turpem Amorem valeat donatio.

S V M M A R I V M.

1 *Facultas faciendi aliquid probatur ex teſtamento idem diſponente.*

2 *Nominatio facta in vim facultatis nominandi, dicitur nominatio dantis facultatem.*

3 *Facultas libera legandi, & non legandi, non poteſt tertio committi.*

4 *Inſtitutio hæredis &c non poteſt pendere ab arbitrio tertij.*

5 *Limitatur, quando teſtator ſecretò declarauit ſuam voluntatem.*

6 *Confeſſarius & Religioſus valdè confert ad declarandam voluntatem defuncti.*

7 *Vnus ſacerdos probat obligationem hæredis factam teſtatori.*

8 *Captatoria diſpoſitio ea eſt, quæ fit ſub conditione alterius, relicti ſibi, vel alicui inuicem faciendi.*

9 *Captatoria non eſt diſpoſitio quando ille, cui committitur diſpoſitio, neceſſariò tenetur legare, vel inſtituere.*

10 *Legatarius non dicitur incertus, quando, de eo, poſt teſtamentum conſtat.*

11 *In probanda voluntate defuncti, & mutanda ſubſtantia, & qualitate diſpoſitionis, requiruntur quinque teſtes.*

12 *Quod habet locum, quando prætenditur legatum non ſcriptum in teſtamento.*

13 *Declaratio diſpoſitionis fit per duos teſtes.*

14 *Vnicus teſtis, cui teſtator ſuam voluntatem ſignificauit, declarat eandem voluntatem.*

15 *Sacerdos obtinet fidem duorum teſtium.*

16 *Habens facultatem nominandi, facta nominatione, non poteſt mutare, nec reuocare.*

17 *Nominatio legatarij facta in vim teſtamenti, retrotrahitur ad diem mortis teſtatoris.*

18 *Legatum ad fauorem mulieris ob turpem amorem de præterito valet.*

19 *Maximè, quando legatur, vt mulier melius viuat.*

20 *Confeſſarius, & hæres declarant voluntatem defuncti.*

21 *Illegitimo fit legatum, quando non legatur tanquam tali.*

22 *In Vrbe Roma poteſt legari, & donari ſpurijs, vbi non ſunt legitimi.*

23 *Statuta, & Conſtitutiones ſunt ſeruanda.*

D E C I S I O CCVII.

FRanciſcus Maria Dux Ceræ, in ſuo teſtamento, ſub die 5. *Iunij* 1657. condito, & cum quo deceſſit, inſtituit heredem vniuerſalem D. Duciſſam Portiam, eius ſororem cum facultate faciendi vnum, vel plura legata, ad fauorem vnius, vel plurium perſonarum, per hæc verba; *In oltre dò facoltà alla ſopradetta mia herede, che della facoltà, e beni, poſti &c. li ſia lecito fare vno, ò più legati à fauore d'vna, ò più perſone, che più li piacerà ſino alla ſomma di ſcudi* 1500. *annui, e non più, in vita ſolamente*; In cuius voluntatis, & diſpoſitiuuis executionem, nominauit Annam Blanchinam, pro rata ſcut. 500. & pro reliquo Paulum eius filium, ſed renuente nihilominus d. legatum ſoluere, in vim commiſſionis, manu Sanctiſſimi Signatæ, & auocatoriæ cauſæ, ab alijs tribunalibus, ad me delatæ, propoſui dubium; An annua præſtatio debeatur, & deberi, fuit hodiè poſt ſecundam propoſitionem reſolutum.

Quandoquidem, de facultate data per Ducem teſtatorem, eius ſorori, & hæredi diſponendi, per viam legati, de annuis ſcut. 1500. ad commodum vnius, vel plurium perſonarum conſtat, ex ſuprarelatis verbis teſtamenti, quæ illam adeò explicitè continent, vt nulla adſit dubitatio, §. *diſponat, auth. de nupt. l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. Surd. conſ. 263. num. 10. & 11. Rot. dec. 274. num. 2. par 6 rec.* Sicuti etiam hæſitandum non eſt, quin d. hæres huiuſmodi facultate vſa fuerit, & mentem teſtatoris adimpleuerit, nam, tribus menſibus circiter, poſt conditum teſtamentum, & ſequutum Ducis obitum, per ſchedulam ab ipſa ſubſcriptam, clauſam, notario conſignatam, & deinde iudicis mandato apertam, præuia narratiua teſtamenti, & ſuæ inſtitutionis, & poteſtate conſtituendi legata in legatarios nominauit dd. Annam, & Paulum Emilium conditionibus, ibi expreſſis, quæ quidem nominatio, ita inhęret diſpoſitioni Ducis, ad fauorem nominatorum, vt cenſeatur emanaſſe cum illa, eodem tempore, eique inſit, *l. adeo 7. §. cum quis in fine, ff. de acquir. rer. domin.* 2
Gratian. cap. 147. nu. 2. & 3. Cyriac. controu. 210. num. 11. cum ſeqq. Ros. deciſ. 100. numer. 3. & deciſ. 140. num. 14. par. 6. recent.

Non obſtat, quod diſpoſitio teſtatoris, in hac parte, vti collata, in liberam voluntatem hæredis, à cuius facto pendebat, legare, & ad ſui libitum, aut abſtinere, ponit in dubio legatum, quod, in iure non admittitur, & pro non data facultate cenſendum eſt per *tex. in l. illa* 3
inſtitutio 32. ff. de hæred. inſtit. ibi, *illa inſtitutio, quos Titius voluerit*, ideo vitioſa eſt, quod alieno permiſſa eſt arbitrio, *l. captatoriè 67. ff. de leg. 1. Peregr. de fideic. art. 33.* 4
num. 65. Duran. de cond. & mod. impoſſib. à iur. prohib. cap. 4. par. 3. num. 8. & 13. quoniam pro reſponſione, & totali obiecti ſolutione, Domini, in facto, aduertendum eſſe dicebant, quod, licet teſtator per verba ſuprarelata, liberam facultatem hæredi dederit, ante tamen ſtipulationem, volens mentem ſuam citra hanc annuam præſtationem, & legatum ei innoteſcere, illam ſibi aperuit, mediantibus notario, qui fuit de teſtamento rogatus, & ante introductam litem in hoc Sacro Tribunali, obijt, ac Patre Auguſtino Oldoino Confeſſario, vt hic, in publica, & iurata atteſtatione fidem facit, vbi facti circumſtantias, & omnia ſibi impoſita referendo, aſſerit, eam fuiſſe Ducis mentem, vt hęres de dicta ſumma, per 5
viam legati ad fauorem, & vitam eiuſdem Annæ, & Pauli Emilij diſponeret, prout d. hęres, omnibus intellectis, iuxta optatum teſtatoris, omnia ad vnguem adimplere promiſit, cui admodum graui religioſi atteſtationi plurimum eſt deferendum, pro declaratione voluntatis teſtatoris, & adimplementi, & ſatisfactionis ab hærede promiſſæ, *Sim. de Præt. conſ. 5. num. 11. lib. 2. Rot.* 6
cor. Seraph. dec. 1128. num. 1. & dec. 1166. num. 1. & in rec. dec. 11. num. 8. & 9. par. 7. & in Tiburtina Caſtrorum 31. Martij 1659. §. tertium adminiculum, cor. Me. & in ſpecie, vbi teſtator de Sacerdote confidit ad effectum obligandi hæredem, & exequendi ſuam voluntatem, *An. Rub. rer.* 7
Iudic. lib. 1. fol. 25. verſ. pro Manio.

Hinc ergo facilè deprehenditur, hæredi, nullo modo fuiſſe permiſſum legare iuxta ſuum libitum, vel etiam non legare, vt exigitur ad inducendam nullitatem diſpoſitionis, &, vt multi dicunt captatoriæ voluntatis, quæ propriè illa eſt, quę fit ſub conditione alterius relicti ſibi, vel alicui inuicem faciendi, vt benè de- 8

clarant

Digitized by Google

clarant relati *in dec.73, nu.14. cor. Martin. Andrea*, ſed
tenebatur legare ſummam, in teſtamento Ducis expreſ-
ſam, & perſonis, ab ipſo ſpecificatis, mediante confeſſa-
rio, ſuſpenſa ſolum declaratione, & ſolutione legati ad
tempus in Elogio, & in fide mediatoris præſcripta, hoc,
enim, caſu vtile eſt legatum, attenta intentione teſtato-
ris onerandi hæredem, & imponendi inſimul neceſſitatē
conſtituendi legati ſibi benè viſis, & expreſſis, ac ſi ipſe
ſpecificè nominaſset legatarios, non verò hæredes, quæ
illius voluntatem in hoc executioni demandauit, *l. hæ-*
9 *res teſtamento, ff. de act. empt. Pereg. de fideic. art. 33. num.*
57 Surd. conſ. 264. num. 8. & 22 & conſ. 375. num. 8. & 9.
Cancer. var. reſol par. 3. tit. 20. num. 89. Cyriac. contron. 548.
num. 3. 16. & 17. & ſequuta nominatione, ac perſona-
rum ſpecificatione, illis debetur legatum, tametſi non
ſint in teſtamento expreſſa, cum ſatis ſit, quod verifi-
centur ex poſt, ad hoc, vt obijci nequeat vitium incer-
titudinis, *l. Theopompus, C. de dot. præleg. l. quem hæredis,*
10 *ff de reb. dub Rum conſ. 19 num. 5. & 8. lib. 2. Surd. conſil.*
264. num. 16. cum ſeqq Fuſar. de ſubſtu. quæſt 503. nu. 56.
Rot. cor. Canaler. dec. 512. nu. 5. & in Cathacen. hæredita-
tis 24. Nouembris 1649. §. vnde, coram Reuerendiſs. De-
cano.

Non officit, quod vbi agitur de probanda voluntate
teſtatoris, & mutatur ſubſtantia legati, vel additur qua-
litas illud alterans, quinque requiruntur teſtes, *l. fin. C.*
11 *de codicill. Natt. conſ. 263. nu. 16.* quia, in propoſito, non
eſt quæſtio circa diſpoſitionem, vel legatum, extra te-
ſtamentum ordinatum, ſuper quo opus eſt, vt tot teſtes
deponant, ſicuti explicant *Caſtren. in conſ. 304. in fin. lib. 4.*
12 *Rot. apud Buratt. dec. 616. nu. 4.* ſed verſatur in caſu, quo
fuit conditum teſtamentum, & de certa quantitate diſ-
poſitum, ſed diſpoſitio indiget ſola declaratione, hæc
enim rectè fiet per duos teſtes, *Iaſ. in l. quæſtionem 32. nu.*
13 *17. in fin C. de fideic. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 16. nu. 2.*
Gratian. cap. 650. num. 34. Quin imò ſtatur declarationi
vnius teſtis, cui teſtator ſuam voluntatem ſignificauit,
14 tam circa quantitatem, quam perſonas, *d. l. Theopom-*
pus, & ibi Bart. ff. de dot. præleg. Soccin. Sen. in l. ſi ita ſcri-
pſero num. 3. ff. de cond. & dem. Mant. de coniect. lib. 3. tit.
1. num. 15. & d. lib. 12. tit. 16. num. 3. quod certiùs admit-
tendum videtur, ſi, vt hic, teſtis, qui voluntatem teſtato-
ris aperuit hæredi, eſt ſacerdos, & confeſſarius ſummæ fi-
dei, obtinens vices duorum, vt inquit *gloſſ. in cap. Mo-*
15 *nacus 77. diſt. Roland. à Vall. conſ. 24. n. 54. lib. 1. Menoch.*
conſil. 92. numer. 89. Magon. deciſ. Florent. 58. num. 20.

Nec dicatur, quòd ſaltem actus nominationis legata-
riorum ſit reuocabilis, & de facto hæres illam reuocaue-
rit, atque ideo non poſſit, in vim illius, agi pro conſe-
cutione legati; Quia, cum nominatio, & electio facta
fuerit, in neceſſarium adimplementum mentis teſtato-
ris, & ipſius hæredis, exigentis obligationem, ex illa fuit
ius quæſitum legatarijs nominatis, ac ad illorum com-
modum traxit ſecum executionem, & ob id ſemel facta
non poteſt nec mutari, nec reuocari, *l. apud Aufidium*
16 *20. ff. de opt. leg. gloſſ. in verb. vnum ex familia in principio*
in verb. mutetur ff. de leg. 2. Crott. conſ. 11. num. 33. Surd.
d. conſ. 164. num. 10. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 4. gloſſ.
12. par. 1. num 32. cum ſeqq. Magon. dec. Lucen 61. num.
14. Rot. dec. 863 nu. 1. cum ſeqq. par. 4. tom. 2. rec. non re-
leuante proteſtatione per Duciſſam in actu traditionis
ſchedulæ nominationis notario, illam videlicet retra-
hendi, quodque legatum, non niſi à die obitus hæredis
debeatur perſonis, tunc nominandis; Vtrumque, enim,
tollitur, per contrariam voluntatem per confeſſarium
hęredi communicatam, cum promiſſione adimplendi,
iuxta quam non poſſunt alij nominari quam Anna, &
filius, illiſque ſtatim ſequuta teſtatoris morte, debetur
annua prętatio, & cum effectu à d. tempore, per D.
Duciſſam ſoluta, ex quibus patet præſeruatiuam reha-
bendi ſchedulam fuiſſe fruſtatoriam, dum legatarij ſem-
per ſunt ijdem, & de neceſſitate, eligi debent, & pro-
pterea nulli præiudicium fieri potuit, in facienda nomi-
natione, ad quem effectum ſolet inſpici tempus electio-
nis, faciendæ, quæ in præſenti erat collata in tempus
obitus Ducis legantis, non hæredis eligentis, ad tradita 17
per *Molin. de primog. lib. 2. cap 4. num. 23. cum ſeqq*

Non vrget obiecta incapacitas legatariorum, ex eo de-
ſumpta, quod relicta fuit ex cauſa turpis affectionis erga
mulierem, & illegitimitatem filij, cum ea ſuſcepti; nam,
reſpectu matris, cum affectio potuerit eſſe de præterito,
non verò de tempore legati, ceſſat ratio prohibitionis, & 18
valet legatum, *Surd. conſ. 409. num 23. ad med. Capyc.*
deciſ. 102. in fin. Gratian. cap. 31. nu 29. & eo magis, quan-
do legatum ea intentione factum fuit, vt mulier ad me-
lioris frugis ſtatum reducatur, prout, tali animo Du- 19
cem voluiſſe præſtari tale legatum Annæ liquet, ex at-
teſtatione Confeſſarij, & melius ex declaratione hære- 20
dis, *Mart. de ſucceſſ. leg. par. 4. quæſt. 18. art. 4 n 19 Com-*
tiol. lib. 2 reſponſ. moral. quæſt. 16. nu. 4. Balthaſſ. Thomaſ.
de pia cauſ. tit. 1. cap. 10. num. 115. Gionagn. conſ 47. nu 29.
lib. 1. Gratian. cap 218. num 9. & 10. Rot. dec. 203 num. 2.
par. 1. diuerſ. illegitimitas verò Pauli Emilij non pro-
batur, nec illi tanquam tali legatur, vt hac exceptione
melius non probata, veniat ab illius aſſecutione repel- 21
lendus, *l. libertis in fin ff. de libert. cauſ.* vbi iuſtificatum
eſſet, adhuc validè legari potuit, tam ex diſpoſitione
ſtatuti *Vrbis, lib. 1. cap. 143.* permittentis Ciui Romano
filijs legitimis, & naturalibus carenti, ſporijs, & quomo-
dolibet illegitimis, pro illorum ſuſtentatione certam
partem bonorum relinquere, quam Conſtitutionem 22
Sixti IV. in ord 8. & Iulij 3. la quinta, ſimilem facultatem
tribuentium; Vnde cum habeamus determinationem
ſtatuti, & Conſtitutionum, ac ſi extaret caſus legis illis
inhęrendum eſt, *Bald. in l. Gallus, § ſi etus 2. notab. ff de* 23
lib. & poſt. Gratian. cap. 556. num. 2. Rot. dec 408. nu. 10.
par. 4 tom. 2. rec.

Ad id demum, quod obijciebatur, hæreditatem Du-
cis, hac annua præſtatione grauatam, eſſe extenuatam
magno ære alieno, quod eſt in primis detrahendum, &,
hoc non detracto, non remanere ſufficientem quan-
titatem pro ſatisfactione legatariorũ, præter quod Peri-
tus ad id oſtendendum extraiudicialiter electus, plura
iudicio Rotæ reliquit, & multa alia in facto deducebãtur
circa valorem, ex quibus, vel inſubſiſtens, vel vndequa-
que turbidiſſima eſt huius inſufficientiæ bonorum exce-
ptio, reſponſum fuit, quod hoc tendit ad impediendam
executionem reſolutionis, non autem ſubſiſtentiam le-
gati, ſuper qua ſuſcepta fuit diſputatio, & affirmatiuè,
vt ſuprà reſoluta.

Vtraque parte &c.

Bo: Me: Emerix.

Bononien. Legati, ſeu Dotium.

Veneris 16. Iunij 1662.

A R G V M E N T V M.

Pro legatis claris, datur via executiua; Et legata de-
bentur in bonis teſtatoris, etiamſi hæres eadem
obliget creditoribus negotij continuati, poſt mor-
tem d. teſtatoris.

S V M M A R I V M.

1 *In legatis Rota non procedit executiuè.*
2 *Contra in alijs Tribunalibus.*
3 *Rota, conſtito de iuſtitia, poteſt procedere executiuè.*
4 *Clauſula,* ſi quid exequendum, *præſeruat viam exe-*
cutiuam.
5 *Legata non debentur, niſi ſolute prius ære alieno.*
6 *Legata non debentur in præiudicium creditorum.*
7 *Negocium continuatum ab hærede, non obligat bona*
hæreditaria in præiudicium creditorum.

8 *Pro*

8 *Pro legatis alienantur bona teſtatoris , qui hoc permiſit .*

9 *Statutum non comprahendit id , quod non dicit .*

D E C I S I O CCVIII.

CVm vxor, & filię q. Matthæi Muſcardini,pro con-
ſecutione legati dotium , ab eodem in vltimis ta-
bulis , ſibi relicti , mandatum executiuum ab A.C. con-
trà illius hæreditatem obtinuiſſet , & cauſa appellatio-
nis, per ſignaturam Iuſtitię, mihi commiſſa fuiſſet, cum
clauſula. *ſi quid exequendum* , dubitaui , ad formam re-
ſcripti ; an mandatum A.C. eſſet exequendum , & Do-
mini, inhęrentes ſtylo huius Tribunalis,quod,in legatis,
non conſueuit procedere executiuè , prout teſtatur *ad-*
1 *den ad Buratt. dec.*208 *num.*12. *Rot.dec.*604.*numer.*12.
par 4. *tom.*3. *& dec.*260. *numer.*1. *par.*9. *rec.* cenſuerunt
mandatum eſſe iuſtum .

Moti fuerunt, ex clara,& literali voluntate Matthęi,
qua ſtante , non eſt dubium , quin legatum debeatur,
& pro eo in Tribunali A.C. executiuè procedi potuerit,
2 *Tiber. in praxi lib.*2.*cap.*6. *numer.*4. *Add. ad Buratt. &*
Rot. in cit. deciſ.

Nec refert , quod Rota aliter procedat , quia, omiſſo,
quod nonnulli ex Dominis , credebant non eſſe contra
ſtylum , ſi Rota, in hoc caſu procederet executiuè , per
clauſulam,*ſi quid exequendum*,quæ pręſeruat viam exe-
cutiuam , & operatur , quod iudex , ſi videt decretum
3 Iuſtum , & validum , ad euitandos circuitus appellatio-
num debet procedere ad illius executionem , *Ridolph. in*
ſua praxi par. 1. *cap.* 13. *num.* 500. *& ſeqq. Rub in ſuis*
*ſingular. clauſ.*95.§.2. *&* 775. *numer.*1. *Seraph. dec* 1412.
*num.*2. vbi ait , hoc procedere , quamuis aliàs in iudicio
4 eſset procedendum , & in ſimili de clauſula , *qui ad vl-*
teriorem , dixit *Rot poſt Zacch. de Oblig. Cam. dec.*215.
*numer.*6. *& ſeqq.*

Ceſsat obiectum , dum iuxta ſtylum Tribunalis , ad
miſsa via executiua , ſimpliciter canonizatur iuſtitia
mandati , quæ manifeſtè reſultat , ex teſtamento Mat-
thæi .

Non obſtat, quod legatum , non debeatur niſi ſoluto
5 priùs ære alieno, *l. Papinianus* , §.4. *ff. de inoff. teſtam. & §.*
cum autem non inſtitutionis de l. Falc. quodque propterea
mandatum ab A.C. in præiudicium creditorum relaxa-
6 ri non potuerit , *l. vniuerſis* , *C. de leg. & l. fin.* §. *ſin verò*
creditores , *C. de iur. delib.*

Tum , quia mandatum non fuit relaxatum contrà
creditores, nec in iudicio formalis concurſus creditorum
Matthæi , ſed ſolum contrà eius bona, citatis pro eorum
iure , & intereſſe, creditoribus ex cauſa negotij poſt eius
obitum , ex illius pręcepto , ſeu deſiderio continuati .

Tum etiam , quia dum agitur contrà bona teſtatoris,
qui, in teſtamento ordinauit continuationem negotij,&
debita fuerunt contracta , non ab ipſo mercatore , in vi-
ta , ſed poſt eius obitum occaſione negotij , illa non re-
7 trahuntur in præiudicium legatariorum , præſertim ,
quando , prout hic , teſtator , pro ſolutione legatorum,
8 permiſit alienationem bonorum . *Rot cor Caualer. dec.*
41. *dec.*51. *& dec.*112 *per tot. & dec.*269. *par* 9. *rec.*

Sicuti nec etiam aduerſatur ſtatutum fori mercato-
rum Bononię , mandans omnes creditores decocti con-
currere per æs, & libram , quia ſtatutum reſtringitur ad
creditores intra quinquennium, ante decoctionem, mu-
9 lieres autem , ſunt creditrices per ſeptem annos , & vltra
decoctionem , & conſequenter ſtatutum non applica-
tur .

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Taya .

Bononien. Fideicommiſſi de Blancoſſis .

1. *Aprilis* 1661.

A R G V M E N T V M.

Fæmina proximior , quando excludat maſculum remotiorem in ſucceſſione fideicommiſſi , & , in quibus caſibus , attendatur proximitas teſtatoris , vel grauati ,

S V M M A R I V M.

1 *Sententiæ iuſtæ ſunt conformes .*
2 *Inter deſcendentes teſtatoris ſeruatur æqualitas .*
3 *Maximè inter æquales gradu .*
4 *Fæmina admittitur , quando eſt vocata .*
5 *Fæmina excluſa , deficientibus maſculis , an admittatur .*
6 *Maſculus præfertur fæminis in ſucceſſione fideicommiſſi .*
7 *Maximè , ſi colligatur ex mente teſtatoris .*
8 *Proximitas grauati , vel grauantis , quando attendatur , dubia eſt quæſtio .*
9 *Quando fit tranſitus de vna perſonarum qualitate ad aliam , attenditur proximitas teſtatoris .*
10 *Maximè ſi ſint verba relatiua ad teſtatorem .*
11 *Et quando ſuccedi debet in capita , & non in ſtirpes .*
12 *In dubio attenditur proximitas teſtatoris .*
13 *Fæmina vnius lineæ excludit maſculum alterius lineæ .*
14 *Proximitas teſtatoris non attenditur , quando ſunt deſcendentes grauati .*
15 *Soror non poteſt dici deſcendens .*
16 *Proximitas grauati vel grauantis an attendatur , inſpicitur voluntas teſtatoris .*
17 *In fideicommiſſis fit tranſitus de vna linea ad aliam , quando in prima linea non eſt perſona vocata .*
18 *Qualitatem requiſitam habens præfertur proximiori .*
19 *Vocatus à teſtatore admittitur etiam in concurſu proximioris non vocati .*

D E C I S I O CCIX.

IOannes inſtituit hæredes Iulium , Iacobum, & Franciſcum filios , eoſque & eorum deſcendentes, in infinitum ſubſtituit , & excluſis ſemper deſcendentibus fæminis,quas,tamen,voluit, donec extent maſculi,dotari, deficientibus,vero, maſculis, & linea maſculina teſtatoris,tunc, & eo caſu, ſolum voluit, vt ſua bona deuenirent ad fæminas deſcendentes , ex linea teſtatoris , & deſcendentes ex dd. fæminis, in infinitum,quas fæminas,& deſcendentes , ex ipſis, in d caſu,in ſtirpes, & non in capita ſubſtituit, &c. Deceſſit, poſt teſtatorem , primo Iacobus,abſque prole,deinde Iulius,relictis Angela, & Catharina filiabus ; vnde ſucceſſit, in vtraque parte, Franciſcus,qui poſteà deceſſit, cum Catharina filia, ſuperſtitibus etiam,ex Iulio, d. Catharina filia, & Iulio Iuniore, nepote ex Angela alia filia prædefuncta ; Et hinc. nata lite inter Iulium iuniorem , & Catharinam filiam Iulij Senioris, ex altera parte actores ; & Catharinam Franciſci ream ex altera , Iudex , à quo,conceſſit immiſſionem Iulio iuniori , & Catharinæ Iulij ſenioris , pro dimidio , & pro dimidia retentionem Catharinę filiæ Franciſci , quam ſententiam confirmauit Iudex ad quem , fauore Catharinæ , Iulij ſenioris , & Angeli Mariæ,filij,Iulij iunioris , interim mortui , contra Alexandrum Mariam filium Catharinæ Franciſci , etiam defunctæ , In quadrante hæreditario , cum alter quadrans , moriente Iulio Seniore , retentum eſſet pro legitima, & Trebellianica , in reſtitutione fideicommiſſi Franciſco ſubſtituto ſuper-

Digitized by Google

ſuperſtiti; commiſſa cauſa appellationis propoſitum eſt
dubium, an ſit locus ſtatuto, de duabus, & Domini lo
cum eſſe reſponderunt.
Quia iuſtitia ſententiarum videtur clara, ad *Paul.*
1 *Caſtren conſ.198.ſub initio, verſ.ſed his non obſtantibus, lib.*
2 Menoch conſ.359.num.7. Prat.vlt.vol. interp 3.dub.4.
ſol.1. num 61.lib.3. cum alijs apud *Fuſar. de ſubſt. quaeſt.*
484.num.6.verſ & præterea, ac præclare *Gabr. conſ.96.*
num 28. verſ ſuccedit tertia interpretatio, lib.1.
Et accedit ratio ſeruandi æqualitatem, inter deſcen-
dentes teſtatoris, vt proſequuntur, *Menoch. d conſ.359.*
2 *num 8. Gabriel.d.conſ 96 num. 31. Fuſar. d. quaeſt. 484.*
& maximè, vbi ipſi deſcendentes ſunt æquales grado,
nempe, Catharina neptis, ex Iulio, & Catharina neptis
ex Franciſco, & pro æquiori, & benigniori opinione,
3 *Fuſar. d. quaeſt. 484. num. 44. in fine.*
Conducit in hanc ſententiam, non ſolum vocatio fę-
minarum indefinitè, ibi, *deficientibus maſculis, volut,*
vt bona deueniant ad fæminas &c apud *Gabr. d. conſ 96.*
4 *num.31.* ſed etiam modus vocationis, aut potius admiſ-
ſionis, ſuſpenſione, ſeu impedimento exiſtentię maſcu-
lorum ſublatu; Etenim, ratio, quæ controuertitur, in
huiuſmodi quæſtionibus eſt; an fæminæ ſint omnino
excluſæ, vel ſolum ſuſpenſæ à ſucceſſione extantibus
maſculis, ita, vt, remoto impedimento maſculorum,
remaneat liber ſuccedendi locus fæminis, ad *Bartol.* &
alios apud *Fuſar. d.qu 484.nu.27.* aut potius fæmina ſe-
mel excluſa à maſculo, remaneat ſemper excluſa, licet
5 maſculus poſtea deficiat, ad *Franc. Aret.* & alios apud
Fuſar. d quaeſt.484.nu.32. quod multum refert, ad in-
terpretandam diſpoſitionem, quam teſtator, in præ-
ſenti caſu, declarauit, ibi, *excluſis (quidem) ſemper de-*
ſcendentibus fæminis, quas fæminas tamen vult, donec ad-
ſunt maſculi, atque ita temporaliter, excluſas, ſiue ſuſ
penſas, condecenter dotari &c. deficientibus, verò, deſcen-
tibus maſculis, & de linea maſculina ipſius teſtatoris, de
clarat, vt dd bona deueniant ad fæminas deſcendentes ex
linea d. teſtatoris, & ad deſcendentes ex ipſis fæminis, in
infinitum, in ſtirpes, & non in capita &c. non ſolum gene-
rali modo præpoſitionis, & prelationis maſculorum fę-
6 minis, ad *Menoch. d. conſ.359. num 9. verſ. reſpondetur*,
cum alijs apud *Peregr.de fideicom.art.27.n.23.* ſed etiam
ad particulam ſuſpenſiuam, donec adſunt maſculi in
7 puncto ſimilis teſtamenti *Menoch. d loco* & generaliùs
Bart.l.vlt.ff ad Sen Conſ. Tertull. cum alijs apud *Hond.*
conſ 29 num.2. & ſeqq. lib.2.
Ex alio etiam, capite demonſtrabatur, in ſucceſſione
huic fideicommiſſo æqualis locus, & vocatio in ſtirpes
Catharinæ, & Iulij ſuoiuris filij Angelæ, ſicut Catha-
rinæ Franciſci, nam, in ea quæſtione, grauiſſima pro-
ximitatis attendẽdæ grauantis, aut grauati, in qua ſchiſ-
ma eſſe in ſcholis, & in Iudicibus, dicebat *Peregr.conſ.58.*
8 *num.3. lib.4* ſi fiat tranſitus poſt mortem grauati, ad
diuerſam conditionem perſonarum, vt à maſculis ad
fæminas, attenditur proximitas teſtatoris, ad allegatos à
9 *Fuſar. d qu.484 nu.21. & ſeqq. & conſ.85. in fin.* cum
alijs, & maximè *Mantic. de coniect lib 8. tit.12. num.31.*
verſ idem quoque indubitate, Altograd. conſ.65. num.11.
lib.1. & conſ.92 num 33. lib.2. Sanleger. ciu.qq 112.
num.13. Amat.reſol.10. num.3 Barbat. de fideic.par.2.
cap 4.num 29. Matteac de via & rat. iur. lib.2. cap. 20.
num 8. & de leg. & fideic.lib.2. cap.15. num. 7. quicquid
dicat *ſub num.16.* contra propriam ſententiam, & in fi-
ne contra Iudicem in ea cauſa. in qua ſemel, & iterum
victus, eſt Victor *Peregr. de fideic art.20.num.9. Rot.cor.*
Merl. dec.520. num 11. & 12. & maximè, quod etiam
ipſe teſtator dixit fæminas deſcendentes ex linea d.teſta-
toris, & ſe retulit ad ſe, *Peregr.d art.20. d.num.9. verſic.*
10 *ſecundus caſus, Fuſar. d quaeſt. 484. num. 51. Amat. d.*
reſol.10.num.32. & ſeqq. Gratian cap.493.nu.22. & ſeqq.
Barbat d.cap.4 num.16 & 18. Rot dec 72. num.2. verſ.
tertius quando par.2.diuerſ. & inſuper. quod, eodem mo-
do ſuccedendi ordinem diſpoſuit, in fæminis deſcenden-
tibus, ex linea teſtatoris, quod diſpoſuit ordinem ſucce-
dendi, in maſculis in familia, ex deſcendentia agnato-
rum, & lineæ maſculinæ deſcendentium ipſius teſtato-
ris.
Et amplius declarauit ſubſtituere fęminas earumque
deſcendentes in ſtirpes, & non in capita quo caſu, cer-
tum eſt, attendendam eſſe proximitatem teſtatoris non
autem grauati *Altogr. d conſ 65. nu.12. Peregr. conſ 58.* 11
num 8 lib.4 & d art.20.num 6. & art.21.num.18. Fuſar.
d quaeſt.484 num.68. & ſeqq
Et in dubio attendenda eſt proximitas teſtatoris, ma-
ximè, quando congruit veriſimilitudo mentis, & affe-
ctionis teſtatoris, aut Æquitas. *Amat d reſol 10.nu.61.* 12
Barbat. d.4. nu.20. cum alijs, & præcipue *d. dec.72. nu.*
2. verſ. ſecundus eſt.
Nec obſtare viſa eſt diſtinctio, quod, quoties omnino
extincta eſt linea, ſeu deſcendentia ſemel admiſſa, tunc
tranſeundum ſit, ad aliam lineam, vt puta, quando
grauatus ſine prole maſculina vel fæminina decedit, ſed
vbi grauatus decedit, cum filia quæ ſit capax fideicom-
miſſi, non ſit tranſitus de linea ad lineam, ſed de qua-
litate dumtaxat perſonarum, videlicet, de maſculina ad
fæmininam, perſeuerante tamen ſucceſſione, in eadem 13
linea, *Rot.d. dec.520. num 13. & ſeqq.* & prius *in eadem*
cauſa dec.109.num 14. & 15. par 5. imo, quando ſuper-
ſunt adhuc deſcendentes illius, qui bona fideicommiſſi
obtinuit, ſiue maſculi ſint, ſiue fæminæ, aut à fæminis
deſcendentes, quod tunc non conſideretur proximitas 14
teſtatoris, ſed grauati, & admittatur proximior ipſi vl-
timo grauato, &c. *Altograd d conſ 92 num.34 verſ. ſe-*
cunda ſublimitatio, Gratian.d. cap 493. in fin. Barbat. d.
cap.4. in fine.
Quia (quod principaliter fuit ponderatum) *in d. dec.*
520. num 16. verſ. verum, & ſeqq ibi non erant vocati
niſi deſcendentes maſculi ex nepotibus primis hæredi-
bus, & his deficientibus fæminæ deſcendentes ex iiſdem
primis heredibus, & vtique inter iſtas perſonas non
comprehendebatur ſoror teſtatoris, dumtaxat, quæ non 15
erat deſcendens ex primis hæredibus, & ſic, non intra-
bat diſputatio, pro illius proximitate, cum nec vllum
ius ad fideicommiſſum habere poſſet, vbi declaratur;
Quin etiam in deciſione additur. demum hanc vnicam
coniecturam fundatam ſuper tranſitu de vna linea ad
aliam, quatenus faueret illi ſorori, tolli ex alijs vrgentio-
ribus coniecturis, quæ militabant, pro filia grauati, vt
in d. dec.520. num.17. & 18.
Cæterum, ratio, vel quęſtio proximitatis, videtur,
omnino ſuperflua, in ſubſtitutionibus expreſſis, & in
prælatione maſculorum fæminis, & in perſonis qualifi-
catis, ſicut in perſonis nominatis, ad celebrem *§.in fideic.* 16
l.cum ita 33.ff de leg.2. & ibi *Bartol* cum alijs, & vbi di-
cta quæſtio neceſſaria ſit, videtur filia incapax fideicom-
miſſi in primo ordine maſculorum, cum ſit fæmina, &
in ſecundo ordine fæminarum, cum concurrat cum
alijs, in gradu æqualibus, cum ijs eſt admittenda, ad
æqualitatem ſeruandam, neque etiam videtur perſeue-
rare ſucceſſio in eadem linea, non perſeuerans, cum ſua 17
qualitate maſculinitatis, & demum vbi fit tranſitus, ab
vna ſpecie, ſeu ab vno genere perſonarum, veluti à ma-
ſculis ad fæminas, per extinctionem lineæ maſculinæ,
tum proximitas, quoad fæminas attenditur, reſpectu te-
ſtatoris, non grauati, vt ſupra, etiam ad excluſionem 18
filiæ grauati, *Peregr.dec 132.num.3. & de fideic.d.art.20.*
d.num 9. Fontanell. de pact.nupt clauſ.4 gloſſ 25 num 17. &
ſeqq. & reſpondendo fusè, *Barbat.d cap.4.d.num.29 verſ.*
& quamuis aduerſus præfatam ſententiam.
Et erat, qui crederet, nec eſſe locum diſputationi, ſu-
per proximitate, cum ab ordine certorum maſculorum
tranſit ad ordinem certarum fæminarum, excluſa planè
fæmina ab ordine primo, & incluſa ſecundo, ſicut non
eſt etiam locus, in ordinibus linearum, quando teſta-
tor, defecta linea vnius ex inſtitutis vocaſſet lineam
aliorum inſtitutorum, nam, & tunc, defecta linea vnius
admit-

Digitized by Google

admitterentur lineæ aliorum, nulla habita ratinne pro-
ximitatis, niſi inter ipſos, de quacunque linea, & pro-
ximitas, nec grauantis, nec grauati attenderetur; ſed
19 deſcendentes aliarum linearum vocarentur, prælatis
proximioribus, cuiuſque lineæ, ex textu de natura ſuc-
ceſſionis feudi. *tit.5n.lib.2. Fuſar.quæſt.483.num.5. & d.*
quæſt 484.d.num.68. & 69. eum alijs, & maximè *Peregr.*
conſ 38. num.8. & 9. lib.4. & de fideic.d. art.20. num.78.
& apud eoſdem, fortius eum clauſula expreſſa in ſtirpes,
& non in capita, & in puncto etiam, ſuperſtite filia ex
maſculo vltimo, *Bald. tot. conſ.185. lib.3.*

Et ita vtraque parte &c.

Bo: Me: Emerix.

Romana Saluiani.

Lunæ 31. Ianuarij 1667.

A R G V M E N T V M.

Obligatio generalis non extenditur ad prohibita alienari, & obligari, maximè, ſi teſtator imponat pænam alienanti, & obliganti.

S V M M A R I V M.

1 *Saluianum non datur, vbi deficit hypotheca.*
2 *Obligatio generalis non extenditur ad prohibita obligari.*
3 *Etiamſi obligatio eſſet concepta verbis vniuerſalibus.*
4 *Commoditas fructuum fideicommiſſi ad vitam poteſt obligari.*
5 *Et venit ſub generali obligatione.*
6 *Contrarium, quando teſtator iniungit pænam obliganti.*
7 *Et quando ex voluntate teſtatoris commoditas obligari non poteſt.*

D E C I S I O CCX.

RVrſus, ob defectum hypothecæ, denegata fuit Ar-
changelo ceſſionario procuratorum de Grillis,
1 immiſſio petita, in domo, de qua agitur, ex vtili reme
dio Saluiani interdicti; Quia, cum non dubitetur, quin
illa ſit ſuppoſita fideicommiſſo, à q. Bernardino de Do
minicis patre, & auo reſpectiuè Stephani debitoris, &
Philippi rei conuenti, iniuncto, ſub literali prohibitione
cuiuſuis alienationis, obligationis, & permutationis, &
ſub pæna explicita priuationis, ipſo iure, incurrendæ in
caſum contrauentionis, cum vocatione aliorum ſubſti-
tutorum, ad hoc, vt bona conſeruentur, in eius familia,
& agnatione, prout latius continetur, in ſummario, non
vtique, ſub generali obligatione facta per Stephanum,
in fideiuſſione Cenſus, de quo agitur, non venit prædi-
cta domus expreſsè prohibitioni obligationis obnoxia,
2 iuxta receptam doctrinam, *Bart. in l. codicillis §. inſtitu-*
to num.5. ff.de leg.2. quam ſequitur, *Imol. ibidem in fine,*
Alex. in l ſi conſtante num,26. ff.ſolut. matrim. & conſ.42.
num.1. & 6. Pacif. de Salui. In ſpect. 3.cap.2.nu.8. Cyriac.
controu.222. num.56. & ſeqq. Merlin.de Pignor. lib.2. tit.
1. quæſt. 1. & ſeqq. Rot. dec. 426. Cap. par. 1. diuerſ. vbi
num.3. inquit, doctrinam, *Bartol.* eſſe communiter re-
3 ceptam, & procedere, etiam in obligatione concepta,
verbis vniuerſalibus, cum alijs relatis *in dec.* huius cau-
ſæ edita, coram Me, *ſub die 28. Iunij præteriti, §. deſi-*
cientis.

Neque in propoſito caſu, hypotheca ſubſtinetur ſu-
per commoditate percipiendi fructus, durante vita Ste-
4 phani debitoris, & hæredis grauati, quam hypotheca-
bilem eſſe, quantumuis prohibita fuerit omnis hypothe-
ca, ac venire ſub generali obligatione bonorum, firma-
uit *Rot. poſt Merlin. de pignor. cap.5. num 4. & ſeqq. & in*
Romana F. deic 21. Iunij 1654. §. ſed, & reſpectu, coram 5
Reuerendiſsimo Zarate.

Tñ, quia dictæ deciſiones loquuntur, in caſu ſimplicis
prohibitionis alienationis, non, vero, quando, prout hic,
vltra prohibitionem, fuit, in teſtamento, adiecta pæna
priuationis, ipſo iure incurrendæ in caſu contrauentio-
nis, ac data facultas vocatis accipiendi poſſeſſionem bo-
norum propria auctoritate, in quibus terminis, ſub ge-
nerali obligatione bonorum, nulla facta diſtinctione 6
rei, vel commoditatis, nunquam cenſeri compræhenſa
dicta bona, propter pœnam adiectam à teſtatore *Pacif.*
de Salui.d.inſpat.3 cap.2.num 45. Merlin. de pignor. lib.2.
tit.1. quæſt.7 numer.14 & Rot in Romana Domorum 23.
Maij 1658. §. ſiquidem coram Veroſpio, & latè *in Romana*
fideic. de Steccatis 15. Iunij 1665. §. 2. inferebatur verſic.
verum, coram R. P. D. Bourlemont.

Tum, quia hæc domus, nec quoad commoditatem
percipiendi fructus, durante vita grauati, tranſire poteſt
in extraneum, reſiſtente enixa voluntate teſtatoris, &
expreſſa prohibitione alienationis, & obligationis per- 7
petuò duratura, vt bona conſeruentur in eius familia, &
agnatione *Altogr. conſ.96. num.15. & ſeqq lib.2. Rot. rec.*
dec.135 num.6. & 7. par.7. & in Romana Fideic. de Cupis
18. Iunij 1657. §. certior, coram Reuerendiſs. Meltio, cum
alijs pluribus ibi congeſtis.

Et ita vtraque &c.

Bo: Me: Veroſpio.

Bononien. Fideicommiſſi de Bonfilijs.

Mercurij 24. Ianuarij 1663.

A R G V M E N T V M.

Tranſactio facta à grauato præiudicat ſucceſſoribus, & ſubſtinetur ex quauis cauſa dubitandi, & lite mota, vel mouenda, nec reſcinditur, per inſtrumenta, & iura de nouo reperta.

S V M M A R I V M.

1 *Tranſactio facta à grauato, præiudicat vocatis ad fideicommiſſum.*
2 *Quælibet lis, & quælibet occaſio dubitandi præbet legitimam cauſam tranſigendi.*
3 *Filio debentur detractiones in bonis fideicommiſſi.*
4 *Quælibet alienatio facta à grauato qui non fecit inuentarium, facit præſumere conſumptionem detractionum.*
5 *Contra, quando conſtat in quid fuerint conſumpta bona alienata.*
6 *Tranſactio non corruit ex inſtrumentis de nouo repertis.*
7 *Ex omnium bonorum prohibitione alienationis, inducitur prohibitio Trebellianicæ.*
8 *Trebellianica prohiberi poteſt etiam filijs.*
9 *In Ciuitate Bononiæ prius vigebat opinio contraria.*
10 *Opinio Doctorum etiam falſa dat cauſam tranſigendi.*
11 *Imo opinio vnius Doctoris eximij.*
12 *Poſt ſententiam, quæ poteſt in dubium reuocari, fieri poteſt tranſactio.*
13 *Et poſt obtentam commiſſionem vigore reſtitutionis in integrum.*
14 *Acquiſita à patre nomine filij mercatoris, quæruntur filio pro dimidia.*
15 *Pro tranſactione in dubio præſumitur.*
16 *Maximè ſi facta ſit à maioribus.*
17 *Et cum decreto iudicis, & ſententia arbitri.*
18 *Cauſa finalis habetur ex proemio diſpoſitionis.*
19 *Lis, ceſſante calumnia, eſt cauſa ſufficiens tranſactionis.*

20 *Et*

Digitized by Google

20 *Et calumnia, ad hunc effectum, debet eſſe clariſſima.*
21 *Timor litis ſufficit pro validanda tranſactione.*
22 *Receſſus a lite magnum lucrum reputatur.*
23 *Tranſactionem impugnans, debet prius reſtituere, quicquid eius occaſione accepit.*

DECISIO CCXI.

TRanſactionem initam de anno 1612. obeſſe Bonfio-
lis, iterum hodiè Domini reſponderunt, licet, ex
propria perſona, & independenter à tranſigentibus ad
fideicommiſſum Petri aſpirent, quia tranſactio ex
litis cauſa bona fide, contracta, nedum tranſigentes,
ſed ad fideicommiſſum ſucceſſiuè quoque vocatos
1 aſtringit, vt præter auctoritates, in præterita deciſione,
recenſitas, tradit, *Peregr. conſ. 60 numer. 3. lib. 4. Gratian.*
capit. 476. numer. 1. cum ſeqq. Rot. in Romana donationis
29. Aprilis 1652. in fin. coram Reuerendiſſimo Tarra
conen.

Nec prædicta tranſactio, eo ſub prætextu valet in-
fringi, quod monialium iura, quorum virtute, præ-
ter domos, dimidia ipſis bonorum portio, dimiſſa fuit,
in rigore iuris non poſſent ſubſiſteri, quoniam litis in-
ſtitutio, licet non iuridicè, necnon qualibet occaſio
2 dubitandi titulum tranſigendi legitimum præbent, *iux*
ta tex. in l. 2. vbi gloſſ. poſt princip. ac in verbo nulla, cæte-
rique communiter *DD. C. de tranſact. Becc. conſil.* 109.
numer. 7. & 8. cum ſeqq. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 1. num.
16. Rot. cor. Gregor. dec. 149. num. 4. ibique Add. num. 7
Merlin. deciſ. 163. num. 7. & 8. & in Bononien. Pradij 6.
Martij 1662. §. & quamuis ad medium, coram R. P. D.
Albergato.

Iura, vero, monialium inficiari non valent, quin
occaſionem dubitandi legitimam præſeferant, vtpote
conſiſtentia, tum in detractione legitimæ; & Trebel
lianicæ Andreæ fideicommittentis filio debitæ, cuius ex
3 teſtamento hæres ipſe euaſerat; Tum in detractione bo-
norum liberorum, & dotium, ac in diuerſis denique
acquiſitionibus, nedum proprio, ſed etiam Andreæ fi-
lij nomine à teſtatore peractis, quas moniales liberè di-
midia ceſſiſſe Andreæ contendebant.

Nec alienationes quamplures ab Andrea præhabitæ
detractionem legitimæ, & Trebellianicæ poterant im-
pedire, è quibus, concurrente inuentarij omiſſione, ſa-
4 tisfactionis præſumptio ſolet exoriri, vel quia maior alie-
nationum portio, in extinctionem æris alieni, à teſta-
tore conflati ceſſit, vt notula in tranſactionis inſtru-
mento inſerta apertè demonſtrat, vel quia, ſtatus hæ-
5 reditatis, coram arbitro notæ viro probitatis, examina
tus, atque perpenſus eſſe dignoſcitur, conditione ex-
preſſa, vt eo intrà terminum trium menſium clariori
non exhibito, valor hæreditatis deinceps non poſſet im-
pugnari; Adeoque licet aliæ diſtinctiones, tunc verè
innoteſcentes tranſigentibus poſtmodum forent adin
uentæ; non tamen ſub hoc opinionis erroneæ prætextu,
6 ſeù ex inſtrumentis ſucceſſiuè repertis, ea debet tranſa-
ctio corruere, iuxta diſpoſitionem apertam *tex. in l. Lu-*
cius 78. §. vltimo, ff. ad Trebell. & in l. ſub prætextu ſpe-
cierum, C. de tranſact. Bero. conſ. 178. num. 11. Peregrin.
de fideic. art. 52. num. 99.

Et licet ex bonorum omnium alienatione per teſtato-
7 rem interdicta detractio quoque Trebellianicæ prohi-
bita tacitè contenderetur, quam prohibitionem, filijs
8 etiam primi gradus, poſſe inferri, ſemper cenſuit *Rot.*
vt teſtatur Emmentiſſ. Otthob. deciſ. 35. numer. 3. Dum,
tamen, tunc temporis Ciues Bononiæ adhærebant opi-
9 nioni contrariæ, vt teſtatur *Giouagnon. conſ. 1. numer. 3.*
& 4. lib. 2. Rot. Bononien. diuerſ. dec. 14. num. 35. ita ſem-
per aſſerens idem extitiſſe deciſum, horum proindè DD.
opinio, ſeù conſuetudo, ex profeſſo ſucceſſiuè reiecta,
in Bononien. fideic. de Morottis 23. Iunij 1614. coram Ve-
10 *roſpio*, iuxta tranſigentium cauſam profuit, *Surd. conſ.*
556. *numer. 4. Rot. deciſ. 263. numer. 3. par. 3. recent.* vbi,
quod vnius Doctoris, tamen eximij opinio ſufficiens eſſe
cenſetur, *& in deciſ. 25. numer. 13. coram Emmentiſſ.* 11
Otthob cum alijs recenſitis *in Bononien. prædij 6. Martij*
1662. §. & quamuis ad med. cor. R. P. D. Albergato.

Quinimmo cenſetur poſt deciſionem, & rem iudicatã
quoque permiſſa tranſactio quoties iuſtitia, ſeù validi-
tas ſententiæ, poſſit aliquo modo, in dubium reuocari, 12
vel commiſſio reſtitutionis in integrum vindicans litem
in priſtinum, obtenta foret, vt apertè probat *tex. in l.* 13
eleganter 23. §. ſi poſt rem iudicatam, C. de cond. indeb. l.
ſi cauſa cognita 33. C. de tranſact. & dicit Rot. coram Coc-
cin. dec. 396. numer. 3. & 4. & dec. 491. numer. 1. & 2. &
in Melenitana Nauis 12. Nouembris 1629. §. non obſtat,
coram Vbaldo & in Ferrarien. fideicom. 22. Iunij 1661. §.
ſecundum tollitur, coram R. P. D. Bourlemont. vbi ea ra-
tio ponderatur quid ex nouis iuribus, vel re meliùs per-
penſa eadem valeant reuocari.

Quo vero ad bona emphyteutica, quæ Petrus tum
proprio, tum Andreæ filij nomine, à præſtatione Ca-
nonum immunia reddiderat, bonum quoque ius mo-
niales fouebant, dum, acquiſitis à patre, nominè quo-
que filij mercatoris perhabita regulariter filio cedere 14
ſolet, pro dimidia, vt aduertit *Becc. conſ. 113. numer 9.*
& ſeqq. Rot. in Rom. Cenſus 26. Februarij 1662. in princ.
& in §. tum quia cor. R. P. D. Albergato, vel ſaltem reſ-
ponſionibus ex aduerſo deductis benè perpenſis, dubio
iuris articulo agebatur, itaut, ſuper eo validè potuerit
iniri tranſactio, cuius validitas, atque iuſtitia in dubio 15
adeſſe præſumatur, vt tradit *Berò conſ. 176. num. 15. lib. 1.*
Surd. conſil. 451. num. 18. & conſil. 151. num. 33. Rot. in
Romana Fideic. de Bariſanis 27. Iunij 1650. §. nequicquam
coram Emmentiſſ. Celſo; dum eadem maximè à Bonfio- 16
lis tunc ætate maioribus, atque Monialibus exemplaris
vitæ inita fuit, in executionem laudi ab arbitro prola-
tis, nec non decreto iudicis adhibito, quod maximam
iuſtitiæ, & validitatis ſolet præſumptionem operari, vt 17
in terminis *Surd. conſil. 451. num. 27. cum ſeqq. Canaler.*
deciſ. 407. num. 6.

Hinc perperam tranſactionem, ex falſa cauſa prodijſ-
ſe contendit, dum tranſigendi cauſa finalis à lite dubia
receſſus extitiſſe præſumitur, in proemio tranſactionis 18
expreſſa, *Rot. coram Buratt. dec. 658. numer. 6. & coram*
Merlin. dec. 163. num. 3. quæ, euidenti ſuſpicione calum-
niæ ceſſante, pro ſubſiſtentia tranſactionis ſufficiens 19
reputatur, *Becc. conſ. 109. num. 7. & ſeqq.* vbi, quod licet
lis calumnioſe inſtituta tranſactionem irritam reddat,
tamen hæc calumnia euidens adeo debet conſiſtere, vt 20
nulla valeat tergiuerſatione velari *Canaler. dec. 23. n. 2.*
vbi quod litis quoque timor ſuffragatur, *& in Romana* 21
Dotis 9. Maij 1633. coram Buccabella, cum alijs recen-
ſitis *in Romana donationis 1650. 9. Decembris, §. quam*
uis cum ſeqq. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. aſſerens 22
præterea receſſum à lite magnum lucrum reputari.

Aduertebant etiam Domini Bonfiolos non poſſe
tranſactionem impugnare, donec bona reſtituantur
ipſis, & tranſactionis cauſa delata iuxta *tex. in l. ſi diuer-* 23
ſa 14. C. de tranſact. cuius diſpoſitio eo faciliùs aduerſatur
Bonfiolis, dum in tranſactionis inſtrumento eadem met
reſtitutio conuenta fuerit.

Et ita vtraque parte, &c.

Bo: Me: Veroſpio.

Cæſaraugustana Penſionis.

14. *Iunij* 1660.

ARGVMENTVM.

Penſio extinguitur, ipſo Iure, per aſſecutionem officij exercentis criminalia, & per quodcumque aliud incompatibile cum Clericatu, nec reuiuiſcit ſine noua reſeruatione, per dimiſſionem officij, & reaſſumptionem habitus clericalis.

SVMMARIVM.

1 *Penſio extinguitur per officium Scribæ iuſtitiæ ſæcularis.*
2 *Dum exercet criminalia.*
3 *Clericus aſſumens officium incompatibile renunciat clericatui.*
4 *Clericus non poteſt auxilium, aut operam præbere in cauſa Sanguinis.*
5 *Penſio extinguitur ex aſſumptione officij incompatibilis cum Clericatu.*
6 *Clericus factus miles, etiamſi non probetur ſaua exercuiſſe, amittit beneficia, & Penſiones.*
7 *Diſpenſatio qualibet ſtrictiſſime debet interpretari.*
8 *Nec extenditur ad ignorata.*
9 *Reaſſumptio habitus clericalis non operatur reſtitutionem Beneficij, & penſionum.*
10 *Penſio ſemel extincta ſine noua reſeruatione reuiuiſcere non poteſt.*

DECISIO CCXII.

PEnſionem annuam Eccleſiaſticam ſcutorum 200. monetæ Hiſpanæ, Ludouico Auguſtino, vti clerico, ſuper Canonicato, per Antonium de Segolia poſſeſſo
1 reſeruatam, remanſiſſe extinctam ob officium Scribæ Iuſtitiæ ſæcularis, ab ipſo penſionario, in Aragoniæ Regno, ſuſceptum, hodie Domini reſponderunt.

Siquidem, tale officium, in exercitio criminalium
2 quoque cauſarum conſiſtens, Ordini Clericali penitùs aduerſatur, cui, proinde, Ludouicus statim, ac ſeſe, in
3 eodem officio, immiſcuit, renunciaſſe præſumitur, vt, in terminis, tradunt *Io: Andr. in cap. ſicut 8. in fin. ne Cler. vel Monac* ibique *Butr. num. 8. in fin. Abb. num. 3. Diaz. in praxi crimin quæſt. 58 num. 4. Farinacc. in fragm. par. 1. num. 220 Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 8 n. 11.* dum maximè laicalis iuriſdictionis imperio, & præuio iuramento, ſubiecit iuxta normam legum fori Aragoniæ, Laicos dumtaxat, ad huiuſmodi officij exercitium admittentium, non autem Clericos, quibus in cauſa ſan-
4 guinis auxilium, ſeù operam præbere, ex iuris diſpoſitione quoque interdicitur, iuxta *textum in cap. ſententiam, vbi Innoc. in princ. Hoſtien. num. 2. cum ſeqq. Abb. nu. 13. ne Cler. vel Monac.*

Hinc ex officij ſuſceptione, cum clericatu omninò incompatibilis penſio remanſit extincta, vt in terminis
5 penſionarij militiæ munus ſuſcipientis, notat, *Azor. inſtit. moral par. 2. lib. 8. cap. 10. quæſt. 4. Paul. de Roman. de penſion. cap. 3. numer. 4. inter tract. vniuerſ. tom. 15. fol. mihi 311. Caccial. tit. pariter de penſion. quæſt. 15. per tot. Gigas eodem tract. quæſt. 55. num. 4. & 5. Viuian. de iurepat. lib. 13. capit. 9. numer. 55. in fine*, cum alijs relatis in *Firmana penſionis 25. Iunij 1649 §. inde attenta cum ſeqq. coram Eminentiſs. Celſo*, vbi præterea, firmatur, Clericum, ex aſſumptione militis, beneficijs, & penſionibus
6 priuari, licet ſæua non exercuerit, vt in puncto Clerici in officio criminali ſe immiſcentis, quod beneficium amittat, tradit *Maiol. de irregul. lib. 2. par. 6. num. 3.*

Neque Breue Summ. Pont. ſuper retentione penſionis, poſt ſuſceptum officium, à Ludouico expeditum, poterit ſuffragari, illud, enim, facultates retinendi penſiones, tunc temporis vigentes, dumtaxat attribuit, nec conſe- 7
quenter ad penſionem hanc porrigitur; Diſpenſatio, quippe, ſtrictè debet intelligi, neque extenſionem aliquam admittit, vt notat, *Franc. in cap. non poteſt 21. §. illud numer. 2.* cæterique communiter, *Rebuff. in prax. benefic. §. præfati, verſ. dignitates ad fin. Rot. dec. 233. nu. 26. par. 1. diuerſ. & dec. 258. numer. 6. ante fin. par. 1. rec. & in Firmana penſionis 2. Iunij 1644. §. fin. cor. Eminentiſs. Celſo*; Præſertim, quia defectus Clericatus, ac extinctio penſionis exinde reſultans, Summo Pontifici non innotuit, iuxta doctrinam, *Felin. in cap. præterea numer. 7.* 8
cum ſeqq. de teſt. Coeſend. Gabriel. conſ. 189. num. 1. & 2. lib. 1. Rot. d. dec. 158. numer. 6 par. 1. rec.

Renunciatio, denique, ſucceſſiua perhabita obſtare non valet, dum ea ad reaſſumptionem habitus Clericalis Ludouicum dumtaxat admittit, non, autem, ius pro 9
recuperatione domus extinctæ, eidem attribuit, vt tradit *Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 39. § 2. nu. 79. circa med. Rot. in d. Firmana penſionis in fine, coram Eminentiſs. Celſo*, licet titularis accederet aſſenſus, cum penſio ſemel extincta abſque Sedis Apoſtolicæ beneplacito 10
reuiuiſcere nequeat, *Rot. coram Merl. dec. 382. numer. 3. & in Ferrarien. penſionis 15 Nouembris præteriti, §. non obſtat, coram R.P.D. Beuilaqua.*

Bo: Me: Veroſpio.

Firmana Fideicommiſſi.

Lunæ 8. *Iunij* 1665.

ARGVMENTVM.

Ponderantur coniecturæ, ex quibus, filiorum appellatione in fideicommiſſis, veniunt nepotes, & firmato, quod potiſſima coniectura eſt contemplatio agnationis, enumerantur ea, quæ inducunt rationem contemplationis agnationis in teſtatore.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione ex propria ſignificatione non veniunt nepotes.*
2 *A qua concluſione receditur ex coniecturis.*
3 *Inter quas eſt, quando vocantur naſcituri in tempus remotum.*
4 *Prædilectio patris arguit prædilectionem filiorum, & nepotum.*
5 *Agnatio contemplata præſumitur ex repetita vocatione maſculorum, & excluſione fæminarum.*
6 *Et ex vocatione legitimatorum ex maſculis, in concurſu legitimorum, & naturalium ex fæminis.*
7 *Contemplatio agnationis inducit extenſionem Fideicommiſſi.*
8 *Contemplatio agnationis non excluditur ex vocatione fæminarum poſt maſculos.*
9 *Cognati ſæpe ſolent inſtitui poſt agnatos.*
10 *Ex contemplatione agnationis inducitur fideicommiſſum reciprocum inter vocatos.*
11 *Reciproca inter filios cenſetur repetita inter nepotes.*

DECISIO CCXIII.

PEtrus Simon Natinguerra, in tabulis teſtamentarijs, vniuerſalem ſibi hæredem inſtituerat, Petrum Dominicum filium ſuum legitimum, ac naturalem, cui ſine liberis maſculis, ex legitimo matrimonio, decedenti, ab ipſomet teſtatore progenitis, addita ſubſtitutione

reci-

reciproca inter eoſdem Antonium , & Franciſcom , in
quo caſu alterum, ex ijs, ſine prole maſculina obire con-
tingeret, etiam ſi ambo , nullis ſuperſtitibus filijs maſcu-
lis, ab humanis, excederent, tunc hæreditatem ſuam,
filijs maſculis Brixeidæ filiæ ſuæ deferri præcepit; Suola-
to , aotem , Petro Dominico ſine filijs hæreditas partim
delata fuit filijs Antonij , pro parte , verò , filio Franci-
ſci , ſub eodem Franciſci oomine, lo Sacro Foote Baptiſ-
matis abluto , cuius filij , Stephanus , ſcilicet , ac fratres,
poſt Antonij lineam penitus extinctam , iudicium Im
miſſionis inſtituerunt, ſuper prædio Marioi Beccarij , in
ſubſtantia teſtatoris incluſo , quod Rota , coram Reue
rendiſsimo D Epiſcopo Epheſino particulari fideicom-
miſſo ſubiacere decreuit , ex rationibus recenſitis , lo
deciſione coram eodem edita *ſub die 26. May* 1662. ſu
per verò huius ſententiæ viribus , in gradu appellatio
nis , hodie propoſito dobio, Domiol fideicommiſſi par-
ticularis inſpectione poſthabita , prædium præfatum
cenſuerunt ſub fideicommiſſo voiuerſali contineri , ac
confirmandam fore ſententiam proinde reſpoode-
runt.

Licet, enim, ſub filiorum appellatiooe , ex propria ſi-
gnificatione , nequeant contineri nepotes , iuxta *tex. in*
1 *l. quod ſi nepotes 6. ff. de teſtam. tutel. Menoch conſ.* 215.
num. 22. *cum ſeqq. Gozzadin conſ.* 36. *num.*3. *cum ſeqq.*
Gratian.cap 629 *numer* 2 *&* 3. Debet, tameo, ab huiuſ
modi Iuris diſpoſitione, in propoſito caſo , recedi , ex
ploribus coniecturis præſeferentibus cootrariam teſta-
toris voluntatem , vt tradit , *Soccin. Iun. conſ.* 23. *nu.*67.
2 *Cephal.conſ* 262. *num.*11. *Peregr. de fideic. art.*22. *nu.*47.
*Mantic. de coniect vlt vol. lib.*8 *tit.*8. *num.*12.

Harum, autem , prima ex naſciturorum filiorum vo-
catione depromitur , qoæ, vti collata , ad tempus remo
tum , ad oepotes quoque porrigitur , ex Theorica *Bald.*
3 *in conſ.* 48. *ad fin. lib.*2. *Alex. conſ.*9. *num* 2. *lib* 1. *Soccin*
*Iun conſ.*1. *num.* 39. *lib.*3. *conſ* 35. *num.* 14. *lib.*1. *Decian.*
conſ. 191. *numer.* 3. *Curt. Iun. conſ.* 211. *numer.* 9. dom ,
præſertim teſtator , In caſu , quo Aotonius , & Franci-
ſcus , nullis ſuperſtitibus liberis deceſſiſſent ab humanis,
ſubſtaotiam ſuam detulit filijs maſculis Brixeidæ; quem-
admodum , enim , filij Antonij atque Franciſci prædile-
cti naſcuotur ab ipſo teſtatore , in concurſu filiorum
Brixeidæ, ita quoque eorum nepotes prædilecti cenſen-
4 tur , *Soccin. Iun. conſ.* 126. *numer.* 24. *lib.* 1. qui proinde
debent ſub filiorum appellatione contineri .

Altera vehemens coniectura , ex maſculinitatis qua-
litate reſultat , ſæpius à teſtatore repetita , nec non ex-
cluſione perpetua filiarum fæminarum , cuius virtute,
ab ipſo agnatio contemplata præſumitur , vt aduertit
5 *Ruin. conſ.*161. *numer.*6 *&* 7. *lib.*3. *Soccin. Iun conſ* 181.
numer. 636. *lib.* 2. *Curt. Iun. conſ.* 111. *numer.* 10. *Surd.*
*conſ.*344. *numer.*10. *Mantic de coniect. lib* 6. *tit.*13. *num.*
8. *Rot. in Bononien. fideicom. de Tunis* 14 *May* 1621. §.
vltimo , coram Cardinali Veroſpio , & dec 105 *num.*4.
& 5. *par.* 1. *recent. Romana fideicom. de Mutis* 15 *Ianua*
rij 1648. §. 1. *coram Reuerendiſs. Papien. & in Bononien.*
Fideicom. de Barberijs 15. *Decembris* 1657 §. *ſecundo quia*
coram Eminentiſſimo Corrado; Dum , maxime , in caſu
diſceſſus Petri Dominici , ſine filijs , de legitimo matri
monio teſtator Antonium , & Franciſcum filios legiti-
mos prætulit Brixeidæ filiæ ſuæ legitimæ , & naturali ,
6 vt aduertit in ſpecie *Surd. conſ.*443. *num* 16. vbi quod
hæc legitimatorum vocatio ad excluſionem filiæ legiti-
mæ , & naturalis demonſtrat apertè voluntatem teſta-
toris proſpiciendi agnationi , *Cyriac. contron.* 97 *num.*21.
& contron. 351. *numer.*16. *&* 302. *numer* 42. *Gionagnon.*
reſp. 49. *numer* 19. *lib* 1.

Proinde quoque fauore oepotum , cenſeri debet inſti-
tutum fideicommiſſum , vt notat , *Aymon. conſil.* 155.
*numer.*7. *Curt Iun conſ.*19 *numer.* 1. *&* 50. *lib.*1. *Rimi-*
7 *nald Iun.conſ.*13. *numer.*74. *Peregrin. de fideicom. art.*22.
numer. 55. *Menoch. lib.*4. *preſ.*94. *numer.* 25. *Mantic. de*
*coniect. lib.*8. *tit.*8. *n.*17. *Rot. cor. Seraph. dec.*1486. *nu* 4.

Nec vrgere viſa fuit vocatio filiorum maſculorum
Brixeidæ . qui , vti familiam patris ſectantes, nequeunt
ſub altera teſtatoris cootineri; Quooiam agnatio à teſta-
tore contemplata cenſetur donec maſculi extarent ex
Antooio & Franciſco deſcendentes , In quibus illa po-
terat aſſeruari , & ideo , ex vocatiooe filiorum Brixeidæ
à teſtatore ordinata poſtquam horum linea foret extin-
cta , elici valet coniectura conſeruationis agnationis ex- 8
cluſiua , vt aduertit *Menoch conſ.*113. *numer.*20. *&* 21.
vbi, quod ſæpe ſolent teſtatores, cum dubitant de futura
extinctione propriæ familiæ cognatos ſubſtituere *Rot.* 9
dec. 133. *numer.*5. *par.*5. *recent.*

Ex hac , vero , aſſeruatione bonorum in agnatione à
teſtatore exoptata , fideicommiſſum quoque reciprocum
cenſetur inter omnes vocatos inſtitutum , vt ponderauit 10
*Aymon. conſ.*113. *num.*2. *& conſ* 130. *num* 6 *Soccin. Iun.*
conſ 110. *num* 39. *lib.*3. *Decian conſ* 44. *num.*67. *& num.*
72. *lib* 3. *Menoch. lib* 4. *præſumpt.*6. *num.*67. *Cyriac. con-*
tron 307. *num* 49. *Rot. dec.* 467. *num* 1. *cum ſeqq. par.*5.
*tom.*2 *recent.*

Inſpecta, præſertim , reciproca ſubſtitutiooe , à teſta-
tore ordinata inter Franciſcum , & Antonium primitus
ſubſtitutos, ac magis dilectos. quæ inter eorum filios, &
nepotes ſucceſſiuè vocatos, vti remotioris gradus, ac mi-
nus dilectos repetita quoque præſumitur , vt tradit , 11
*Aymon conſ.*130 *numer.*6. *Soccin. Iun conſ* 100. *num.*39.
*lib.*6. *Surd conſ.*354. *numer.*17. *poſt princ. Rot. deciſ* 300.
numer 9. *par.* 1. *recent.*

Et ita vtraque &c.

Reoerendiſs. D. Albergato Decano.

Aqollana Marmorum .

Merc. 4. Iulij 1663.

ARGVMENTVM.

Marmora excauata , de ordine alicuius , non dicun-
tur ad illum , iure domioij , pertinere , ideò , præ-
tendens eadem vindicare , docere debet aliunde de
ſuo domioio .

SVMMARIVM.

1 *Prætendens vindicare aliquid , tanquam proprium,*
tenetur probare dominium .
2 *Dominium transfertur traditionibus , non pactis .*
3 *Dominium rei alienæ non poteſt transferri in alium,*
ſine facto Domini .
4 *Exceptio , præter excepta , tribuit actionem fundatam,*
quoad alia .
5 *Teſtes informati , & dantes rationem ſui dicti , præua-*
lent alijs .
6 *Pro debito dubio in ſubſtantia , non datur actio , nec*
retentio .

DECISIO CCXIV.

FVit dictum , ſenteotiam Rotalem , ad fauorem illo-
rum de Benedictis, prolatam , eſſe confirmandam ;
Quia illius validitas , non controuertitur , & iuſtitia
reſultat , ex eo , quod illi de Alexandris , nullo modo ,
probaot Columnas , de quibus agitur ad ipſos ſpectare ,
prout plenè, & concludenter iuſtificare debuiſſent, cum, 1
tanquam Domini, illas , actione reali , à Benedictis , vin-
dicare voluot, *l. officium* 9. *& l in rem* 24 *ff de rei vendic.*
& præter relatos in deciſione, de more, ante ſeotentiam,
edita , *coram R. P. D. Beuilaqua* 1. *Iulij* 1661. § *iniu-*
ſtitia tradunt Crot. conſ. 34. *nu.*8 *Cyriac. contr.* 300. *n.*25.
Rot. cor. Verall. dec. 280. *n.*2. *par.*1. *Coccin. dec* 69. *n.*1. *cor.*

Digitized by Google

Eminentiſs. Otthob. dec. 13. *numer.* 3. *& in Romana Caſtri Orciani* 15. *Maij* 1662. *§. aſſumpta autem , &* 25. *Iuly mox elapſi , coram Me in principio.*

Nec talis probatio, reſultare viſa eſt , ex conuentiooe inter Blaſium de Alexandris,& Petrum Lapicidam, inita, in qua, iſte promiſit conſtruere Cappellam , cum lapidibus ſuis ſumptibus effodiendis. Tum , quia , per ſimplicem hanc conuentionem , illi de Alexandris, ſuper Columnis, nullum acquiſinerunt domioium , quod traditionibus , non pactis, transfertur , *l. traditionibus ,*
2 *20. ff. de pact. & l. ſi ager* 51. *ff. de rei vendic. Surd. conſ.* 72. *num.* 55. *& ſeqq. Gratian. cap.* 22. *num.* 3. *& cap.* 24 *nu.* 15. *Rot. in rec. dec.* 590. *num.* 8. *par.* 4. *tom.* 3. tum etiam, quia, ex teſtibus examinatis, pro parte illorum de Benedictis , probatur , quod lapides , in columnas elaborati , vigore alterius præcedeotis conuentionis, inter lapicidam , & Archipresbyterum de Benedictis , effoſſi fuerunt , ex lapidicina Luculli, præuia licentia Communitatis, eiuſdem loci conceſſa Archipresbytero , cuius ſumptibus traſportati fuerunt ad effectum conſtruendi propriam Cappellam ; Vnde, cum ad ipſum ſpectarent , ſine facto ipſius, in alios dominium transferri non potuit, *l. id quod*
3 *noſtrum* 11 *ff de Reg. Iur. Menoch. conſ.* 296. *num.* 10. *& conſ.* 477. *num.* 7. *Rot. in Ianuen. Pecuniaria, ſeu Attentatorum* 24. *Ianuary* 1642. *coram Dunozetto , §. & ratio eſt .*

Non aduerſantur teſtes illorum de Alexandris, deponentes, quod lapides effoſſi fuerunt , pro conſtruenda illorum Cappella ; quia , vltra plures exceptiones, quas, in perſonis , & dicto patiuntur , in contrarium militat , non ſolum licentia ab Archipresbytero obtenta , qui veriſimiliter illam non impetraſſet , ſi lapides , pro ſuis Cappellis inſeruire non debuiſſent , ſed etiam factum Sculptoris, qui iudicialiter, pro reſtitutiooe Marmorum, de quibus eſt quæſtio , à Benedictis conuentus, non contradixit , niſi reſpectu cuiuſdam tabulæ , ſignum euidens, quod cætera ad actorem ſpectabant , quia excepto , præter excepta , tribuit intentionem fundatam ,
4 quoad alia , *Bart. in l. quæſitum* 12. *§. demum , ff. de fund. inſtruct. Gratian cap.* 948. *num.* 19. *Rot. dec.* 96. *nu.* 4 *par.* 1. *& dec.* 340. *num* 1. *par.* 8 Et quod magis vrget , daotur prædicti teſtes, pro Benedictis inducti , qui cootrarium deponunt , marmora, ſcilicet, pro illis effoſſa , qui , cum ſint valde informati,& ſuæ depoſitioois validas reddant rationes , aliorum teſtium dictis præualere debeot, *Surd.*
5 *conſ.* 49. *num* 6. *Myſinger. obſ.* 38. *verſ. & eos , qui factum tenuer.* 4. *plene Farinacc. de teſtibus quæſt.* 65 *num.* 165. *&* 173. *Rot. coram Buratt. dec.* 193. *numer.* 5. *in rec. dec.* 41. *num.* 16. *verſ. & etiam par.* 5.

Nec ad rem facit, quod Archipresbyter de Benedictis, ſit debitor lapicidæ , pro reſiduo mercedis primæ Cappellæ , in ſcut. 120. & vlterius , booificare debeat operas Sculptoris, in dictis Marmoribus impenſas: quoniam, cum ijdem de Benedictis prætendant , non debere, imo, quod lapicida ſit debitor , pro totidem receptis ab Archipresbytero, ad effectum conſtruendi ſecundam Cappellam, quam poſtea non conſtruxit, & prima Cappella in multis pretendatur defectuoſa , non poſſunt ioterim Alexandri vindicare marmora, ſed vtrumque debet, ſuo loco , & tempore, liquidari , cum, pro debito dubio , in-
6 certo io ſubſtantia, non detur actio, ſicuti, io fortioribus non daretur retentio, *l fin. C. de Compenſat. Gratian cap.* 734. *numer.* 14. *& ſeqq. Surd. deciſ.* 46. *numer.* 16. *verſic, Senatus tenebat , vbi Hodiern. plures refert num.* 4. *Rot. coram Eminentiſs. Otthob. dec.* 178 *num.* 10. *cum alijs adductis in Romana , ſeu Peruſina Donationis* 18. *Maij , proximè præteriti , coram R. P. D. Nuno, §. quod ſufficit .*

Et ita vtraque parte,&c.

Reuerendiſs. D. Albergato Decano.

Firmana Domus, ſeù Fideicommiſſi.

14. *Martij* 1667.

ARGVMENTVM.

Reſcriptum attenditur, quatenus , illod obtinens , eo vti velit ; Melioramenta facta ab emptore rei alienæ , mala fide non reficiuntur , & quid ſit agendum , dum res ad priſtinum ſtatum reduci non valet,

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ,* ſioe præiudicio , *dat facultatem exequendi .*
2 *In concurſu plurium reſcriptorum , vltimum attenditur .*
3 *Commiſſio obtenta , etiam parte præſente, debet in actis produci .*
4 *Reſcriptum habet tacitam conditionem , ſi obtinens , eo vti velit .*
5 *Et ideo antequam pars declaret , eo vti velle , nil ponit in eſſe .*
6 *Melioramenta compenſantur cum fructibus perceptis .*
7 *Melioramenta debent probari .*
8 *Melioramenta facta , mala fide non reficiuntur .*
9 *Emptor ex proteſtatione vocati perdit melioramenta poſtea facta .*
10 *Stante impoſſibilitate , ceſſat contumacia .*
11 *Declaratoria datur ob contumaciam .*
12 *Melioramenta , quando reficiantur , & quomodo , dum res meliorata non poteſt reduci , ad priſtinum ſtatum .*

DECISIO CCXV.

POſt tres ſententias, ſuper immiſſione, in poſſeſſionem domus controuerſæ , & præſentatiooem mandati de immittendo , in quo continetur comminatio Cenſurarum , petebat Raynaldus declaratoriam, contra Paulum Emilium de Montibus , obtemperare recuſantem , ad quam euitandam , non placoerunt Dominis duo , quæ opponebantur , defectus Iuriſdictionis , & implementi conditionis, contentæ in ſententijs, reſtituendi, ſcilicet , florenos 380. & reficiendi melioramenta ; nam, in ordioe ad Iuriſdictionem, cum, per datos per me Apoſtolos, & commiſſam cauſam Emineotiſs. Celſo auditis partibus ſignatura reſcripſerit , vt ad executionem pro-
cederem , &c, duabus alijs vicibus ſioe præiudicio trium 1
conformium , & mandati de immittendo, præſentata vtique fuit mihi iuriſdictio , ita, vt ad executionem legitimè deueniri poſſit , ex relatis per *Barboſ. clauſ.* 159. *num.* 1. *& ſeqq. Rot. coram Coccin. dec* 144. *numer.* 7. *Bononien. de Bolognins* 27. *February* 1654. *coram Eminentiſs. Celſo , §. clauſula , enim , & in Romana Societatis* 3. *Decembris proximè præteriti , coram Me, in principio.*
Nàm vltimum reſcriptum Signaturæ attendi debet , 2
& operatur , vt ab antecedentibus cenſeatur receſſum , & illa dicantur extincta , *Alex. conſ.* 136. *numer.* 3. *verſ. præterea lib.* 2. quem citat , & ſequitur *Rot. coram Buratt. deciſ.* 854. *numer.* 2. *Ianuen Pecuniaria* 28. *Martij* 1642. *coram Dunozetto , §. fin.* quam tamen Commiſſionem , dixerunt , Domini, exhibendam eſſe à Raynaldo in actis, parte citata, etiam ſi, vtraque parte informaote, obtenta fuerit ; quia , ſioe tali productione Sacrum hoc Tribunal iudicare non ſolet , ex quo pars , obtinens

commiſ-

Digitized by Google

commiſſionem, ante productionem pænitere potuit, vt
per *Veſtr. in prax. lib. 1. cap. vltimo nu. 12. Romana Legati
4. Iunij 1642. §. 1. & per tot. & in Beneuentana Iuriſdictionis
31. Ianuarij 1656. coram Reuerendiſs. Decano §. quia licet.*
4 Reſcriptum, enim, habet in ventre tacitam conditionem,
ſi, obtinens, eo vti velit, & proinde nihil ponit in eſſe, an-
tequam talis conditio verificetur, per vſum iudicialem
5 Reſcripti in puncto, *Rot. in Romana locorum Montium
14. Maij 1649. §. 1. & ſeqq. & in Anglonen. Attentatorum
12. Decembris 1653. coram Bichio, §. ſecundo quan
do.*

Quo, vero, ad prætenſionem reſtituendi florenos 380.
qui conſtituunt ſcut. 190. & reficiendi melioramenta,
placuit, Dominis reſponſio, quod dicta ſcut. 190. ex
forma ſententiarum, erant compenſanda cum penſioni
bus partis domus locatæ, ab anno 1605. quæ in ſcut. 6.
annnis, conſtituunt ſummam longè maiorem, quod eſt
6 etiam conforme diſpoſitioni iuris, ex relatis *per Rot. in
Romana Fideicommiſſi de Zuccaris 4. Februarij 1650.
coram Dunozetto, §. poſtremo non obſtat, & in deciſione
huius cauſa, coram Me 1. Februarij 1658. §. & cum pars
7 domus.* Et melioramenta, vel non probantur, vt debet,
vel, quatenus de eis conſtaret, tanquam, mala fide, fa-
cta, poſt denunciationem, & conſultò, in euerſionem
fideicommiſſi non eſſent reficienda, vt præter relatos
8 *in d. dec. huius cauſa, §. fin. Cagnol. in l. 1. num. 70 de ſent.
quæ pro eo, &c.* vbi dat cautelam, vocatis ad fideicom-
miſſum, quod talem proteſtationem faciant, vt emptor,
poſt approbatum fideicommiſſum, perdat melioramen-
9 ta, *Peregrin. de Fideicommiſ. artic. 50. numer. 63 Rot.
in Romana Salutan 4. Iunij 1660. §. vltimo, & 18.
Februarij præteriti, coram Me, §. retentio pro meliora-
mentis.*

Denegata, autem, fuit declaratoria, quia Impoſſibi-
lis viſa eſt, Dominis, paritio, ad formam mandati, per
Raynaldum obtenti, ſtante, quod, domus eidem debi-
ta, & fideicommiſſo ſubiecta, penitus deſtructa eſt ſolo
æquata, & domui magnæ eiſdem de Montibus incorpo
rata, nec ad priſtinum ſtatum reduci poteſt ſine demo-
litione nouæ domus, & eorum iactura, & damno con-
10 ſiderabili, qua ſtante impoſſibilitate ceſſat contumacia
illorum de Montibus, propter quam dari ſolet decla-
11 ratoria, *capit. 11. quæſt. 3. Abb. in capit. 1. numer. 10.
de Iudic. Rot. coram Buratt. deciſ. 748. numer. 3. in
recent. deciſ. 649. numer. 1. par. 4. & in Melevitana
prætenſi iuris Votandi 20. Martij 1617. coram Sa
crato.*

Vnde, cum ad priſtinum ſtatum, & formam re
duci nequeat, placuit, Dominis, amplecti tem
peramentum Magonij, quod Montius, vel ſoluat
iuſtam antiquæ domus æſtimationem, ad effectum
inueſtiendi pro fideicommiſſo, vnà cum fructibus,
à die motæ litis, vel aliam æquiualentem, & ſimilis
qualitatis domum tradat Raynaldo, vt, in ſimili facti
contingentia ſeruatum fuiſſe, tradit *Magon. deciſ. Lu-
cen 33. numer 52.* & in hoc Sacro Tribunali *in Roma
na Melioramentorum 5. Iunij 1632. coram Dunozetto
verſ. & propterea.*

Et ita vtraque parte, &c.

Bo: Me: Cardinali Vicecomite.

Oueten. Beneficij.

Luna 23. Ianuarij 1662.

A R G V M E N T V M.

Subrogatio gratioſa, demandatur executioni, quan-
do non probantur concludenter narrata, ad eam
impetrandam.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Litera Apoſtolica non iuſtificata non dantur execu-
tioni.*
3 *Subrogatio gratioſa requirit iuſtificationem in ea nar-
ratorum.*
4 *Fundamentum ſua gratiæ quiſque probare debet.*
5 *Publica vox, & fama tollitur ex præſumptionibus con-
trarijs.*
6 *Mors in promiſſionibus Papæ debet concludenter probari.*
7 *In beneficialibus datur multiplicatio titulorum.*
8 *Sententia ſuper executione literarum eſt valida proba-
tis narratis.*

D E C I S I O CCXVI.

GRatioſam obtinuerat ſubrogationem Io: della Car-
rera, ad Eccleſiaſticum Beneficium in Parochiali
Eccleſia S. Laurentij de Lorn Oueten Diæceſis, in locum
Dominici della Salde, exhibitiſque literis Apoſtolicis,
coram Iudice Commiſſario, pro earum Executione, ab
eodem decreta fuerat ſibi immiſſio, vna cum Cenſura-
rum relaxatione, aduerſus Sebaſtianum Garzias de les
Riueres pariter prouiſum Apoſtolicum, per obitum Coſ-
mi de Churechedo pro cuius parte, interpoſita appel-
latione, cauſaque per Signaturam, mihi delata, cum
clauſula, *parito Literis Apoſtolicis arbitrio Rota*, ſuſpenſi-
ua Cenſurarum. Dubium hodiè propoſui, an intret
arbitrium, ſuper quo, Domini reſponderunt, affirma-
tiuè, pro retardatione literarum Ioannis, ea ratione,
quia arbitrium regulari debet à iure, vt notat *Bart. in* 1
*extrau. ad reprimendum in verbo videbitur num. 5. & 10.
Pariſ. conſ. 56. num. 5 lib. 1. Rot dec. 558. nu. 1. par. 1. & dec.
548. num. 1. & 2. par. 5. recent.*

De iure, vero, literæ, quæ non ſunt iuſtificatę, non
merentur executionem, cum, ex hoc capite, poſſint
dici ſubreptitiæ. *Rot. dec. 251. numer. 2. par. 2. & dec. 295.* 2
*num. 1. & 2. par 6. rec. & cor. Merlin. dec. 563. nu. 1. & dec.
591. num 5.* Gratioſa, etenim, ſubrogatio tacitam condi-
tionem continet, ſi narrata in literis veritati nitantur,
ideo, ceſſante earum iuſtificatione, ad executionem
procedi nequit *l. fin. de diuerſ. reſcrip. & cap. 2. de reſcrip.
Rot dec. 197. num 5. par. 2. recent.*

Literas, autem, non eſſe iuſtificatas, conuincitur ex
eo, quod ipſe collationem ſiue gratioſam ſubrogatio- 3
nem, obtinuit, ſub narratiua, quod vacatio contige-
rit ob obitum Dominici; Vnde præter Clericatum, &
reſeruationem probare tenetur mortem illius, in poſſeſ- 4
ſione, tanquam fundamentum ſuæ gratiæ, *Mohed. dec.
292. & 350. vtrobique num. 1. Gregor. dec. 103 num. 1.*

Nec probata cenſetur, ex teſtibus deponentibus de pu-
blica voce, & fama; nam præterquam talis publica vox,
& fama eliditur, ex contrarijs præſumptionibus reſultã-
tibus ex depoſitionibus teſtiũ, pro parte Sebaſtiani exa- 5
minatorum affirmantium, beneficium vacaſſe, per obi-
tum Coſmi, *Bald. conſ. 77. nu. 6. lib. 3. Maſcard. conſ. 748. n.
13.* huiuſmodi probatio admitti minimè ſolet, vbi con-
currit alter prouiſus de cuius præiudicio agitur; Iſto, 6
enim, caſu illa requiritur plena, atq; concludens, *Greg. dec.
109 n. 5. Coccin. dec 97. n. 3. Rot. in Gerunden Parocialis
4. Maij 1661. §. hac autem gratia, cor. R.P.D. Veroſpio.*

Minùs releuaot litteræ, quas Coſmus, ſequuto obitu Dominici, cooſcripſit ad eius correſpontalem hic Romæ degentem, ad hoc, vt in locum defuncti à Sede Apoſtolica gratioſam pro eo obtineret ſubrogationem, ex quibus Joannes intendit elicere confeſſiooem, beneficium non ab ipſo, ſed à Dominico fuiſſe poſſeſſum; oam contrarium conuiocitur, ex illis verbis, Ibi. *Per ſerrar la porta à qualche mala inclinatione, importerà aſſai, che V.S. domandi la ſubrogatione, acciò non viſia luogo d' inquietarmi, e ſe qualcuno voleſſe domandare il beneſizio, farlo intendere, che io lo poſſedo in virtù di Bolle di S. Santità, acciò non ſpenda male i ſuoi quattrini*; quæ taoè verba, potiùs præſeferuot poſſeſſionem Coſmi, qui gratioſam ſubrogationem petebat, non quia crederet iuribus ſibi competeotibus ooo poſſe ſuam poſſeſſionem tueri, ſed ad effectum, ſe eximendi à futuris vexatiooibus; quæ forsàn illi inferri potuiſſeot, ſi alter beneficium impetraret, ſopponendo vacationem eueniſſe, ob obitum Dominici, at Coſmus ad magis conſeruandam ſuam poſſeſſionem petebat ſubrogationem, quia in beneficialibus
7 poteſt dari moltiplicatio titulorum, *Buratt. deciſ. 686. numer. 6.*

Præterea, ad exeluſionem poſſeſſionis Dominici, concurrit ſubſtaotia ad excludendam immiſſionem, eum ſubſecuta executione, quam tulit executor Apoſtolicus ad fauorem Sebaſtiani, exprimeodo ibi omnia narrata io
8 litteris ſufficientem aſſumpſiſſe verificationem, *Rot dec. 197. numer. 3. par. 2. recent. & coram Eminentiſs. Otthob, deciſ. 154. numer. 2.*

Et ita vtraque &c.

Bo; Me; Veroſpio.

Jmoleo Bonorum,

Veneris 6. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Debitor, cuius bona fuerunt ſubhaſtata, non poteſt agere ad reintegrationem, niſi concludenter probet in deliberatiooe dolum, & læſionem longè vltra dimidiam.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio poſſeſſionis, ex authoritate Iudicis alteri attributa, numquam datur, niſi conſtito de clara nullitate, & iniuſtitia.*
2 *Valor non probatur ex teſtibus, de proprio Iudicio deponentibus.*
3 *Læſio debet eſſe de tempore Contractus,*
4 *Domus in prædio ruſtico non auget valorem.*
5 *Periti ex inſpectione præſenti non probant valorem de præterito.*
6 *Peritus pro valore ſolum probat tamquam teſtis.*
7 *Læſio, vt annullet contractum, debet eſſe vltra dimidiam.*
8 *Etiam in ſubhaſtatione.*
9 *Exceptio læſionis in modico dimidiam excedentis, non admittitur in Iudicio executiuo.*
10 *Læſio vbi eſt in Contractu, qui læſit poteſt vel dare æquiualens, vel reſtituere rem.*
11 *Niſi vltra læſionem eſſet dolus in Contractu.*
12 *Læſio in Iudicio ſubhaſtationis in ſexta parte ſufficit pro reſciſſione.*
13 *Contra.*
14 *Factum Iudicis factum partis reputatur.*
15 *Subhaſtatio ad fauorem creditorum cuicumque oblatori etiam pro minimo offerenti valet.*
16 *Iuſtitia ſubhaſtationis, & iniuſtitia debet apparere ex iiſdem actis.*

DECISIO CCXVII.

FVerat Dominis Vainis, coram R.P.D. Ottalora, decreta reintegratio, ſuper Tornaturis 60. quæ fratres de Flaminijs de anno 1647. ſibimetipſis, pro eredito ſcut. 1918. deliberari obtinuerunt, ſuper cuius ſenteotiæ viribus, per me, hodiè, propoſito dubio, ex iniuſtitiæ fuodamento cenſuerunt eam Domini iofirmandam; Siquidem reintegratio poſſeſſionis ex auctoritate Iudicis alteri attributa, nunquam decerni conſueuit, niſi 1
ſenteotia ipſa nullitatis, vel ootoriæ iniuſtitiæ vitio, omoino detegatur obnoxia, vt tradit *Abb. in cap. cum cauſam num 4. de Off deleg. Aym. conſ. 5. num. 8. & conſ. 30. num. 1. & 2. Gratian diſcept 974 num. 17. Rot. coram Caualer. deciſ. 337 numer. 1. Buratt. deciſ 454 numer. 4. & in Peruſina Reintegrationis 13. Ianuarij 1661. §. vltimo, coram Peutingerio.*

Hanc, vero, iniuſtitiæ labem, prætexto læſionis, non valet in propoſito caſu exhibere, exinde deductæ, qood, pro credito ſcut 1918. Flaminijs prædium æquans pretium ſcut. circiter 3100. nec non annui redditus ſcut. 160. per iudicem fuerit deliberatum; dum enim, teſtes ſoper valore prædij, de proprio iudicio dumtaxat, non, 2
autem, de æſtimatione communi concludunt, inefficax eorum depoſitio reputatur ex auctoritate *tex. in l. pretia rerum 63. vbi Bart.* cæterique Doctores communiter *ff. ad l. Falcid. gloſſ in l. 2. ante finem verſ. ſed qualiter C. de reſcind. vendit. Imol. in cap. cum cauſa num 27. de empt. & vendit Gabriel. conſ. 16. num. 114. lib. . Aldobrandin. conſ. 60. num. 25 lib. 2. Thom. tt. dec. 50. num 8. Rot. dec. 137. cor. Seraph. nu. 1. & dec. 1462. num. 3. & dec. 538. nu. 4. & 13. coram Buratt. & dec. 648. num. 3. par. 1. rec.* Præſertim, quia ſecundo teſte excepto, de præſenti valore reliqui conteſtantes, non autem percutiunt tempus adiudicationis, vt requiritur ex diſpoſitione *tex in l. ſi voluntatem 8. C. de reſcind. vend. Bart in l. pretia rerum, §. nonnullam nu. 2. ff. ad l. Falcid. Alex conſ 54. num. 4. lib. 6. Pariſ. conſ. 128. num. 35. lib. 1. Rot coram Seraph. dec. 1462. num. 3. Gregor. dec. 406. numer. 15. Buratt. deciſ. 538. numer 9. & in Romana Simulationis 6. Iunij 1665. §. licet, coram Me.* 3

Nec, in propoſito caſu, valet aliqoid operari relatio periti à Iudice in partibus, ob diſcrepantiam partium electi conſtituens valorem prædij ſcut. circiter 3000. excepta domo ibidem cooſtituta, cuius nolla debet in æſtimatione ratio haberi iuxta deciſionem *Seraph. dec. 1377.* 4
num. 7. Siquidem pro decernendo bonorum valore, ac rerum, quæ ſubiacent Inſpectioni oculorum, de tempore peragendæ æſtimationis, ſolent periti dumtaxat admitti; Ideoque, ex prædij inſpectione, de recenti perhabita, præteritam illius qualitatem, ac valorem de anno 1647. peritus elicere oequiuit, ſed patenter, dumtaxat, potuit agnoſcere, *Angel in l. 2. num. 7. C. de reſcind.* 5
vendit. Cyriac. controu 61. num. 3. & 4. Rot. dec 253. nu. 18. & ſeqq. & dec. 278. num. 4. cum ſeqq. par 4. tom. 2. recent. & penes Poſth. de ſubhaſt. dec. 53. nu. 4. & deciſ. 532. num. 15. par. 5. recent.

Hinc noo vrget, quod idemmet peritus, ſuper valore prædij, de tempore ſobſecutæ deliberationis, in ſua deponat relatione; Si, enim, qualitas prædij eiuſque tunc temporis pretium ipſi innoteſcebat, debuerat in teſtem adduci, ac vti talis legitimè examinari, non autem, vti peritus poterat ad æſtimationem deueoire, vt aduertit *Angelus* ſupra adductus, & dixit *Rot dec. 253. num. 19. & dec. 278. num. 4 cum ſeqq. par 4. tom. 2. rec cor. Penn. dec. 291. num. 4. & 5. & deciſ. 199. num. 11. cor. Eminentiſs. Otthob. in rec. par 9. deciſ. 437. numer. 38. & in Romana Simulationis contractus 16. Iunij 1653. §. hæc autem, coram Me.*

Læſionis, præterea, exceptio ioefficax Dominis viſa fuit, ex quo illa dimidiam iuſti pretij partem, non ex- 7
cedit, prout neceſſarium cenſuit *Iuriſconſ. in l. 2. C. de*

Bb reſcind.

Digitized by Google

reſcind. vend. cuius diſpoſitio loquens in terminis venditionis, in iudicio quoque ſubaſtationis locum aſſumit, vt
8 tradit ibidem *Cagnol num. 161. Bald. conſ. 375. n. 2. lib. 1. Caſtren. conſ. 156. num. 1. lib. 2. Rot. dec. 648. num. 5. & 6. par. 1. rec. coram Duran. dec. 235. num. 19.* Tum, quia pro læſione, in modico, partem dimidiam, excedente, actio reſciſſoria læſo in petitorio dumtaxat iudicio exercenda tri-
9 buitur, vt tradunt, *gloſſ. in d. l. 2. verbo iudices. cæterique ſcribentes, C. de reſcind. vendit. Rot. coram Gregor. dec. 120. num. 17. & in Vercellen. Manutentionis 28. Iunij 1655. ad § ad ſecundum cor. Bichio*, nō autem, reintegratio ad bona ab emptore poſſeſſa permittitur, in cuius poteſtate reſidet iuſtum rei valorem offerre, vel eam pro eodemmet
10 pretio venditionis reſtituere, iuxtà apertam diſpoſitionem *tex. in d. l. 2. C. de reſcind. vend. Gomez. var. lib. 2. cap. 1. num. 22. Couarr. in cap. quamuis par. 3. cap. 4. num. 7. concl. 11. de pact. Rot. in Romana Tranſactionis 28. Iunij 1660. in princ. coram Me*, quicquid dicendum foret, quoties læſio ipſa duas partes ex tribus veri valoris æquaret. Tunc, enim, dolus cenſeretur ineſſe contractui, ex cuius proin-
11 dè inualiditate emptor electionis beneficium amitteret, nec non præcisè poſſet in iudicio reintegrationis pro bonorum reſtitutione à venditore compelli, vt tradunt *Capr. in l. 2. num. 81. C. de reſcind. vend. Caſtren. conſ. 156. num. 1. lib. 2. Aimon conſ. 119. num. 4. Faber in ſuo Cod. lib. 4. tit. 3. defin. 1. & defin. 30. Fontanell. dec. 64. num. 2. cum ſeqq. Rot. in Romana Tranſactionis 19. Aprilis, § licet & 28. Iunij 1660. coram Me*, & in his terminis reſtitutionis loquitur *deciſ. 70. nu. 10. & 11. coram Eminentiſs. Otthob.* nec non altera in *Interamnen. Bonorum 7. Februar. 1659. § eundem cor. Reuerendiſs. Decano.*

Nec vrgere viſa fuit auctoritas *Vincent. de Franch.* pro reſciſſione deliberationis læſionem in ſexta parte
12 aſſerens ſuffragari *in dec. 102. num. 2. & dec. 224. num. 30.* quarum, per modum diſcurſus meminit, *Bichius in Romana Læſionis 12. Iunij 1657. §. læſio*, vt idemmet, tunc temporis in hoc Sacro Tribunali declarauit. Etenim, contraria opinio, vti veritati innixa, ab hoc Sacro Auditorio recepta conuincitur in deciſionibus ſuperius re-
13 cenſitis, ac etiam in *Fulginaten. Subaſtationis 14. Maij 1655. §. vlt. coram Alberg. & in Fanen. Separationis Thori 14. Febr. 1656. ad finem coram R. P. D. Beuilacqua*, cuius ratio ea videtur exiſtere, quod factum iudicis, quoad omnes effectus pro facto debitoris reputatur à iure, *in l.*
14 *1. C. ſi in cauſam iudic. & in l. ſi ob cauſam num. 13.* ibique notat *Bart. C. de euict. Surd. dec. 306. num. 6. Gratian. cap. 587. num. 21. Rot. coram Duran. dec. 445. num. 46.* & penès *Poſt de ſubaſt. dec. 08. num. 5.* cum aliis recenſitis in *Fulginaten. Subhaſtationis 19. Iunij 1656. cor. Alberg.*

In quam tamen ſententiam, aliqui ex Dominis, eò facilius inclinarunt, quia præuia conſueta edictorum affixione maiorem nullus ſummam exhibuit, cuius virtute Iudex ad licitandum creditores legitimè admiſit, iuxtà
15 diſpoſitionem *tex. in l. 2. C. ſi in cauſ. iudic. Rot. coram Seraph. dec. 1478. num. 1.* Tum, quia ſuper maiore prædij valore, probationes in iudicio reintegrationis examinarunt non autem in altero ſubhaſtationis, cuius Iuſtitia, ex iiſdem debuiſſet actis eluceſcere, vt reſpondit *Rot.*
16 *coram Duran. dec. 254. num. 4. & dec. 236. nu. 9. & 10. cum ſeqq. coram Reuerendiſs. Tarraconen. & in Romana Reintegrationis 23. Febr. 1654. in princ. coram Reuerendiſs. Decano.*

Et ità vtraque parte informante, &c.

Bo: Me: Veroſpio.

Gneſnen. Iuriſpatronatus.

Ven. 8. Febr. 1664.

ARGVMENTVM.

Latè diſſeritur, quando Iuſpatronatus non ſit annexum Caſtro, ità vt non transferatur, per venditionem d. Caſtri, nec vadat ad eius poſſeſſionem, qui non ſit de familia fundatoris.

SVMMARIVM.

1 *Lex fundationis ad vnguem ſeruari debet.*
2 *Iuſpatronatus annexum Caſtro, vadit ad poſſeſſorem Caſtri.*
3 *Iuſpatronatus cenſetur potius ad fauorem familiæ, quam poſſeſſoris Caſtri.*
4 *Affectio ſanguinis attenditur.*
5 *Hæreditas ab inteſtato defertur conſanguineis.*
6 *Hæredum in conditione poſitorum nomine veniunt ſoli deſcendentes.*
7 *Qualitas hæreditaria requiritur in patronatu gentilitio.*
8 *Familiæ ſplendor valdè fulget in Iurepatronatus.*
9 *Legatum, relictum conſanguineo in dignitate conſtituto, præſumitur ob affectum ſanguinis, non dignitatis.*
10 *Qualitas fundationis cenſetur approbata.*
11 *Fundator dans patronatum alicui, non poteſt alteri concedere.*
12 *Contra ſi accedat conſenſus vocatorum.*
13 *Patronus in patronatu familiari nihil poteſt innouare.*
14 *Ne quidem de conſenſu ordinarij.*
15 *Tranſactio non mutat fundationem beneficij.*
16 *Verba cenſentur ſtare demonſtratiuè.*
17 *Fundamentum gratiæ debet probari ab eo, qui in ea ſe fundat.*
18 *Relatio habetur ad id, cui verba conueniunt.*
19 *Incluſio vnius in diſpoſitione, non excludit aliud.*
20 *Tranſactio non præiudicat vocatis ex propria perſona.*

DECISIO CCXVIII.

Super reuocatione attentatorum, propoſito per Me, dubio, ſub die 10. *Martij* 1662. boni iuris diſputationem Domini demandarunt, quod familiæ Corabitæ aſſiſtere hodie cenſuerunt; Siquidem Io: Corabita Epiſcopus Gneſnen. Eccleſiã. in oppido Laſchi, ex proprio ære conſtructam de anno 1525. in Collegiatam erexit, tres ibidem conſtituens dignitates, vna cum tribus perpetuis Vicarijs, quorum omnium præſentationem reſeruauit ſuis ex Corabita familia nepotibus, tunc poſſeſſoribus Caſtri, atque ex ijs deſcendentibus maſculis His verò extinctis, alijs familijs Corabitis, in Caſtris Syraboniẽ & Caſtillien. degentibus, detulit patronatum; Quare, cum nepotum linea, de anno 1632. defeciſſet, ad præſentationem proindè legitimæ, deuenerunt familiæ Corabitæ, in oppidis præfatis exiſtere, quibus Iuſpat. fuerat, ex fundationis lege delatum, ad vnguem ſeruanda, iuxta *tex. in cap. decernimus quæſt. 7. Pariſ. conſ. 48. num. 8. cum ſeqq.* 1
lib. 4. Rot. dec. 15. num. 1. par. 1. rec. & in Cochen. Cappellaniæ de Belmonte 15. Iunij 1615. §. 1. ad fin. cor. Veroſpio.

Nec viſa fuit vrgere præcedens reſeruatio Iuriſpat. ab eodemmet Ioanne, cum Ordinarij aſſenſu conſtituta pro ſe, ac fratribus, vel eorum legitimis hæredibus, in Caſtro prædicto degentibus, cuius virtute coemptor Caſtri, licet extraneus, patronatum, vti eidemmet Caſtro anne-

xum

Digitized by Google

2 xum contendit ad ſe fuiſſe tranſmiſſum, *ad tex. in cap.*
ex literis 7. vbi Abb. num. 1. & 10. de Iurepatron. cap. cum
ſeculum, vbi gloſſ. in verbo emptor eod. tit. Garz. de benef.
par. 5 cap. 9. num. 16. Lotter. de re benef. lib. 2. quaeſt. 9. num.
62. Rot. in Cracouien. Iuriſpat. 5. Martij 1653. §. primò co-
ram Me.

Quicquid, enim, an patronatus verè Caſtro aderat,
aut videatur innuere ſequentia verba, in Inſtrumento
fundationis inſerta, ipſe R. D. Ioannes de Laſco, & ſui
fratres ſupradicti ſucceſſores, qui ipſorum legitimi in ip-
ſo Laſco hæreditantes Præpoſitum Sacerdotem præ-
ſentabunt, vel expreſſio Caſtri potiùs demonſtratiuè
cenſeatur adiecta pro maiori ſplendore familiæ, vt regu-
lariter præſumitur, quoties nominatio perſonæ ſuæ fa-
miliæ nomen Caſtri præcedat, vt in ſpecie tradit, *Lotter.*
3 *de re benef. lib. 7. quaeſt. 19. num. 56. cum ſeqq. Rot. cor. Man-*
tic. dec. 150. num. 5. & 6. vbi, quod ſanguinis affectio, de-
4 bet, in dubio præferri, & *dec. 53. num. 4. in fine, par. 5 rec.*
cum alijs recenſitis in *Pientina Parochialis 28. Iunij 1655.*
§. quia cor. Reuerendiſſ. Decano; Vtroque caſu Domini
cenſuerunt actionem nullam ſuper Iure præſentandi
emptori Caſtri poſſe competere; quia ſub eo nomine le-
gitimorum hæredum, non eſt diſpoſitiuè à fundatore
expreſſum, quod deſcendentes dumtaxat ex fratribus
contineantur, nec non alij conſanguinei, quibus eorum
poterat hæreditas ab Inteſtato deferri, iuxta *tex. in l. ea*
5 *vero 3. §. de illo*, ibique notat *gloſſ. Margin. ff. pro ſocio,*
Abb conſ. 3 num. 4. col. 5 par. 2. Alex. conſ. 56. num. 4 lib. 2.
Dec. conſ. 33. num. 3. Guidop. dec. 591 Peregr. de fideic. art.
32. num. 49. Fuſar. de ſubſtit. quaeſt. 359. num. 72. cum ſeqq.
& num. 84. & 85. diſcrimen inter hæredes à teſtatore po-
ſitos in conditione conſtituit, ac alios diſpoſitiuè voca-
tos, vt ſub illorum, ſcilicet, vocatione deſcendentes dum-
taxat includantur, ſub horum, verò appellatione nedum
deſcendentes cenſeantur admiſſi, ſed alij, quorum con
ſanguinei ex Myniſterio legis ſuccedentes ab inteſtato,
6 quam diſtinctionem etiam amplectitur, *Gratian. cap.*
313. num. 2. Rot. dec. 106. num. 9. par. 9 rec.

Cui licet Patronus Caſtri inhæreret, nihilominus
ex ea deſcendentium vocatione deberet ille mixti natu-
ram aſſumere, ac vtraque proindè qualitas Caſtri hære
ditaria, videlicet, & ſanguinis, foret in patronis neceſſa-
7 ria, vt aduertit *Pariſ. conſ. 48. num. 8. cum ſeqq. lib. 4. Rot.*
cor. Seraph dec. 456. numer. 5. & dec. 267. num. 1. cum ſeqq.
par. 6. rec. dum maximè, de canonicatuum erectione
multiplici peragitur, cum ingentis ſui æris diſpendio à
fundatore perhabita, cuius virtute quælibet interpreta-
tio aſſumi, vt propriæ voluerit ipſe familiæ principaliter
proſpicere, cuius honor in beneficiorum præſentatione
multiplici quam maximè poterat præfulgere, non au-
tem, vt ratione Caſtri dumtaxat habuerit in extraneos
8 de facili alienabilis, vt in ſpecie *Rot. cenſuit cor. Mantic.*
dec 150. num. 6. cuius dictum apertè fulcitur *ex text. in*
cap. requiſiuit num. 15. ibique Abb. num. 8. de teſtam. vbi
deciditur legatum Epiſcopo conſanguineo relictum
cenſeri perſonæ, non autem dignitati delatum, quia cau-
ſa affectionis, & ſanguinis in concurſu dignitatis cenſe-
9 tur præualere, *Caphal conſ. 216. num. 18. Menocch. lib. 4.*
praeſ. 112. num. 3.

Quælibet præterea occaſio dubitandi videtur arceri,
quod canonicatus, dignitates, & Vicariæ de quibus agi-
tur erectæ noſcuntur in inſtrumento anni 1625. non
autem in altero præcedenter edito, de anno 1509. Hinc,
vel ad hos canonicatus præcedeos porrigi nequit diſpo-
ſitio, vel ex hac poſteriori, illa declarationem aſſumpſit,
quod licuit Io: peragere, dum alijs ipſe familijs Corabitis
patronatum attribuit, poſtquam nepotum linea in prio-
ri fundatione penitus foret extincta, talis quippè, diſpoſi-
tio vltimo ex vocatis adimens facultatem diſponendi, de
iurepat. ipſe poterat dumtaxat præiudicium irrogare,
non autem alijs præcedentibus in gradu, cui nihilomi-
nus præuidendo tum nepotes fundatoris, tum alij deſcen-
dentes videntur requieuiſſe, dum ad huius poſterioris

fundationis normam cum capitulo ædita fuit tranſactio
ab omnibus ſucceſſiuè approbata, nec non iidem nomi-
nationes complures peragerunt, *ad tex. in l. Paulus re-* 10
ſpondet, ff. rem rat hab. Bald. conſ. 14. nu. 5. vbi quod ex in-
ſtrumenti productione verè omnia ibidem contexta
approbata cenſentur, *Dec. conſ. 463. num. 19. Surd. conſ.*
152. num. 23. Aldobrand. conſ. 18. num. 7. lib. 2. Rot. cor. Bu-
ratt. dec. 229. nu. 6. & in Bononien. Dotis 27. Martij 1662.
§. 1. cor. Me.

Hinc non obſtat, quod patronatum cum ordinarij
conſenſu vni conceſſum alteri fundator nequeat ſucceſ-
ſiuè attribuere, vt tradit *Lambertin de iurep. lib. 1. par. 1.* 11
quaeſt. 4. art. 7. ad fin Garz. de benef. par. 5. cap 9. num. 63.
& 70. Sanleger. quaeſt. benef cap. 54. num. 6. Rot. dec. 37. nu.
1. cum ſeqq. par. 7. rec. & in Cortonen. Cappellaniæ 7. Iunij
1649. §. neque releuat, & 23. Ian. 1652. §. 2. cor. Reuerendiſſ.
Papien. dum, enim perſonæ de quorum præiudicio age-
batur, ſuum præſtiterunt aſſenſum, ea familiarum addi-
tio debet legitima recenſeri, vt tradit in ſpecie *Viuian. de* 12
iurepat. lib. 14. cap. 3. num. 12. & 13.

Præfata præterea, concluſio in erectione patronatus
dumtaxat, admittitur in fauorem extranei à fundatore
perhabita, non autem ſibi locum aſſumit, quoties fun-
dator, vt in caſu propoſito, pro ſe, ac deſcendentibus, ſeu
alijs de ſua parentela patronatum reſeruauerit, vt di-
ſtinguit in ſpecie, *Lambertin. de Iurepatron. lib. 1. par. 2.*
quaeſt. 2. princ. art. 6. à num. 8. ad finem, vbi eam rationem
aſſignat, quod in caſu priori, extraneus vices donatarij 13
cenſetur obtinere, in ſecundò verò, illi de parentela præ-
ſumantur à fundatore vocati, tanquam in gradu eidem
ſucceſſibili, ac ſub ſpe ſuccedendi, regulata tamen, ab
einſdemmet voluntate teſtatoris, cui proindè cenſetur,
cum Epiſcopi beneplacito variatio præmiſſa, licet actus
præcedens foret quoque ordinarij auctoritate munitus,
Gratian. cap. 177. num. 13. cum ſeqq. Ricc. dec. 280. numer. 14
14. cum ſeqq. par. 4. Rot. dec. 166. num. 7. par. 6. rec. in Lunen.
Sarzanen. Iuriſpat. 5. Martij 1610. §. 1. coram Ortem-
berg.

Emptori denique Caſtri non poterit ſuffragari tran-
ſactio, de anno 1532. à nepotibus fundatoris cum Ar-
chiepiſcopo contracta, necnon per S. M. Paulum III. ſuc-
ceſſiuè approbata; Illa, ſiquidem ex cauſa litis proceſſiſ-
ſe conuincitur, ſuper Iure præſentandi, ab Archiepiſco-
po inſtitutæ, quod alternis vicibus, fuit inter eos perindè
diſtributum, nec conſequenter, in cæteris cenſetur inno-
uata ſubſtantia fundationis, vt admonet *Iuriſconſ. in l. ſi*
de certa num. 31. C de tranſact. Honded. conſ. 16. num. 35. 15
lib. 1. Rot cor. Mantic. dec. 245. num. 13 & dec. 29. num. 4.
par. 1. rec. Licet alter ex nepotibus, qui omnium nomine
contractum celebrauit, ſibimet ipſi facultatem præſen-
tandi reſeruauerit, ſub ſequenti verborum contextu, vi-
detur dictis ſuis germanis fratribus, ac eorum ſucceſſori-
bus in caſu tituli, namque expreſſio in caſu propoſito
demonſtratiuè ab eo adiecta præſumitur, vt ſcilicet, præ- 16
ſentandi poſſeſſionem alternatiuè pertinere ad familiã
Corabitam Caſtri Dominam, vti prouiſus à fundatore
vocatam, ex theorica *Bart. in l. Centurio nu. 31. ff. de vul-*
gar. Aymon. conſ. 301. num. 5. Rot cor. Gregor. dec. 516. num.
8. & in Hiſpalen praeſtimonij 11. Martij 1661. §. neque pro
gratia ad finem cor. Me, non autem, operatur commu-
nionem cum Caſtro, quæ deberet ex aduerſo conclu-
denter probari, vt reſponſum fuit in *Pientina Parochia-*
lis 28. Iunij 1655. §. quin præter quod cor. Reuerendiſſ. De-
cano, inſpecta præſertim aliorum verborum periodo im- 17
mediatè ſubſequenti, ibi, *prædicti Domini de Laſco, ſeu ad*
quem ex eis pertinebit, præſentabunt, quę vti directa in per-
ſonas annexionem excludit; Quin imò tacitè demon-
ſtrat tranſactionem prodijſſe ad normam fundatoris
editæ de anno 1525. vbi inter plures ex Corabita fami-
lia de Laſco in gradu æquali exiſtentes digniori attri-
buitur præſentatio; debet, enim, relatio ad id, cui verba
conueniunt abſolutè adhiberi, vt aduertit *Iaſ. in l. omnes* 18
populi num. 21. ff. de Iuſt. & iur. & in conſ. 115 lib. 4. Aymon.
conſ.

conſ.548, num.21. Rot. in Romana Dotis 28. *Maij* 1663.
§.cum maximè coram Me.

Et licet in eodem Inſtrumento tranſactionis fuerit fa-
miliæ Corabitæ de Laſcò dumtaxat habita mentio,pre-
iudicium, tamen nullum alijs familijs exindè cenſetur
illatum, vel quia ex incluſione vnius, nequit inferri ad
excluſionem alterius,ſub diſpoſitione compræhenſi, vt
19 tradit *Salicet in l.qui de Crimine oppoſ 21. qui actus, Dec.
conſ* 11.*n.*18.*Becc.conſ.*92.*nu.*24.*Surd.conſ.*25.*nu.*35.*Rot.
dec.*258.*n.*19.*par.*5.*& dec.*28.*n.*13.*par.*9.*rec.* & in his ter-
minis,reſponſum fuit, *in Bonon.Beneficij* 26. *Febr.* 1652.
*§.nec applicatur cor.R.P.D.Alberg.*ſiue ex quo vnius pa-
troni tranſactio, alijs non valet in ſucceſſionem vocatis
20 officere,*Viuian.de iurepat.lib.*4.*cap.*9.*num.*8.*Rot.dec.*348,
*num.*4.*cor.Pen.*

Et ita vtraque &c.

Reuerendiſs. D. Albergato Decano.

Romana Palatij.

Ven. 17. *Maij* 1669.

A R G V M E N T V M.

Bona debitoris non poſſunt alienari in longè maiori quantitate, quam ſit debitum,& ſubhaſtatio nulla,& læſiua non tollit Ius, nec priuat poſſeſſione, eum cuius bona ſubhaſtantur.

S V M M A R I V M.

1 *Plenum Dominium reacquiritur ex retroemptione rei emptæ.*
2 *Confeſſione propria, nulla maior probatio.*
3 *Subhaſtatio bonorum in Vrbe, requirit plures ſolemnitates.*
4 *Subhaſtatio læſiua eſt nulla.*
5 *Nec tollit Iura poſſeſſoria, etiam contrà tertium.*
6 *Valor Bonorum minuitur, ex fideicommiſſo illis annexo.*
7 *Dictus valor conſideratur ad vitam fideicommiſſarij.*
8 *Vita hominis æſtimatur iuxtà eius ætatem.*
9 *Pactum redimendi minuit rei valorem.*
10 *Actus ineffectuatus non attenditur.*
11 *Clauſula Conſtituti dat ius manutentionis.*
12 *Subhaſtatio nulla nullum producit effectum.*
13 *Sententia nulla,& iniuſta non priuat poſſeſſione.*

D E C I S I O CCXIX.

PArtem Palatij,& annexorum, quam ad eius vitam, vendiderat Franciſcus Lauatanus, de anno 1642. Bartholomæo Rota, pro ſcutis 700.cum facultate eam, quandocumque redimendi, poſt biennium, redemit, ac francauit Vincentius Frater, pro ſcutis 635. mediante aſſignatione vnius cenſus, & fructuum decurſorum, olim ſpectantium,ad Antoniam, communem matrem, & ſucceſſiuè,agnoſcendo bonam fidem, erga fratrem, per apocam ſeparatam,declarauit acquiſitionem, & redemptionem prædictam, ſpectare ad dictum Franciſcũ, vtpotè factam de illius effectibus, ipſum verò Vincentium,nihil aliud, ibi habuiſſe, quam nudum nomen, & proindè,illi etiam ſoluere promiſit penſiones exigendas, & prout latiùs in ipſamet apoca, data in *ſumm.num.*3. cuius vigore, cum egiſſet Franciſcus, aduerſus Vincentium,pro ſolutione penſionum exactarum, & reſpectiuè pro manutentione d.partis Palatij, & annexorum, contrariamque ſententiam reportaſſet ab A.C.cauſa, in gradu appellationis, mihi commiſſa, dubitaui, de cuius bono iure conſtet, etiam ad effectum manutentionis; Et Domini,ad fauorem ipſiuſmet Franciſci, reſponderunt.

Siquidem ex d.declaratione,ſeu recognitione bonæ fi-
dei,conſtat hanc partem palatij,ſpectare ad Franciſcum,
fuiſſeque eius nomine,à Vincentio redemptam, de effe-
ctibus ad eum ſpectantibus *d ſumm. num* 3. Hoc enim,
operatur,vt retroemptio,& reacquiſitio, ab ipſo Franci-
ſco facta dicatur & ex tunc. omne dominium ei cenſea-
tur acquiſitum,*Mantic de tacit.lib* 4.*tit.*22.*num.*9.*Surd.* 1
*dec.*182.*num.*16.*& ſeqq.Rot coram Gregor dec.*227.*num.*
3.*& ſeqq poſt Zacch. de oblig.Cam. dec* 209.*num* 12.*&*
13 *& cor. D.Card.Celſo dec.*377.*num* 8.*&* 9. neque id
controuerti poteſt à Vincentio habente propriam con 2
feſſionem, contrà ſe, vulgata *l.cum à matre C de rei
vindic.*

Non obſtat,quod d.apoca fuerit,vſque de anno 1659.
ad inſtantiam prefati Bartholomæi Rotæ,ſubhaſtata,ac
ad fauorem perſonæ nominandæ deliberata, pro ſcut.
200. Tripliciter,namque reſponſum fuit Primò, huiuſ-
modi ſubhaſtationem vtpotè virtualiter continentem
ſtabilia, fuiſſe nullam, non ſeruata Conſtitutione Pau-
li V.ſuper reformatione Tribunalium Vrbis, *tit.de Ba-* 3
*ren.& execut. de qua Ridolph in prax part.*1.*cap.*15.*nu-
mer.*131.

Secundò fuiſſe læſiuam,& quidem læſione ænormiſ-
ſima,dum pro ſolis ſcut.200.in ſorte, fuerunt deliberata 4
ſtabilia,annui redditus,detractis oneribus ſcut.229.*ſum.
num* 8.Indè,enim,reſultat nullitas, ipſo iure. & debitor,
paſſus huiuſmodi deliberationem, habet quæcumque
remedia, etiam contrà tertium, vt docuit *Cagnol. in l.*2. 5
nu 81 *C.de reſcind.vendit Anton.Fab.in Cod.lib.*4.*tit.*30.
*defin.*3.*Giurb.dec.*105.*num.*1.*Fontanell dec.*64.*& reſpon-
dit Rot.in Romana Manutentionis* 18 *Febr.* 1656. *§.non
obſtat coram Me & in Imolen. Bonorum* 6. *Martij* 1665.
*§ læſione coram bo: me: Veroſpio, cum alijs, in Ariminen.
Manutentionis* 13. *Ianuarij* 1668.*§.quia primum, &* 27.
*Nouembris eiuſdem anni,§ verum reſponſum fuit, coram
Me.*

Neque ſuffragari poſſet reſponſio, quod bona eſſent
fideicommiſſis ſubiecta, & conſequenter longè minoris
valoris; quia adhuc patens eſt læſio, æſtimatione ſim- 6
pliciter facta, ad vitam Franciſci, tunc annorum 41. &
bonæ valetudinis, iuxtà *l. hereditatum, ff. ad leg. Falci-* 7
*diam Couarr.var.reſol.lib.*5.*cap.*9.*num* 7.quod procedere
in quocumque caſu, vbi agitur de æſtimanda vita ho-
minis,benè tradit *Cancer. var. reſol. lib.*3. *cap.* 2. *num* 79. 8
*Gratian.diſcept.*55.*num.*1.*Rot poſt Salgad. dec.*27.*nu.*25.
conſiderato etiam,quod eadem bona fuerunt prius æſti-
mata,ad vitam ipſius Franciſci, ſcut. 700. cum pacto re-
dimendi, in perpetuum, quod ferè iuſtum rei valorem
imminuere ſolet,*Gratian.diſcept.*612 *num.*8. *Cyriac. con-* 9
*trou.*255.*nu.*11.*cum ſeqq.Rot.in rec dec.*335.*num.*7.*par.*4.
*Add.ad Buratt.dec.*761.*nu.*11.*& ſeqq.*

Tertiò denique, reſponſum fuit præfatam delibera-
tionem nullum habuiſſe effectum: Neque,enim Bartho-
lomæus deliberatarius, neque Abbas Guelphus, ab eo
nominatus, vnquam ceperunt poſſeſſionem bonorum
deliberatorum, neque vnquam fructus, aut penſiones
exegerunt; imò, interpellatus ipſe Guelphus, ad dicen-
dum contrà proteſtationem,has omnes nullitates,& cir-
cumſtantias,preſeferentem,nihil reſpondit:actus autem, 10
ineffectuatus non habetur in conſideratione, *Rot in rec.
dec.*561 *num.*13.*par.* 10. *& coram Emmentiſs. Celſo dec.*
296.*num* 5.

Firmato bono iure Franciſci,dixerunt, Domini, ei de-
negari non poſſe manutentionem, tum ex conſtituto, in
eius fauorem,appoſito, in inſtrumento retroacquiſitio-
nis, *vulg.l.quod meo ff.de acquir poſſ Rot.diuerſ. dec.*766. 11
*num.*1.*par.*1 *coram Buratt.dec.*887.*num.*3 *& penes Poſt.
de Manut.dec.*131.*num.*2. Tum ex promiſſa exactione
penſionum, facta per Vincentium, procuratorio no-
mine.

Abſque eo,quod impediri valeat, vel ex præfata deli-
beratione,cum illa,tanquam nulla,læſiua & ineffectua- 12
ta,nullum valeat producere effectum, vt in ſpecie *Rot.*

apud

*apud eundem Poſt. de ſubhaſtat. dec.52.num.7.cum ſeqq. apud Nigr. eodem tract.dec.31.numer.3.6.& 7.& dec.32. num.4.& 5.& dec.33.num.1.& 2.*cum ceteris *in Anconitana Prædij 8. February 1658.§.nec talis poſſeſſio coram Me*, vel à d.ſententia A. C. quia, cum nulliter, & iniuſtè proceſſerit, eum non priuauit ſua poſſeſſione, ad *Rot.penes eundem Poſt.d.tract.de Manut.dec.325.num.3.& co-*
13 *ram Eminentiſs.Celſo dec.488.num.8.*

Et ità; Franciſco tantum informante, altera tamen parte, pluries citata, ac 20. & vltrà intimationibus laceſſita &c.

Bo: Me: Emerix.

Cortonen. Suppreſſionis Conuentus.

Mercurij 1. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Bona donata, & pertinentia ad Conuentum, qui ſupprimitur, quomodo ſint diuidenda, an vadant ad alios Conuentus eiuſdem religionis, vel remaneant in Eccleſia iam ſuppreſſa, vel redeant ad donantem.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum Canonicis, & Religioſis talis Conuentus non debetur vti ſingulis, ſed vti vniuerſis.*
2 *Bona monaſterij ſuppreſſi applicantur iuxta tenorem Bullæ ſuppreſſionis.*
3 *Monaſteria regularium ſolent reduci, vbi eſt aer melior.*
4 *Relicta monaſterio an debeantur loco mutato.*
5 *Dictio*, vbicumque. *reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum mentem diſponentis.*
6 *Relictum alicui vniuerſitati, ea extincta, & ſuppreſſa, euaneſcit.*
7 *Vſusfructus mortuo vſufructuario conſolidatur cum proprietate.*
8 *Rota reuerenter accipit reſolutiones Congregationum.*
9 *Monacus acquirens pro monaſterio ſuppreſſo, ſibi acquirit.*
10 *Religioſus poteſt acquirere pro Conuentu ſuppreſſo.*
11 *Regula de iure quæſito non tollendo non cenſetur derogatum, niſi expreſſe exprimatur.*
12 *Monacus acquirens, acquirit conuentui, vbi degit.*
13 *Qualitas principaliter conſiderata qualificat totum contractum.*
14 *Obſeruantia declarat quid actum ſit in præcedenti contractu.*
15 *Canonici S. Saluatoris de Bononia, quando initium habuerunt.*
16 *Verba potius interpretantur ſtare demonſtratiuè, quam taxatiuè.*

DECISIO CCXX.

POſt ſecundam cauſæ propoſitionem, & particularem informationem ſuper prædio Baldacchini, & alijs emptis, ex pecunijs Patris Generalis, hodiè reſponſum fuit, quoad prædium Baldacchini, reformandam eſſe deciſionem, editam coram Me ſub die 28. *Nouembris proximi præteriti*, in reliquis confirmandam eſſe, & quo ad prædium S. Marci reſeruatum in deciſione non eſſe dandam Canonicis reintegrationem.

Ratio reſolutionis, quoad prædium Baldacchini, fuit, quia eius diſpoſitione attentius ponderata, patet, quod prædium iſtud legatum fuit Eccleſijs, & Fratribus Conuentus B. Mariæ de Calcioaio Cortonen. Ordinis Canonicorum Regularium S. Saluatoris de Bononia, non vti ſingulis, ſed vti vniuerſis Eccleſiam, & Conuentum repræſentantibus, tam ex Iuris præſumptione, iuxtà *tex.in l.annua, ff.de annuis legat.Gratian.cap.533. numer.16. 18.* 1
Rot.in rec.dec.309.num 11 & 13.par.6.& dec.76.num.15. & 16.par.7.

Quam ex Inſtrumentis eiuſdem legati, & præſertim, quia Baldacchinus Canonicos grauauit, perpetuis oneribus, ad quorum implementum, nullo modo, conſiderari poſſunt, vti ſinguli, ſed tanquam vniuerſi conſtituentes Monaſterium, quod nunquam moritur, maximè cum onera prædicta eſſent implenda à Priore, & Vicario, quorum Officia non aliter dici poſſunt perpetuà, quam habito reſpectu ad Monaſterium, quo, ex Põtificia auctoritate ſuppreſſo, bona debent vacare, & remanent ſub dominio Eccleſiæ Vniuerſalis, & Papæ, ex cuius proindè mandato iuxta formam Bullæ ſuppreſſionis legitimè applicata fuerunt Seminario, ex notatis
per *Bart.in l.ſicut in fino, quod cuiuſque vniuerſ.nom. & in* 2
*l.1.nu.4.ff.de acquir.poſſ.*ſequitur ibidem *Iaſ.num.9. Modeſt.Piſt.conſ.47.nu.65.& ſeqq.lib.2.* ibi, *quando Eccleſia ſeu Collegium deſtruitur auctoritate ſuperioris, vt puta Papa vel Epiſcopi, bona ipſius deferuntur, tanquam vacantia fiſco Papæ, P. Io:Craſſus in eius Comment. tract.2. qu.1. principali cap.2.§.5. nu.25.*

Non obſtant illa verba eidem legato adiecta. Et, ſi aliquo caſu, euenerit, quod Fratres, & Canonici prædicti, in d. Eccleſia S. Mariæ de Calcinario, non ſteterint, vel ibidem non habitauerint, prædictum prædium ſit, & eſſe intelligatur dd. Fratrum, & Canonicorum d. Ordinis S. Saluatoris, vbi fuerint, ſteterint, vel moram traxerint; Quia conditio hæc verificationem dumtaxat aſſumere poſſet, in caſu, quo Canonici S. Mariæ de Calcinaio vnum corpus conſtituentes, ex aliqua cauſa mutarent incolatum, nouum Monaſterium alibi conſtituentes, quem caſum veriſimiliter præuidens teſtator, ex eo, quod tunc monaſterium eſſet ſitum, in quadam Valle extrà Ciuitatem, & Monaſteria ſita in loco incongruo, vel aeris non ſalubris ſoleant ad meliorem, vel ſalubriorem locum transferri, ad notata per Doctores *in* 3
cap.1.de exceſſ.prælat.in 6.Rot.in rec.dec.362.num.3.& 4. par.4.tom.2. moueri potuit ad ità diſponendum prudenter adijciendo præfatam qualitatem, ad tollendam dubietatem, & diſputationem, an relicta reſpectu certi loci
debeantur loco mutato, iuxta *deciſ.Seraph.1149.num.2.* 4
non autem ad ſignificandum, quod intenderet legare Canonicis, vti ſingulis, contrà præſumptionem iuris, ex ſuperius deductis.

Nec contrarium ſuadet dictio illa, *Vbicumque*, in deciſione ponderata, *§.minus*, quia huiuſmodi dictio, licet vniuerſalis reſtringitur tamen ſecundum ſubiectam materiam, vel ſecundum mentem diſponentis ad locum, vbi materia, de qua agitur procedere poteſt, vt illam de-
clarando, tradunt, *Barboſ.de diction.dict.413.nu.1. in fine,* 5
Tuſc.pract.concl.lit.D, concl.391. num.4. & Gemin. conſ. 92.nu.2. Et quando etiam vniuerſaliter intelligenda eſſet, ſolum locum habere poſſet, in caſu, quo ſecundum diſpoſitionem teſtatoris Monaſterium, vel Monaci, vti conſtituentes vniuerſitatem tranſlati eſſent, non autem quando Conuentus per ſuppreſſionem remanſit penitus extinctus, & Canonici in varia loca diuiſi amplius ius vniuerſitatis non habent, nec vti tales congregari
poſſunt, vt in ſimili aduertit *Rot.in rec.dec.351.nu.11.&* 6
ſeqq.par.6.& dec.99.nu.7.& 8.par.7.

Quo, verò, ad bona prouenientia ex perſonis Patrum Iacobi de Monte S. Mariæ, & Sebaſtiani Galeotti, ad quæ Canonicis S. Saluatoris Bononiæ conceſſa fuit reintegratio, vtiq; ſunt ſubſiſtere fundamenta deciſionis; dum, enim, fuerunt conceſſa Monaſterio de Calcioaio, ad vſufructuandum reſeruata omnimoda proprietate, & dominio ad fauorem Monaſterij Bononiæ, hoc addito, quod ſi conſtiterit Canonicos non morari in præfata Eccleſia B. Mariæ de Calcinaio, tunc, & eo caſu vſusfructus, ipſo iure, expiraret, ac ſi nunquam conceſſus fuiſſet, vtique Conuentu Eccleſiæ Calcinaiæ per ſuppreſſionem

nem extincto, vſusfructus, vt ſuprà, conceſſus conſolida-
tus remanſit cum ſua proprietate ad fauorem Monaſte-
rij Bononiæ proprietarij, § *fin. Inſtit. de vſuf.* cum alijs in
7 dec. ſ. huius cauſæ relatis § 2. *ad bona.*

Nec præfatæ concluſioni obſtat, quod ſuppreſſio
Monaſterij facta fuit à Papa & quod Canonici receſſe-
rint de eiuſdem mandato, quia cum Papa in Bulla ex-
preſsè præſeruauerit iura Monaſterijs principalibus, nul-
lum propterea præiudicium intulit Monaſterio Bono-
niæ, vt etiam alias declarauit Sacra Congr. ſuper ſtatu
Regularium, cuius declarationem Rota reuerenter am-
8 plectitur, vt dixit coram *Buratt Merlin.* & alijs adductis
in deciſ. cauſa § idque tanto facilius.

Neque refert, quod pro parte Canonicorum non fue-
rit probata identitas bonorum ad vſufructuandum, vt
ſuprà, conceſſorum, quia hoc reſpicit executionem de-
creti reintegrationis particulariter diſcutiendæ antè il-
lius expeditionem.

Subſiſtere quoque deciſionem abſque difficultate ho-
die Domini exiſtimarunt reſpectu bonorum acquiſito-
rum ex pecunijs Patris Generalis, ad quæ Canonicis de-
negata fuit reintegratio, quia, vti expreſsè empta pro
monaſterio ſuppreſſo, illi quoque acquiſita fuerunt, vt
9 præter auctoritates in deciſ. adductas, dixit *Rot. dec. 241.*
num. 6. par. 2. rec. maximè dum emptio non legitur facta
cum pecunijs Religionis ſed proprijs ipſius Patris Gene-
ralis, cui propterea licuit ex propria liberalitate eadem
bona aſſignare Monaſterio ſuppreſſo, iuxta doctrinam
10 *Card. in Clem. 2. § ſed & talis in primo notab. de vit. & ho-
neſt. Cleric. Rot dec. 772. num. 4. par. 1. diuerſ. & cor. Duran.
dec. 174. num. 5.* ſtantibus præſertim Indultis Apoſtoli-
cis, eidem conceſſis à Fel. Record. Vrbano VIII. in qui-
bus id eidem non ſolum permittebatur, ſed etiam præci-
piebatur.

Nec releuat igitur decretum Religionis factum de
anno 1649. confirmatum à Sacra Congr. Regularium,
& à SS. D. N. quod ſpolia defunctorum Canonicorum
huius Ordinis S. Saluatoris Bononiæ ſpectare debeant ad
vniuerſam religionem, quia ſub illo non comprehen-
duntur hæc bona longè antea ex diſpoſitione Vrbani
VIII acquiſita Monaſterio Cortonæ, cui SS. D. N. non
præſumitur voluiſſe præiudicare, obſtante regula de iu-
re quæſito non tollendo, cui nunquam cenſetur dero-
11 gatum, niſi ſpecificè id exprimatur *Garz. de benef. par. 5.
cap. 4. nu. 163. Rot cor. Seraph. dec. 1082. num. 7. & ſeqq. &
late Add. ad dec. 217 nu. 10. & ſeqq. par 9. rec.*

Denique, quoad prædium S. Marci in deciſione re-
ſeruatum. Domini putarunt non eſſe dandam Canoni-
cis reintegrationem, tum quia, vti emptum Cortonæ à
Priore Conuentus eiuſdem Ciuitatis eidem Conuentui
12 acquiſitum dicitur. *Rot. in rec. dec 241. num. 6 par 2.* Præ-
ſertim, quia acceptatio ex parte Prioris ementis facta
fuit nomine Conuentus, qui immediatè ante fuit ab ipſo
expreſſus cum qualitate de Cortona, quæ tanquam
prædominans qualificat totum contractũ, iuxtà Theo-
13 ricam *Bald. in l. procurator qui pro euictione 67. in fine, ff.
de procur. Rum. conſ. 94. num. 0. in fine lib. 1. Gabriel conſil.
71. num. 2 in princ lib. 1.* Tum etiam, quia Monaſterium
Cortonæ d. prædium ſemper poſſedit, ex qua obſeruan-
tia ſubſecuta declaratur quod actum fuit in præcedenti
14 contractu, *ad tex. ſed Iulianus, § proinde, ff. ad SenConſ.
Maced. Alciat. conſ. 107. num. 4. lib. 8. & Rot. dec. 365. num.
1. in fine,* minimè refragante, quod in Inſtrumento ex
parte venditoris fuit dictum; Vendidit Canonicis Regu-
laribus S. Saluatoris de Bononia. Exindè, enim, argui non
poteſt venditionem fuiſſe factam Congregationi, & Ca-
nonicis exiſtentibus Bononiæ, quia poſteà ſequuta fuit
explicita acceptatio Prioris pro Canonicis, & Conuentu
antè expreſſo, cum illa qualitate de Cortona, & ideò di-
cta verba prolata ex parte venditoris ſtant ſolummodò
demonſtratiuè, dum æque bene denominatio illa, Ca-
nonicis Regularibus S. Saluatoris de Bononia conueniat
etiam Patribus d. Conuentus de Cortona, qui omnes ità
ſolent appellari, vt patet ex Conſtitutionibus Apoſtoli-
cis relatis per *Barboſ. appell. 147 num. 15.* ex eo quod iſte 15
Ordo cœpit Bononiæ anno 1408. vt teſtatur *P. Bordon.
reſol. regul. tom. 2. reſol. 80. num. 29.* & in dubio verba ſtant
potiùs demonſtratiuè, quam taxatiuè, *Rot cor. Gregor.* 16
*dec. 516. nu. 8. & in Piſauren. Maceratus 10. Ian. proximè
præteriti, § primò cor R. P. D. Tana.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Beuilaqua.

Narnien. Suppreſſionis Conuentus.

Lunæ 5. Maij 1664.

A R G V M E N T V M.

Donans Religioni pro conſtruendo Conuentu, ali-
quem ſitum, an ſuppreſſa, vel extincta religione,
ſitus donatus redeat ad donantem, & quomodo
ex ædificatione Eccleſiæ acquiratur Iuſpatrona-
tus.

S V M M A R I V M.

1 *Bona Conuentus ſuppreſſi debentur iuxtà tenorem ſup-
preſſionis.*

2 *Clauſula, ſaluis iuribus præſeruat omnia iura, quæ
enunciantur.*

3 *Hiſtoriæ non probant, niſi à longiſſimo tempore ſint ap-
probata.*

4 *Iuſpatronatus probari non poteſt ex inſignibus familiæ
poſitis in Eccleſia.*

5 *Iuſpatronatus non probatur per famam.*

6 *Eccleſia ab aliquo debet ædificari, nec ex ſe naſci-
tur.*

7 *Iuſpatronatus ex ædificatione Eccleſiæ non acquiritur
ſine licentia Epiſcop. & ſine reſeruatione.*

8 *Donans Eccleſia non dicitur eius fundator, ſed bene-
factor.*

9 *Dans domum pro habitatione religioſorum, ſi illi nolint,
vel non poſſint habitare, domus reuertitur ad dan-
tem*

10 *Limita quando non procedat.*

D E C I S I O CCXXI.

AD præſcriptum Conſtitutionis S. M. Innocentij X.
ſuper extinctione, & ſuppreſſione paruorum
Conuentuum, eorundemque reductione ad ſtatum ſæ-
cularem, & bonorum applicatione *Idibus Octobris* 1652.
editæ, fuit ſuppreſſus Conuentus Cappuccinorum extrà
ciuitatem Narniæ exiſtens, & vna cum bonis ſeminario
applicatus; captaque per Reuerendiſs. Epiſcopum poſ-
ſeſſione inſurrexerunt Antonius, & alij de Scottis, & præ-
tendentes, ad ipſos tanquam ſucceſſores fundatorum bo-
na d. Conuentus ſpectare, & fuiſſe etiam adeptam poſ-
ſeſſionem illorum, obtinuerunt cauſam Iactationis mihi
committi; propoſitoque dubio ſub *die 15 Februarij pro-
ximè præteriti*, ſuper manutentione, hinc inde petita, fuit
dictum, quod videretur de bono iure, & hodie ad fauo-
rem ſeminarij ſolum informantis, conſtare deciſum fuit
ex eo, quia Pontifex, in Conſtitutione prædicta de Apo-
ſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulos paruos
conuentus regularium, cuiuſcumque Ordinis extinxit,
& ſuppreſſit illum, ad ſtatum ſæcularem reducendo, ac
bona, ſatisfactis prius legatis, & oneribus, in vſibus pijs
conuerti mandauit; Cumque inter hos conuentus com-
præhenſus eſſet Conuentus iſte, de quo agitur, vtiq; in-
trat clara diſpoſitio Bullæ, pro applicatione illius & bo-
norum ſeminario, in vim illius facta, abſq; alia diſcuſſio-
ne, *Sard. conſ. 433. nu 14. Rot. dec. 414 nu. 0. par. 4. dec 408.* 1
nu. 18. eadem par. 4. to. 2. & dec. 543. nu. 4 par. 5. rec.

Non

Digitized by Google

Non obſtat clauſula præſeruatiua iurium in d. Con-
ſtitutione appoſita, videlicet ſaluis etiam Iuribus, quæ
fundatoribus Conuentus, ſic ſuppreſſi, vel alijs ex ſacro-
rum præſcripto, vel ex priuilegio Apoſtolico quomo-
dolibet competunt, quæ clauſula, his verbis, concepta re-
ſtringat totam Conſtitutionem, ac declarat intentionem
Pontificis, quod nullo modo intellexit præiudicare fun-
datoribus, vel alijs iura habentibus, ſed illa præſeruare, vt
non intelligerentur comprehenſa in ſuppreſſione, & ap-
plicatione ibi, vt ſuprà, in alijs verbis prius demandata,
2 *Alex. conſ. 193 num. 6. lib. 6. Roland. à Vall. conſ. 78. numer.
30. verſ. pariter non obſtat lib. 2. & conſ. 54. numer. 14. lib. 4.
Surd. conſ. 352. num. 6. Peregr. conſ. 36. numer. 11 lib. 1. Rot.
dec. 186, num. 4. par. 1. diuerſ.* Quoniam in præſenti caſu
non apparebat Iuſtificatum Galienum Hyeremiam in
ſuo ſolo ædificaſſe Conuentum, & poſteà vna cum hor-
to, & Sylua ad habitandum PP. Cappuccinis conſigna-
re. quo titulo nituntur Scotti cauſam à d. Fabietto ha-
bentes ad probandum Iuſpat. vt per remotiorem Cap-
puccinorum ab Eccleſia poſſint dd. bona recuperare.

Non enim probatio reſultat ex ſimplici Cronica, ſeu
Epitome annalium Ordinis Minorum Patris Franciſci
Naroldi, aſſerentis ex relationibus manuſcriptis Cappuc-
cinorum haberi Conuentum Narnienſem fuiſſe *de anno*
1534. à familia Hieronymorum conſtructum cum ſit
nimis de recenti conſcripta, & fundata in relationibus
manuſcriptis probationem aliquam non conſtituenti-
bus, ideò attendenda non eſt, ex quo hiſtorijs non credi-
tur, niſi ſint tales, quod à maioribus fuerit data fides, &
3 longiſſimo tempore approbatæ, *cap. ex parte num. 45. de
reſcript. Pariſ. conſ. 23 num. 205. & 252. lib. 1. Maſcard. de
probat. concl. 287. num. fin. Rot. dec. 395. numer. 3. par. 3. rec.
Coccin. dec. 132. num. 4. & apud Reuerendiſs. Tarracon. dec.
336 num. 27.* inter eius impreſſas.

Prout deduci nequit, ex inſignibus familiæ Hierony
mæ, in lapide ſuprà Ianuam Eccleſiæ affixo inciſis, quia
dum aliundè non conſtat fuiſſe appoſita in fundatione
potuerunt poni pro reſtauratione, vel ob eleemoſinam,
probatio indè deducta, eſt fallax, ad Iuſtificandum Ius
4 patr. vt in ſpecie reſpondit *Rot. cor. Caualer. dec. 159. nu.
8. & 9.*

Minus ex alio lapide ſuppoſito ſepulturæ q. Franciſci
Hyeremiæ in d. Eccleſia humati, aut ex literis paulò ante
ſuppreſſionem, per miniſtrum Cappuccinorum, ſcriptis
Antonio Scotto & extraiudicialibus atteſtationibus alio-
rum Patrum circà huiuſmodi fundationem, de auditu in
contrarium *cap. in præſentia*, vbi Doctores *de probat. l. non
hoc, C. vnd. cognat. l. neque natales 10. l. ad probationem 22.
C. de probat.* vel in omnem caſum reſultat ſola probatio
5 famæ quæ non ſufficit, niſi alia concurrant, *Caualer. d.
dec. 159. num. 4. & 5.*

Præterea poſito etiam, citrà veri præiudicium, quod
Eccleſia fuerit à d. Galieno ædificata, vt quælibet alia ab
aliquo, cum ex ſe naſci non poſſit, vt ratiocinatur *Abb.
6 in conſ. 76 num. 3. lib. 2. Maſcard. de probat. concl. 177. &
585. vbique num. 4. cum ſeqq.* Ex hoc, tamen, ſolo non ſe-
quitur eſſe de iurepatronatu, pro quo vlterius exigitur
7 reſeruatio, & Epiſcopi conſenſus. *Calderin. conſ. 5. in fin. de
Iur. patr. Maſcard. in loc. proxime citatis, Marc. Anton.
Maceraten. var. reſol. lib. 1 reſol. 80 nu. 8. Coccin. dec. 106.
num. 10. & 11.* Quibus ceſſantibus, Eccleſia præſumitur
libera, & d. Galienus in illam ædificandam, & conſigna-
tionem Horti, & Syluæ Cappuccinis, opus pium exer-
cuiſſe dicitur, & nudus benefactor: non autem fundator
8 reputatur. *cap. filij 16. quæſt. 5. Abb. conſ. 59. num. 2. Rot. cor.
Seraph. dec. 1103. num. 1. Coccin. d. dec. 106. num. 12. & in
Aquilan. Beneficij 30. May 1657. §. nec prædictis coram
Me.*

Nec obſtat *textus in cap. quæſunt 3. §. præterea*, diſpo-
nens, quod in domibus, vel locis, pro habitatione fra-
trum, à ſingulari perſona concedendis, vel offerendis,
9 tandiù voluntas concedentis perſeueret, qua mutata, &
patefacta, fratres eam liberè dimittant concedenti, ità vt,
in eorum locorum dominio nihil requiratur &c. Quia
habet locum, vbi domus fuerint cum hoc pacto conſi-
gnatæ, & aſſignans eo vti velit, & tunc redeunt ad con-
cedentem, ſecus autem vbi, vt hic, nedum deficit pactum,
& titulus, ſed nec probatur aſſignatio, & Cappuccini di-
mitterent Conuentum, & bona de Pontificis mandato.
Vndè non applicatur textus prædictus, vt aduertit
Tamburin. de Iur. Abbat. quæſt. 8. num. 8. 10

Et ita fuit &c.

Eminentiſs. D. Card. Cerro.

Firmana Donationis.

Merc. 7. Iunij 1662.

A R G V M E N T V M.

Renunciatio facta ab ingrediente Religionem, ad fa-
uorem matris, quando eſt, per viam donationis,
etiam, ſi ſit ob beneficia, non reuertitur ad donan-
tem, mortua matre, ſed vadit ad hæredes matris.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio, de ſui natura, eſt perpetua.*
2 *Et tranſit ad quoſcumque hæredes, etiam extra-
neos.*
3 *Nec reuertitur ad donantem.*
4 *Donatio pro beneficijs videtur perſonalis.*
5 *Quod procedit, quando agitur per viam renunciatio-
nis.*
6 *Donatio ampliſſima reddit donantem inſucceſſibilem
ac ſi mortuus eſſet.*
7 *Coniuncti, & agnati cenſentur vocati, & contemplati in
donatione.*
8 *Donatio præſumitur cauſa religionis, quando eſt paulò
antè ingreſſum.*
9 *Inſinuatio non requiritur in donatione de iure quæren-
do, incerto, & euentuali*
10 *Sicuti non requiritur in donatione ob ingreſſum in re-
ligionem.*
11 *Inſinuatio ex lapſu 30. annorum præſumitur.*
12 *In fraudem ſtatuti quis cenſetur facere, quando vt non
ſeruet ſolemnitates, aliò traducitur.*
13 *Donatio ob ingreſſum in religionem, & ad fauorem ma-
tris non præſumitur læſiua.*

D E C I S I O CCXXII.

STante ampliſſima donatione, inter viuos, facta, per
Vincentium ad fauorem Victoriæ matris, dictum fuit
ſub *die 3. Maij 1657. cor. Me*, non eſſe dandam immiſ-
ſionem Conuentui S. Auguſtini de Firmo, agenti ad bo-
na hæreditaria Victoriæ, ex perſona eiuſdem Vincentij
donantis, nunc Fratris Io: Baptiſtæ nuncupato, & cum
hodiè cauſa fuerit repropoſita, Domini ſteterunt in deci-
ſis, quia, cum donatio, de ſui natura ſit perpetua, tranſit 1
ad quoſcumque hæredes donatarij, etiam extraneos, nec 2
vllo, vnquam, tempore, reuertitur ad donantem, niſi fue-
rit ſpecialiter expreſſum, *Bald. in l. 2. C. de iur. dot. Mant. 3
de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 20. Gratian. cap. 568. num. 1 Rot.
cor. Achill. dec. vnic. de donat. num. 6. & per tot. & in Roma-
na fideic. 9. Maij 1659. §. hinc regreſſus coram R.P.D. Ve-
roſpio.*

Et hinc, non eſt momenti, quod donatio, tanquam fa-
cta, pro maximis beneficijs, à matre, receptis, videatur 4
perſonalis, reſtricta, dumtaxat, ad fauorem Victoriæ, quia
hæc exceptio poteſt admitti in terminis ſimplicis renun-
ciationis, non autem, quando, vt hic, proceſſum fuit, per 5
viam donationis, de cuius natura præcipuum eſt, vt bo-
na donata exeant de manu donantis, nec ad illum, vel
eius hæredes vnquam reuertantur, vt pluribus congeſtis
diſtin-

diſtinxit, *Rot in Rom. fideic.* 21. *Iunij* 1660. *cor. R.P.D.Beuilaqua §. non obſtat, quod denuo,*

Quod, autem, Vincentius, ſaltem, pro ſua portione, valeat ſuccedere matri ab inteſtato defunctæ, tollitur ex amplitudine ipſius donationis, quæ fuit facta de omnibus, & quibuſcumque iuribus, & actionibus; præſentibus, & futuris, ibi. *Quas, & quæ dictus Vincentius habuit, & habet, & in futurum ei competere poterunt ſuper dote, & bonis dictæ Victoriæ, ex quocumque iure, & cauſa.* Huiuſmodi, enim, donationis amplitudo, importat perpetuam abdicationem perſonæ donantis, & reddit illam
6 inſucceſſibilem, omni tempore, perindè, ac ſi eſſet mortua, vt tradit *Altogr. conſil. 68. numer. 47. in fine lib. 1. & conſ. 36. num. 14. & 15. lib. 2. Rot. in rec. deciſ. 187. num. 1. par. 5. dec. 109. nu. 1. & ſeqq. par. 5, & in Ariminen. ſucceſſionis* 1. *Aprilis* 1658. *§. in quam ſententiam coram R.P.D. Beuilaqua.*

Idque, potiſſimè, procedit, quando non agitur, de admittendo extraneo, ſed fratre, ſorore, vel agnato, qui regulariter in ſimilibus donationibus contemplati cen-
7 ſentur, *Alex. conſil. 329. per tot. lib. 3. Pariſ. conſil. 28. numer. 46. verſ. & cum ipſa lib. 3. Sanchez ſuper Decal. lib. 17. numer. 27. Merlin. deciſ. 62. numer. 25.* & latius *in d. Ariminen. Succeſſionis coram R. P. D. Beuilaqua.*

Et licet cauſa ingreſſus in Religionem non legatur in inſtromento donationis expreſſa, præſumitur, tamen, non ad alium finem facta, cum Vincentius donauerit die 16. *May* 1607. *& ſub die 20. eiuſdem Menſis, & anni,* & ſic poſt quatuor dies fuit acceptatus in Religione. Ex
8 qua temporum vicinitate, ſatis probatur correſpectiuitas horum actuum, *Cranett. conſ. 298. num. 13. Menocch. præſ. 22. num. 28. & ſeqq. lib. 8. Rot. cor. Buratt. dec. 361. numer. 4. & 5.*

Non obſtat defectus inſinuationi, quia, vltrà reſponſiones datas in alia deciſione, quod, ſcilicet, non requiratur, quando donatio eſt de iure quærendo, incerto, &
9 euentuali, & eſt facta occaſione ingreſſus in Religio-
10 nem, vt ex iuribus ibidem relatis, adeſt, etiam lapſus temporis 30. annorum, & vltrà, quo fit, vt inſinuatio, tan-
11 quam ſolemnitas extrinſeca præſumatur, *Falm. in cap. ſicut num. 4. C. de rei vindic. Gratian. cap. 869. numer. 4. Rot. coram Canaler. deciſ. 575. numer. 11. & in Ceſenaten. Bonorum* 15. *May* 1651. *§. non obſtat coram R. P. D. Albergato.*

Nec pariter obſtat nullitas prætenſa ex eo, quod donatio fuerit ſtipulata extrà Ciuitatem Firmi, quodque
12 Vincentius fuerit aliò traductus, ad effectum fraudandi ſtatutum dictæ Ciuitatis.

Nam, cum donatio emanauerit, ad fauorem matris, & fuerit facta à perſona volente ingredi monaſterium, ceſſat quælibet præſumptio fraudis, &
13 læſionis, vt fuit dictum *in Romana donationis* 3. *Iuny* 1641. *cor. Reuerendiſſ. Tarraconen. §. 4. facit,* & regulariter fraus non præſumitur, niſi probetur.

Et ita vtraque parte, &c.

Bo: Me: Veroſpio.

Aſculana Dotis.

Lune 24. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Lucrum dotis perdit Maritus ob ſæuitiam contrà vxorem: Conſenſus viri in teſtamento vxoris, ad eius fauorem facto nihil releuat, & quando teſtamentum factum à muliere annulletur veluti emiſſum per metum, & dolum.

SVMMARIVM.

1 *Ex ſtatuto Aſculi, decedente vxore, tertia pars dotis acquiritur viro.*
2 *Maritus exercēs ſæua cōtrà vxorē priuatur lucro dotis.*
3 *Teſtes de auditu non probant.*
4 *Hæres poteſt conueniri executiuè, vigore obligationis defuncti.*
5 *Stante pacto reſtitutionis dotis, mulier de ea diſponere nequit.*
6 *Fratres dotantes ſororē apponunt pacta ad eorū fauorē.*
7 *Maritus, in ſui fauorem, non dat conſenſum teſtamento vxoris.*
8 *Conſenſus viri in teſtamento vxoris requiritur, vt eius debilitati occurratur.*
9 *Maritus, quando modicum lucrum habet, poteſt dare conſenſum.*
10 *Metus & minæ annullant teſtamentum.*
11 *Cōfeſſarius, dū negat abſolutionē, dicitur metū incutere.*
12 *Teſtes, de auditu a parte, quando faciant adminiculū.*
13 *Dolus, ſicuti metus vires tollit teſtamento.*
14 *Teſtes de auditu adminiculati in materia difficilis probationis probant.*
15 *In concurſu creditur potius teſtibus de metu deponentibus, quam illis de libera voluntate.*
16 *Contrà.*
17 *Exceptio turbida non impedit executionem obligationis Cameralis.*

DECISIO CCXXIII.

POmpilius frater, & hæres ab inteſtato Thereſiæ, mandatum ab A.C. contrà Antonium eiuſdem Thereſiæ virum, obtinuit, pro reſtitutione dotis, in integrū, in ſumma floren 4500. illi antè perſolutę, ſuper cuius executione mandati, per me, hodie propoſito dubio, pro duabus, dumtaxat, dotis partibus, illud exequendū eſſe, Domini reſponderunt; reliquum, verò, Antonio adiudicauerunt; Quia, decedēte vxore, tertia dotis pars viro defertur à ſta-
tuto, vt alias, in his terminis, cenſuit *Rot. dec. 710. n. 3. cum* 1
ſeqq par. 5. rec. Cuius diſpoſitionē exindè Geltruda hæres Pompilij non poterit euitare, quod Antonius ob diuerſas
ſæuitias, in vxorem exercitas, dotali lucro priuatus euaſe- 2
rit, iuxtà Teoricam *Imol. in l. ſicut dote 22. §. ſi autem in ſaniſſimo n. 74.* ibique *Alex. n. 10. ff. ſol. matr. Roman. in eadem C. §. ſi maritus n. 8 Ruin. conſ. 131. n. 4. lib. 4. Alex. conſ. 123. n. 5. lib. 7. Roland. de lucro dot. qu. 70. n. 1. Boer. dec. 244 n. 12. Rot. dec. 300. n. 6. p. 6. rec.* hæc quippè ſæuitia iuſtificationē, ex teſtibus nequit aſſumere; deponētibus de ſimplici audi-
tu, *Pariſ. conſ. 54. n. 17. lib. 4. Rot. dec. 441. n. 3. par. 1. rec. & in* 3
Rom. ſeparat. Thori 25. Ian. 1661. §. in præſenti cor. R.P.D. Priolo, & in his terminis, *Alex. conſ. 123. nu. 8. lib. 7.*

Pro duabus, verò, partibus executionem Domini decreuerunt mandato, innixi ſpeciali conuentioni, in inſtrumento nuptiarum inſertæ; vt ſcilicet, in caſo Reſtituendæ dotis, deberet illud ab Antonij hæredibus ab inteſtato Thereſiæ conſignari; cuius virtute pacti, Camerali obligatione muniti, valuit Pompilius, hæreditario iure ſororis, contrà Antonium executiuè peragere, vt
aduertit, *Caſtren. in l. poſt rem iudicatam ad fin. ff. de* 4
re Iudic. & in conſil. 260. num. 4. lib. 1. Galleſ. de oblig. Cam. par. 1. quæſt. 2. nu. 11. & 12. Rot. cor. Duran. dec. 444. nu. 4.

Hinc non vrget teſtamentum Thereſiæ Antonij
vxnris, inſtitutionem præſeferens; ſiquidem perſpecto
procedendi pacto, vt deberet dos ſuiſmet hæredibus ab
inteſtato reſtitui, nequibat ipſa ſine filijs prædefuncta, in
5 præiudicium fratris, de illa diſponere, vt dixit, in ſpecie,
Rot coram Millin. dec. 177. per tot. & præſertim *numer. 5.*
quod ſanè pactum, legitimè Pompilius in ſui fauorem
appoſuit, dum ære proprio dotem ſorori conſtituit, ad
6 *tex. in l. ob res num. 1. ff. de pact. dotal. Soccin. Sen. conſil. 38.*
num. 9. lib. 1. Franch dec. 196 nu 2. & 6. Fontanell de pact.
nupt. clauſ. 5. gloſſ. 10. part. 1. num. 2. & 3. Rot. cor. Millin.
dec. 213. num. 2.

Aſculanum, prætereà, ſtatutum, in teſtamento vxo-
ris, conſenſum viri ſub nullitatis incurſu exquirit, & li-
cet ille, in propoſito caſu, noſcatur adhibitus, nihilomi-
nus vitio nullitatis teſtamentum euaſit obnoxium, vir
ſiquidem, teſtamento, ad ſui commodum principaliter
ædito aſſenſum præſtare prohibetur à iure, vt tradit,
7 *Angel. in § Oeconomus auth. alienat. Roman. in l. 1. numer.*
20. C. vnd. vir & vxor. Iaſ. in l. 1. §. ſuit quæſitum numer. 4.
& 5. ff. ad Trebell. vbi de communi opinione teſtatur,
Abb. in cap. ſicut noſtis 27, num. 5. de Iur. Iur. Alex. conſil.
106. col. vlt. lib. 1. verſ. vnde mihi. Tiraquell. in leg. Connub.
gloſſ. 8. num. 114. Panzirol. conſil. 18. num. 20. rationem,
8 verò, adduxit *Caſtren in l. Seius 3, num. 7. C. qui teſt. fac.*
poſſ. Quod, ſcilicet, conſenſus à ſtatuto cenſetur requiſi-
tus, vt vxoris imbecillitati conſulatur, aut quod huius
vice conſenſus, decretum debuerat adhiberi, ex doctrina
gloſſ. in l. ſi fuſioni 25. in verb. qua moderatione, ibique
Bald. numer. 76. C. de nupt. Roman. in l. 1. num. 20. poſt med.
C. vnd. vir. Alex. in l. 1. §. quæſitum numer. 8. ff. ad Trebell.
vbi Iaſ. num. 7. & conſ. 69. num. 2 lib. 1. Corn conſ. 242. num.
3. lib. 4. Pancirol. conſil. 187. num 22. quicquid dici poſſet,
in caſu, quo in alterius fauorem diſpoſitio principaliter
edita foret, & maritus, in conſequentiam, dumtaxat, ali-
quod lucrum, ex teſtamento retraheret, in quibus termi-
9 nis, emanauit *deciſio coram Coccin. in Aſculana dotis im-*
preſſa in par. 1. rec. dec. 710 num. 2.

Animaduertebant, denique, aliqui ex Dominis, The-
reſiam, mulierem maximæ ſimplicitatis, ac in 15. ætatis
anno, conſtitutam; præter ſui voluntatem ad teſtamenti
factionem proceſſiſſe, & viri timore vlterius inductam,
nec non ſuggeſtione, ac dolo Fratris Alberti ſui Confeſ-
ſarij; Ille quippè, necnon Anna ſoror ipſius, minas, &
verbera pluries intulerant Thereſiæ, vt ad teſtamenti
editionem illam in fauorem ipſorum impellerent, quin
imò acceſſum Pompilio fratri alijſque conſanguineis ad
Thereſiam denegauit, ne ſui ac ſororis inſtitutionem
impedirent, quem actum pro teſtamenti inualiditate
10 ponderauit, in ſpecie, *Aymon. conſil. 516. num. 6. Afflict.*
deciſ. 69 numer. 7. Andreol controu. 14. numer. 107. Alter
verò arctiſſimo amicitiæ vinculo Antonio annexus, in
actu Confeſſionis abſolutionem pluries Thereſiæ dene-
11 gauit impartiri, ex quo bona ſua renuebat eidemmet
Antonio viro elargiri, vt ex teſtium dictis concluditur,
qui, licet, de auditu ab eadem Thereſia deponant, nec
non ab altero Pœnitente Fratris Alberti, præſumptio-
nem, tamen, aliquam veritatis inducunt, in caſu pro-
poſito, quo facti ſeriem poſt abſolutionem ſibi denega-
tam in Eccleſia, Thereſia enarrauit, ex traditis per *Ri-*
12 *minald. Iur. conſ. 362. num. 57. cum ſeqq.* dum maximè
ſchedulam teſtamenti idemmet Frater, præſente viro,
Latino Idiomate conſcripſit, & nulla præcedente illius
lectura, curauit, vt Thereſia, cuius manum ipſe trahebat,
ſe Crucis ſigno ſubſcriberet, licet hoc eadē agere recuſa-
ret, vt ex duobus teſtibus religioſis, ibidem ſubſcriptis cō-
uincitur, atteſtantibus præterea, quod Thereſia, ſub igno-
rantiæ, nec non impotentiæ prætextu, ſchedulam, nota-
rio renuiſſet conſignare, ac verba proferre, denotantia
ibidem ſuam vltimam voluntatem contineri; Frater Al-
bertus illam ad id peragendum induxit, eidem ſuggerens
verba, in ſchedula conſignanda conſueta proferre; Ex
qua ſanè ſerie facti, videtur metus, ac doli probatio con-
ſurgere, quarum vterque vires adimit teſtamento, vt de
metu, tradit, *Rum. conſ. 2. nu. 8. lib. 2. Aym. conſ. 516. num. 6.* 13
Decian. conſ. 65. nu. 2. cum ſeq lib. 2. Franch dec. 180. Rot.
dec. 293. nu. 1 cum ſeq. par 8 rec. & in terminis doli notat,
Dec. conſ 489. nu. 6. Rum conſ. 73. n. 4. lib. 2. Decian. conſ. 65.
nu. 7 & 8. lib. 2. Surd. conſ. 873. num. 18. & 34. cum ſeq. Rot.
dec. 292 nu. 6. & 7 par. 8 rec. vel nequit, ſaltem, inficiari,
quin fides Fratris Alberti, fuerit diminuta, ità vt dum hic
modus teſtandi conſcriptus ſchedulæ integrè inhærere
teſtamentum debeat, in propoſito caſu conuincitur, vt
in ſimilibus ferè terminis reſpondit *Rot. in Eſina Bonor.*
31. Martij 1659. §. quæ cor. Me.

Hinc non obſtat, quod teſtes verbera deferentes, de ſim-
plici, dumtaxat, auditu deponant, dum præter eorum de-
poſitiones aliæ coniecturæ cōcurrunt, in huiuſmodi ma-
teria difficilis probationis, admitti conſuetæ, vt tradit
Mandell. conſ 77. nu. 29. Rum. conſ. 121. n. 12. lib. 4. Honded. 14
conſ. 29. n. 21. lib. 1. Rot. cor. Gregor dec. 326. n. 2. & dec. 293.
nu. 4 par. 8 rec. aliorum teſtium depoſitione in nihilo re-
leuātē, vel quia plures patiuntur exceptiones, ſine ex quo
debet potiùs fides haberi de metu deponentibus, quam
alijs de libera voluntate atteſtantibus, vt notat *Soccin. in* 15
cap ſuper his 4. nu. 2. de probat. Rot. cor. Gregor. dec. 326. nu.
46. & dec. 191. nu. 25. par. 6. rec.

Et licet alij DD. in contrariam ſententiam, inclinaue-
rint, inhærendum potiſſimè teſtibus de ſpōtanea volun- 16
tate Thereſiæ deponentibus, nequit, tamen, inficiari, quin
aliquam teſtamētum ſuſpicionem haberet, cuius virtute
non valet, interim, virtus obligationis Cam: impediri, &
ſic natura reijcientis turbidas exceptiones, vt notat *Bald.* 17
conſ. 52 in fin. lib. 2. Rot. dec. 65. nu. 13. par. 7. rec & cor. Greg.
dec. 406 nu. 27.

Et ita vtraque parte Informante &c.

Eminentiſſ. D. Card. Cerro.

Romana Fideicommiſſi de Breinis.

Ven. 1. Februarij 1664.

A R G V M E N T V M.

Reuocata Deciſ. 20. firmatur, teſtatorem, non nomi-
nando fideicommiſſarios, intelligi vocare ad alium
effectum nominatos in teſtamento; Et quando te-
ſtamentum dicatur perfectum in voluntate.

S V M M A R I V M.

1 *Verba*, laſcio à gl'Infraſcritti, &c. *ſine vlla nominatio-*
ne nihil diſponunt.
2 *Verbum*, Volo, *inducit perfectam diſpoſitionem.*
3 *Dictio*, recada, *inducit fideicommiſſum.*
4 *Contradictio in diſpoſitione non eſt præſumenda.*
5 *Teſtamentum conſignatum notario per teſtatorem præ-*
ſumitur perfectum.
6 *Quando conſtat de ordinatione fideicommiſſi, & non no-*
minantur vocati, vocantur ſuccedētes ab inteſtato.

D E C I S I O CCXXIV.

GVlielmus, & alij de Breinis prætendentes q. Rober-
tum Breinum, ipſos ſubſtituiſſe, per fideicommiſſū
Simoni Petro hæredi inſtituto decedenti, ſine filijs, ege-
runt, contrà Io: Baptiſtam Corradum ipſius hæredē, pro
aſſecutione bonorū Roberti, ſed in tribus inſtantijs ſuc-
cubuerant, obtenta, verò commiſſione reſtitutionis in in-
tegrum, mihi directa, & deſuper dubio propoſito 7. *Febr.*
1661. reſponſum fuerat, non conſtare, de cauſis huiuſmo-
di reſtitutionis; At, conceſſa noua audientia, & articulo,
per duas alias vices, maturius, diſcuſſo, placuit Dominis,
recedere à deciſis, & pro reſtitutione in integrum, re-
ſpondere.

Licet,

Licet, enim, iterum exiſtimaoerint, quod ſecloſis
facti eircumſtantijs, atque in abſtracto præſens du-
bium conſiderando, modus ille ioſtituendi, quo in
propoſito Robertos vſos fuit, ibi, *voglio che rica*
ſchi d. heredità à gl' Infraſcritti miei parenti, non con-
tineat perfectam fideicommittendi voluntatem, ſed
ſolam ſimplicem pollicitationem, adeòvt, dum ioſe-
riùs deſigoatos conſanguineos oon deſcripſit pænitoiſ-
ſe cenſeatur, & conſoltò fideicommiſſi grauamen
omiſiſſe, remaneote ioſtitutione pura, & libera, ac
ſi dd. verba adiecta non foiſſent, vt vltrà alias aucto-
1 ritates, in deciſione allegatas, probat *tex. in l. teſta-*
mentum, C. de inſtit. & ſubſtit. qui licet poſt verba in
diuiſione relata addat, ibi, *ſin autem conditiones quaſ-*
dam in quanis parte teſtamenti poſuit, tunc videri ab ini-
tio conditionalem eſſe inſtitutionem, id tamen non intel-
lexit de conditionibus poſitis in parte ſuperiori, ante inſti-
tutionem, ſed dumtaxat depoſitis in quauis inferiori parte
poſt inſtitutionem, vt declarando ſubiooxit in finalibus
verbis, ibi, *& ſic omnia compleri tanquam, ſi teſtator ipſas*
inſtitutiones iiſdem conditionibus copulaſſet, quæ infra con-
ſcripta ſunt.

Attamen, re io concreto caſus noſtri, conſiderata,
ponderatiſque facti eircumitaotijs, exiſtimarunt Ro-
bertum, perfectam, & deliberatam haboiſſe fideicom-
mittendi voluotatem, quam appoſita prædicta ordi-
natione, ibi, *voglio che ricaſchi detta heredità à gl' in-*
fraſcritti miei parenti, ex qua regulariter fideicommiſ-
2 ſum inducitur, vt de verbo, *volo*, eſt *tex. in l. verbum*
volo, C. de fideicommiſſ. Rot. in Imolen. ſucceſſionis 16.
Maij 1640. *§. penult. coram Me*, & de verbo, *ricada*,
3 *Socin. Iun. conſil.* 105. *numer.* 7. *lib.* 1. *Simon. de Prat.*
de Interpret. vltim. volunt. lib. 3. *interpret.* 2. *dub.* 1. *fol.* 4.
quid de verbo, *recadat*, ſtatim, & immediatè ſubdit,
e queſto voglio che ſia mia vltima volontà, e teſtamen-
to, qual voglio che preuaglia &c. cùm, enim; io hu-
iuſmodi verbis immediatè ſeqoeotibus, teſtator ſuam
diſpoſitionem vocauerit perfectam, ſieque omnimodè
perfectionis effectum tribuerit, vtique dicendum vide-
tur, ſubſtitutionem coofaogoineorum non fuiſſe de-
ſtinatioam, & ex poſt perficiendam, ſed prorſos per-
fectam, & abſolotam; pugnant enim, ſimul, deſtina-
tio, & perfectio, nec poteſt ſtari ſimul, quod eo momen-
to, quo dicit ſe deſcripturum inferiùs fideicommiſſarios
eodem momento dicat, ſe ità diſponere, vt ſua diſpoſi-
tio, taoquam vltima voluntas, valeat, & vnicuique præ-
ualeat, iſta, namque oon eſſet pœoitentia, oec receſſus
à propoſito, ſed manifeſta fatuitas, & cootradictio,
4 quæ nec præſumeoda, neque admittenda eſt, *l. nam*
ad ea 89. *ff. de legib. l. nam adeò, ff. de condit. & de-*
monſt.

Et quamuis, deindè, addiderit duas alias prouiſio-
nes, id tamen, oon eſt momenti, quia fueruot om-
ninò nouæ, oec voquam anteà cogitatæ, ideò nil mi-
rum, ſi illas appoſuit, quando primo de eis cogita-
uit. At, verò, è contrà, nolla ratio, ſeu congruen-
tia poſtulabat, quod differret ad aliam teſtamenti
partem, iocongruam, & omnioò ioſolitam fidei-
commiſſariorum expreſſionem, quos in mente con-
ceperat, & qoos velle deſcribere profeſſus fue-
rat.

Præfata magis vrgent, ponderaodo, quod eodem
die, quo teſtamentum ſcripſit 27. *Martij* 1629. il-
lud etiam conſignauit ootario, elaoſum, & ſigillatum,
aſſerens, io eo contioeri eius vltimam voluntatem, ac
in ipſo ſuum hæredem iottituiſſe, legata feciſſe, &
alia, iuxta eius intentionem, & voluntatem diſpo-
5 ſuiſſe; Huiuſmodi, eoim, conſigoationis actus coo-
temporaneus, eum prædicta aſſertione, eò magis
oſteodit voluntatem teſtatoris oon fuiſſe indelibera-
tam, & imperfectam, ſed quidem deliberatam, & per-
fectam.

Et hinc Domini dixerunt, quod per lapſum, vel
incuriam poſuiſſet verbum illud *infraſcritti*, per li *ſo-*
praſcritti, verè iotelligeodo, de conſaoguioeis, quibus
ſuprà pinguia legata reliquerat, vel ſaltem, attentis
huioſmodi facti circumſtaotijs, nos noo verſari, in ca-
ſu ſolius pollicitationis, nec imperfectæ voluntatis, ſed
io caſu certæ, & deliberatæ diſpoſitionis, in qua ob de-
ficieotiam expreſſionis perſonarum, quibus per fidei-
commiſſum hæreditas reſtituenda ſit, lex ſupplet in-
terpretando fauore venientium ab inteſtato, *l. qui filium* 6
ff. ad Trebell. l. peto in princ. ff. de legat. ſecunda, Caſtren.
conſil. 241 *ad fin. lib.* 2. *Menoch. conſil.* 434. *num.* 5. *& ſeqq.*
Peregr. conſ. 45. *num.* 1. *& ſeqq lib.* 5. *& de fideic. art.* 5. *num.*
10. cum alijs allegatis per *Fuſar. de ſubſtit. quaſt.* 277. *nu.*
27. *vſque ad* 50.

Et ita vtraque parte Informante &c.

R. P. D. Calatalù.

Ciuitatis Caſtelli Prætenſorum Fideicom-
miſſorum.

Lunæ 4. *Febr.* 1669.

ARGVMENTVM.

Magiſtraliter excluditur fideicommiſſum, vbi de eo expreſsè non conſtat ex verbis diſpoſitionis; Et reijciontur plures coniecturæ pro indueeoda reciproca ſubſtitutione, vbi non concurrunt reqoiſita, *l. Titia Seio* 89. *§. Seia, ff. de legat. ſecundo*.

SVMMARIVM.

1 *Filij poſiti in conditione reſpectu bonorum patris, & vocati reſpectu portionis patruorum, cenſentur vocati ad portionem Patris.*
2 *Vocatus ad fideicommiſſum actiuè, non dicitur grauatus alteri reſtituere.*
3 *Maximè inter tranſuerſales, inter quos non extenditur fideicommiſſum.*
4 *Fideicommiſſi onus nullo modo extendi debet, quando poteſt verificari alia interpretatio.*
5 *Quiſque cenſetur vocatus ad portionem proprij parentis.*
6 *Reciproca etiam in eadem linea non inducitur, quando deficiunt requiſita, l. Titia Seio.*
7 *Niſi adſint coniectura concludentes, & plures.*
8 *Et qualibet de per ſe ſit apta inducere reciprocam.*
9 *Maximè inter tranſuerſales.*
10 *Reciproca non inducitur inter remotiores, ex quo facta fuit inter magis dilectos.*
11 *Reciprocam vbi vult teſtator, ſolet expreſsè exprimere.*
12 *Reciproca inter primos non extenditur ad filios.*
13 *Dictio*, vt ſuprà, *repetit ſuperiora cum omnibus qualitatibus.*
14 *Dictio*, vt ſuprà, *quando in alio verificari poteſt, non extendit reciprocam.*
15 *Conſeruatio familia æquipollet conſeruationi agnationis.*
16 *Ratio conſeruationis agnationis non extendit reciprocam vltrà expreſſos.*
17 *Ex conſeruatione agnationis non multiplicantur ſubſtitutiones.*
18 *Maxime ad inducendam reciprocam.*
19 *Vocatio plurium fratrum non inducit reciprocam inter eos.*

20 *Fideicommiſſum non extenditur de caſu ad caſum.*
21 *Verba* non exiſtentibus *&c. intelligitur tempore mortis primi inſtituti.*
22 *Deſcendentes vbi vocantur, intelliguntur per vulgarem, non per fideicommiſſum.*
23 *Verba quantumuis effrenata non extendunt Fideicommiſſum vltra caſus expreſſos.*

DECISIO CCXXV.

CEnſuerunt DD. ſtandum eſſe, in deciſis, coram Me ſub *die* 25. *Maij* anni præteriti, quia perpenſis, tam donatione Vincentij, quam Teſtamento Violantis, iterum viſum fuit, nullum in eis fideicommiſſum adeſſe.

Non adeſt in donatione, quia licet, ad ſenſum Partis, admitteretur, quod ex quo filij Io: Liſij fuerunt poſiti in Conditione, reſpectu portionis, proprij parentis, & expreſsè, & litteraliter ſubſtituti in portionibus Patruorum, inde vocati dicerentur ad portionem eiuſdem Patris per
1 ea, quæ aduertit *Rot. dec.* 229. *num.* 13. *coram Eminentiſſ. D. Card Celſe*, adhuc ex illa vocatione actiua non valet inferri, ad paſſiuum grauamen, itaut vnus alteri per fidei-
2 commiſſum reſtituere teneatur, vt eſt *text. in l. Titia cum Teſtamento* 34. *§ qui inuita filia*, ibi, *non eſt enim veriſimile patrem duplici præſtatione filium eumdemque Hæredem onerare voluiſſe, ff. de leg.* 2. & ſequitur opinionem *Ripæ* communiter receptam *in l. Centur e num.* 108. *C. de vulg. & pupill. & Rot. in deciſ.* 473 *num.* 4. *tom.* 2. *par.* 4 *rec.* firmatum fuit *in Ciuitatis Caſtellana bonorum* 28. *Maij præteriti coram Me*, *§. firmata itaque*; præcipuè in materia onerosa fideicommiſſi tranſuerſalis, in quo non admittitur talis extenſio, etiam ex identitate rationis, & veriſi-
3 mili mente Teſtatoris, ad mentem *Iaſon in conſ.* 220. *num.* 10. *lib.* 2, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt* 472. *num.* 32. *& Rot. deciſ.* 507. *num.* 3. *verſ licet autem par.* 2. *& dec.* 44 *num.* 12. *par.* 5. *rec.* cum alijs congeſtis, *in Benonien. fideicommiſſ. de Malueɣijs* 23. *Martij* 1661. *coram R.P.D. meo Beuilaqua §. quod rationem*, vbi arguendo ex *l pater §. finali ff. de leg.*
4 3. ad propoſitum, ampliat concluſionem dicendo, quod quotieſcumque diſpoſitio Teſtatoris æque bene poteſt ſuum operari effectum in perſona vnius, vt hic fideicommiſſum non eſt trahendum ad alias perſonas, ſed vnuſ-
5 quiſque dicitur diſcretiue vocatus, ad portionem proprij parentis, dumtaxat, provt antea ſcripſerat *Fuſar. conſ.* 42. *num.* 32.

Et licet, inter perſonas eiuſdem lineæ facilius inducatur reciproca, quam alterius de vna linea, ad aliam diuerſam, tamen quoties, expreſſis verbis inducta non
6 legitur, & deficiunt, provt hic; ſolita requiſita de quibus *in l. Titia Seio* 89. *§. Seia liberis ff. de leg.* 2. Coniecturæ ad eam inducendam oportet, quod ſint conclu-
7 dentes *d. l. Titia cum Teſtamento* 34. *§. qui inuita filia*, & poſt alios ſcribunt. *Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita numer.* 558. *&* 694 *ff ad Trebell. Fuſar. conſ.* 1. *num* 9 *& conſ.* 17. *num.* 9. *&* 33 *& conſ.* 42. *num.* 31. cum alijs relatis per *Rotam coram bo: me: Dunozzetto Iun. dec.* 562. *numer.* 17. *&* 18. vbi quod quælibet de per ſe debet alias
8 eſſe apta ad eam inducendam, *& in Peruſina fideicommiſſi de Cincijs* 15. *Iunij* 1654. *coram Reuerendiſſimo Zarate Epiſcopo Conchen* maximè inter tranſuerſales, vt vl-
9 trà relatos *in præterita deciſ §. & quamuis*, probant *Pereg. de fideic. art.* 13. *numer.* 63. *Bellon. Iuriſconſ.* 49. *numer.* 24. *Rot. dec.* 145. *num.* 6. *par.* 1. *& dec.* 192. *numer.* 17. *part.* 8. *recent.*

Huiuſmodi autem qualitates iterum viſum fuit DD. non eſſe illas, & alias reiectas, & hodie repetitas, ab Informantibus pro Io: Vinc. Siquidem prima deſumpta ex reciproca ordinata inter fratres magis dilectos, per treſ-
10 decim rationes reijcitur à *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 472. *à numer.* 30. *vſque ad* 41. & non eſſe admittendam receptam teſtatur, *Rota d. dec.* 472 *à num.* 30. *vſque ad* 41. & non eſſe admittendam receptam teſtatur *Rot. d. dec.* 562, *num.* 19. *coram bo: me: Dunozetto Iun.* vbi, quod; Sicuti, vbi diſponens eam voluit, expreſſis verbis adiecit, ità, & ſi eam voluiſſet in ſequentibus gradibus ſciuiſſet apponere, ad *Text. in l. vnica. § ſin autem ad deficientis, C. de* 11
caduc. toll. & in puncto quod reciproca facta inter primos non extendatur ad eorum filios, firmat *Rot. in Romana fideicommiſſi de Ferratinis* 15. *Iunij* 1646. *coram* 12
Reuerendiſſ. Papien. §. neque dicatur, & in Heſtien. fideicommiſſi 1. *Decembris* 1659. *§. concurrit coram Reuerendiſſ. D. meo Cerre Decano*, non obſtante dictione, *vt ſupra*, in qua informantes pro Io: Vincentio magnam 13
vim faciunt, quæ omnium qualitatum ſupra expreſſarum repetitionem inducit; quia ex lectura donationis colligatur, d. clauſulam æque bene poſſe operari repetitionem qualitatis, maſculinitatis, & legitimitatis filiorum poſitorum in conditione, nec non irreuocabilitatem donationis cui immediatè adhæret, non eſt trahenda, vt in ſequentibus gradibus reciprocæ repetitionem inducat, vt in terminis reſpondet *Rota deciſ.* 158. *numer.* 14
10. 11. & clarius *deciſ.* 561. *numer.* 11. *ad fin. par.* 5. *recent.*

Leuis etiam apparet, vltima Coniectura, quod donatio facta fuerit, pro conſeruatione familiæ, quæ æquipollet contemplationi agnationis, *ex text. in l. pronunciatio,* 15
§ familiæ in fin ff. de verbor ſignific. quia quidquid ſit, ſi adeſſet aliqua expreſſio voluntatis donantis protrahendi conſeruationè bonorum in familia, vltra caſus fideicommiſſi poſtea inducti, ſatis eſt ad effectum de quo agitur, quod idem Vincentius donans, poſtquam ſimpliciter dicit ſe deuenire ad prædictã donationem, pro conſeruatione familiæ poſteà ordinando fideicommiſſum inter primos, dumtaxat reciprocam ſubſtitutionem adiecerit, ratio, enim, Conſeruationis familiæ præcedenter conſiderata, non poteſt operari, vt reciproca deinde ordinata excedat perſonas primorum donatariorum, inter quos tantum vti vicebam, fuit in fideicommiſſo adiecta, vt optimè probant *Andreol. contr.* 409. *num.* 10. *&* 16
ſeq. cum alijs cumulatis *in* 1. *deciſ. § minus obſtat*, & vltra eſſe elegantem textum in propoſito, *in §. nos igitur auth. de reſtit. fideic.* aduertit *Cardin. Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 15 *num.* 6. *Soccin. Iun. conſ.* 155 *num.* 10. *verſ nequàquam lib.* 2. qui dicunt, quod ex ſola ratione agnationis, non ſunt multiplicandæ ſubſtitutiones, ſed in tantum ea ſeruanda eſt, in quantum Teſtator ſubſtituit, & non alias, *Rub. Alex conſ.* 120. *col. vlt. verſ. non te-* 17
net, inquit quod non eſt bona conſequentia, quod diſponens voluerit conſeruare bona in agnatione, ergo inter omnes deſcendentes cenſetur inductum reciprocum fideicommiſſum, & firmauit *Rot. dec* 433. *num.* 18. 18
coram Gregor. & deciſ. 148. *num* 8. *coram bo: me: Dunozzetto Sen.* & in puncto, quod ex rationem conſeruationis agnationis, non valeat extendi fideicommiſſum expreſſum ad reciprocam tacitam, *Cranett. conſ.* 228. *num.* 17. *cum duob. ſequentibus par.* 3. *rec. ſecundum impreſſ Venetam anni* 1581. & poſt eum *Menoch. conſ.* 370. *nu.* 55. *pariter cum duobus ſequen.*

Nullum quoque fideicommiſſum deduci poſſe ex Teſtamento Violantis porificatum per obitum Leonardi, ſuadebant DD. eædemmet rationes ſuperius ponderatæ, ipſa, enim, Inſtitutis Io: Liſio, Io: Baptiſta, & Franciſco Fratribus decedente vno, ex eis, abſque filijs legitimis, & naturalibus, ſubſtituit alios, quibus omnibus decedentibus, eorum filios vocauit, quorum filiorum vocatio, licet expreſſa legatur, non inde tamen cenſeri 19
debeant inter ſe reciprocè grauati, & dum fideicommiſſum litteraliter apparet reſtrictum, vel ad ſuperuiuentem, ex Inſtitutis, vel ad fauorem eorum filiorum; non 20
debet extendi ad alium caſum obitus Leonardi ex Iuribus ſupra relatis.

Nec releuat, quod Teſtatrix immediatè ſubdat, excluſis fæminis, quod hæreditas augeatur, in dicto caſu, maſculis deſcendentibus, quos ſubſtituit in dicto caſu pleno Iure, & per fideicommiſſum, ordine ſucceſſiuo; quia cum verba prædicta poſſint
intelligi,

Digitized by Google

intelligi, de deſcendentibus exiſtentibus tempore mortis hæredum Inſtitutorum per ea, quæ notat *Fuſar. conſ. 97.*
21 *num.* 8. In omnem caſum non videtur, inde facienda extenſio fideicommiſſi, ſed d. deſcendentes cenſeri debent vocati per vulgarem, quatenus ſcilicet ipſi filij nollent, vel non poſſent ſuccedere, vt benè in propoſito conſu-
22 luerunt *Menoch. conſ. 85. n. 73. cum ſeq. & n 92. & ſeq. Peregr. conſ. 53. nu. 9. lib. 2.*

Et quod magis monit DD fuit, quod Violantes non vocauit ſimpliciter, & abſolutè deſcendentes, per fideicommiſſum ordine ſucceſſiuo, ſed cum reſtrictiua *in d caſu*; Vndè per ea verba videtur reſtricta ſubſtitutio deſcendentium ad caſum illum mortis hæredis Inſtitutorum ſine filijs, qui ſicuti non euenit, ex quo Io: Litius habuit filios, ita verba inductiua fideicommiſſi, quamuis effrenata extra eum caſum, fideicommiſſum non exten-
23 dunt, ad trad. per *Dec conſ. 326. num. 2. in fin. Pariſ. conſ. 92. nu. 11 lib. 2. Crau. conſ. 96 nu. 6. Rot in Bonon. fideicommiſſi de Pinchiaris 28. Martij 1659. §. nihil in fin. & in Peruſina fideicommiſſi 26. Ianuarij 1660. §. clarior autem coram R P. D meo Priolo.*

Et ita vtraque parte Informante &c.

R. P. D. ViceComite.

Anconitana Dotis.

Merc. 23. Ianuarij 1669.

A R G V M E N T V M.

Contractus obligatione Camerali, & Iuramento Vallatus habet executionem paratam, & obligatio in forma depoſiti nullas admittit exceptiones in contrarium.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtrumentum facit probationem probatam.*
2 *Obligatio Cameralis, & Iuramentum habent executionem paratam.*
3 *Obligatio in forma depoſiti nullas admittit exceptiones.*
4 *Sententia, & res iudicata probat ſuccumbentiam in cauſa.*
5 *Puri, & Purificati eadem eſt conditio.*
6 *Exceptio alias reiecta non habetur in conſideratione.*

D E C I S I O CCXXVI.

AGente Franciſca Lanfrancora pro ſcut. 947. 16. reſidualibus ſuæ dotis Hieronymo Fanello, viro prædefuncto traditæ, contra fratres, & hæredes, & bona hæreditaria eiuſdem Hieronymi, Comitiſſa Mauritia mater fideiuſſit pro illis per publicum inſtrumentum, in forma depoſiti, cum promiſſione eadem Scut. 947. 16. ſoluendi in caſu, quo ipſi ſuccumberent in iudicio, vt ſupra pendente in Rota: Cum igitur, caſus ſuccumbentiæ euenerit per tres conformes, & rem iudicatam, cuius vigore Io: Carolus, & fratres de Peritijs à præfata Franciſca cauſâ habentes præuia executione, & ſubhaſtatione nonnullorũ ſtabilium, conſequuti fuerunt ſcut. 220. tantum, & ideò inſtarent pro reliquis ſcut. 727. 16. ſibi mandatum relaxari, contrà bona eiuſdem Mauritiæ, DD. huiuſmodi petitioni, tanquam iuſtæ annuendum eſſe reſponderunt.

De obligatione, enim, eiuſdem Mauritiæ ſolemni, & valida, non fuit dubitatum, cum de illa conſtaret per publicum Inſtrumentum cum omnibus ſolemnitatibus à conſtitut. Marchiæ *cap.* 25. requiſitis celebratum, & in-
1 ſinuatione, & in forma probanti, in actis exhibitum, quod ſicuti facit probationem probatam, *vulg. l. cum*
2 *precibus, C. de probat. cap. cum dilectis de donat.* Ità, vigore obligationis Cameralis, & iuramenti paratam habet executionem, *Mohad dec 2 de except cum vulg.* præſertim cum obligatio concepta legatur in forma depoſiti, quæ nullas admittit contrarias exceptiones per *tex. in l.* 3
ſi quis ij, & ibi Bart. Caſtren. ff depoſit. Roland. conſ. 17. num. 1 lib. . *Rot. poſt Zacch. de oblig Cam. dec. 267. num. 1. Caualer. dec. 29 num. 1. Coccin. dec. 49. in fin. Eminentiſs. Celſ. dec. 75. nu. 5.*

Et quamuis eadem obligatio reſtricta legatur ad caſum ſuccumbentiæ, tamen cum ſuccumbentiam ſatis probent per tres conformes & rem Iudicatam, *l. rationes* 4
iudicata 208. ff. de reg. iur & ſic caſus euenit quod obligatio Cameralis pura remanſit, quia puri & purificati eadem eſt conditio *l. fin. §. 1. ff. de vulg l. ſed etſi de ſua 34.* 5
§. 1. ff de acquir hered. & eſt apta parere actionem, *vulg. l. cedere diem 213. ff. de verb. ſignific. in 6. l quoties 9. ff. de verb. oblig. Rota poſt Zacch. de oblig. deciſ. 267. num. 2.*

Et quia, in memoriali, pro obtinenda dilatione, pro parte illorum de Fanellis, porrecto, dicebatur eamdem Franciſcam, & DD. de Pieritijs, pro ea teneri ad reſtitutionem nonnullorum mobilium hæreditariorum Hieronymi Viri, viſum eſt, hanc exceptionem non eſſe attendendam vanam, & alias reiectam, in deciſ. cauſæ nempe *266 num 1. 2. par. 10. dec. 40. num. 5 par. 11 rec.* ex quo 6
eadem mobilia fuerunt præcedenter ſubhaſtata, ad computum eiuſdem crediti dotalis, & in illius diminutionem ceſſerunt.

Et ita altera tantum informante &c.

Eminentiſs. D. Card. Carpineo.

Interamnen. Fideicommiſſi.

Mercur. 1. Febr. 1668.

A R G V M E N T V M.

Poſitus in conditione, licet ex ſtatuto dicatur vocatus, vocatio tamen, reſtringitur ad portionem patris, non patrui, non obſtantibus pluribus coniecturis.

S V M M A R I V M.

1 *Veniens ex fideicommiſſo antiquo non excludit venientem ex nouo niſi pluribus concurrentibus.*
2 *Exceptio detractionum etiam turbida impedit immiſſionem fideicommiſſario.*
3 *Identitate non probata excipi non poteſt de fideicommiſſo.*
4 *Fideicommiſſum elicitum ex coniecturis non eſt legitimus contradictor contra hæredem.*
5 *Poſitus in conditione nunquam cenſetur vocatus ad portionem patrui.*
6 *Maximè ſi deficiat ratio conſeruandæ agnationis.*
7 *Vocatio ad fideicommiſſum, quando eſt aliquis, qui ſubſtitutum excludat, non ſolet reſolui in ſingularitates.*
8 *Reciproca non inducitur ex qualitate perſonæ prædilecta.*
9 *Fideicommiſſum conditionale ad filios non tranſmittitur.*
10 *Et coniectura inducentes tranſmiſſionem debent eſſe Conſeruatio Agnationis, & digreſſio ad plures gradus ſubſtitutionum.*
11 *Tranſmiſſionis præſumptio excluditur ex reciproca inter ſolos nominatos.*

D E C I S I O CCXXVII.

ITerum pro Parte Ioſephi, & Philippi de Gazolis oppoſita iterumque reiecta exceptione

 anti-

antiquioris fideicommiſſi à Iacobo Philippo ordinati, confirmarunt DD deciſionem æditam coram Me, die 28. *Martij* 1667. concedentem Martæ Immiſſionem ex poſteriori fideicommiſſo Io: Baptiſtæ; Siquidem excipiens de fideicommiſſo anteriori non dicitur legitimus Contradictor ad impediendam Immiſſionem venienti, ex poſteriori, niſi oſtendat fideicommiſſum litteraliter, & vndequaque indubitatum, probetque concludenter bona fuiſſe poſſeſſa tempore obitus, per defunctum, & nullas competere ſuper dd. bonis detractiones, vel fuiſſe con-
1 ſumptas, vt præter adductos *in d. dec. §. nullum denique cum § ſeq.* egregie firmauit *Rota in Rom hæreditatis 4. Iulij 1663. & 23. Ianuarij 1664. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

Hæc omnia, in propoſito, deficere viſa ſunt, cum ex bonis d. Iacobi Philippi detrahenda ſit legitima debita Io: Baptiſtæ, quam non conſtat conſumpſiſſe duas alienationes datas in 1. ſum. fratrum *num.* 2. & in ſum. additionali *num.* 1. nam prima, non ab eodem Io: Baptiſta, ſed ab vxore ipſius Teſtatoris facta legitur, & ſecunda non probatur fuiſſe, de Bonis fideicommittentis, præterquamquod vtraque admiſſa, in hoc Iudicio non releuaret, in quo etiam per exceptiones poſſibiles, elidi, vel in aliam
2 cauſam referri poſſent, vt latè *in dec. 520. num. 14. par. 1. dec. 6. num 18. & 21. apud Mangil. de ſubhaſt.* & melius *in Senogallien. cor bo: me. Card. Corrado dec. 215. num. 23. par. 11. rec.*

Bona, verò, controuerſa fuiſſe per D. Iacobum Philippum poſſeſſa, de tempore obitus non iuſtificatur, nam diuiſio, quæ ad hunc effectum adducitur, ſecuta inter eiuſdem filios anno 1565. d. ſum. additionali *num* 3. & probat Bona diuiſa eſſe Patris hæreditaria, ſed illa tantum enunciat communia ipſorum diuidentium, adeò vt Identitate non probata, neque de fideicommiſſo excipi
3 valeat *Merlin de legit lib. 5. tit. 4. par. 10. num. 16. Rot. cor. Buratto dec. 1589. nu. 1. & ſeq.*

Fideicommiſſum denique, neque clarum, neque litterale & licet Informantes pro fratribus illud ex coniecturis elicere conentur, nihilominus, vel coniecturale non ſufficit ad effectum, vt fideicommiſſarius euadat legitimus Contradictor, vt latè firmant congeſti *in d. t. dec §.*
4 *Cum omnes veniant*, quibus addi poſſunt alij relati in *Bononien. fideicommiſſi de Barbettis 19. Iunij 1654. §. facilius coram bo: me: Bichio.*

Vel coniecturæ, ab iiſdem ponderatæ, & ſigillatim in prima deciſione reiectæ *in §. nec contrarium*, prætenſum fideicommiſſum non valent inducere in Perſonã Franciſci, qui non fuerit dumtaxat poſitus in conditione reſpectu Patris, etſi, citrà præiudicium dici poſſet ex coniecturis vocatus, vocatio ſemper eſſet reſtringenda ad portionem Martij Patris, non verò extendenda ad portionem Io: Baptiſtæ Patrui, quamuis idem Martius, &
5 Io: Baptiſta ſint inter ſe reciprocè ſubſtituti, vt reſponſum fuit *in Rom. fideicommiſſi de Ferrattinis 15. Iunij 1648 §. illius etiam Iuſtitiam coram Reuerendiſs. Papien. vbi in §. Minus obſtat*, refelluntur omnes coniecturæ ſolitæ adduci ad inducendam vocationem, quotieſcumque digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionis, ac ratio deficiat conſeruandæ agnationis, vt deficere in præſenti probat *1. de-*
6 *ciſio, §. Et licet*, idque deciſum prius fuerat *in dec. 425. nu. 16. par. 9 rec.*

Non obſtat, quod non admiſſa vocatione Franciſci ſubſtitutio facta ad fauorem filij, & fratrum Teſtatoris, caſu, quo omnes illius filij decederent, ſine filijs reſolueretur in ſingularitates, ac ſubſtituti venirent admittendi ad portionem Io: Baptiſtæ, ſine filijs vltimo defun-
7 cti, quæ reſolutio admitti non ſolet, vbi adeſt aliquis, qui ex veriſimili mente Teſtatoris ſubſtitutum excludat, ſicut adeſt in præſenti, Franciſcus Filius Martij primo loco inſtituti ad ea, quæ præclarè tradit *Bartol. in l. hæredes mei, § ita nu. 4. ff. ad Trebell.*

Quoniam placuit reſponſio, quod licet vbi adeſt perſona prædilecta à Teſtatore, quæ ſubſtitutum veriſimiliter excludat, non fiat reſolutio in ſingularitates, nihilominus, ad fauorem Perſonæ prædilectæ, non inducitur tacita reciproca, ſed tantum Ius legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato præſeruatur, vt benè *Caſtr. conſil. 14. nu-* 8
mer. 20. verſ. 2. videtur obſtare lib. 1. & conſil. 449 num. 1. verſ. hoc enim non eſt verum, vbi explicando doctrinam *Bartol.* defendit filium primi morientis, non eſſe illam perſonam, quæ ex præſumpta voluntate Defuncti ſubſtitutum excludat, licet ille in ſucceſſione vltimi morientis præferatur, licet Pater eius ſubſtitutum excluderet, & quamuis in fine huius Conſilij temerarium dicat à *Bartoli* ſententia recedere, tamen conſulendo in eadem Cauſa expreſsè profitetur, nullo modo, de iuris rigore ſequendam eſſe *Bartoli* determinationem, licet prima facie aures demulceat, vt *in conſ. 51. num. 6. verſ ex his patet lib. 2.* ſequitur *Peregr. de fideicommiſſ. artic. 15. numer. 56.* veriorem dicit *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 472. num. 9. verſ. Et quidem*, vbi alij cumulantur.

Minus admittendus eſt Franciſcus, iure tranſmiſſionis, quia cum Martius Pater obierit pendente conditione fideicommiſſi, non potuit illud ad filios ſuos tranſmittere, *gloſſ. communiter* recepta *in l. 1. verb de re-* 9
lictis C. de his qui ante apert. Tabul. Bartol. in d. l. Hæredes mei, §. cum ita num. 2. ff. ad Trebell. Cancer. var. cap. 21. numer. 85. par. 5. Rota deciſ. 241 numer. 10. vſque ad 14. & deciſ. 425. numer 7. par. 9. rec. & in Hoſtien. fideicommiſſi 1. Decembris 1659. coram Reuerendiſs. D meo Decano.

Limitatio verò, quæ ſtantibus coniecturis, admitti ſolet in hac materia, viſa fuit non adaptabilis caſui præſenti, cum ex præmiſſis, neque digreſſio ad plures gradus, neque conſideratio aliqua agnationis concurreret, ſine quarum, vel alterius illarum fomento reliquæ coniecturæ, ad inducendam tranſmiſſionem, inefficaces reputantur, *in d. dec. 425 num final. par. 9. recent. & co-* 10
ram Reuerendiſs Royas deciſ. 389. num. 7. & 8. & in Fauentina Bonorum 27. Iunij 1659. §. Et licet, confirmata, *9. Ianuary 1664. §. primo, & ſecundo. & in Hoſtien. fideicommiſſi 1. Decembris 1659. § Coniectura cor. Reuerendiſs. D. meo Decano.*

Ponderando maximè, quod Teſtator filios primi gradus, proprijs expreſſis nominibus, inſtituendo, ac reciproce ſubſtituendo, potiùs inſurgat coniectura contraria pro excluſione tranſmiſſionis, ex quo Teſtator ipſe, ſe ad ſolos nominatos reſtrinxerit, ad *Text.* cum ſua 11
materia, *in l. cum ita*, quæ nunc incipit, *omnia § in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.* in his terminis *Canal. dec. 434.* cum alijs adductis *in d. Hoſtien. fideicommiſſi, §. non obſtat & in d. Fauentina 9. Ianuar. 1664. §. maximè coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Et ita vtraque parte, &c.

Reue

Reuerendiſs. D. Albergato Decano.

Auenionen. Fideicommiſſi.

Lunæ 17. Nouembris 1670.

ARGVMENTVM.

Magiſtraliter Medicolegalibus quæſtionibus diſputatur, in quo conſiſtat Phrænefis, quæ non admittat dilucida interualla; ita vt annullet teſtamentum à Phrænetico conditum; Et reſoluitur diſpoſitionem valere, quando non probatur delirium in actu teſtandi, & ex quibus Phrænefis excludatur in Ægroto.

SVMMARIVM.

1 *Phræneſis dicitur perpetuum delirium.*
2 *Delirium ex febri, quomodo naſcatur.*
3 *Delirium ex quo morbo admittat dilucida interualla.*
4 *Quodque delirium ſolet habere dilucida interualla.*
5 *Quanis febris acuta ſolet cauſare delirium.*
6 *Phræneſis vera non habet intermiſſionem.*
7 *Durante cauſa Phræneſis, durat ipſa Phræneſis.*
8 *Teſtis ſuper ſanitate habet fomentum naturæ.*
9 *Duobus teſtibus de ſana mente, magis creditur, quam mille, de inſania deponentibus.*
10 *Pro validitate actus quanis præſumptio ſumitur.*
11 *Inſania antecedens, & ſubſequens actum, non annullat actum, ſed requiritur de tempore actus.*
12 *Sana mens probatur ex fide Parochi, qui adminiſtrauit Euchariſtiam.*
13 *Teſtis, ad ſe exonerandum deponent, non eſt integer.*
14 *Affectio ad rem, ſuper qua quis deponit, non reddit teſtem ſuſpectum.*
15 *Teſtis de facto proprio deponens valdè probat.*
16 *Sana mens probatur ex Confeſſione peccatorum.*
17 *Prudens modus diſponendi arguit ſanam mentem.*
18 *Teſtis ſine iuramento non probat.*
19 *Teſtis mortuus, non repetitus ante mortem non probat.*
20 *Teſtis inſtrumentarius, non probat contra inſtrumentum, quia allegat propriam turpitudinem.*
21 *Qui approbauit teſtamentum, non poteſt illud impugnare.*
22 *Maximè ſi eſſet obligatus opponere nullitatem.*

DECISIO CCXXVIII.

DElirantem phrænetico morbo Vienot, non valuiſſe diſponere, eiuſque teſtamentum tanquam ab inſano, conditum non ſubſiſtere, cenſuerat Rota, coram Eminentiſs. D. meo Cerro ſub diebus 24. *Ianuarij* 1659. *&* 27. *Februarij* 1660. Cum, vero, cauſa repropoſita, varijſque in facto deductis, ſub die 20. *Iunij* 1661. contrarium reſpondiſſet, hodiè DD. ex ijſdem perſtiterunt, in vltimo loco, deciſis.

Etſi, enim, Phreneſis perpetuum dicatur mentis
delirium, vtpotè ex cerebri inflammatione cum febre
1 acuta promanans, teſte *Galeno in lib. 1. porrect. ſect. 1.*
com. 1. & lib. 2. de cauſ. Simptomatum cap. vltimo, cum
quo concinnit *Hippocrates 1. Epidem. ſect. 3. Tex. 18. &*
30. Sennert lib. 2 par. 3. ſect. 1. de Simptomatibus ſenſuum
Internorum cap. 7. & latiùs deſcribit, *Campanell. medicinalium qq. lib. 6.* vt ſcilicet Phreneticum delirium ex ſu-
2 biectis humoribus, & organis originem trahens, ex cerebri, eiuſque membranarum accenſione proueniat,
vnde ſpiritus inhabitans attenuatur, ac vndique abigitur, non habens, quo ſe vertat, indeque appariuones
falſæ, quibus iudicium reluctari neſcit, & præ paſſione,
tum ratio, tum memoria, ac omnis notio impediuntur,
quod etiam, ex noſtris, inter alios tradiderunt, *Roderic.*
Saurez alleg. 1. ſub num. 19. Menoch. conſ. 82. num. 2. 3.
& ſeqq. Odd conſ. 93. num. 16. & ſeqq. Rota coram Mantic. dec. 60. num 5.

Attàmen animaduertebant Domini, huiuſmodi Idiopaticam, & exquiſitam phræneſim non fuiſſe, in hoc
caſu probatam, ſed potius quandam ſpeciem impropriam, quam Medici carabitum, ſeù paraphrænitidem
vocant, vtpotè, quæ per conſenſum potius alterius
morbi, quam primaria affectione cerebrum, hoc eſt
Nobiliſſimam corporis partem, afficiat, & vexet, &
quæ proinde delirij intermiſſione dilucida patienti interualla relinquat, vt docuit idem *Hippocrates 3. Epid.* 3
ſect. 1. in hiſt 3. Ægrot. Auicen. par. 3 tract 3. cap 2 6. Et
quandoque, nec non idemmet *Galen. de locis affect lib. 5.*
cap. 3. Valleſ. in lib 3. de morb. prop. ſect. 1. cap. 3. vbi ampliùs vult nullam phreneſim dari, in quo interuallum
aliquod non appareat, intelligendo perpetuitatem illam
delirij, eo quod non habeat certas, & determinatas intermiſſiones, quemadmodum habent cęteræ acceſſiones, & 4
deliria, pulchrè, ac ſubtiliùs, *Petr Mich. de Hared. op.*
medic. tom. 3 tit. de morb. acutis, ſect. 1. diſp. . cap. 1. de
Phrænetide, col. 4. litt. D. verſ reſpondetur facile, vbi,
quod non repugnat Phrænetidem per accidens intermittere, ſecundum quod accidens eam cauſam intermittit, & quod ſtat ſimul Phræneſim habere perpetuũ
delirium, vt ſignum, & nihilominus habere intermittentiam eo modo, quod ait *Hippocrates 1. Epid ſect. 3.*
dari febrim continuam, & intermittentem, nimirùm
quandocumque reperitur, & affligit, numquam eſſe
ſine delirio, *Zacut. in ſua praxi Hiſt. lib 1. cap. 4. & ſub* 5
tit. de Phrænetidis diſtinct. litt D verſ diſtinguas & verſ.
ſed hæc etſi ardua ſint, vbi reſpondet obiecto, *Ludouic.*
Mercat de intern morb. curat. lib. 1. cap 11. nu. 22. & ſeqq.
& bene diſtingnit *Paul. Zacch. qq. Medicoleg lib. 2. tit. 1.*
quæſt. 26 num. 1. & priùs *quæſt 16 nu 8 & ſeqq.*

Non fuiſſe vnquam, in hoc caſu probatam veram
phræneſim deducebant DD. ex teſtibus pro parte ſubſtitutorum examinatis, & de quibus in ſummario antecedentis poſitionis *num. 4. 5. 6. 9. & 11.* deponentibus dilucida interualla, eiuſque intermiſſionem, præcipuè in
die, qua per Confeſſionem peccata expiauit, & Sanctiſs.
Viatico refectus, teſtamentum de quo agitur, condidit,
quos, in concurſu aliorum, de phreneſi generaliter loquentium, magis eſſe attendendos ſuadet, nedum ratio
Medica incompatibilem, vt plurimum ſtatuens cum 6
vera phreneſi ſanæ mentis intermiſſionem, *Sennert. vbi*
ſupra d. cap. 3. ſect. 1. cap. 7. ea ratione, quia, durante cauſa,
nimirum cerebri intemperie, & fixa ardoris impreſſione
affectum quoque, ſcilicet, inſaniam durare neceſſe erit, 7
Euſtach. Rud. de hum. corp. affect. cap. 2 col. 3. ad fin. verſ.
porrò, Mercat. d. cap. 11. num. 27 litt. B Roderic. à Vega
Comment. in lib. 5. de locis affect s Pareda in ſchol. ad Paſchal. cap. 5. lib. 1. cum alijs, per *Ioannem Baptiſtam Montan. in Comment. lib 9. Rhaſij cap. 3.* Verùm etiam naturalis, ac Iuriſprudentiæ, naturalis quidem, dum teſtimonium, ſuper ſanitate mentis habet ab ipſa natura fomen- 8
tum, *l. ne Cadicillos, 5. C. eodem tit. Mantic. de coniect. lib.*
2. tit. 5. num. 6. vbi proindè, quod potiùs duobus teſtibus
de ſanitate mentis, quam mille de contrario deponentibus creditur, ſequitur *Gratian. diſc 843 num. 12.* & pluri- 9
bus alijs relatis, aduertit *Rota in Rec. deciſ. 384. num. 3. &*
10 par. 1. dec. 570. num. 15. & 16. par. 4 tom. 3. cor. Merlin.
dec. 772. num. 6. & cor. Eminentiſs. Celſo dec. 166. num. 14.
Iuriſprudentiæ verò, dum pro validitate actus, ac pro 10
eo ſubſtinendo militat omnis præſumptio, adeout inſaniam antecedentem, & ſubſequentem probaſſe non ſufficiat, ſed præciſè de tempore actionis controuerſæ, exigatur, *Rota coram Merlin d. dec. 772. num. 11. & coram*
Carill. dec. 64. num. 12. & 16. cum alijs *in d. dec. 20. Iunij*
1660. §. 1. coram Eminentiſs. Cerro.

Acce-

Digitized by Google

Accedit ipſiuſmet Parochi, qui Eucharistiam admi-
niſtrauit iurata depoſitio conteſtantis, eumdem Vienot
tunc temporis optimi ſenſus, & Iudicij fuiſſe, palam, &
in conſpectu omnium, qui illum aſſociaruot, dicto ſum-
mario *num.* 8 quam magni ponderis cenſuit *Rota in d.*
12 *dec.* 20. *Iunij* 1661. *ſub* §. 3. noo releoante oppoſitione,
quod ſit ſuſpectus, quaſi deponat ad exonerationem
13 propriæ conſcientiæ, & ad excuſandam propriam cul-
pam, in adminiſtrando alioquin Sacramenta Phræneti-
co; Vltra quod enim hoc eſt ſupponere id, de quo que-
ritur; Affectio quam quis habet ad geſta io proprio mi-
niſterio non eſt talis, vt eum ſuperinde deponentem red-
14 dat, aot conſtituat ſuſpectum, *Maſcard. de prob. lib.* 3.
concl. 1357 *num.* 54. *& concl.* 1359. *nu.* 18. *Farin. de teſtib.*
quæſt. 16. *num.* 54 *& ſeqq.* & ſimilium atteſtationibus, vt-
potè in facto proprio, ac officij ratione emanantibus, *Ro*
ta ſemper indulſit, vt *in Rec. dec.* 374. *num* 3. *par.* 3 *verſ.*
15 *concurrit, in Rom. Matrimonij* 8. *Iunij* 1644. §. *nec Paro*
Acquiſita ex turpi quæſtu licitè retinentur etiam in foro conſcientiæ dec.11 n.9.pag.13.

Acquiſitio prima vbi eſt nulla nocet omnibus ſucceſſiuè vocatis.dec 63 n 17 p 85.

Acquiſitio emphyteuſis dicitur ad fauorem eius in cuius perſonam Dominus conſentit. dec.68. nu 15.pag.93.

Acquiſitio ad fauorem abſentis acceptatur ab hærede. dec. 68. n.17 p.93.

Acquiſitio fit tantum ei qui pretium ſoluit.dec.97.n.2.p.135.& dec.136.n.3.p.185.
Acquiſitio merè lucratiua acceptatur ex ſeſentia, ſecùs ſi habeat onus.dec.97.n 5.p.136.
Quando Canon eſt conſiderabilis, & ſoluitur aliquid pro ineratura, acquiſitio dicitur ex titulo oneroſo. dec.136 nu. 15.pag.185.
Vt dicatur ex titulo oneroſo lucrum debet eſſe æquale oneri.dec. 196.n.24.p.199.
Statutum prohibens acquiſitionem non habet locum in filio. lib. 3.c.1.n.29.p.391.
Statutum prohibens acquiſitionem habet locum in filiabus, & filijs alibi nuptis.lib 3.c.1.n.32.p.391.
Princeps non poteſt prohibere ne loca pia Eccleſiaſtica acquirant bona lib.3 c.1.n.154.p 397.
Statutum prohibens Eccleſijs,& locis pijs acquiſitionem eſt contra Immunitatem Eccleſiaſticam. lib. 3. cap.1. num. 164. pag.399.

Actio.

Actio hodiè poteſt incipere,in perſona teſtatoris,& in perſona hæredis.lib.1.c,4.n.32.p.12.
Quando prima actio fuit remiſſa ampliùs agi non poteſt. lib.1.c. 7.n.35.p.31.
Actio oritur ex obligatione naturali quam contrahit princeps ex contractu lib.1.c 10.n.54.p.45.
Actio & paſſio non poſſunt concurrere circa idem, & in eodem ſubiecto.lib.2 c.2.n.59.p.152.
Et paſſio nec poteſt concurrere in eadem perſona. lib.3.c.3.n.34. pag.428.
Actio perſonalis in rem ſcripta datur contra tertium. lib.3.c.2. n.48.pag 421.
Quæ actio oritur ex peruentione rei ad alium.lib.3.cap.2.nu.49. pag.421.
Mihi ſemel quæſita,me inuito auferri non poteſt. lib.3.c.2.n.88, pag 423.

Actor.

Tenetur probare ſuam intentionem.dec 170.n.12.p.232.

Actus.

Nullus non firmatur iuramento.lib 1.c.5 n.2.p 16.
Dum actus corruit corruit & iuramentum ſuper eo appoſitum. lib.1 c.5.n.7.p.17.
Nullus declarat voluntatem.lib.1.c.11.n.27.p.50.
Clauſulæ quantumuis ampla, & generales non operantur in actu nullo lib.1.c 11 n.75.p 55.
Ex actu nullo non oritur pœna. lib 1.cap.16.n.16.p 82.
Licet nullus & factus contra legem valet quoad incurrendam pœnam.lib.1 c,16.n 45.p 85.
Nullus reſcindi non poteſt.lib.1.c.16.n.75.p.86.
Nullus non dicitur actus.lib.1.c.16.n.76.p.86.
A principio nullus non poteſt tractu temporis conualeſcere. lib.1. c.2:.n.22.p.109.
Quando poteſt ſe habere ad permiſſum, & prohibitum,ſtat vt prohibitus.lib.1.c 27.n.77.p.128.
De bonis viuentis non valent quando reſpiciunt tempus præſent. lib.2.c.9.n 15.p.169.
Idem poteſt eſſe validus reſpectu vnius, & inualidus reſpectu alterius.lib.2.c.36.n 58.p.328.
Non eſt dicendum quem voluiſſe nullum & fruſtatorium.lib.2. c.37.n 67.p.336.
Facultatiuus non dat ius.lib.3.c.1.n.186.p 401.
Facultatiuus non inducit præſcriptionem. lib.3.cap.1.nu.232. pag 404.
Actus potius interpretatur quod valeat quam pereat.lib.1 cap. 4.n.16.p.11.
Iuramentum ſequitur naturam actus cui adhæret. lib.1.cap.5. nu 5.p.16.
Nemo poteſt ſibi legem dicere, vt non poſſit recedi ab actu libero, & variabili ex natura. lib.1.c.5.n.8 p.17.
Actus iuratus valet omni meliori modo quo poteſt. lib 1.cap.5. n.23.p.18.
Iuramentum quando faciat valere actum omni meliori modo quo poteſt.lib.1.c.5.n.45.p.20.
Voluntas & poteſtas debet interuenire in quolibet actu vt valeat.lib.1.c.5.n.46.p.20.
Si non valet quod ago,vt ago,valeat,vt valere poteſt. lib.1.c.9. n 15.p.38.
Actus qui non eſt reuocabilis non poteſt eſſe teſtamentum. lib.1. c.12.n.71.p.61.
Celebratus ſub conditione de futuro, quæ tempore actus iam exiſtit, conditio valet, & pro puro habetur. lib.1. cap.21.nu. 40.pag.110.
Sui natura variabilis ſemper cenſetur initus ſub conditione dummodò perſeueret immutabiliter. lib.2.cap.4.num. 20. pag.161.
Actus potiùs dicitur fieri tempore quo effectum parit.lib.2.c.12. nu.51.p.182.
Agentium non operatur vltrà eorum intentionem. lib.2.c.26. n.66.p.267.
Quando duo actus concurrunt in eadem perſona connexi, ſi fiat vnus non dicitur fieri alter lib.2.c.32.n.7.p.292.
Paria ſunt vt quis actum per ſe,vel per alium expediat. lib.2, c.37.n.89.p.337.
Pactum reſolutiuum reducit actum ac ſi non eſſet factus. dec. 104.n.20.p 147.
Actus non operatur vltra intentionem agentis. lib.3.c.1.n.187. pag.401.
Ex actibus difformibus non inducitur ius. lib.3.cap.1.nu.189. pag.401,
Poſterior difformis inducit nouationem primi,& illum abrogat. dec.203 n.5.p.278.
Ineffectuatus non attenditur.dec.219.n 10.p.297.
Factus coram iudice, & coram viris religioſis præſumitur ritè geſtus.dec.230.n.2.p.310.

Adimplementum.

Qui petit executionem contractus debet prius pro ſua parte adimplere lib.2.c.34.n.6.p.321.
Exceptio adimplementi retardat proceſſum ad vlteriora lib.2, c 34.n.7.p.321.
Legatum relictum pluribus ſub aliqua conditione, vnus adimplendo ſuam ratam conſequitur. lib. 2.cap.36. num. 27. pag.326.
Quando alter ex promiſſoribus adimplet ex parte ſua conſequitur liberationem.lib.2.c.36.n 32 p.326.
Contractus in totum reſcinditur, quando pro parte vnius ex renunciatarijs non adimpletur. lib.2 c.36.n.35.p.327.
Ex defectu adimplementi reſpicientis cauſam finalem contractus reſcinditur dec.70.n.8.p 92.
In contractu nominato ob non implementum datur actio ad implendum,non reſciſſio.dec 169 n.7 p.231.
Defectus non præiudicat Infanti. dec.199. num.16.p.270.Vide verbum Implementum.

Aditio.

Hæreditas dicitur adita per retentionem dotium apud patrem. lib 2.c.12 n 69.p.183.
Ex renunciatione hæreditatis inducitur eiuſdem aditio. lib.2. c.12.n.70.p.183.lib.2.c.46.n.105.p 378.
Aditio præſumpta ex retentione dotium maternarum, facta per patrem non eſt vera aditio. lib.2. cap.12. num.71. pag.183.
Aditio quæ renunciatione præſumitur non habetur in conſideratione.lib 2.c.12.n.74.p.183.
Quomodo & ad quem effectum aditio inducatur.lib.2 c.12.nu. 75.pag.183,
Eo ipſo quo quis teſtatur de bonis delatis adire videtur. lib.2. c.46.n.104.p.377.
Probatur ex mandato ad exigendum. dec.128. numer.1, pag.173.
Limitatur quando mandatum eſt generale. dec.128. num.2. pag.174.
Inducitur ex concordia ſuper hæreditate. dec 133.num. 15. pag.180.

Indu-

Digitized by Google

Inducitur ex perceptione fructuum hæreditatis, & ex actu qui fieri non poteſt citrà ius, & nomen hæredis. dec. 133. num. 16. pag. 180.
Hæres ſuus dicitur hæres ſine aditione. dec. 133. n. 19. p. 180.
Soluens debita defuncti niſi proteſtetur dicitur adire. dec. 180. nu. 5 p. 246.
Aditio & repudiatio à pari procedunt, & qui adire poteſt, poteſt repudiare. lib. 2. c. 2. n. 33 p. 150.
Hæreditas viuentis ſi non poteſt adiri, nec poteſt repudiari. lib. 2. c. 2. n. 34. c. 150.
Adita hæreditate pars eius qui adiuit dicitur incorporata in ſuo patrimonio. lib. 2. c. 11. n. 32. p. 178.
Pupillus poſt aditam hæreditatem poteſt repudiare. lib. 2. c. 11. n. 40. p. 178.
Repudiatio aditæ hæreditatis non admittitur niſi in proprium præiudicium. lib. 2. c. 11. n. 41 p. 178.
Vel quando quis putat ſe eſſe hæredem ab inteſtato, & reperitur teſtamentum. lib. 2. c. 11. n. 42. p. 178.
Negligentia eſt quid medium inter adire, & renunciare, lib. 2. c. 12. n. 73 p. 183.
Per aditionem confunditur actio non qualitas bonorum. lib. 2. c. 23. n. 4. p. 231.
Hæreditas non dicitur in bonis noſtris antè illius aditionem. lib. 2. c. 46. n. 15. p. 371.
Ius adeundi quomodo conſideretur, vide Ius adeundi.
An creditores poſſint adire hæreditatem delatam debitori. lib. 2. c. 46. n. 50 p. 374.
Aditio excludit repudiationem. dec. 128. n. 15. p. 174.
Requirit ſolemnitates ſtatuti. dec. 133. n. 13 p. 180.
Hæreditas lucroſa adiri poteſt ſine ſolemnitatibus. dec. 133. nu. 18. pag. 180.
Adiens ab inteſtato detecto teſtamento poteſt iterum adire. dec. 156. n. 14. p. 212.
Hæreditas nulliter adita adiri poteſt. dec. 156. n. 15 p. 212.
Hæres adeundo videtur quaſi contrahere, & ex illo actu obligatur. lib. 3. c. 12. n. 246. p. 504.

Adiudicatio.

Adiudicatio facta bonorum à iudice pro parte partim vera, & partim falſa annullatur in totum. lib. 2. cap. 36. num. 100. pag. 330.
Niſi facta ſit pro diuerſis ſummis in capitibus ſeparatis. lib. 2. c. 36. n. 101. p. 331.
Fit iuxtà ſtylum. dec. 49. n. 10. p. 63.
Requirit præcedentem ſubhaſtationem. dec. 49. n. 11. p. 63.
Requirit lapſum vnius menſis poſt decretum de conſignando. dec. 49. n. 13. p. 63.
Habet vim emptionis, & venditionis. dec. 49. n. 14. p. 63.
Quomodo & quando requirat æſtimationem, dec. 49 nu. 13. & ſeqq. p. 63.
Facta cum conſenſu debitoris, & creditoris non requirit ſolemnitates. dec. 49. n. 26. p. 64.
Vltrà ſummam debitam eſt nulla. dec. 49. n. 30. p. 64.
Per exceſſum in minimo annullatur. dec. 49. n. 35. p. 64.

Adminiſtratio.

Ceſſante cauſa adminiſtrationis ceſſat adminiſtratio. dec. 91. nu. 15. pag. 130.
Vxor adminiſtrans bona viri cenſetur de ſuo credito ſatisfacta. dec. 95 n. 8. pag. 134.
Mulier adminiſtrans cenſetur de dote ſatisfacta. dec. 182. n. 15 pag. 251.
Limitatur ſi ad eius manus bona ſufficientia non peruenerunt. dec. 182. n. 16. p. 251.
Laicus poteſt adminiſtrare bona pij loci, dummodò id fiat pro vtilitate Eccleſiæ. lib. 3. c. 1. n. 308 p. 410.
Laicus poteſt adminiſtrare bona operæ Eccleſiarum, lib. 3. c. 1. num. 314. p. 410.
Adminiſtratio iuris ſpiritualis Eccleſiæ interdicitur laicis, non verè iurium temporalium ipſius Eccleſiæ. lib. 3. c. 1. num. 316 pag. 419.
Locus adminiſtratus à laicis præſumitur laicus. lib 3. c. 1. num. 177. pag. 401.
Oblationum adminiſtratio ſpectat ad Parochum. lib. 3. cap. 1 nu. 247 p. 405.
Niſi ſit conſuetudo in contrarium. lib. 3 c. 1. n. 248 p. 405.
Conſuetudo vt laici adminiſtrent ſuppellectilia, eſt ſeruanda. lib. 3. c. 1 n. 258. p. 405.
Adminiſtrator potius dicitur, quam Dominus habens onus faciendi multiplicum dec. 1. n. 10. p. 2.
Non inueſtiens pecunias Domini tenetur ad intereſſe. dec. 16. nu. 12. pag. 19.
Deputatus à iudice, à parte non remouetur. dec. 91. num. 1. pag. 129.
Deputatus à parte ſemper poteſt reuocari, etiamſi deputatio eſſet perpetua cum iuramento non reuocandi. dec. 91. num. 3. pag. 129.
Adminiſtrator reuocatus nihil agere poteſt. dec. 91. num. 5. pag. 129.
Rei particularis ſemper poteſt deſerere adminiſtrationem. dec. 91. n. 13. p. 130.
Præſumptio ſtat contrà adminiſtratorem differentem exhibere libros adminiſtrationis. dec. 95. n. 9. p. 134.
Pater poteſt eſſe adminiſtrator bonorum filij in quibus non habet vſumfructum. dec. 138 n. 14. p. 188.
Obligatus inueſtire ſi non inueſtiat tenetur ad fructus. dec. 187. n. 2. p. 256.
Quilibet tenetur reddere rationem. dec. 187 n. 8. p. 256.
Adminiſtrator laicus facit præſumere locum adminiſtratum laicum. lib. 3 c. 1 n. 180. p. 401.
Decreta viſitatoris non citato adminiſtratore loci viſitati nihil operantur. lib. 3. c. 1. n. 194. p. 402.
Qui eſt fundator loci adminiſtrati non reddit rationem. lib. 3. c. 1. nu. 213. p. 403.

Adoptio.

Pater dando filium in adoptionem non poteſt ſibi reſeruare ius ſuccedendi. lib. 1 c. 32. n. 11. p. 140.
Adoptio naturam imitatur. lib. 2 c. 44 n. 7. p. 367.
Adoptiuus habetur ac ſi eſſet verus filius. lib. 1. cap. 12. num. 53 pag. 59.
Filius an ſuccedat, & habeat querelam inofficioſi teſtamenti: lib. 1 c. 32. n. 28. p. 141.
Non habetur vti filius lib. 2 c. 44 n. 1. p. 367.
Non eſt propriè ſed imaginariè filius. lib. 2. cap. 44. num. 2 pag. 367.
Familiam patris naturalis non mutat. lib. 2. cap. 44. num. 3. pag. 367.
Excluditur à feudis, & fideicommiſſis. lib. 2. cap. 44. num. 4. pag. 367.
Non venit filiorum appellatione. lib. 2. cap. 44. numer. 6. pag. 367.
Adoptiui fruuntur natiuitate, & nobilitate patris adoptantis. lib. 2. c. 44. n. 8. p. 367.
Habent ſuitatem reſpectu patris adoptantis, lib. 2. cap. 44. nu 9. pag 367.
Præteriti efficiunt teſtamentum nullum. lib. 2. cap. 44. num. 10. pag. 367.
Adoptiuis debetur legitima. lib. 2. c. 44. n. 11. p. 367.
Succedunt cum legitimis, & naturalibus. lib. 2. cap. 44. num. 12. pag. 367.
Deficientibus legitimis ſuccedunt in totum. lib. 2. c. 44. num. 13. pag. 367.
Renunciatio ad adoptiuos extenditur. lib. 2. cap. 44. num. 15. pag. 367.
Contrà lib. 2 c. 44. n. 20. p. 367.
Diſtinguitur inter adoptatos, & arrogatos. lib. 2. cap. 44. num. 16. pag. 367.
Adoptiuus non perdit iura patris naturalis, nec tranſit in familiam adoptantis. lib. 2. c. 44. n. 21 p. 367.
Non eſt neceſſe adoptiuum, vel inſtituere, vel exhæredare. lib. 2. c. 44. n. 22 p. 367.
Adoptiuus non habet legitimam in bonis adoptantis. lib. 2. c. 44. nu 23. p. 367.

Aduentitia.

Super bonis aduentitijs à patre adminiſtratis filius non poteſt eundem patrem moleſtare lib.1.c.12.n.11.p.57.

Adulterium.

Mulier adultera eſt incapax ſucceſſionis. Dec.11.n 15 p.13.

Filius adulteri quis probatur ex quo maritus non poteſt accedere ad vxorem.dec.124.n.13.p.169.

Aduocatus.

Aduocatis,& Doctoribus competunt priuilegia, quæ competunt militibus. lib.1.c.9.n.33.p.39.

Æconomus.

Deputatus à iudice non poteſt reuocari,ſecus in deputato à parte qui ſemper poteſt reuocari.dec.91.n.1.& ſeqq.p.129.

Aeconomus,& procurator parificantur.dec.91.n.6.p.129.

Æqualitas.

Inter fratres ſemper eſt ſeruanda lib.1.c.7 n.25.p.29.

Pater debet ſeruare inter filios.lib.1 c 11.n.22 p.50.

Sola ratio æqualitatis inter filios ſufficit ad validandum pactum futuræ ſucceſſionis.lib.1 c.11 n.24.p.50.

Leges diſponentes eſſe ſeruandam æqualitatem inter filios non ligant,ſed ſuadent. lib.1 c.11 n.62.p.53.

A lege non imponitur patri neceſſitas,quod æqualiter filios inſtituat.lib.1.c.11.n 64 p.54.

Pater aliquando filios inſtituit inæqualiter , & valet diſpoſitio. lib.1.c.11.n.65 p 54.

Voluntas patris præſumitur,vt velit ſeruare æqualitatem.lib.2. c.12.n.27 p.181.

Æquipollens.

Per æquipollens non adimplentur formalia.lib.1.c.14.n.35.p.70.

Actus per æquipollens poteſt impleri. lib.2.c.8.n.3.p 167.

Forma in ſpecie adimplenda non poteſt impleri per æquipollens. lib.2.c.8.n.22.p.167.

Æs alienum.

Dicitur eſſe in hæreditate patris.lib.1.c.24.n 2.p.119.

Æſtimatio.

Quando requiratur in adiudicatione. dec.49.num.19. & ſeqq. pag.63.

Ætas.

Probatur ex fide Baptiſmi.dec.118.n.15.p.160.

Affectio.

Dilectio regulatur ſecundum affectionem. lib.2.c.12. num.20. pag 180.

Non cadit in ignotis & non natis lib.2.c.12.n 30.p.181.

Maior præſumitur erga perſonas quas teſtator cognitas habet. lib 2.c 12.n.63 p.182.

Et erga perſonas magis coniunctas. lib.2.c.12.n.64 p.182.

Patris erga filios cenſetur æqualis. lib 2.c.15.n.113 p.207.

Cauſa affectionis erga donatarium non eſt cauſa finalis donationis dec 98.n.5 p.137.

Affectio ſanguinis attenditur dec.218.n 4.p.296.

Ad rem ſuper qua quis deponit non reddit teſtem ſuſpectum. dec.228.n.14 p.308.

Affirmatiua.

Pacta futuræ ſucceſſionis affirmatiua non valent cum iuramento plures Doctores tenent. lib.1 c.5. n 16.p.17.

Alij Doctores contrà tenent. lib.1.c.5.n.17.p.17.

Agens.

Agens ex facultate ſibi data non tenetur ſeruare ſolemnitates. lib.1.cap 25.n.13 p.120.

Agens ex vna cauſa non poteſt ex alia cauſa obtinere. dec.99. n.8.p.132.

Agnatio.

Fieri non poteſt vt quis perdat iura agnationis,& ſanguinis, lib. 2.c.2.n.24.p.150.

Qui ſuccedere recuſat ius agnationis non perdit.lib.2.cap.2.num. 28.pag.150.

Publica ſtudet felicitati qui ampliat agnationes.lib.2. c.3.n.54. p.156.

Contemplatio agnationis habet locum exiſtentibus agnatis alias non lib.2 c.15.n.69.p.205.

Agnationis reſpectus tantum ad filios reſtringitur in renunciatione lib.2.c.15.n.102 p 207.

Contemplatio agnationis ſemper præſumitur in renunciatione; lib.2.c.15.n.141.p.209.

Quando eſt dubium an propter dotem , vel agnationem ſit facta renunciatio,ſemper præſumitur propter agnationem, lib.2. c. 15.n.144.p.210.

Fœmina eſt finis agnationis.lib.2.c.17.n.21.p.213.

Fœmina dum viuit conſeruat agnationem. lib.2.c.17. num.23. pag.213.

Per deſcendentes ex fœmina non conſeruatur agnatio.lib.2.cap. 17.n.24.p.213.

Agnatio conſiderata in vno caſu non conſideratur in alio , lib.2 c.17.n.31 p.214.

Cauſa agnationis conſeruandæ non liberat ab inſinuatione donationis. lib.2.c.31.n.9.p.286.

Conſeruatur per emancipatos.lib.2.c.44.n.36.p.368.

Ratio conſeruandæ agnationis non extenditur à ſtatuto de caſu ad caſum.dec.4.n 11 p 5.

Conſeruatio agnationis cenſetur habita ex onere aſſumendi cognomen,& arma. Dec.34.n.10 p.41.

Donatio cum onere fideicommiſſi ad fauorem agnationis non requirit inſinuationem. dec.48 n.10.p.62.

Conſeruatio excluditur vbi vocantur hæredes extranei . dec. 107.n.9 p.149.

Agnatio venit nomine domus,& familiæ.dec.109.n.8.p.151.

Cauſa conſeruationis agnationis dicitur laudabilis . dec.109. n. 11.p.151.

Excluditur contemplatio dum admittitur fœmina.dec.167.num. 63.p.228.

Vbi non legitur non dicitur conſiderata.dec.167.n 58.p.228.

Non conſideratur in ſucceſſione matris.dec.167.n.59.p.228.

Poteſt conſiderari maſculinitas abſque eo quod conſideretur agnatio dec.167.n.60.p.228.

Contemplata præſumitur ex repetita vocatione maſculorum, & excluſione fœminarum.dec.213.n.5.p.291.

Præſumitur contemplata ex vocatione legitimorum ex maſculis in concurſu legitimorum ex fœminis. dec. 213. num.6. pag.291.

Contemplatio agnationis inducit extenſionem fideicommiſſi. dec. 213.n.7.p.291.

Excluditur ex vocatione fœminarum etiam poſt maſculos. dec. 213.n.8.p 291.

Conſeruatio familiæ æquipollet conſeruationi agnationis . dec. 225 n.15 p.304.

Ratio conſeruationis agnationis non extendit reciprocam vltrà expreſſa.dec.225.n.16.p.304.

Ex conſeruatione agnationis non multiplicantur ſubſtitutiones dec.225.n.17.p.304.

Agnatus.

Agnatis non nocent pacta inita ſuper bonis feudalibus . lib.1.c. 14.n.2.p.68.

Feudalis natura non poteſt immutari per pacta , & conuentiones agnatorum. lib.1.c.14.n.3.p.68.

Agnatum occidens ſuccedit in eius hæreditate,ſed ſtatim efficitur indignus,adeò vt d.hæreditatem teneatur fiſco reſtituere. lib.1.c.16.n.55 p.85.

Filius dicitur parenti agnatus . lib.1.c.18.n 26.p.94.

Deſcendentes ex fœmina reſpectu aui materni non dicuntur agnati lib.2.c.24.n 25 p.239.

Bona damnatorum non publicantur,ſed reſeruantur agnatis . lib.2 c.38.n.176.p.350.

Aliena.

Alienæ rei ſtipulatio valet ſi promiſſoris eſſe ceperit. lib. 1. c. 1. nu. 15. p. 5.
Valet contractus in quo venditur res aliena. lib. 1. c. 17. n. 8. p. 88.

Alienans.

Alienans partem rei prohibita alienari non cadit à tota re. lib. 1. c. 16. nu. 6 p. 82.
Emphyteuta alienans partem non cadit à toto. li. 1. c 8. n 7. p. 82.
An hæc concluſio vera ſit, remiſſiue. lib. 1. c. 16. nu. 8 p. 82.
Alienans partem rerum in quibus quis habet vſumfructum non cadit a toto lib. 1. c. 19. nu. 9. p. 82.
Sed alij contrarium tenent lib. 1 cap. 16 n. 10 pag. 82.
Alienans emphyteuſim cadit à iure ſuo etiam ſi recuperet alienata lib. 1. cap. 16. nu 68. pag. 86.
Emphyteuta ſi recuperet alienata euitare poteſt caducitatem. lib. 1. cap. 16. nu. 71 pag. 86.
Precipuè ſi alienans non fuit præuentus & res eſt integra lib. 1. cap. 16. nu. 72 pag 86.
Alienans feudum reſeruato conſenſu Domini non delinquit. lib. 1 cap 29 nu 44. pag. 134.
Alienans partem cadit à toto quando prohibitio fuit inducta per viam conditionis, & in contractu vltrò citroque obligatorio. lib. 2. cap. 36 nu. 7 pag 325.
Alienans partem bonorum non poteſt excipere de detractionibus Dec. 76. nu. 6. pag. 101.
Alienans reſeruato vſufructu non incurrit caducitatem. Dec. 81. nu. 41. pag. 115.
Alienans omnia ſua bona præſumitur in fraudem priuilegij deductione egeat. Dec. 159. nu. 32 pag. 215.

Alienatio prohibita.

Alienare prohibitus ſi partem alienat non cadit à toto. lib. 1. cap. 16 nu 6 pag. 82.
Tacita prohibitio non eſt tanti valoris, quàm expreſſa. lib. 2. cap. 18 nu. 21. pag. 219.
Prohibitio alienationis facta in vltima voluntate inducit nullitatem actus in alienando lib. 2. cap. 18. nu. 25. pag 219.
Alienatio contrà prohibitionem legis non valet lib. 2 c. 18. nu. 27. pag 219.
Facta contrà prohibitionem teſtatoris non transfert dominium in emptorem. lib. 2 cap. 18 nu. 29. pag. 219.
Quando prohibitio eſt facta in contractu valet alienatio lib. 2. cap. 18. nu. 30 pag 219.
Et non poteſt agi contrà poſſeſſorem ſed contrà alienantem & eius heredem. lib. 2. cap. 18 nu 31. pag. 219.
Prohibitus alienare poteſt alienare in vocatum Dec. 6. nu. 3. p. 8. dec 62 nu 8 pag. 80.
Prohibitus alienare poteſt renunciare abdicatiuè non translatiuè. Dec. 62 nu 6 pag 79.
Alienata ex neceſſitate non recuperat tertius non obſtante prohibitione Dec. 74. nu. 12. pag. 99.
Prohibitio alienationis non comprahendit alienationem pro debitis. Dec. 112. nu. 4. pag. 154.
Prohibitio acceſſoria fideicommiſſo eo extincto expirat. Dec. 183. nu 9 pag 252.
Prohibitio alienationis non extenditur vltrà expreſſa. Dec. 183. nu. 10. pag. 252.
Prohibita alienatione non prohibetur hypothecatio fructuum. Dec. 188. nu. 4 pag. 257.
Prohibitio facta in contractu non impedit translationem dominij. lib. 3 cap 1. nu. 44. pag. 420.
Princeps poteſt ex aliqua iuſta cauſa prohibere ſubditis alienationem. lib 3 cap. 1. nu. 161.

Alienatio communia.

Qualibet in conſequentiam alterius contractus valet lib. 1. c. 25. nu. 12. p. 120.
Alienari quomodo poſſit ius querendum. lib 2. c. 1. nu 20. p. 146.
Quando quis rem poſſidet, quam poſt aliquod tempus reſtituere tenetur non poteſt rem eandem alienare, & alienando non transfert dominium. lib. 2. c. 18. nu. 1. p. 218.
Pendente conditione valet alienatio & transfertur dominium lib 2 cap. 18. nu. 2 pag. 218.
Sed poſtquam conditio extiterit retrotrahitur alienatio. lib. 2. cap. 18 nu. 3 pag 218.
Facta alienatione à renunciatario qui tenetur rem reſtituere ſub aliqua conditione valet alienatio lib. 2. cap. 18. nu 9. pag. 218.
Dominus poteſt rem ſuam alienare nec pacto valet ſibi legem dicere ne alienet. lib. 2. cap. 18. nu. 15. pag. 218
Pactum appoſitum de non alienando eſt nudum pactum. lib. 2. cap. 18. nu. 16 pag. 218.
Alienatio nititur traditione & pacto, ideoquè eſt pacto validior. lib. 2. cap. 18. nu. 19. pag. 218.
Alienatione ſequuta agitur contrà alienantem ad intereſſe vigore promiſſionis non ſeruatæ, non verò contra tertium ad rem recuperandam. lib. 2. c. 18 nu. 20 p. 218.
Vſufructuarius non poteſt alienare vſumfructum. lib. 2. c. 18. nu. 34. p. 219.
Non transfertur dominium per alienationem quando ſuper re adeſt hypotheca lib. 2 c. 18 nu. 44. p. 220.
Alienatio rei dotalis nocet filijs qui in ea ſucceſſuri eſſent, ſed non præiudicat in iure quod vel ex eis vel alia diſpoſitione debetur. lib 2 c. 24 nu 129 p. 294.
Qui repudiat hæreditatem non alienat. lib. 2. c. 32. nu. 31. p. 293. lib. 2 c 46. nu 76. p 375.
Renunciatio facta ſub conditione non alienandi bona, ſi pro parte alienantur, alienatio eſt nulla in totum. lib. 2. c. 36 nu. 5. p. 325.
Prædij dotalis pro parte facta annullatur in totum ſi excedat medietatem dotis. lib. 2 c. 36 nu 98. p. 330.
Debitor quid poſſit alienare in præiudicium creditorum. vide Debitor.
Nolens acquirere non dicitur alienare. lib. 2. c. 46. nu. 13. p. 371.
Qui alienationi per alium factæ conſenſit, ipſe conſentiens alienare dicitur. lib. 2. c. 46. nu. 39. p. 373.
Qui alienare non poteſt ſine ſolemnitatibus non poteſt ſine illis alteri alienanti conſentire. lib 2 c. 46. nu. 40. p. 373.
Repudiatio legati eſt alienatio. lib. 2. c. 46 nu. 77. p. 375.
Præfata alienatione bonorum alienans non poteſt excipere de detractionibus Dec. 76 nu. 6 p. 101.
Pactum non alienandi inter aliquos dat facultatem quoad alios. Dec. 81. nu 35. p 114.
Alienationi conſentiens eſt ac ſi alienaſſet in eius præiudicium. Dec 99 nu. 12 p. 138.
Facultas diſponendi ad libitum intelligitur alienandi. Dec. 162. num 4. p. 218.
Loca pia laica poſſunt alienare ſine ſolemnitatibus extrauag. ambitioſe &c. lib. 3. c. 1. nu. 368 p. 425.
Aliqui tenent quod valeant ſtatuta prohibentia in Eccleſiaſticos alienationem ſtabilium. lib. 3 c. 1. nu. 159. p.
Qualibet alienatio facta à grauato facit præſumere conſumptionem detractionum, niſi conſtet in quid fuerint conſumpta bona alienata. Dec. 211. nu. 5. p 289.

Alienatio Feudi & Emphyt.

Emphyteuta alienans partem non cadit a toto & quomodo procedat. lib. 1 c. 16. nu. 7. p. 82.
Alienans emphyt. cadit à iure ſuo etiam ſi recuperet alienata. lib. 1. c. 16. nu 68. p 86.
Emphyteuta ſi recuperet & res eſt integra euitat caducitatem lib. 1 c. 16 nu. 72 p. 86.
Dominus non alienat feudum inuitis vaſſallis. lib. 1. c. 25. num. 8. p. 120.
Limitatur in caſu præcedentis neceſſitatis lib. 1. c 25 n. 9 p. 120.
Alienans feudum reſeruato conſenſu Domini non delinquit li. 1. c. 29. nu. 44. p 134.
Emphyteuta non poteſt alienare, quia Dominus verè non eſt. lib. 2 c 18. nu. 33. pag. 219.
Emphyteuta non poteſt alienare irrequiſito Domino, ſed conſenſus poteſt ex poſt interuenire. Dec. 45. nu. 5. p. 57.
Emphyteuta vt incurrat caducitatem ob alienationem requiritur traditio. Dec 81. nu. 40. p. 115.
Emphyteuta alienans reſeruato vſufructu non incurrit caducitatem. Dec. 81. nu 41. p. 115.

Alienatio Fideicommiſſi.

Alienans partem rei fideicommiſſo ſubiecta non cadit à tota hereditate. lib.1.c.16.nu.11 p 82.
Alienans fideicommiſſum contra prohibitionem teſtatoris non poteſt in præiudicium ſubſtituti auocare alienata lib. 1. c. 16. nu.67.p.86.
In caſu alienationis bonorum fideicommiſſi eſt in arbitrium vel agere contra grauatum & eius heredes vel contra poſſeſſorem. lib.2.c.18.nu.23.pag.219.
Datur hypotheca contra grauatum & eius heredes ſi alienans habuit ſcientiam fideicommiſſi lib.2.c.18.nu.24 p.29.
Quando auocantur bona fideicommiſſi alienati non eſt probanda ſcientia alienantis Dec.6 nu 7 p.8.
Renuncians fideicommiſſum dicitur contrauenire præcepto non alienandi. Dec.7.nu.1 p.8.
Alienans ignoranter fideicommiſſum non priuatur, ſed ſcientia præſumptiua ſufficit. Dec.7 nu.2.p 8.
Bona fides excluditur in alienante fideicommiſſum ex eius ſcientia. Dec.50 nu.9 p.66.
Hæres grauatus pro detractionibus alienare poteſt fideicommiſſum. Dec.76 nu 8 p 102.
Grauatus alienans ſcienter fideicommiſſum tenetur in bonis proprijs pro reintegratione. Dec.103.nu.1 p 144.
Facultas alienandi repugnat fideicommiſſo. Dec.162 n.7.p.218.
Vbi eſt facultas alienandi in fideicommiſſo, ſi non alienetur remanet fideicommiſſum Dec.162.nu.8 p 218.
Prohibitio acceſſoria fideicommiſſo, eo extincto expirat. Dec.183. nu.9 p.252.

Alienatio rei minoris.

Neceſſaria non requirit ſolemnitates. lib.1 c 25 num.10.p.120.
In conſequentiam alterius contractus valet. lib.1.c.25 n.12.p.120.
Requirit ſolemnitates ſtatuti. lib.2.c.32 nu.30.p.293.
Minor renuncians hereditati deuoluenda verè alienat. lib.2.c. 32 nu 11.p.293.
Alienatio pro ſoluendis debitis requirit inſpectionem iudicis de vtilitate, & ſunt exprimẽda dicta debita Dec.125.n.2.p.170.
Cauſa alienationis non debet eſſe vaga. Dec.125.num.4.p.170.
Facta vigore facultatis defuncti valet ſine ſolemnitatibus. Dec. 125.nu 6 p.171.
Contrarium, quando facultas fuit generalis de alienatione omnium bonorum Dec.125 nu.7.p.171.
Facta de ordine teſtatoris requirit pecuniam præſentem, vt impleatur onus Dec.125 nu.8.p.171.
In alienatione neceſſaria emptor debet aduertere, vt pecunia vertantur in cauſam expoſitam Dec.125 nu.13.p.171.
In ea debet exprimi iudici cauſa præciſa. Dec.125.nu.20.p.171.

Alienatio Bonorum Eccleſiæ.

Requirit Beneplacitum Apoſtolicum, & quanto tempore præſumatur. Dec.45 nu.5.p.56.
Requirit copulatiuè beneplacitum & vtilitatem. Dec.45.n 11. p.57.
Beneplacitum non ſufficit niſi conſtet de cauſa. Dec.140.nu.12. p.190.
Solemnitates requiruntur ad euitandas fraudes. Dec.140.nu. 13 p.190.
Loca pia laica poſſunt alienare ſinè ſolemnitatibus. Extrauag. ambitioſè. lib.3.c.1.nu.368.p 415.
Copulatiuè requirit vtilitatem & ſolemnitates. Dec.229.nu.1. p.309.
Cum ſolemnitatibus ſi non eſt vtilis non valet. Dec. 229. nu.7. p.309.

Alluuio.

Princeps poteſt tollere & derogare iuribus loquentibus de alluuione. lib.1.c.10.nu.46.p.45.

Alimenta.

Quis non poteſt renunciare alimenta per generalem renunciationem. lib 2.c.21.nu.12 p.227.
Neque per ſpecialem & expreſſam lib.2.c.21.nu.13 p.227.
Super alimentis fieri non poteſt tranſactio, quando quis non habet aliunde, quomodo ſe alat. lib.2.c.21.nu.16 p.227.
Alimenta peti poſſunt ab eo qui dotem [illegible]. lib. 2.c.21. nu.19 p.227.
Dos ab alimentis plurimum differt. lib.2.c.21.nu.17.p.227.
Religio debet alimentare monacum incorrigibilem. lib.2.c.25. nu.90.p.256.
Alimenta alicui relicta donec moretur cum aliquo, debentur mortuo eo cum quo debebat morari. lib.2.c.33.nu.71.p.311.
Relictum cum conditione dandi alimenta non extinguitur morte eius cum quo morandum fuit. lib.2.c.33.nu.74.p.311.
Alimenta in dubio cenſentur relicta fauore legatarij. lib.2.c.33. nu 75.p.311.
Per mortem patris onus alendi filium expirat. Dec.1.nu.17.p.2. & Dec.2.nu.6 p.3.
Decretum prouiſionale alendi ceſſat, ceſſante cauſa dandi alimenta. Dec.1.nu.18.p.2.
Vocatus ad fideicommiſſum ali debet ex eius redditibus ante ſuum caſum Dec.52.nu.1 p.68.
Quando eſt ius ſucceſſionis in aliquo, ille interim habet alimenta. Dec.52 nu.4.p.68.
Alimenta ex fideicommiſſo non prætendit qui ea habet aliundè niſi conſtet de voluntate teſtatoris. Dec.52.nu.6.p.69.
Ex ſtatuto Vrbis debentur Viduæ per 6. menſes. Dec.103.n.6. p.143.
Alimentis futuris non poteſt renunciari. Dec.193.nu.13.p.262.
Donatarius vniuerſalis tenetur alere donantem. Dec.195.n.1. p.264.
Nemo tenetur vendere mobilia vt ſe alat. Dec.195.nu.3.p.264.
Pauperi litiganti habenti boni iuris præſumptionem dantur alimenta. Dec.195.nu.8.p.264.
Pauper non tenetur alere pauperem. Dec 195.nu.9.p.264.
Inter litigantes alimenta taxantur arbitrio iudicis. Dec.195. num.12.p.264.
Iudex in taxandis conſiderat fructus rei quæ eſt in lite. Dec.195. nu.13.p.264.
Donatio omnium bonorum eſt nulla, quando donatori non ſuperſunt alimenta. lib.3.c.5.nu.135.p.442.

Alter.

Promiſſio vnius alteri non nocet. lib.1.c.11.nu.58.p.53.
Alteri per alterum quis ſtipulari non valet. lib.1.c.11.num.59. pag.53.

Alternatiua.

Obligatio alternatiua ſufficit, vt pro vna parte verificetur. Dec. 147.nu.6 p.200.

Ambulatoria.

Ambulatoria eſt voluntas hominis vſque ad mortem. lib.1.c.5. nu.13.p.17.

Amor.

Nullus amor vincit paternum. lib.1.c.18.nu.3 p.92.

Anima.

Animarum ſalutem non reſpicit pactum futuræ ſucceſſionis. lib.1. c.5 nu.26 p.19.
Voluntas teſtatoris interpretatur iuxtà animæ vtilitatem. Dec. 105.nu.11.p.148.
Eſt impoſſibile, vt anima vnius ſit anima alterius. lib.3.c.6. nu.56.p 447.

Animus.

Delictum non præſumitur vbi ceſſat animus delinquendi. lib.1. c.29.nu.18.p.133.
Ad acquiſitionem poſſeſſionis requiritur animus & conſenſus acquirere debentis. lib.2.c.13 nu.90 p.190.
In acquiſitione iuris non requiritur animus à principio, ſed ſufficit ex poſt. lib.2.c.13 nu.100.p.191.

Annuum.

Hypotheca datur in annuis præſtationibus, quando pro illis ſunt

obliga-

Digitized by Google

obligata bona, ſecus quando ſunt obligati ſolis fructus. dec.74. nu 1.p.98.
Annui redditus ad vitam ſunt ſimiles uſufructui. lib.3.c.9.nu. 12 p.465.
Annua penſio in ſingulo anno, quoad quis vixerit poteſt relinqui ſimpliciter vel deſignato certo fundo. lib.3.c 9 n.13 p 465.
Annua donatio cauſa mortis cenſetur vnum legatum. li.3.c.13. nu.192.p.514.

Anomalus.

Succeſſor anomalus dicitur impropriè hæres qui ſuccedit per pactum futuræ ſucceſſionis. lib.1.c.14.nu.61.p.72.

Antecedens.

Antecedenti deſtructo corruit conſequens. li.2.c.12.n.33.p.181.
Conceſſo antecedenti conceditur omne id quod venit in conſequentiam ad illud. dec.126.nu.4.p.172.

Anteceſſor.

Anteceſſoris actum non impugnat ſucceſſor. lib.1.c.14. num.43. pag.70.

Apoca.

Apoca legitimè recognita non dicitur ſuſpecta. dec.145.num.11. p.197.
Cum obligatione Camerali habet paratam executionem. Dec. 169 nu.1.p.230.
Reſeruatio faciendi inſtrumentum non tollit perfectionem actus in apoca contenti, niſi ſit pactum reſolutiuum. Dec.169. num.4.p.230.
Scripta manu alicuius probat contra ſcribentem. dec.190.nu.3. p.259.

Apotheca.

Renunciatio negocij & apotheca admittit magnam compenſationem. Dec.168.nu 6.p.229.
Apotheca locari poteſt. dec.168.nu.7.p.229.

Appellatio.

Suſpendit effectum ſententiæ & interim datur manutentio poſſeſſori. dec.25.nu.16.p.31.
A ſententia attentata non eſt opus appellare. dec.197.num. 23. p.268.
Appellans non redeundo pro Apoſtolis, nec committendo cauſam cenſetur appellationi renunciare. dec.204 num.1.p.282.
Appellans ſi intra annum non citat, nec acta tranſportat renunciat appellationi. dec.204.nu.2 p.282.

Approbatio.

Legitima relinqui poteſt cum onere approbandi teſtamentum. dec.2.nu.8 p.3.
Subſcribens ſcripturam non lectam non dicitur approbare. Dec. 12 nu 9.p 14.
Narrans penſionem non approbat eius validitatem. dec.106.n 5. p.148.
Approbatio eorum quæ fecit procurator reſtringitur ad validè geſta. dec.141.nu.14 p.192.
Non præiudicat niſi conſtet de validitate actus approbati. dec. 141 nu.15.p.192.
Actus approbatus non poteſt amplius impugnari. dec.145. nu.8. p 197.
Approbatio teſtamenti non inducit approbationem grauaminis in legitima dec.167 nu.20.pag.226.
Contrarium, quando approbatio fit ab hærede in actu teſtandi. dec.167.nu 21.p.226.
Approbans teſtamentum in quo non eſt cauthela ſoccini ſibi non præiudicat in legitima. dec.167.nu.31 p 227.
Aliquando aliquis ſtatus permittitur non approbatur. lib.3.c.1. nu 1 30 p 397.
Status approbatus à Papa non poteſt impugnari. lib.3.c.1.n.131. p 397.
Soluens & petens legata teſtamenti dicitur approbare teſtamentum. lib 3.c.12.nu.605 p.494.
Contra data ignorantia nullitatis. lib.3.c.12.nu.67 p 494.
Facta per errorem non ſuffragatur. lib.3.c.12.nu.72.p.494.
In dubio facta præſumitur per errorem. lib.3 c.12.nu.73.p.494.
Per legatorum ſolutionem non cenſetur approbata niſi legata ſoluta. lib.3 c.12 nu.74.p.494.
Hæres vnum legatum agnoſcendo non dicitur alia approbare. lib.3.c.12.n.75 p.494.
Approbans legata non approbat ſubſtitutiones teſtamenti. lib.3. c.12 nu.76.p.494.
Approbatio teſtamenti nulli in tertij præiudicium nihil operatur. lib.3.c 12.nu.82.p.495.
Approbatio teſtamenti non præiudicat niſi accedat ſtipulatio. lib.3.c.12.nu.86.p.495.

Arbiter.

Arbiter rei ſuæ quilibet eſt non alienæ. lib.1.c.11.nu.57.p.53. & lib.1.c.17.nu.26.p.90.
Per arbitros non poteſt fieri laudum ex quo inducatur votum captandæ mortis. lib.1.c.25 nu 24.p.121.
Arbiter totã iuriſdictionem habet à partibus dec.18.n.13.p.22.
Expirata iuriſdictione nihil agit. dec.18.n 14.p.22.
Examen teſtium coram arbitris fideicommiſſo expirato non valet. Dec.20.nu.11 p.25.
Arbitri non cenſentur laudare ſuper eo quod non poſſunt. dec.41. nu.4.p 50.
Vbi plures arbitri eliguntur, omnes in laudo debent interuenire niſi alter malitioſe diſtulerit. dec.172.nu 23.p 234.
Quando tertius eſt factus dator & arbiter legati, legatum eſt inutile. lib.3.c.6 nu.103.p.452.
Arbiter debet regulare ſuam ſententiam ab vſu regionis. lib.3. c.9.nu.35.p.467.

Arbitrium.

Arbitrari non poteſt ſuper pactis futuræ ſucceſſionis. lib. 1.c.25. nu.23.p.121.
Arbitrij liberi libertas eſt fauorabilior quam matrimonium. lib.1.c.7.n.7.p.28.
Arbitrium regulatur à iure. Dec.193.nu.1.p.262.
Vbi inſtitutio pendet ab arbitrio alterius iam ante declarato non dicitur captatoria diſpoſitio lib.3 c.6.nu.32.p.446.
Inſtitutio collata in arbitrium tertij eſt nulla. lib.3 c.6.num.49. p.447.
Iura teſtamentorum non debent ab alieno arbitrio pendere. lib.3. c.6.nu.52.p.447.
Quare ſit nulla diſpoſitio collata in alienum arbitrium. lib. 3. c.6 nu 60.p 448.
Quandò ſubſtantia diſpoſitionis eſt collata in arbitrium tertij non valet, ſecus ſi electio & nominatio lib.3.c 6.nu.70.p. 448.
Valet in contractu diſpoſitio collata in arbitrium tertij. lib. 3.c. 6 nu 75 p 449.
Valet legatum in tertij arbitrium collatum. li.3.c.6 n.89.p.449.
Contra quod non valet. lib.3.c 6 nu 90.p.450.
Non valet diſpoſitio, quæ confertur in liberam voluntatem tertij, non verò quæ in arbitrium. lib.3.c.6.nu 95 p.451.
Arbitrium, aliquandò in iure ſumitur pro libera voluntate. lib.3.c.6.nu 99 p.451.
Quoties in arbitrium cuius intereſt res confertur, pro boni viri arbitrio eſt intelligendum. lib.3.c.6.nu.100 p 451.
Hæredis inſtitutio confertur in alienum arbitrium tanquam in conditionem. lib 3.c.6 nu.107.p.452.
Aliqui negant. lib.3.c.6.nu.109.p.452.
Diſpoſitio collata in arbitrium debetur arbitrio boni viri, ſi commiſſarius recuſet. lib.3.c 6.nu.135.p 453.
Quandò diſpoſitio eſt tacitè collata in alterius arbitrium, non valet. lib.3.c.6.nu.137.p.454.
Arbitrio iudicis relinquitur an cenſus vitalitius valeat & reduci debeat. lib.3.c.9.nu 34 p.467.
Et iudex debet regulare arbitrium ab vſu regionis. lib.3.cap.9. nu.35.p.467.

Argumentum.

Valet de Dote ad piam cauſam, & è contra. lib.1.c.8.n.1 p.34.
Valet de Milite ad Scholarem. lib.1.c.9.nu.35 p 40.

Valet

Valet ab inelegantia ſermonis. lib.1 c.11 nu.21 p.50.
A contrario ſenſu non valet quando inducitur correctio iuris. lib.1 c.11.n.45.p.52. dec.67 nu.16 p.88.
A teſtamento militis ad teſtamentum inter liberos non valet. lib.1.c.11.nu.69.p.54.
Valet de Statutis ad pacta. lib.1.c.12.nu 5 p 56.
Valet de conſuetudine ad ſtatutum. lib.1.c.12.nu.6.p.56.
Valet à lege ad conſuetudinem iam affirmatiuum quam negatiuum. lib 1.c.12.nu.48 p.59.
De iuramento ad ſtatutum non valet lib.1.c.12.n.56 p.59.
A teſtamentis ad contractus valet & è contra lib.1.c.15.nu.65. p.79.
Non valet argumentum: improbus eſt qui facit actum, ergo non valet actus. lib.1.c.17 nu 9 p.89.
Valet à pacto affirmatiuo futuræ ſucceſſionis ad negatiuum.lib 1. c.17.nu 11 p.89.
Valet de feudo ad emphyteuſim. lib 1.c.21 n.55.p.111.
Non vero quando ius feudale repugnat iuri communi. lib.1.c.21. nu.56.p.111.
Et quando valeat. lib 1 c.21.nu.57.p.111.
Valet a maioritate rationis lib.1 c.32 nu.5.p.140.
A contrario ſenſu non valet quando militat diuerſa ratio. lib.2. c.3.nu 43.p.155.
Valet à donatione ad renunciationem. lib.2 c.16.nu 6 p.211.
Valet de Legitima ad dotem & è contra lib.2.c.20 nu.5 p 224.
A ſtatuto ad ſucceſſionem habet locum affirmatiuè non negatiuè. lib.2 c.24.nu.59.p 240.
Valet à diſpoſitione l. fœminæ ad diſpoſitionem l hac edictali lib.2. c 38.nu.109 p.347.
Valet à cauſa teſtati ad cauſam inteſtati. lib.2.c.38.num. 168. p 350.
De præterito ad præſens non valet quando mutatur ſtatus rerum. dec.44.nu 15.p.55.
A veriſimili reſponſione diſponentis parum æſtimatur. dec 48. nu.4.p 61.
A ſuperfluitate vitanda eſt valde debile. dec. 166. n.12 p.224.
A contrario ſenſu non valet niſi in ſenſu directo. dec.180.nu.13. p.246.
A libertate perſonarum ad libertatem matrimonij non valet. lib 3.c.5.n.25 p 434.
Nec valet a libertate perſonarum ad libertatem teſtandi. lib.3. c 5.nu.27.p.435.

Arma.

Armorum exercitijs deditis principes reputantur tanquam milites lib.1.c.10.nu.2.p.42 & c.14.n.36 p.70.

Arrogatio.

Pater familias, qui ſe dedit in arrogationem, teſtamenti factionem non habet lib.1.c 12.nu.44 p.59.
Arrogatus habetur ac ſi eſſet verus filius. lib.1.c.12.nu 53 p.59.
Arrogatus ab auo materno vel paterno habetur tanquam filius. lib.2.c.44.nu.17.p.367.
Dicitur de familia, & poteſtate arrogatoris. lib.2.c.44.nu.18. p.367.
Et habetur vti verus filius, nec comprahenditur in ſtatuto, quod mandat ſolui gabellas de relictis in teſtamento. lib.2.c.44.nu. 19.p.367.

Aſſecuratio.

Mulier ob vergentiam viri ad inopiam petit aſſecurationem non ſolum dotis, ſed etiam lucri dotalis. dec.103.nu.4.p.143.
Aſſecuratio nauis iam naufragatæ non obſtat aſſecuranti. lib 3. c.11.nu 117 p.482.

Aſſertio.

Quæ non pendent à noſtra voluntate debent probari aliundè, quam à noſtra aſſertione. dec.146 nu.1.p.198.

Aſcendentes.

Statutum loquens de ſucceſſione aſcendentium non extenditur ad tranſuerſales. dec.196.n.10.p. 265.

Aſſociatio.

Datur vigore clauſulæ conſtituti. dec.1.n.1.p.1.dec.198. num.1. p.268.
Datur vigore pacti capiendi poſſeſſionem propria auctoritate. dec.117.n.1.p.158.dec.153.nu.1 p.207.
Pactum capiendi poſſeſſionem propria auctoritate dat aſſociationem vſque ad 30 annos. dec.117.nu 7 p.158.
Aſſociatio competit contra ſingulares ſucceſſores. dec.153.nu.3. p.207.
Datur contra ſucceſſores etiam ſine citatione & non facta crediti liquidatione. dec.153.nu.4.p.207.

Attentata.

Attentatis cenſetur renunciare qui permittit pronunciari ſuper negotio principali. dec.74.nu.4 p.98.
A ſententia attētata non eſt opus appellare. dec.117.n.23.p.267.
Attentata ceſſant ob cauſarum diuerſitatem. dec.198.num.10. p.269.

Auctoritas.

Auctoritates quas allegant Doctores declarant eorum dicta lib.1.c.6.nu 21.p 25.
Princeps non poteſt contractibus contrauenire ne quidem vtendo contraria auctoritate. lib.1 c.10.nu 56 p.45.
Auctoritas Cæſaris facit ceſſare votum captandæ mortis. lib.1. c.14.nu. 4.p.69.
Auctoritas Apoſtolica non poteſt per non vſum tolli. lib.1.c.20. nu 43 p 102.
Abſurdum eſt vt publica iuris auctoritas pendeat à voluntate partium. lib 3.c.12.nu 301.p.508.

Augumentum.

Dotis augumentum fieri poteſt a marito conſtante matrimonio. dec.92.nu 3.p.131.
Augumentum non datur ſinè aucto. dec.148 nu.11.p.201.
Melioramenta non probantur ex augumento pretij rei melioratæ. dec.178.nu.16.p.243.
Augumentum intrinſecum rei cedit commodo Domini non meliorantis. dec.178 nu. 18 p 244.
Dotis non ſubiacet collationi. lib 3 c.13.nu.257.p.519.
Dotis non eſt quid diuerſum à dote. lib.3.c.13 nu.276.p.520.
Dotis confertur tanquam dos. lib.3.c.13.nu.277.p.520.

Auguſtus.

Veniam legis Voconiæ à Senatu impetrauit, vt poſſet eius vxorem inſtituere in triente. lib.1.c.10.nu.29 p.44.

Auſtria.

In Auſtria valet pactum futuræ ſucceſſionis inter magnates. lib.1.c.14.n 9.p.68.

Authent. res quæ. &c.

Non habet locum niſi in ſubſidium. dec.85.nu.12.p.123.
Priuilegium ceſſat quando mulier permittit vt diſtrahantur bona libera. dec.100.nu.23.p.140.dec.156.nu.11.p.211.
Non habet locum niſi conſtet de Dotis conſtitutione. dec.141.nu. 21.p.192.
Bona eius vigore ablata à fideicommiſſo remanent ſemper libera. Dec.156.nu.1.p 211.
Remedium competit mulieri & eius filijs. Dec.156.nu 2.p.211.
Non habet locum quando dos ſemel fuit reſtituta patri mariti dec.156.nu.3 p.211.
Non habet locum quādo adſunt bona libera.dec.156.n.12 p 211.
Non habet locum pro reſtitutione Dotis exactæ à viro poſt ſolutum matrimonium. dec.199.nu 2.p.269.
Dos data non poteſt augeri in præiudicium fideicommiſſi. dec. 199.nu 9.p.270.
Conſentiens alienationi fundi dotalis quando ſibi præiudicet in priuilegio auth. res quæ. &c. dec.199.nu.17 p. 270.

Auuiamentum.

Negocij eſt valdè æſtimabile. dec.168.n.8.p.229.

Digitized by Google

Auunculus.

Filij renunciantis non poſſunt admitti quando veniunt cum ſobrinis vel auunculis. lib.2.c.24.nu.59 p.241.

Nepos veniens ad ſucceſſionem cum auunculis repraeſentat tantùm gradum non perſonam. lib.2 c.24.nu.60 p.241.

Nepotes admittuntur ad ſucceſſionem ſiue concurrant cum patruis ſiue auunculis. lib.2.c.24.nu.65 p.241.

Auus.

Renunciatio Matris filio non praeiudicat, quin poſſit inſtitui ab auo. lib.2.c.3.nu.60.p.156.

Nepos poteſt aui teſtamentum impugnare querela inofficioſi lib.2. c.24.n.68.p.241.

Auus tenetur nepotem inſtituere, matre de medio ſublata.lib.2. c.24.n.69.p.241.

Etiamſi parentes ſint exhaeredati vel excluſi. lib.2.c.24.num 70. pag. 241.

Auorum votum non eſt idem in nepotibus ac filijs. lib.2.cap.24. n.160.p.246.

Diſpoſitio facta ab auo de filijs non praeiudicat nepotibus. lib. 2. c.24 n.161.p.246.

Auus tenetur inſtituere nepotem ex filia.dec.4.n.5.p.5.

Donando praeſumitur habere reſpectum ad nepotes. dec.146. n 11 p.198.

Auxilium.

Auxilium legis fruſtrà inuocat qui peccat in legem. lib.1. c.17. n.24.p.90.

B

Bannitus.

B*Annitus cum confiſcatione bonorum non poteſt ſuccedere. lib.1.c.32.n.34.p.141.*

Non ſuccedit nec ex teſtamento nec ab inteſtato. lib.1.c.32. nu. 35.p.141.

Baptiſma.

Fides Baptiſmi probat aetatem. dec.118.n.15 p.160.

Cognatio ſpiritualis oritur inter coniuges, quando pater baptizat filium.dec.22.n.3.p.26.

Baptizatus in vtero matris, ſi moriatur non facit deficere conditionem ſi ſine filijs.lib:1.c.27.n.57.p.127.

Baro.

Conſtito, quod quis poſſideat Caſtra cum iuriſdictione dicitur Baro.dec.99.n 1.p.137.

Beneficium Eccleſiaſticum.

Clericus habens beneficium ſi vxorem ducat, eo priuatur neque ad illud redit etiamſi matrimonium ſit nullum. lib.1.c.16. n.21.p.83.

Commenda Equitum Beneficia Eccleſiaſtica dici non poſſunt. lib.1.c.20.n 40 p.102.

Coadiutor non poteſt habere incompatibile. lib.1. c.20. num.60. pag 103.

In beneficijs morte concedentis gratia non expirat. lib. 1.c.20. n.76.p.104.

Quarè Clericus vagabundus beneficio priuetur.lib.1.c.27.num. 86 p.129.

Qualitas requiſita in beneficio debet adeſſe tempore praeſentationis lib.2.c.12.n.7.p.180.

Penſio dum fuit reſeruata in beneficio pleno, penſionarius tenetur probare narratiuam dec.106.n.2.p.148.

Acceptans vnum beneficium non poteſt conſequi aliud incompatibile.dec.114 n.1.p.155.

Epiſcopus non poteſt mutare fundationes beneficiorum dec.122. n.29 p.166.

Non dicitur plenè acquiſitum niſi capta pacifica poſſeſſione.dec. 149.n.4 p.201.

Valor beneficij probatur ex narratiua aduerſarij, dec. 193. num.12. pag. 263.

Valor non probatur ex eius narratiua paulò antè facta.dec.194 n.9.p.263.

Beneficium loci pij non Eccleſiaſtici dicitur de Iurepatronatus laicorum.lib.3.c.1.n.221.p.403.

Beneficij reſignatio.

Beneficium reſignans illo priuatur etiam ſi reſignatio ſit nulla. lib.1.c.16.n.22.p.83.

Reſignans abdicat à ſe omne ius ſuper beneficio dec.114.num.2. pag.155.

Reſignatio debet publicari intrà ſex menſes. dec 149. num. 1. pag.201.

Reſignanti non abdicatur ius donec reſignatarius acquirat pacificè beneficium.dec.149.n.3.p.201.

Reſignans, vt conſequatur aliud incompatibile, quod vacat nulliter agit dec.193.n.3 p.262.

Reſignante acquirente aliud vacans: beneficium reſignatum reſeruatur Papae.dec.193.n.4.p.262.

Permutans ſub ſpe aliud conſequendi permutat in fraudem. dec.193.n.10.p.262.

Reſignans paulò antè conſequatur aliud incompatibile, an dicatur reſignare in fraudem, ita vt inducat reſeruationem. dec. 194.n.1.& ſeqq.p.263.

Reſignatio ſemper ac eſt ſub ſpe habendi aliud beneficium, non valet lib.3.c.8 n.96.p 463.

Quando dicatur ſub ſpe aliud conſequendi. lib.3 c.8.num.97. pag.463.

Beneficium Vacaturum.

Recenſentur textus Canonici, & authoritates &c. deteſtantes pacta, & conuentiones de ſubrogando aliquem in beneficio poſſeſſore viuente.lib 1.c.20.n.4.p.99.

Doctores afferuntur tenentes non valere conceſſionem praebendae non vacantis.lib.1 c.20.n.5.p 99.

Etiam ſi adſit conſenſus beneficiati.lib.1 c.20.n.6.p.99.

Nulla ſunt promiſſiones de inſtituendo aliquem quando vacabit beneficium lib.1.c.20.n.8 p.99.

Non valent, non obſtante conſuetudine, & iuramento.lib.1.c.20. n.9.p.100.

An procedat concluſio in beneficio hominis incerti. lib. 1.c.20. num.12.p.100.

Procedit etiam regula in beneficijs de Iurepatronatus.lib.1.c.20 n.13 p.100.

Niſi talis conditio ſit appoſita in limine fundationis. lib.1.c.20. n.14 p.100.

Procurator ad perſonam certam praeſentandam viuente beneficiato non valet, licet valeat pro incerto. lib. 1. c.20.num.17. pag.100.

Praeſentans ad beneficium vacaturum perdit ius praeſentandi lib.1.c.20.n.19 p.100.

Valet conceſſio beneficij non vacantis facta per Papam de plenitudine poteſtatis.lib.1.c.20.n.51.p.103.

Neque hoc caſu eſt neceſſarius conſenſus beneficiati. lib.1.c.20. n.52 p.103.

Licet ſemper adhiberi ſoleat.lib.1 c.20.n.53.p.103.

Quando eſt fama obitus beneficiati poteſt conferri beneficium antequam vacet.lib.1.c.20.n.54 p.103.

Beneficium viuentis poteſt vniri. lib.1.c.20.n.55.p.103.

Impetrans beneficium non vacans eſt deponendus. lib.1.c.20.nu. 56.p.103.

Quibus poenis plectantur impetrantes beneficia non vacantia. lib.1.c.20 n.57.p.103.

Promiſſio beneficij hominis incerti non valet. lib.1.c.26.num.8. pag.122.

Impetrans beneficium illius, qui mortuus credebatur non punitur lib.1.c.27.n.66 p.128.

Beneficium eius qui mortuus credebatur poteſt conferri. lib.1. c.27 n.80.p.128.

Expectatiua beneficiorum prohibentur ob votum captandae mortis.lib.3 c.8.n.81.p.463.

Patronus non valet praeſentare ad beneficium antequam vacet.lib.3.c 8.n.99.p.463.

Non valet conſtitui procurator ad præſentandum antè vacationem. lib 3 c.8.n.10. p.463.
Nullo modo valet promiſſio de beneficio vacaturo. lib.3.c.8.nu. 100.p.463.

Beneficiatus.

Poteſt ad vitam alienare, & hypothecare fructus beneficij. lib. 3 c 8.n 44 p.461.
Succeſſor in beneficio poteſt conueniri pro penſionibus decurſis tempore anteceſſoris. lib.3.c 8.n 75 p.462.
Quomodo procedat hæc concluſio. Vide Penſio.

Beneficium.

Beneficium alicuius non debet eſſe in odium alterius. dec. 150. n.8.p.203.
Omne beneficium exigit renunciationem. dec. 180.n.31.p.247.

Beneplacitum.

Apoſtolicum probatur ex eius productione. dec.44 n 3.p.54.
Apoſtolicum requiritur in alienatione bonorum Eccleſiæ. dec. 45.n 1 p.56.
Præſumitur per 60. annos etiamſi non ſit enunciatum. dec. 45. nu.2.p.56.
Poſt Bullam Vrbani VIII requiruntur centum anni. dec 45. nu.4.p.56.
Non conualidat contractum læſiuum. dec.45.n.10.p 57.
In alienatione bonorum Eccleſiæ non præſumitur niſi poſt centum annos. dec.140.n.11 p.190.
Non conualidat alienationem ſi non conſtet de cauſa dictæ alienationis. 140.n. 2 p 190.
Poſt centum annos ſemper præſumitur. dec.188.n 8.p.257.

Bigamia.

Bigamus nullum priuilegium clericale habere poteſt. dec. 150 nu.3.p.202.

Bona.

Bona particularia dum fuerunt promiſſa poſt mortem, & non tota ſucceſſio aliqui dicunt quod valet conuentio lib. 1.cap.4. nu 8.p 10
Valet pactum in quo dicitur promitto tibi bona mea poſt mortem meam. lib.1.c.4 n.6.p. 10.
Valet conuentio quod bona transferantur iure contractus, ſecus ſi iure obuentionis, vel ſucceſſionis. lib.1.c 4.n.11 p.10.
Hæreditatis vocabulum accipitur pro bonis. lib.1.c.4.num.15. pag.11.
Verbum hæreditas non poteſt accipi pro bonis, quando de futuris ſit mentio. lib.1.c.4.n 22.p.11.
Pactum cenſetur de futura ſucceſſione & eſt inualidum quando bona ipſa poſt mortem promiſſoris nullo hæredis facto ad aliquem deuenire debent lib.1 c.4.n.30.p.12.
Pactum ſemper valet quando bona ſine ſuccedendi iure poſt mortem promittuntur. lib.1 c.4.n 38.p.13.
Verbum deuenerint, *ſignificat tam bona præſentia, quam futura. lib 1.c.4.n.41.p.14.*
Verbum Bona, *totam reſpicit hæreditatem, & bona tempore hæreditatis. lib.1 c.4.n.42.p.15.*
